


BIBL. NAZ.
1 5 1
0
10



BIBLIOTHECA SACRA

IN BINOS SYLLABOS DISTINCTA,

QUORUM PRIOR QUI JAM TERTIO AUCTIOR prodit, omnes sive Textus sacri sive Versionum ejusdem quâvis Linguâ expressarum Editiones; nec non præstantiores MSS. Codices, cum Notis historicis & criticis exhibet.

POSTERIOR VERO CONTINET OMNIA EORUM OPERA quovis idiomate conscripta, qui huc usque in sacram Scripturam quidpiam ediderunt, simul collecta tum ordine Auctorum alphabetico disposita; tum serie sacrorum Librorum.

HUIC CORONIDIS LOCO SUBJICIUNTUR

GRAMMATICÆ ET LEXICA LINGUARUM, Præsertim Orientalium, quæ ad illustrandas sacras Paginas aliquid adjumenti conferre possunt.

Labore & industriâ JACOBI LE LONG *Parisini, Congregationis Oratorii Presbyteri, & Bibliothecæ Domûs Parisiensis Præfecti.*

TOMUS PRIMUS.







PARISIIS,

Apud F. MONTALANT, Bibliopolam, ad Ripam PP. Augustinianorum, prope Pontem sancti Michaëlis.

M. DCC. XXIII.

CUM APPROBATIONE ET PRIVILEGIO REGIS.



ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

D. D.

LUDOVICO DE LAVERGNE

DE TRESSAN,

EPISCOPO NANNETENSI,
Celsissimi Ducis Aurelianensis, Galliarum Regentis primo Eleëmosynario, Ecclesiæ Lugdunensis Canonico & Lugduni Comiti; Abbati Bonævallis, Longipontis & Beatæ Mariæ de Lepau.

V*Olumen hoc* AMPLITUDINI TUÆ *quare consecratum velim in causa est operis materia, quæ cùm historia sit eorum omnium quorum labor & industria in enarrandis explanandisque sacræ scripturæ libris desudarint, inter quos episcopi sunt non pauci; omninò, & ad doctum virum, & ad pium episcopum pertinet. Pietatem*, Vir Illustrissime, *tuam satis per se*

indicat munus ipsum Eleëmosynarii, quo cùm apud Principem sanè magnum religiosé defungereris, uti nunc etiamnum facis, ipsius auctoritate ad sedem istam Nannetensem evectus es. Doctrinæ verò lumen quis in te non agnoscat, statim ut de scientia sacra profanave differentem audierit? Inest enim insitus animo tuo literarum amor; quo fit ut libros conquiras, congerasque quàm optimos, tum scientia claros homines amicitiâ tuâ cohonestes, neque te vel librariorum pœniteat, & me in eo genere artificem, si nihil aliud, curiosum certè & assiduum benevolentiâ tuâ prosequaris. Non desunt opulenti viri qui bibliothecas concinnent ad unam sui nominis ostentationem ac famam; quæ ratio longè à tua discrepat, qui libros legendo conteras, neque pedem efferas è musæo nisi doctior. Quod nisi ita se haberet, nusquam vel in rebus ecclesiasticis, vel in politicis tantam esses laudem consecutus. Nam præterquam quòd diœcesim curæ tuæ commissam summâ diligentiâ regis, pari pietate; œconomica Ecclesiæ Gallicanæ negotia sic tractas, ut dubium facias fidesne major in te sit an rerum prudentia. Quæ duo mirum in modum ante oculos omnium explicas, ubi comitiis provinciæ Britanniæ Armoricæ generalibus praees. Itaque ingenio præcellens, idem & ingeniorum callidus ac virtutum æstimator, Francici regni Regens quanti te fa-

ciat, non semel palam testatus est. Atque hæc hactenus quæ satis superque sint ut omnibus approbem consilium meum dedicandi Amplitudini tuæ *hocce doctissimi presbyteri nuper exstincti opus, quod fidei meæ permissum melius prodire non potest in publicum, quàm si in isto tuo nomine pleno dignitatis & auctoritatis appareat. Faxit Deus O. M. ut ad maxima quæque in Ecclesia sua proveharis.*

ILLUSTRISSIME ECCLESIÆ PRINCEPS,

AMPLITUDINI TUÆ,

Addictissimus devotissimusque ANTON. URB. COUSTELIER,
Bibliopola & Typographus Parisinus.



PRÆFATIO

IN QUA

TOTIUS OPERIS RATIO DECLARATUR.

CUM nulla sit viro Christiano magis conveniens, magisque necessaria, quàm divinorum Oraculorum, quæ in sacris Paginis continentur, cognitio; fructum non mediocrem studiorum meorum atque assidui laboris percepturum me speravi, si ad illam pro imbecillitate mea consequendam, aut cum aliis utcumque communicandam, totus incumberem. Eò scilicet consilia mea omnia, eò curas ac vigilias omnes ab aliquot annis, Deo sic afflante, conferre me debere, quod vitæ à me institutæ ratio postulabat, seriò existimavi. Quæ utrum ego consecutus sim isto opere quod publici facio juris, penes eruditos Lectores judicium esto: consilium saltem meum non improbaturos esse confido.

Hujus initio Præloquii haud abs re fuisset de tam præstantis studii utilitate differere, atque ad illud amplectendum alios adhortari: verùm ne rem videar ab aliis compluribus, multò diligentiùs, majoreque cum dignitate quàm de me polliceri ausim, jam toties actam agere; existimo longè meliùs iis consultum, sicut à me prudentiùs factum iri; si, quicumque illius egent incitamenti, illos adire ac consulere Scriptores monuero, qui idem argumentum de industria, piè ac luculenter tractarunt. Satis quidem mihi videtur pro mei hujusce operis instituto, illorum oculis tum nomina, tum opera doctorum hominum subjicere quibus præcipuum studium fuit, non lectioni modò ac meditationi sacrarum literarum vacare: verùm etiam quæ multis vigiliis ac laboribus elucidarunt aut commentati sunt, libenti animo cum pluribus, maximo illorum fructu, communicare.

Quod attinet ad rationem hujus operis, primùm sciendum est illud in binos Indices distributum esse, quorum alter sacros complectitur tum textûs, tum omnium quâvis linguâ expressarum ejusdem textûs versionum, codices; alter omnes Auctores qui quidpiam quâvis linguâ conscriptum hucusque in sacram Scripturam commentati sunt; quibus coronidis loco subjiciuntur grammaticæ & Lexica, in primis linguarum Orientalium quæ nonnihil ad explanandas sacras Paginas conferre possunt.

De priori Indice pauca hæc te monere volui, benevole Lector. In omnibus Bibliorum editionibus, eorumque translationibus recensendis, non solùm præcipuos è manuscriptis, sed & omnes typis mandatos codices, quâ potui diligentiâ, profiteor me collegisse, tum ex illis ipsis editionibus, quas & vidi & perscrutatus sum in locupletissimis hujus Regiæ Parisiorum Urbis Bibliothecis supra quinquaginta, ad quas

mihi facilis patuit aditus; tum ex plurimis earum, quæ celeberrimæ & præclarissimæ in tota habentur Europa, catalogis sive vulgatis sive nondum editis, quorum mihi à doctissimis viris, pro eorum humanitate, copia facta est; tum ex earum quæ venales fuerunt & officinarum catalogis, quos omnes supra ducentos sedulò versavi; denique ex accuratissimis ac fide dignis Scriptoribus, qui ea de re, vel deditâ operâ, vel ex occasione diligenter scripserunt.

Porro cum quingenta supra quatuor millia sive Bibliorum integrorum quavis linguâ, (1400.) typis excusorum, sive partium eorumdem (1850.) seorsim editarum, sive tandem codicum mss. (1286.) exemplaria ex tot Bibliothecis, Catalogis & Auctoribus collecta numerentur: operæ pretium mihi visum est ad uberiorem hujusce Syllabi utilitatem hæc omnia in octo classes distribuere. In hisce enumerandis duplex mihi obvia fuit methodus; una chronologica versionum, altera secundùm linguas quibus illæ vulgatæ sunt. Prior quidem viris eruditis magis arrideret, eamque secuti sunt clarissimi Scriptores, Richardus Simon & Christianus Kortholtus, qui hoc argumentum ex professo tractarunt: sed in determinanda cujusque versionis ætate tanta oritur difficultas, ut illam superari à nemine unquam posse crediderim. Quis enim locus posset assignari plurimis Orientalibus interpretationibus, de quarum ætate nulla superest prorsus cognitio, & in primis Syriacæ & Arabicæ Veteris Testamenti in Polyglottis editæ, quæ à diversis hominibus & diverso tempore fuerunt concinnatæ? Hac proinde omissa methodo, alteram secundùm linguas, utpote faciliorem & magis planam amplexus sum: systema quoddam linguarum excogitavi; cui summo cum studio adhærere decrevi.

Primum locum occupant Biblia Polyglotta (quo nomine insigniuntur, quæ tribus saltem variis scripta sunt idiomatibus) ut uno intuitu simul conspiciantur. Quorum nihilominus unaquæque versio ad suam classem revocatur; nulla namque Syriaca totius sacri Codicis, Samaritana Pentateuchi, Æthiopica Novi Testamenti translatio extat excusa nisi in Polyglottis: ne verò repetantur eadem cùm illæ in suâ classe referuntur, ad ea quæ in capite de Polyglottis jam dicta fuerunt, remittuntur lectores.

In secunda classe conspiciuntur Biblia linguis Orientalibus exarata, inter codices hisce Idiomatibus descriptos illum ordinem institui: præmittitur textus Hebraïcus, utpote omnium versionum basis & fundamentum, cui in appendice annectitur Pentateuchus Hebræo-Samaritanus, qui à Judaïco nonnisi literis & quibusdam additamentis diversus est. Deinde sequuntur *Targumim* seu Paraphrases Chaldaïcæ, quæ licet à litera sæpissimè recedant, præsertim in Prophetis & in libris Hagiographis, in maxima tamen Pentateuchi parte versionis vicem plerumque tenent. Targumim excipiunt translationes, Syriaca, Samaritana, Æthiopica; quæ sunt eruditissimorum quorumdam Scriptorum sententiâ, quædam linguæ Chaldaïcæ dialecti. Afferuntur postcà interpretationes, Arabica, Persica & Turcica, quæ iisdem exaratæ sunt characteribus. Agmen denique claudunt Armena, Georgiana, Coptica, Malaica, Malabarica, Sinica & Formosana, quarum nulla est cum præcedentibus cognatio.

In tertia Classe recensentur Biblia Græca & Barbaro Græca.

Quartum

Quartum locum obtinent codices Latini, & ii qui ex eodem idiomate ortum habent; Gallici scilicet, Italici, Hispanici, & hi qui Romanenses à me dicuntur, nempe Pedemontani, Provinciales, Catalani, Rhætici & Valachi: In quinto prodeunt Teutonica & ea quæ ex Teutonico, Helvetica, Belgica, Danica, Suecica & Anglica: Sexta suppeditat codices Slavos & consonantibus donatos linguis, ut Bohemica, Polonica, Ruthenica, Croatica & Venedica. In septima Classe locum habent Biblia in alias transfusa linguas Europæas, quæ ex prioribus non deducuntur, velut Islandica, Wallica, Hibernica, Cantabrica, Hungarica & Lithuanica. Octavam tandem ac ultimam classem conficiunt libri sacri in idiomata Americana conversi; quæ quidem octo classes tot capita constituunt, quibus tria alia superadduntur, in quibus non ipse textus continuus refertur, sed variæ ejusdem partes, alio quàm nativo ordine dispositæ.

Exemplaria Bibliorum typis editorum jam secundùm linguas recensitorum, serie quoque chronologica enumerantur, ut quæ per singulos annos vulgata sunt, facilè reperiantur; subjecta est exemplari cuilibet litera, quæ Bibliothecam in qua servatur, vel Scriptorem à quo memoratur, per compendium designat.

Bibliorum omnium, quocumque idiomate exarata sint, tituli verbis Latinis exprimuntur. Plurimas inter se contuli eorum editiones; quasque easdem esse comperi, quales sunt trilingues Bertrami, Hutteri Ebraïcæ, &c. diligenter annotavi. Quòd si major mihi fuisset illas omnes simul videndi facultas, pauciores quidem numero, sed accuratiores prodirent. Cum iteratis typis, aut à celeberrimo Typographo pluries sunt edita sacra volumina, ut simul omnes reperiantur editiones, ad annum quo primum in lucem emissæ sunt, indicantur.

Singulatum interpretationum auctores, necnon editores præcipuos dignoscere studui; & quæ alios in eorum cognitione adjuvare possint non tacenda existimavi. Major sanè, at improbus labor! ubi verbi gratia de Polyglottis agitur, non nudos illorum titulos lector inveniet; sed etiam quorum operâ & expensis excusa sint: quibus constent partibus: à quibus concinnatæ sint translationes: quantum temporis in hoc labore editores insumpserint, palam facio. Historicam quoque de Bibliis Polyglottis Parisiensibus fusiorem, quàm in præcedenti editione narrationem hîc profero.

Versiones Latinæ omnes in tres Sectiones sunt distributæ. In prima referuntur versionis Vulgatæ publicationes ab an. 1462. quo primum Moguntiæ prodiit, ad hunc usque præsentem annum 1722. In hac autem Sectione plurimæ recensentur Bibliorum integrorum editiones, quæ propter summam totius S. Scripturæ, vel indicem Biblicum, vel annotationes marginales, in quibus omnibus nonnullæ Lutheri opiniones exhibentur, in tertia parte Indicis Librorum prohibitorum, saltem donec corrigantur, collocatæ fuerunt, & à nobis notâ J. 7. in Elencho Chronologico designatæ. In secunda, versio eadem Vulgata à Protestantibus vel cum illorum notis excusa. In ultima classe Biblia quæ ex linguis Orientalibus & ex Græco idiomate Latinè ultimis temporibus reddita sunt.

Quæ vernaculis scriptæ sunt idiomatibus, præmissis codicibus mss. sicut & in præcedentibus, primum quæ à Catholicis, deinde quæ à

Protestantibus conditæ sunt, accuratè recensui. Genevensium traductiones ter quaterque recognitas fuisse scripserunt quidam auctores: at editiones ab Olivetana usque ad eam quæ anno 1588. à plurimis Genevensium Doctoribus revisa est (à qua posteriores emanarunt) omnes ferè aliquam passæ sunt mutationem. Quin etiam novum Testamentum studio Joannis Calvini & Theodori Bezæ anno 1560. editum, ut patet ex præfatione, iis maxime recognitionibus fuit obnoxium. Interpretationes Germanicas à Luthero lucubratas, Lutheranorumque ope typis commissas, ab iis, quæ studio Calvinianorum prodierunt, sedulò distinguendas, sicut & cæteras versiones Germanicas, sive quæ à Calvinianis, sive quæ à Judæis confectæ sunt, seorsim ponendas esse censui. Priores Anglorum translationes, deinde Genevensis, Episcopalis & Regia, suo quæque discrimine, quâ potui curâ, distinctæ sunt. Alia ejusmodi ex conspectu totius operis cognosci poterunt.

Cæterum cum nullam Typographicam publicationem Bibliorum invenire mihi contigerit, Moguntinâ anni 1462. vetustiorem, reliquas omnes quæ illam præcessisse haud magna verisimilitudine dicuntur, sive à nonnullis leviùs allegantur, velut spurias habui. Quæ autem ab anno jam laudato prodière ad annum usque 1522. quo Versionem Novi Testamenti in publicum emisit Lutherus, numero quinquaginta supra centum, quæ integræ, bonæ notæ, probatæque fidei visæ sunt, computantur. Quod magno certe documento est, quidquid objiciant Lutherani Doctores, etiam ante Lutheri tempora sacrorum codicum lectionem inter Catholicos homines in usu fuisse cum summa piorum veneratione & utilitate.

De manuscriptis omnium aut aliquot sacrorum librorum codicibus, qui sex & octoginta supra mille & ducentos hoc in Syllabo describuntur, juvat aliquid præfari. Majorem certè numerum tam ex Hebraïcis quàm ex Latinis facilè produxissem; sed, cum priores omnes juxta Masoram recensiti sint, nulla fere ex illis lectionum varietas posset hauriri; ideò quos bonæ notæ, quos vetustos, & æram temporis habentes offendi, quique fuerunt virorum dignitate vel arte celeberrimorum, hos omnes accuratè & fideliter retuli. Codices msc. si quibus assignata est æra temporis, hanc diversam diversi exhibent: Hebraïci quidem Judaïcam; Syriaci æram Græcorum seu Alexandri Magni, quam etiam æram contractuum vocant, quæ incipit ab Alexandri Magni ingressu Jerosolyma: Arabici & Coptici alii æram Martyrum seu Diocletiani, alii æram Ismaëlitarum seu Hegiræ. Harum autem ærarum ad Christianam ratio hæc est: Æra Christi seu Dionysiana incipit anno Mundi 4000. juxta Judæos an M. 3760. (hæc inter se differunt annis 240.) juxta Græcos LXX. Interpretes an. M. 5508. anno æræ Alexandri M. 312. ante ætam Martyrum 284. & ante annum Hegiræ 622. In his supputandis à numero dato æræ Judaïcæ, Græcorum Interpretum, Alexandri M. subducendus est numerus 3760. 5508. 312. qui triplex in unaquaque æra anno Christi primo congruit: reliquus numerus annum Christi tribus illis ætis respondentem determinat. Contra, dato numero æræ Judaïcæ secundum minorem supputationem, quæ millenarium numerum omittit, cùm ille superat numerum 760. addendus est numerus 240. (alias numerus

1240.) & æræ datæ Martyrum adjiciendus est numerus 284. tunc habetur annus Christi. Æra Hegiræ alium exigit calculum, quippe quæ Lunaribus annis construitur: hunc autem confecit Ulug Beigus Londini à Grabio editus anno 1650. quem sequutus sum.

Latinorum Codicum in omnibus fermè Bibliothecis tanta est multitudo, ut in illis enumerandis maximus labor, minima fuisset utilitas. Hi duntaxat in collectione mea repetiuntur, qui censentur antiqui, optimæ notæ, aut aliquid habent peculiare. Plurimos tamen non me fugit in aliis totius Galliæ Bibliothecis delitescere hîc merito recensendos; sed in eorum cognitionem huc usque non veni; quòd hi, penes quos sunt, multum ex eorum pretio ademptum putant, si ab aliis cognoscantur.

Ex omnibus, in quos incidi, Græcis codicibus, paucos quidem veteris Instrumenti, plurimos vero Novi, nullos prætermisi: cum magna ex eis variarum lectionum copia suppeditetur. Asservantur complures in Bibliotheca Regia, Colbertina, Segueriana, &c. in Bibliothecis Angliæ, ut patet ex librorum mss. edito catalogo atque in Italiæ Bibliothecis, quas exhibet domnus Bernardus de Montfaucon in suo Diario Italico, & ex aliis quarum catalogos mecum peramanter communicavit. Idem quoque à doctissimo Abbate Renaudot beneficium accepi, cujus ope codicum mss. qui Florentiæ in Palatio *de Pitti* servantur, pervolvi catalogum, quem, cùm ibi ageret, Magni Ducis precibus devictus summa cura maximoque studio concinnavit.

Quod ad codices linguis vulgaribus exaratos, omnes ferme in hoc Syllabo admisi præter nonnullos Gallicos, qui frequentissimè in Bibliothecis nostris occurrunt, quique nullam aliam quam Guiarti des Moulins versionem continent. Horum antiquissimos refero, aut illos qui Bibliothecas Principum ornarunt.

Tanta denique nullibi extat Bibliorum Codicum mss. copia, quanta hic describitur; ad quos colligendos plurimum me juverunt catalogi Bibliothecarum Vindobonensis, Anglicanarum, Belgicarum, Bavaricæ, Leidensis, qui prælo commissi sunt: at non minorem præbuerunt segetem Bibliotheca Regia, Colbertina, Segueriana, Oratoriana, & quæ in variis hujusce Regni Provinciis reperiuntur, quarum indices in manibus habui humanitate Domni Joannis Mabillon. Godefridus Guilielmus Leibnitius, vir in omni scientiarum genere versatissimus, excerpta ex Guelferbytanæ, Dresdensis & Berolinensis Bibliothecarum catalogis perofficiosè ad me misit. Sed Joannem Baptistam Ottium, doctissimum linguæ sanctæ in Academia Tigurina Professorem prætermittere sua in me officia non sinunt; is omnium ferè Helveticarum Bibliothecarum indices subministravit. Gratum hîc erga illos omnes memoremque animum pro suis in me beneficiis, omnibus coram non ostendere mihi religio fuit. Laudare etiam satis non possum benignitatem, affabilitatem quâ me exceperunt, qui Bibliothecis hujus civitatis, Regiæ scilicet, Colbertinæ, Mazarineæ & aliis (omnes nominandæ forent) præficiuntur; eorum beneficia gratâ & publicâ memoriâ prosequi vehementer gaudeo. Sunt tamen nonnullæ Bibliothecæ, ad quas nulli datur aditus; illarum Domini aut Curatores id unum intendunt, ut ab eorum, quæ in thecis suis delitescunt, cognitione cæteri hominum arceantur. Rationes profectò suas

minimè curant: nulli majus ipsorum codicibus pretium conferrent, quàm qui ab eorum inspectione prohibentur. Quosdam è Bibliotheca Vaticana protuli, quorum notitiam aliunde non habui, nisi ex catalogis Bibliothecarum Ducis Urbini, Heidelbergensis & Reginæ Christinæ, quæ nunc cum Vaticana commixtæ sunt, & ex quibusdam auctoribus, qui eorum meminerunt. Multos tandem libros consului, qui majorem & accuratiorem mss. Codicum notitiam mihi suppeditarunt.

Jam verò adjectæ sunt potioribus præsertim sacrorum Bibliorum editionibus notæ quædam historicæ & criticæ, vel ex earum præfationibus ut plurimum excerptæ, vel ex Scriptoribus qui hisce de rebus deditâ operâ disseruerunt. Et id quidem absque ulla assentatione asserere, mihique polliceri audeo, lectores, scilicet rerum in hoc genere reconditarum indagatores, hujusmodi notis suum quodammodo posse studium explere etiam cum aliqua voluptate. Etenim multa vel nova, vel in pluribus dispersa libris, hic simul collecta reperient, in primis exquisitissimam Joannis Baptistæ Ottii de Bibliis Tigurinorum Germanicis dissertationem, non quidem integram, sed velut in varias dissectam lacinias. Quòd spectat ad notationes criticas, summam semper arbitratus sum in illis moderationem adhibendam: idcirco non omnes, quas variis in lucubrationibus offendi, sed illas tantùm quæ graviores ac æquiores mihi visæ sunt, non inverecundè censui referendas. Duos potissimùm celeberrimos Auctores in hoc literarum genere versatissimos sæpissimè laudavi, Richardum Simonium, & Christianum Kortholtum: ille non solùm in historiis criticis, sed præsertim in disquisitionibus de variis Bibliorum editionibus, quæ tacito Auctoris nomine anno 1684. Londini vulgatæ sunt, multa refert, quæ huic operi nostro congruebant: hic circa antiquas versiones Simonium plerumque exscribit; circa Germanicas verò & alias populares quædam peculiaria habet, quæ suis locis inserui. In his sanè rebus alieno judicio usus sum; in quo quidem adhibendo nonnulla allegantur ex fide illorum, duntaxat qui ea scripserunt. Cùm enim nullam in Republica literaria mihi adsumam auctoritatem; quid dicam, quidve sentiam, nullius ut sit ponderis ac momenti, consentio: at doctissimorum hominum sententiæ quæ passim laudantur, vim quantam iis quæ sunt à me dicta, conciliaturæ sint, lectorum erit judicare. Nemo autem miretur quòd nullas ferè circà versionem Græcam LXX. Interpretum & circà Vulgatam Latinam annotationes adjecerim; tot enim ea de re disseruerunt Auctores, ut hoc argumento nihil sit vulgatius.

Singulas quasque Veteris & Novi Testamenti recensere versiones, adhibito summo studio & labore, conatus sum. Porrò quæ circumferuntur, vel ex nonnullis malè relatis, vel perperam intellectis veterum locis, vel quæ memorantur à Neotericis, qui ducentis posteà ut plurimum annis vixere, non à me prorsus omissæ videbuntur; illas quippe suo loco subjeci examini; quas quidem non omnes habeo veluti spurias, sed saltem ut suspectas dubiæque fidei, quippe quæ nec auctoritate antiquorum, nec manuscripti codicis inspectione nitantur. Plurimas olim, imò gentium penè universarum vernaculas translationes extitisse ex priscis Patribus & Scriptoribus Ecclesiasticis evincere contendunt quidam tam Catholici quàm Protestantes: sed cùm in hoc

Syllabo suum locum obtinere non potuerint, tùm quod nulla esset sectio ad quam remitterentur, tùm quod nunquam, ut mihi videtur, reipsâ fuerint, ideò veterum testimonia quibus fulciuntur, hic adducere placuit. Triplicis autem sunt generis quæ solent afferri. Ad primum revoco (a) bina scilicet ex S. Joanne Chrysostomo, (b) tertium ex Theodoreto, (c) quartum ex Venerabili Beda, quæ ne versionis quidem popularis mentionem ullam faciunt. Ad secundum, (d) alia duo ex S. Hieronymo & (e) tertium ex S. Augustino; multas inde quidem versiones colligunt: esto, illis temporibus extiterint plurimæ sive Græcæ sive Latinæ, tùm etiam Syriaca, &c. verùm multò minore numero quàm quot ex his locis volunt inferri. Ad postremum denique testimonia desumpta ex (f, g) Eusebio Cçsariensi & (h) Anastasio Si-

(a) *S. Joannes Chrysostomus Homil.* 81. *in Matthæum.* « Quod autem meretrix mulier in domo cujusdam leprosi duodecim viris præsentibus oleum effudit, id per universum orbem tanto tempore transacto decantatur: nec rei gestæ memoria emarcuit, sed & Persæ, Indi, Scythæ, Thraces, Sauromatæ, quique Mauritaniam, quique Orchadas insulas habitant, quod in domicilio pauperis à flagitiosa fuerat factum muliere, magnâ prædicant voce.

Postquam locutus fuit sanctus Joannes Chrysostomus de Pythagoricis & Platonicis disciplinis Homil. 2. *in Joannem, hæc subdit:* « Nonne meritò illa omnia extinxit abolevitque vera & perfecta doctrina? meritò sanè & ratione quidem optima; sed non itidem indocti & illiterati viri (*nempe S. Joannis*) doctrina evanuit. Verùm Syri, Ægyptii, Indi, Persæ, Æthiopes, & innumeræ gentes DOGMATA ab hoc introducta in suam transferentes linguam, homines barbari philosophari didicerunt.

(b) *Theodoretus serm.* 5. *p.* 555. *Curationis Græcarum Affectionum hæc dicit:* « Quinam hodie sectæ Stoicæ præsident, quinam Stagiritæ doctrinam tuentur, ubi sunt qui ad leges Platonis civitates gubernent, qui amplexam ab eo Reipublicæ formam amplexi sint? At nullum profectò dogmatum istorum Doctorem nobis ostendere poteritis. Nos autem vobis APOSTOLICÆ, PROPHETICÆQUE DOCTRINÆ vim & robur manifestè ostendimus. Universa enim quæ est sub sole terra, his sermonibus referta est (ἐξ Ἑβραϊκῆς φωνῆς) & vox Hebraïca non in Græcorum modo linguam versa est, sed etiam in Romanorum & Ægyptiorum, Persarumque & Indorum, & Armenorum, & Scytharum ac Sarmatorum, atque ut semel dicam, in linguas omnes quibus ad hanc diem nationes utuntur.

(c) *Venerabilis Beda lib.* 1. *hist. Anglorum cap.* 1. « *Britannia* in præsenti juxtà numerum librorum, quibus lex divina scripta est, quinque gentium linguis unam eandemque summæ veritatis ac veræ sublimitatis scientiam scrutatur & confitetur: Anglorum videlicet, Britonum, Scotorum, Pictorum & Latinorum quæ meditatione Scripturarum cæteris omnibus est facta communis. *Nullo id artificio* (conversam scilicet fuisse sacram Scripturam) *ex Beda verbis citatis me colligere posse fateor*, inquit Henricus Warthon pag. 466. Auctarii de sacris & script. vernaculis.

(d) *Sanctus Hieronymus Commentar. in Psalmum* 86. « Dominus narrabit in Scripturis populorum: in Scripturis sanctis, Quæ Scriptura populis omnibus legitur, hoc est, ut omnes intelligant. »

Idem præf. in quatuor Evangelia ad Damasum. « prætermitto, *inquit*, eos codices quos à Luciano & Hesychio nuncupatos paucorum hominum asserit perversa contentio, quibus utique nec in toto Veteri Instrumento post LXX. Interpretes emendare quid licuit, nec in Novo profuit emendasse: cùm multarum gentium linguis Scriptura antè translata doceat falsa esse quæ addita sunt.

(e) *S. Augustinus lib.* 2. *de Doctrina Christiana cap.* 5. *ait:* « Ex quo factum est ut etiam Scriptura divina, quâ tantis morbis humanarum voluntatum subvenitur, ab una lingua profecta, quâ opportunè potuit per orbem terrarum disseminari, per varias Interpretum linguas longè latéque innotesceret gentibus ad salutem. »

(f) *Eusebius Cæsariensis in oratione de laudibus Constantini cap.* 17. *pag.* 547. *editionis Valesianæ:* « Quod verò pollicitus est illis (*Christus Apostolis*) se facturum ipsos piscatores hominum; nec id verbis solummodo dixit, sed reipsa cumulatè præstitit, tantamque eis vim & potentiam indidit, ut libros conscriberent atque ederent; utque horum librorum tanta esset auctoritas, ut omnium tam Græcorum quàm Barbarorum linguis conversi, à cunctis ubique gentibus studiosè ediscerentur, & ea quæ in illis continentur, divina esse crederentur oracula, quantùm id valet ad divinitatem ejus perspicuè declarandam? »

(g) *Idem ferè scribit in fragmento à Joan. Grabio, Græcè & Latinè allato in ipsius notis ad Spicilegium Patrum sæculi* 2. *pag.* 252. *loquitur Eusebius hic de Joanne filio Zebedæi*, « cujus & nomen, *ait*, per universum orbem celebratur, & doctrina hominum animos collustrat, traditâ ipsis Evangelii Scripturâ, quæ in omnem linguam, Græcam pariter ac Barbaram translata est, & ut omnes gentes exaudiant, quotidiè prædicatur. »

(h) *Anastasius Sinaita in tractatu quem inscripsit*, Ὁδηγὸς *cap.* 22. « Igitur fides Christianorum est incuriosa, in simplicitate & rectitudine cordis totam divinam Scripturam recipere consueta, maximè vero doctrinam à patribus traditam. Dicta enim Evangelica & Apostolica scimus universim depravari non posse. .... eò quòd Evangelium septuagintaduarum linguarum & gentium literis consignatum sit. Quare fieri nequit, ut vel detractione, vel additione à sceleratis corrumpatur. Nam licet quis unius vel alterius linguæ libros falsare conaretur; improbitas tamen ista detegeretur & redargueretur ab aliis septuaginta linguis. »

naita; sed non inde conficitur, quod velle videntur illi Scriptores, quodque ratio credere non sinit, nullam fingi posse nationem Christianis imbutam doctrinis, in cujus idioma textus sacer non fuerit translatus. Qui hæc testimonia adducta attentè legerint, meo de illis Judicio, uti spero, subscribent. Suam autem meo calculo sententiam Voluit vir eruditus D. L. Ellies Dupin in sua hujus loci analysi confirmare; an mentem meam assecutus fuerit, judicium esto penes lectorem.

Post Præfationem hanc.

At quorsum (dicent forsan aliqui) tam accurata, nec minùs operosa tot Bibliorum variis adeò temporibus, locis linguisque editorum recensio? & quid hæc ad intelligendos S. Scripturæ sensus? mirum quidem in modum. Sanè pace illorum dixerim, non satis perspexisse, qui ita sentiunt, quanta hinc utilitas ad veram religionem illustrandam, ad pietatem in animis excitandam, ad inflammandum amorem sacrarum litterarum possit emanare. Inde enim semper intellexere rerum divinarum studiosi homines, quanta ubique fuerit inter Christianos in sacris evolvendis paginis sedulitas, quàm ardens studium in enucleandis sanctorum voluminum difficultatibus, quàm pretiosa ex illis variantium lectionum observationibus copia sententiarum, quàm denique multiplex fructuum, qui hinc colliguntur, veniat ubertas! quæ certè quibus è fontibus hauriantur, saltem monstrari hac nostra collectione, imò & quid vitandum, velut noxium & dubiæ fidei in lectione quorumdam Bibliorum possit occurrere, nemo negaverit præmoneri.

Idem Bartoloccius tomo 4. Bibl. Rabbinicæ pag. 201.

Prætereà nec primus nec solus omnes sacrorum Bibliorum editiones congerere atque indicare aggressus sum. „Eas omnes recensendi „ labore deterritus, (*inquit Julius Bartoloccius tomo 4. Bibl. Rabbinicæ pag.* „ 201.) hanc spartam exornandam aliis relinquere constitueram, nisi „ mihi aliter suasisset Illustrissimus & Reverendissimus Dominus meus „ Joannes Franciscus de Laurentiis Venusinus Episcopus. Hic mihi „ aliquando communicaverat, se in animo habere omnes S. Scripturæ „ versiones quarumcunque linguarum simul colligere, & ex his sacris „ cimeliis instructissimam conficere Bibliothecam; quòd si eatumdem „ ego catalogum texuissem, facem ei prætulissem, quâ præeunte, „ faciliùs & ipse esset ad eum, quem optabat, finem perventurus. An„ nui & comparatis undique auxiliis, præsertim ex diversis Urbis Bi„ bliothecis (*quas hic nominat*) horum ope præsentem catalogum con„ texui. Jam anteà similem confecerat Joannes Crowæus initio Elenchi scriptorum in S. Scripturam, aliumque indicem longè auctiorem Joannes Hartley in catalogo librorum universali Londini anno 1699. edidit. Qui triplicem hunc catalogum cum hocce Syllabo conferre voluerit, quid insit discriminis, tum circà editionum ac versionum numerum, tum circà earum dispositionem, accuratamque recensionem, brevi poterit cognoscere.

Textum sacri codicis, quoquo modo fuerit ordinatus, hoc in opere indicare fuit animus: eam ob rem harmonias Evangelicas ex ipsis Evangelistarum verbis concinnatas, ordine auctorum alphabetico, Bibliorum Concordantias, necnon notissimas variantium Lectionum Collectiones, secundùm quarumlibet idiomata dispositas, omnigenis istis sacrarum literarum editionibus subjunxi. Lectoribus

quoque me pergratum fore existimans, Chronologicum Bibliorum excusorum Elenchum, cujus ope, quo anno facta fuerit quælibet editio, statim cognoscant, hîc apposui. Cùm autem omnes non eandem utilitatem habeant, plurimaque ex illis præcedentium sint tantùm exempla, singulares quasdam ac præstantiores selegi, quarum delectus hic reperitur, in quo quidem habendo satius mihi visum est ditissimas ornare Bibliothecas quàm eruditorum Musæa onerare; licet verò nullam in eo alicujus momenti versionem excusam omiserim, nonnullas tamen optimis & palam obviis illustratas commentariis non indicavi. Hunc delectum excipit primarum in unaquaque lingua editionum series; sequitur Systema idiomatum & dialectorum in quæ translati sunt sacri codices. Index versionum Biblicarum alphabeticus, in quo quæ sunt sublestæ vel dubiæ fidei, asterisco notantur; numerus denique Codicum Manuscriptorum adjicitur.

Hic Syllabus alphabetico Translatorum & eorum qui prælatissima Biblia edenda curarunt, qui Harmonias Evangelicas & Concordantias Biblicas confecerunt, qui denique varias collegerunt lectiones ad numerum septingentorum & quinquaginta, Indice terminatur. In illo uniuscujusque gens, patria, religionis cultus, munia, dignitas præcipua & obitus indicantur.



LECTORI C. F. BOERNERUS

INter varia illa quæ hodie habentur, literarum adjumenta doctrinæque elegantioris subsidia, principem facilè locum mereri videntur eruditorum labores, qui *Bibliothecarum* titulo notantur, distinctamque & accuratam omnis generis librorum notitiam tradunt. Quippe in tanta librorum, quæ extat ac in dies augetur, multitudine, nisi ducem habueris, qui in quavis lingua. arte seu scientia scriptores, qui singulis ætatibus floruere, eorumdemque scribendi rationem, tum & varias pariter ac præstantissimas librorum editiones tibi indicaverit, ad solidam perfectamque eruditionem difficillimum aditum esse deprehendes. Iraque laudabilem & universæ rei literariæ utilissimam operam illos impendere semper arbitratus sum, qui vel generatim Bibliothecas colligere, vel linguarum aut scientiarum habitâ ratione Auctores Librosque recensere aggrediuntur. Ac multi quidem jam olim hinc studiis, ac industriæ suæ campum elegerunt, ac eo nomine præconem nacti sunt PHILIPPUM LABBEUM, qui in peculiari libro, inscripto: *Bibliotheca Bibliothecarum*, haud exiguum ejusmodi scriptorum numerum commemoravit. Quam quidem Bibliothecam multò auctiorem confecit, & recentioribus etiam scriptoribus instructam, titulo *Catalogi Autorum, qui librorum indices, Bibliothecas, &c. scriptis consignarunt*, duobus voluminibus edidit V. Cl. ANTONIUS TEISSERUS. Sicuti autem illi, qui nuper hoc institutum susceperunt, prioribus illis eò magis præferendi sunt, quò ma-

Præfatio secundæ editionis in 8o. 2. vol. *Lip* 1709.

jori apparatu doctrinæque subsidiis instructi ad idem animum appulerunt; ita hos inter Bibliothecarum, quæ ad profanas potissimùm literas atque scientias respiciunt, duos imprimis omni commemoratione dignos esse judico scriptores, eosdemque in Germania nostra hac tempestate clarissimos viros, BURCARDUM GOTTHELF. STRUVIUM & JO. ALB. FABRICIUM, quorum ille in Bibliothecis scientiarum accurato ordine disponendis laudabilem operam hactenus posuit; hic autem Bibliothecâ Latinâ sive notitia auctorum veterum Latinorum, quorumcunque scripta ad nos pervenere, anno M DC XCVII. primùm editâ, præclarum inde opus Bibliothecæ Græcæ evulgare cœpit, eâ solertiâ & accuratione confectum, ut iniquissimus harum rerum existimator fuerit, qui hoc ejus institutum non omni plausu prosequendum putet, optetque ut idem brevi perficiatur. Quemadmodùm verò Cl. Fabricius circa libros Græcos atque Latinos, ab antiquis & profanis auctoribus conscriptos, id maximè sibi datum esse intellexit, ut post ea, quæ alii viri docti de illis vel parùm accuratè vel minùs sufficienter dixere, exquisitiorem instituti rationem iniret, ac pleniùs de hoc argumento dissereret; ita, quod ad sacras literas attinet, idem planè propositum fuisse videtur doctissimo hujus BIBLIOTHECÆ SACRÆ Autori, JACOBO LE LONG, qui cum Syllabos editionum ac versionum sacræ Scripturæ antehac editos ita comparatos esse animadvertisset, ut & circà earum numerum, & circà dispositionem accuratamque recensionem multa desiderari queant; id operis denuò, præclaris undiquaque adjumentis comparatis, improbo labore aggressus est, tamque feliciter perfecit, ut ejus Bibliotheca sacra, si non omnibus numeris perfecta & absoluta habenda sit, certè omnium voto atque expectationi satisfacere possit. Neque verò præstantissimi hujus operis maximum codicum sacrorum tam MSC. quàm impressorum numerum, unà cum notis criticis atque historicis, elegantissimo ordine exhibentis, rationem: nec ad illud subsidia, quæ CL. Vir è celeberrimis totius Europæ Bibliothecis præclarissima habuit, hîc enarrare opus est, cùm ea ex luculenta, quam ipse præmisit, præfatione abundè cognoscantur. Quin potiùs quid in nova hac editione meo qualicunque studio præstitum fuerit, ut jam explicem, meum esse video. Nempe voluntati Bibliopolarum I. L. Gleditschii & Weidmanni, qui hujus Bibliothecæ Sacræ, hoc ipso anno Parisiis ab auctore suo evulgatæ, præstantiâ & utilitate permoti, eandem meis potissimùm auspiciis recudere voluerunt, satisfacturus totum opus studiosè perlegi, & plerisque Bibliorum editionibus ac versionibus, quas partim Bibliothecæ hujus loci publicæ, Academica atque Senatoria, partim privata musea suppeditarunt, collatis, menda, quæ in exemplum Parisiense irrepserant, sustuli, titulos Bibliorum & ex præfationibus variisque scriptoribus excerpta integritati suæ passim restitui, ac denique additamenta, quæ in utriusque partis calce plurima occurrebant, suo loco collocanda, curavi. Præterea vetustos aliquot ac optimæ notæ codices MSS. Orientales, Græcos & Latinos, suprà XXX. quos vel Bibliothecæ modo laudatæ, vel propria supellex libraria, vel Bibliothecarum divenditarum catalogi præbuerunt, accuratè recensitos, cum Bibliorum aliquot editionibus ac versionibus prætermissis adjeci, ac omnes

omnes uti & alios codices multos, ab ipso Autore jam memoratos, ejusdem exemplo notis historicis & criticis vel ex præfationibus, vel ex Scriptoribus, qui hisce de rebus deditâ operâ scripserunt & ad Cl. Viri manus haud venere, depromptis illustravi. Inprimis capite IX. quod Biblia Germanica complectitur, plures ejusmodi observationes, quæ uti & reliquæ omnes meo labore additæ obelo notantur, tum & specimen versionis Germanicæ Sauberti ex schedis mss. insertum exhibetur. Doleo autem magnopere, me nimiâ temporis angustiâ circumscriptum, (quidquid enim novæ hujus est editionis, intra paucarum hebdomadum spatium perfici oportuit) & Typographis importuniùs insistentibus ab instituto sæpè revocatum, majorem huic Bibliothecæ operam navare haud potuisse, ita ut novatum observationum spicilegio locus facilè relinquatur. Cæteroquin quidquid à me additum est, nec doctissimo Bibliothecæ hujus Autori, alteram ejusdem partem, Commentatores Biblicos exhibiturum, simili eruditionis apparatu jam paranti displiciturum confido, nec tibi, Lector Benevole, ingratum fore spero. Vale, meisque studiis fave. Dabam Lipsiæ è Museo, ipsis Kalendis Octobr. A. C. M. DCC. IX.

CONSPECTUS TOTIUS OPERIS.

PARS PRIMA.

Seu prior Syllabus complectens sacros tam textûs, quàm omnium quâvis linguâ versionum Codices.

VITA AUCTORIS.

REverendi Patris Jacobi Le Long, Congregationis Oratorii Gallicanæ Presbyteri eruditum Opus, cujus partem dùm adhuc in vivis ageret, publici juris jam fecerat, integrum tandem, quale paraverat, & suis absolutum numeris, postquàm is heu! naturæ debitum solvit, in lucem edimus. Cùmque non mediocrem apud Literatos omnes tam Gallos quàm exteros famam existimationemque sibi compararit libri Auctor, quò notius ejus nomen omnibus factum est, eò minùs nobis fit dubium, quin omnium sit in votis, ut pauca de ejusdem moribus, studiis, vitæque instituto prælibemus. Ea verò quâ me prosequebatur benevolentiâ, id à me videtur postulare, ut cujus scripta apud posteros permansura sunt, ad eosdem unà cum ipsis, Scriptoris effigiem nativis adumbratam coloribus, quâ potero fide, in hac mea simplici oratione transmittam. Neque injucundùm fore putem eruditis Europæ, quotquot sunt, ad quos tam cari viri fama pervenerit, si hoc meæ in ipsum amicitiæ, gratique animi publicum edam testimonium.

Jacobus Le Long Parisiis natus est honestis parentibus Renato Le Long cive Parisiensi & Johanna Binet ejus uxore, decimo-tertio Kalendas Maii, anno post Christum natum sexcentesimo sexagesimo-quinto suprà millesimum. A pueris matre orbatus, cùm ad secundas nuptias convolasset Jacobi pater; consanguineo cuidam suo, pio quidem & non mediocriter erudito Sacerdoti, Monialium Congregationis B. Mariæ, Stampensis Confessionibus excipiendis præfecto, educandus traditur; ibique per duos aut tres annos commoratus, cum primis Latinæ linguæ rudimentis prima religionis haurit elementa.

Jacobum intereà Renatus, numerosæ alioqui prolis pater, ferè ab incunabulis, alterum veluti Samuelem, Deo arisque ut consecraret, addicendum duxit Ordini Equitum Melitensium S. Johannis Jerosolymitani. Puer itaque Melitam missus est, ut cultui divino in celebri Melitensium Ecclesia vacaret, ejusque Ordinis Clericis adjunctus est. Verùm quàm vana hominum spes & consilia, seu potiùs quàm inscrutabilia divinæ providentiæ momenta & investigabiles viæ ejus.

Pestis tunc temporis Melitæ grassari cœpit. Ne propagaretur nimium dira lues, nullum dum non movent lapidem Equites Insulæ Domini, publico edicto sancitum est, ne quis mortuos morienresve exceptis Medico & Sacerdore inviseret: Qui morienti adstitisset, aut mortui funus prosecutus fuisset, uti suspectus contagionis haberetur; isque in posterùm domi inclusus maneret, inde nonnisi post feriatum ab omni hominum consortio quadraginta dierum quoddam justitium proditurus in publicum. Has leges ne quis transgrederetur, domûs suspectæ fores lapidibus statim, calæque occludebantur; unâ spe victûs iis qui clausi erant, repositâ in cura & providentiâ Præfectorum urbis qui per sportas è fenestris dimissas alimenta ingerebant. Tristi hoc morbo sæviente, dùm fortè pergit pius juvenis ad ædes sacras, in mortui funus offendit, latæque legis inscius, & contra ignotum improvidæ ætati periculum malè cautus, seu pietatis ductu, sive innatâ huic ætati quidlibet videndi cupiditate funus comitatur. Vix eo domum regresso, ne quis ejus commercio infici possit, extemplo domus occluditur. Quis nun doleat indocti pueri malam sortem? Immò quis non miretur teneræ ætatis saluti invigilantem summi numinis providentiam? Quis enim non sine Dei optimi maximi qui Jacobum ad majora reservabat, consilio factum esse, quod fortuitum tunc videri potuit non ultrò fateatur, qui cogitarit liberarum hinc inde domorum incolas subindè peste extinctos; ipsum verò Jacobum, cæterosque qui eodem quasi carcere cum ipso clausi tenebantur, Gallos adolescentes bonâ semper firmâque valetudine potitos.

Institutioni Clericorum Melitensium tunc temporis præerat vir austerus, asperius ob ingenium moresque infectas invisus juveni Gallo, politioribus moribus, mitissimaque indole prædito. Tæduit tandem juvenem Magistri; tæduit eum insulæ Melitensis, in qua cùm exulare jam tùm sibi ipse videretur, ut cui agnatorum cognatorumque nullus occurreret, Galli pauci, iique incogniti, dulcis tandem patriæ juvenem vehemens desiderium cepit: è Melita itaque Parisios migrare statuit, & quo promptiùs in Patriam redeundi à Magistro Ordinis licentiam obtinere posset, morbum, si non finxit, quod non sinebat animi candor abhorrens à

mendacio, saltem insulæ cœlum ipsi insalubre esse sibi primùm, mox aliis persuasit, ac tandem votis potitus est. Fr. Gregorius Caraffa è Principibus Ruccellæ Magister Ordinis literis suis vigesimo-septimo Januarii anni millesimi sexcentesimi septuagesimi-sexti datis, copiam facit Parisios repetendi, ut per sexennium studiis sedulò vacans, Ordini deinceps & Ecclesiæ toti utilior evaderet. Secundas literas anno millesimo sexcentesimo octogesimo-secundo, vigesimo-secundo Octobris datas accipit, quibus illi concessum ut per quatuor annos Parisiis commoretur, quò Philosophiæ, Theologiæque operam det.

Ingressus navim ventis adeò prosperis usus est, ut tertio die Massiliam appulerit. Parisios redux in celebri hujusce Urbis Academia humanioribus primùm literis excultus, Philosophiæ postmodum, de hinc Theologiæ operam dedit, ac laureâ Magisterii Artium fuit decoratus.

Contigit autem tunc temporis, ut pius juvenis sacrarum literarum studiosus, cupidusque verbi divini Concioni unius è nostris interesset, statimque captus piâ dicentis eloquentiâ, accensusque ad perfectioris vitæ institutum, Oratorem adit, & cum Ordini Melitensi votis nondum esset adstrictus inter Congregationis alumnos nomen dare, si liceret, exoptavit vehementer, atque adscriberetur enixè rogavit. Voti compos, anno millesimo Sexcentesimo octogesimo-sexto, ætatis vigesimo-primo, Domum nostræ Institutionis, ut vocant, ingressus est. Peracto piæ probationis, seu, ut pro more nostro loquar, Institutionis anno, in Juliacensem nostram Academiam, Meldensis Diœceseos, ab Urbe Lutetia viginti circiter milliaribus distantem, ut adolescentes, qui tùm ad pietatem, tùm ad scientias inibi summâ curâ erudiuntur, Mathesim edoceret, Superiorum mandato proficiscitur. Juliaci agens ad sacros Ordines, ac demùm ad Sacerdotium Sabbato Pentecostes anni millesimi sexcentesimi octogesimi-noni, ætatis vigesimo-quinto, suffragantibus omnium ejusdem Domûs Presbyterorum calculis, ut Statuto Congregationis nostræ firmo & nunquam infringendo edictum est, ac Superiorum permissu promovetur. Dignus sanè qui ex inferiori gradu ad superiorem citò ascenderet, tantum in eo virtutis & scientiæ Ecclesiasticæ amor elucebat.

Haud ita multò post, dùm Parisiis apud suos commoratur, in morbum incidit tam violentum, tamque diuturnum, ut penè de illius vita tunc conclamaretur: enim verò, Deo optimo, maximo illum ad majora destinante, è mortis faucibus eripitur Pristinæ valetudini redditus, non jam edocendæ juventuti, sed studiis cum otio conjunctis homini nimium delicato vacare permittitur. Secessit tùm in Alberti-Villam pagum à Lutetia tribus millibus distantem, in domum B. Mariæ de Virtutibus, ob Templum Deiparæ Virgini sacrum & miraculorum frequentiâ celebre ita nuncupatam: quâ in Domo Diœcesis Parisiensis Clerici ad clericalem vitam & scientias Ecclesiasticas instituuntur. Hic mirum quantum in divinarum, humanarumque rerum cognitione profecerit: Studium ita volupe illi erat, ut in illud vacuum ab Officiis Ecclesiasticis & oratione tempus omne suum insumeret. Mathematicæ & Philosophicæ disciplinæ ejus maximè animum alliciebant. Hinc inter eum & sui sæculi ornamentum ac Philosophorum facilè Principem Nicolaum Malbranche, Congregationis nostræ Sacerdotem tanta exorta est animorum conjunctio, ut etiam Malbranchii morte solvi non potuerit. Illic interim Bibliothecæ cura eidem commendatur, quam Provinciam lubens suscepit, brevique libros omnes evolvit, ordinavit, eorumque Catalogum digessit.

Moritur intereà Parisiis Gerardus du Bois Auctor Historiæ Ecclesiæ Parisiensis, Domûsque nostræ Bibliothecæ Præfectus; quo exstincto ditissimam hanc Bibliothecam solus administravit Sebastianus Rainssant, celebris Medici, de quo Guido Patin sæpiùs in suis Epistolis Gallicis loquitur, filius, vir certè pius, nec indoctus; ast tali oneri tùm ob ætatem, tùm ob linguarum Orientalium inscitiam non ita par. Aptior tandem huic muneri à Præpositis Congregationis delectus est Jacobus Le Long, tùm ob scientiam in literasque amorem, tùm ob non vulgarem in re Libraria notitiam cognitus & acceptissimus. Hanc Bibliothecam non Galli solùm sed & exteri norunt nulli Parisiensium cedere librorum editorum qui in ea asservantur copiâ ac delectu, maximè codicum manuscriptorum Orientalium, Hebræorum præsertim numero, quos Achilli Harlæo Congregationis Oratorii Presbytero, post San Maloviensi Episcopo acceptos refert. Vix ad id muneris obeundum alium invenissent parem: Linguas siquidem plurimas callebat, Latinam, Græcam, Hebræam, Chaldæam ex antiquis; ex Europæis Italam, Hispanam, Lusitanam & Anglicam. Quidquid verò ad Literatorum, Typographorum & Librorum historiam attinet, id omne ita memoriâ conditum servabat,

ut in hac parte Litteratorum paucis, Bibliopolæ certè nulli cederet. Mirum quantum Bibliothecam nostram ditarit viginti duobus annis quibus ei præfuit: Hanc namque tertiâ parte auxit, licèt vix aliundè suppetant sumptus quàm ex librorum, quos è nostris quidam Testamento legant auctione. Illam scilicet ad Zelotypiam usque (si ita loqui fas est) unicè deperibat; negligens rerum suarum, Bibliothecæ autem suæ amplificandæ studiosissimus. Hunc mirum in modum libri vel minimi angebat jactura, dumque libens cum exteris & summâ humanitate libros communicaret, ægrè tamen ferebat eos à nostris è Bibliotheca auferri, nunquam lætitior quàm cùm videret referta congestis & coarctatis Voluminibus armaria; si quæ fortè loco mota essent suo, aut alio asportata, penè dolens quasi abesset animæ dimidium suæ. Habebat enim hoc nævi inter eximias dotes: videlicet nihil omni ex parte beatum.

Vixdùm ingressus Domum Oratorii Parisiensis, de ordinanda hujus Bibliotheca cogitavit seriò; primaque de librorum Catalogis conficiendis cura hunc subiit, quod quanti sit laboris, & quàm longæ operæ nemo est qui non intelligat. Sed ut non parcior temporis eo quisquam fuit, sic nec laboris parientior. Tres itaque Bibliothecæ sibi creditæ Catalogos texuit. Primus Libros, uti in pluteis dispositi sunt exhibet, habita eorum formæ, seu magnitudinis ratione. Secundus Catalogus eosdem libros exhibet, pro variis scientiis & disciplinis ad quas referri possunt distinctos. Hujus specimen eximium habetur in Catalogo Bibliothecæ Tellerianæ. Tertius verò ordinem alphabeticum Auctorum sequitur.

His Catalogis perficiendis vacanti in mentem venit propositum concinnandæ Bibliothecæ sacræ, statimque operi manum admovit. Intereà nondùm editam quàm R. P. Johannes Renou Andegavensis, Congregationis Oratorii Sacerdos ab anno 1701. jam defunctus concinnaverat Methodum Hebraïcam, ac radices Hebraïcas versibus Gallicis comprehensas ad instar *Radicum Græcarum*, vulgavit in 8°. *Parisiis*, *Typis Jacobi Collombat*, *anno* 1708.

Anno altero, *Parisiis*, duobus voluminibus in 8°. apud Andream Pralard prodiit primus Jacobi nostri fœtus hoc titulo: *Bibliotheca sacra*, *sive Syllabus omnium fermè sacræ Scripturæ Editionum ac Versionum*, *&c*. Duo hæc volumina majoris operis minorem tantùm partem continebant: alteram, in qua omnes qui in sacram Scripturam aliquid scripserunt Auctores, eorumque opera recensentur prælo jam paratam typis mandare distulit, eâ spe scilicet, ex Anglia, Germania, aliisque Europæ partibus doctos quosque sibi opem laturos. Nec spem fefellit eventus, perlectâ enim primâ operis parte, doctissimi quique Auctori applaudentes, cum eo peroffciosè schedas suas communicarunt, atque ad tantum opus perficiendum sua singuli Symbola contulere. Vixdùm Bibliotheca sacra Parisiis lucem aspexerat, cùm doctissimus Christianus Fridericus Boernerus, sacræ Theologiæ Doctor, & humaniorum literarum in Academia Lipsiensi Professor, eam denuò, additis interpretationibus Germanicis, tam editis quàm manuscriptis, quæ Auctorem Gallum latuerant, Lipsiæ apud Fratres Gleditsch publicavit. Hac editione intra breve tempus distractâ, Auctor operi suo rursùs manum admovet, illudque iteratò incudi reddit, ut tandem opus integrum omni ex parte limatum in publicum prodeat. Circa Bibliorum Polyglottorum, maximè verò Parisiensium historiam multa scitu utilia varios apud Auctores nactus; ea existimavit Gallis nostris placitura. Anno itaque 1713. in 12. apud Andream Pralard, Bibliorum Polyglottorum Historiam, Gallicè scriptam, in lucem emisit; hanc inscripsit: *Histoire des Bibles Poliglottes.*

Huic sacro dùm incumbit operi, condendæ Historicorum Francorum Bibliothecæ consilium subiit. Opus illud intra tres annos absolvit perfecitque; quodque vix credibile est, tam brevi temporis spatio immensæ molis volumen, non semel aut bis, sed ter quaterque integrum suâ manu conscripsit. Hoc opere sub prælo sudante, dissidiorum inter Bonifacium VIII. Pontificem maximum, & Philippum Pulchrum, Francorum Regem Christianissimum Historiam pii æque ac eruditi Scriptoris Adriani Baillet è Diœcesi Bellovacensi Sacerdotis opus posthumum Typis mandavit. Ad calcem operis viginti duo, tùm instrumenta, tùm partes ex publicis monumentis excerptas adjecit, quæ historici fidem adstruunt, dictisque ejus lucem afferunt non modicam. Hoc opus Gallicè scriptum prodiit, in 12. *Parisiis*, apud Barrois, anno 1718. hac inscriptione: *Histoire des démeslez du Pape Boniface VIII. avec Philippe le Bel Roy de France.*

Anno autem 1719. in folio *Parisiis*, apud Osmont & Martin Bibliopolas Parisienses in publicum emisit Bibliothecam Scriptorum Historiæ Francicæ quam

inscripsit: *Bibliotheque historique de la France, contenant le Catalogue de tous les Ouvrages tant imprimez que manuscrits, qui traitent de l'Histoire de ce Royaume, ou qui y ont rapport, avec des notes critiques & historiques*; id est, Bibliotheca Historica Franciæ, exhibens indicem omnium omninò operum tùm editorum tùm manuscriptorum quæ hujus Regni historiam tradunt, aut ad eam illustrandam quocumque modo conducere possunt, cum notis criticis & historicis. Eo quo dignum erat plausu doctissimum opus exceptum est, quantamque jam apud exteros Jacobo nostro Bibliotheca sacra, tantam apud Populares suos famam existimationemque hæc Bibliotheca historica conciliavit.

Vixdùm liber iste in publicum prodierat, cùm de edenda integra Bibliotheca sacra seriò cogitans, ei tandem ultimam manum admovet; primam itaque uti, & secundam partem multis in locis correxit, in plurimis auxit, insertis operi, seu quas à viris doctis undequaque acceperat, seu quas labore improbo sibi ipse comparaverat, observationibus. Hanc ad optatum exitum perductam, edendam suscepit Antonius Urbanus Coustelier Parisiensis Typographus, qui nulli impensæ pepercit quominùs cultior prodiret in publicum, ut quilibet ultrò tùm chartæ, tùm characterùm inspectione fatebitur.

Jacobum Le Long non ita detinuit Bibliothecæ sacræ cura, quin Bibliothecæ Scriptorum Historiæ Franciçæ medicam accuratioremque identidem manum admoveret, illiusque novam editionem pararet, diribitis ferè primæ exemplaribus. Nullus nescit hoc genus opera unius hominis vires longè superare, proindè ad perfectionem adduci vix posse, nisi plurium conjunctis in unum studiis. Quinam ei suppetias tulerint, ipse in suis Præfationibus nos docet, nec nostri est officii hîc commemorare: Pauci sanè videbuntur, si operum utrorumque attendatur amplitudo, ne dicam immensitas. Doctissimos quosque ea certè uti absolutissima laudantes audivi; nec ullus credo è doctis huic judicio reclamahit? Plurimas tamen in illis mendas irrepsisse si quis arguat, non eum inficias, cùm res aliter, ipso etiam fatente Auctore, fieri nequiverit, non enim omnes de quibus loquitur libros legere aut etiam habere potuerat; nec Auctorum per se ætatem noverat aut nomina. Affirmare certissimè possum nulli hunc labori pepercisse, quominùs uterque liber absolutissimus emitteretur in publicum. Testis ipse sum sexcenties hunc Lutetiam ferè totam peragrasse, ut annum quo quis obierat, aut unam nominis litterulam à propinquis demortui sciscitaretur. Testes erunt exteri quoties eos eâdem de re per literas interrogarit. Nec tempori scilicet parcebat, nec marsupio, ut in re vel minimi momenti veritatem certitudinemque assequereruṛ. Memini hunc à Reverendo Patre Nicolao Malbranche, cui præ Theologia, Metaphysica, Mathesi & Physica disciplinæ omnes sordebant, sæpiùs & quidem blandiusculè irrisum fuisse, quòd in rès tam parvi momenti tempus tereret, cui noster reponebat: Veritatem vel in minimis semper sectandam, eamque tanti esse faciendam, ut omnes ad eam adipiscendam vires intendere debeamus. His, quæ non absona à proposito nostro erant, præfatis, ad Historicam Bibliothecam redeo. Eruditi quique libri lectione permoti Auctorem de nævis quos inter legendum deprehenderant benevolè monuerunt, eumque consiliis suis adjuverunt. Quo facto, opus fusque déque vertere, meliorem faciliorem que in ordinem redigere in animum induxit: at morbo interveniente, id quod animo conceperat cùm perficere non posset, saltem mihi mentem suam aperuit, meque uti exsequerer enixè rogavit, quod illi me præstiturum ultrò sum pollicitus, &, Deo juvante, postquàm alteri operi ultimam manum admovero, pro virili mea parte præstare conabor.

Dùm his autem insudaret, ad maximi momenti, ast immensæ prorsùs molis opus se accinxit vir impiger, & vel diuturniorum laborum patientissimus, Historiæ scilicet Franciçæ Scriptores Coætaneos sub prælum mittere, tresque quot annis, duos saltem in folio tomos edere cogitabat. Summâ itaque curâ ex probatis certissimisque Historiæ nostræ monumentis quæ nulla potuit vetustas abolere, Regum Francorum Chronologiam contexuit, eamque contulit cum doctissimorum nostri ævi Chronologorum tabulis, Petavii, scilicet, Cointii, Mabillonii, Francisci Pagi, & doctissimi Abbatis de Longueruë, ut ad eam omnium Historicorum nostratium calculi referentur, nec ullus esset in eis legendis errori locus, cùm ea veluti fax quædam tuti deinceps operi præluceret. Hanc Regum nostrorum Chronologiam secundæ parti Bibliothecæ Historiæ Franciçæ in altera illius editione præmittam. Hoc opus Chronologicum quantum quantum sit, paucos intrà dies, sequens verò quod ibidem etiam, Deo dante, publicabimus, aliquot

mensibus absolvit. Quæ supersunt, scilicet Historiæ Francicæ Coætaneorum Scriptorum monumenta, singula Regum, Principum, Episcoporum, &c. diplomata, Epistolas chartasvè, quæ nostræ Historiæ illustrandæ inservire poterant, omnia denique quæ opere in tanto locanda erant instrumenta undequaque collegit; serie chronologica singulis locum suum assignavit, ut non alius in posterùm sibi, & his qui ei adjumento futuri erant superesset labor, nisi ut ad manuscriptos codices, jam edita monumenta conferrent atque resarcirent, & inedita publicarent; singula notis criticis, chronologicis, geographicisque illustrarent. Qui tantæ eruditionis opus intra paucos menses absolutum fuisse perpendet, sagacitatem industriamque Scriptoris mirabitur, & ad laborem certè perhorrescet, maximè cùm reputabit Jacobum Le Long, eodem simul tempore Bibliothecam sacram edidisse; Historicæ denuò edendæ, uti præfatus sum, invigilasse; Bibliothecæ Oratorii Parisiensis Præpositum eum fuisse, ac per sese eam semper administrasse; prætereà cum omnibus ferè doctis commercium epistolicum ab aliquot annis initum, ut ab eis in suis studiis juvaretur, eosque vicissim juvaret, tunc temporis studiosiùs fovisse. Haud abs re erit præcipuos hìc commemorare.

Apud exteros in Germania inter alios cum clarissimo Guillelmo Leibnitio, & multiplicis illius doctrinæ æmulo Eccardo: Tiguri apud Helvetios cum Johanne Ottio patre & erudito ejus filio, qui nunc Bibliothecæ Lambethanæ in Anglia præest: In Majori Britannia, cum Doctore Wilkins & Domino Chamberlayne, Anglis, & DD. Mettaire & Desmaizeaux, Gallis: In Suecia, cum Erico Benzelio Upsaliensi Archiepiscopo, & Theophilo Unger: In Italia, Romæ, cum Domino Lama nunc Græcæ linguæ in Taurinensi Academia Regio Professore, aliisque quos ægrè prætermitto, ut ad nostrates sermonem convertam. In Provincia Provinciæ, cum illustrissimis viris DD. de Mazaugues, Ruffi & aliis, inprimis cum R. P. de Bougerel, nostræ Congregationis Sacerdote: In Burgundia, cum cultissimæ literarum viro Domino Bolier, supremæ Curiæ Divionensis Præside integerrimo & Doctissimo D. Papillon, Collegiatæ Ecclesiæ Capellæ Divitum Canonico: Autissiodori, cum Domino le Bœuf, Ecclesiæ Cathedralis Subcantore: Bituricis, Senonisque, cum illustrissimis Metropolitanarum Ecclesiarum Decanis: Aureliani, cum D. Clerico, celeberrimi Sculptoris, Pictorisque filio, tunc Aurelianensis Seminarii Theologo, & aliis permultis celeberrimisque viris, cùm è nostris, tùm ex exteris, quorum nomina memoriâ exciderunt. Parisiis, viri quocumque scientiarum genere insignes eum invisebant consulebantque. Hos nominare non est animus, ne, si quos silentio præterirem, se contemptos suspicarentur. Exteri Lutetiæ agentes non tam Bibliothecæ quàm illius causâ ad eum ventitabant, magnum nempè, seu doctrinâ, seu comitate affabilitateque suâ apud cunctos nomen sibi pepererat.

Si tempus curandis rebus domesticis, somno, necessariisque naturæ officiis, & fovendo cum doctis, seu coram, seu per Epistolas commercio tritum exceperis, omne ferè reliquum in oratione & studio insumebat; ita ut ne minimo quidem momento illum otiosum quisquam invenerit. Per tres aut quatuor menses quotannis noctes ducebat insomnes: huic morbo nullum unquam remedium adhibuit, gaudebat è contrà quòd non dies tantùm studiis, sed & noctes transigeret. Prandium aut cœna vix quartam horæ partem absumebant; cibos vorare potiùs quàm gustare solitus. E mensa in libros advolabat; hinc maxima stomachi nata debilitas, ac tandem mors consecuta. Rusticabatur quàm rarissimè, nec nisi ad paucos dies, ne sua studia interrumperentur; raro etiam apud suos epulabatur. Serò pane tantùm & pomis aut crudis aut coctis cœnabat. Paucissimo vino semper usus est, nullis autem unquam deliciosis liquoribus, nec ipsius fabæ Arabicæ potu quem literati ferè omnes tanti æstimant, & etiam ad studia promovenda quàm maximè idoneum judicant. Qui in promptu erat cibus, is ei pretiosior, quòd ad famem sedandam non ad voluptatem ederet. Eumdem semper vitæ modum tenuit. Ab Officiis divinis rarò abfuit, licèt multiplicibus studiis intentus, curisque aliis distractus. Illi pietas sincera absque fuco, absque ostentatione; sermo, habitus, incessus, ad modestiam, pietatemque compositus. Alios plurimi, seipsum flocci faciebat. Ingenium illi sagax, judicium acre, vis imaginationis, quam vocant, aut mediocris aut nulla. Poëtæ omnes, Virgilius, Homerus, illi sordebant: ad Gallorum carminum recitationem dormitabat. Solebatque artem Rethoricam mendaciorum artem vocare. Hinc non mirum illius sermonem rudem esse & incomptum, cùm elegantias omnes flosculosque sermonis uti vitia resecaret, ab eisque refugeret. Erga pauperes largus, sibi maximè parcus erat, seu

seu quòd ita à natura comparatus esset, seu quòd modico primùm patrimonio usus, paucis contentus esse à teneris assueverit, seu potiùs vitæ austerioris amore & pietatis in egenos, quidquid non ad necessitatem, sed ad voluptatem erat comparatum, id omne respueret. Ut ut sit cum à fratre & avunculis magna illi hæreditas obvenisset, nihilo quàm anteà fuit sumptuosior. Beneficia, honores, divitias adeò non ambiebat, ut obvias respueret. Alterius avunculi hæreditatem paulò intricatiorem neglexit, ne à studiis abstraheretur. Duo etiam indulta, ut vocant, quibus certò ad Beneficia pervenire potuisset, à consanguineis oblata aspernatus. En illius quem mortuum deflemus mores atque ingenium. Nunc paucis ultima vitæ momenta percurro.

Ex assiduo nimióque labore, uti præmonui, stomachum sibi pectúsque debilitavit, hinc nata tussis, mox febris, quæ interiora sensim depascebatur. Nec studia remisit ex morbo: illi scilicet una voluptas studium & meditatio assidua. Hinc ingravescere morbus cœpit, nec ulla deinceps remedia fracti extenuatíque corporis vires restituere potuerunt. Ex Medicorum consilio lacti asinino addictum Domina Ogier illius ex sorore consanguinea, ac supremi Cleri Gallicani Ærarii Questoris uxor, eum rus abduxit, si fortè aëris commutatione, studiorum justitio suo suorumque famulorum ministerio æger brevi posset sanitatem recuperare; sed, proh dolor! morbo in dies invalescente, avunculum reduxit Parisios, neque permisit eum domo suâ excedere, & in domum Oratorii Parisiensem redire. Æger tunc temporis seriò ad mortem se accinxit. Annos æternos, quos semper in mente habuerat, tunc meditabatur attentiùs: jugi oratione, cælestium meditatione, æternæ felicitatis gaudia, ad quæ totus anhelabat, prævenire nitebatur. Sæpiùs mihi fassus est mortem se non expavescere, & peritura nihili facere. Quid, inquiebat, homini dulcius contingere potest quàm ad Deum, ad quem & à quo creatus est reverti. Sacramenta Ecclesiæ quanto cum fervore, amore, pietate atque humilitate susceperit dici vix potest. Tandem annos natus quinquaginta sex, cum tribus mensibus, post diuturnum gravémque morbum decimo-tertio Augusti anni millesimi septingentesimi vigesimi primi, horâ diei septimâ, animam efflavit. Postridiè corpus ad Basilicam Sancti Ludovici in Insula Sanctæ Mariæ delatum est, atque indè, uti testamento jusserat, ad Oratorium Congregationis suæ, ubi inter Confratrum & Parentum suspiria precésque conditum fuit.

APPROBATIO.

EX mandato Illustrissimi Regiorum Sigillorum Custodis manuscriptum legi, cui titulus est : *Bibliotheca sacra distincta in binos Syllabos, quorum prior, &c. Labore & industriâ Jacobi Le Long, Parisini, Congregationis Oratorii Presbyteri, & Bibliothecæ Domûs Parisiensis Præfecti.* Nihil in eo Opere deprehendi quod Fidei Catholicæ, bonisve moribus sit contrarium. Datum Parisiis die 31. mensis Decembris an. 1719. PASTEL.


PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE: A Nos Amez & Féaux Conseillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de nôtre Hôtel, grand Conseil, Prevost de Paris, Baillifs, Seneschaux, leurs Lieutenans Civils & autres nos Justiciers qu'il appartiendra. SALUT. Nostre Bien Amé *le Pere Le Long, Prêtre de l'Oratoire*, Nous a fait remontrer qu'il se seroit appliqué depuis plusieurs années à composer un Ouvrage qui a pour titre : *Bibliotheca Sacra distincta in binos Syllabos, Auctore Jacobo Le Long* : qu'il souhaiteroit faire imprimer & donner au Public, s'il Nous plaisoit lui accorder nos Lettres de Privilege sur ce necessaires : A ces causes, Voulant favorablement traiter ledit Exposant & reconnoître son zele, Nous lui avons permis & permettons par ces Presentes de faire imprimer ledit Ouvrage ci-dessus expliqué, en tels volumes, forme, marge, caractere, conjointement ou separément, & autant de fois que bon lui semblera, & de le faire vendre & debiter par tout notre Royaume, pendant le tems de neuf années consecutives, *à compter du jour de la date desdites Presentes* ; Faisons défenses à toutes sortes de personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, d'en introduire d'impression étrangere dans aucun lieu de notre obéïssance ; comme aussi à tous Libraires, Imprimeurs & autres d'imprimer, faire imprimer, vendre, faire vendre, debiter ni contrefaire ledit Ouvrage ci-dessus specifié, en tout ni en partie, ni d'en faire aucuns extraits, sous quelque prétexte que ce soit d'augmentation, correction, changement de titre ou autrement, sans la permission expresse & par écrit dudit Exposant, ou de ceux qui auront droit de lui ; à peine de confiscation des Exemplaires contrefaits, de trois mille livres d'amende contre chacun des Contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, l'autre tiers audit Exposant, & de tous dépens, dommages & interêts : *A la charge que ces présentes seront enregistrées tout au long sur le Registre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, & ce dans trois mois de la date d'icelles* ; que l'impression de cet Ouvrage sera faite dans notre Royaume, & non ailleurs, en bon papier & en beaux caracteres, conformément aux Reglemens de la Librairie ; *& qu'avant que de l'exposer en vente, le manuscrit ou imprimé qui aura servi de copie à l'impression dudit Ouvrage, sera remis dans le même état où l'Approbation y aura été donnée ès mains de notre très-cher & feal Chevalier Garde des Sceaux de France, le Sieur de Voyer de Paulmy, Marquis d'Argenson, Grand'Croix, Chancelier & garde des Sceaux de notre Ordre Militaire de S. Louis* ; & qu'il en sera ensuite remis deux Exemplaires dans notre Bibliotheque publique, un dans celle de notre Chateau du Louvre, & un dans celle de notre très-cher & Féal Chevalier Garde des Sceaux de France, le sieur de Voyer de Paulmy, Marquis d'Argenson, Grand'Croix, Chancelier & Garde des Sceaux de nôtre Ordre Militaire de S. Louis le tout à peine de nullité des presentes. Du contenu desquelles vous mandons & enjoignons de faire jouir l'Exposant ou ses Ayans cause pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement : Voulons que la Copie desdites presentes qui sera imprimée *tout au long* au commencement ou à la fin dudit Ouvrage, soit tenuë pour dûëment signifiée, & qu'aux Copies collationnées par l'un de nos Amez & Féaux Conseillers & Secretaires foy soit ajoûtée comme à l'Original. Commandons au premier nôtre Huissier ou Sergent de faire pour l'execution d'icelles, tous Actes requis & necessaires, sans demander autre permission, & nonobstant clameur de Haro, Charte Normande, & lettres à ce contraires ; Car tel est notre plaisir. Donné à Paris le dixiéme jour du mois de May, l'an de grace mil sept cent vingt, & de notre Regne le cinquiéme. Par le Roy en son Conseil. DE S. HILAIRE.

Registré sur le Registre IV. de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, page 604. Numero 647. conformément aux Reglemens, & notamment à l'Arrest du Conseil du 13. Aoust 1703. A Paris le 3. Juillet 1720. signé DE LAULNE, *Syndic.*

J'ay cedé le present Privilege à Monsieur COUSTELIER Libraire à Paris, suivant l'accord fait entre nous. Fait à Paris ce vingt-un Juillet mil sept cent vingt. JACQUES LE LONG.

BIBLIOTHECA



PRIOR SYLLABUS OMNIUM SACRÆ SCRIPTURÆ EDITIONUM AC VERSIONUM,

Serie Linguarum, quibus vulgatæ sunt,

DISPOSITARUM.

CUM NOTIS HISTORICIS ET CRITICIS.

CAPUT PRIMUM.

BIBLIA POLYGLOTTA.

Hoc nomine vocantur ea, quæ textum Hebraicum cum duplici versione, vel tres diversas varii idiomatis versiones continent.

OPERA HUJUSMODI OLIM TENTATA sed non absoluta. Item Codices Manuscripti.



BIBLIA Hebraica, Græca & Latina, à Francisco Tissardo Gallo Ambagæo brevì edenda post annum 1508.

In Epistola Grammaticæ Hebraicæ anno 1508. *Parisiis ab eo editæ præfixa, & nuncupata Francisco Valesio, Valesiorum Duci & Engolismensium Comiti*, (posteà Gallorum Regi hujus nominis primo) *eum ita alloquitur.* » At verò nil plane quod tuo nomine insigni ac gloria tua » percelebri dignum foret, apparebat: Ni » tandem Biblia Hebraica præ oculis sese » ipsa forte cellula in Bibliothecaria antea » reconditam obtulisset, ostentavissetque. A Quam ubi animadverti, ex tempore venit « in mentem, viam ad illam tam antiquam « (quæ nobis diù præclusa fuit:) tamque « veterem paginam aperire non inutile fore; « quodque vetus erat novum efficere. « Et ut dignum sicuti ad Græcam & cætera « id genus græca volumina tramites in divinum « tuum honorem & gloriam perpetuam « atque immortalem hactenus in hac « inclyta Parhisiorum Academia demonstravimus. « B Nunc verò itidem ad Hebraica « pateant, necessum est. Usque adeo ut « illas treis linguas, ut pote vel Latina cum « Græcis, vel Græca cum Hebraicis conjungere, « vel illa omnia in unum liceat « convenire. » «

BIBLIA Hebraica, Græca & Latina, ab Aldo Manutio seniore edenda *ante annum* 1516. *quo fato functus est. Justinus Decadyus, Græcus ex ditione Veneta, in præfatione Psalterii Græci ab Aldo excusi, genti* C *suæ blanditur, quod Manutius Biblia trilinguia, Hebraica, Græca, Latina, emissurum se in lucem fuerit pollicitus: quorum tamen nullum librum his linguis excepto hoc Psalterio edidisse certum est. Biblia enim Græca,*

quæ Aldina vulgo nuncupantur, in ejus quidem domo, sed post ejus obitum ab Andrea Asulano socero suo typis excusa fuerunt.

BIBLIA Hebræa, Chaldæa, Græca, Latina & Arabica, subjunctis Grammaticis Hebraïcis, Chaldæis & Arabicis. Opus ab Augustino Justiniano tentatum, & absolutum, at non editum in lucem.

Augustinus Justinianus, nobilis Jannensis, Ordinis Prædicatorum Mathematicus fuit, Theologusque celeberrimus; insuper linguarum Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Chaldaicæ, Arabicæque peritissimus. Anno ipso (1514.) *quo Nebiensis Ecclesiæ in Corsica insula à Leone X. creatus Episcopus, jam cogitave-*
» *rat, ut ipse ait:* » de edenda universa sa-
» cra Scriptura Hebraicè, Chaldaicè, Græ-
» cè, Latinè & Arabicè, opus sanè utile,
» & renovandis harum linguarum studiis
» apprimè necessarium. Vix *ad Episcopalem*
» *dignitatem evectus erat, cum Genuæ* duo
» millia Psalterii Davidici his linguis exa-
» rati exemplaria, suis impensis ac vigiliis
» imprimenda curavit; *cujus instituti ratio-*
» *nem deinde profert:* » Magnam inde mihi
» gloriam comparare, nec mediocre emo-
» lumentum mihi obtingere visum est, quò
» nonnullorum parentum meorum indigen-
» tiam possem sublevare. Sperabam hoc
» opus felici exitu emissurum in lucem,
» emendumque a Prælatis & a Regibus,
» quorum ope & pecunia cœteri sacri co-
» dices excudendi forent. Sed vana fuit &
» inanis persuasio mea; opus quidem unus-
» quisque laudibus cumulavit; at nullus
» ejus pretium solvere dignatus est; vixque
» editionis quarta parte divendita, multas
» expensas, quas in illo perficiendo con-
» sumpseram, recuperare non potui; præ-
» ter enim duo millia edita volumina papi-
» racea, alia quoque quinquaginta in mem-
» branis excusa sunt, quæ omnibus Chri-
» stiani nominis Principibus, aliisque etiam
» meo nomine reddita fuere «. *Et post alte-*
» *ram paginam hæc subdit:* Totum novum
» Testamentum iisdem linguis, quibus Psal-
» terium jam excusum est, majorem partem
» manu mea descripsi; quod quidem opus,
» duobus comprehensum voluminibus, a
» nemine hactenus tentatum, Reipublicæ
» Genuensi cum aliis meis libris dono de-
» di. Vetus quoque Testamentum eadem
» forma donare nunc laboro. *Hæc scribebat ante annum* 1535. *in quo signata est præfatio Annalium Genuensium lib.* 5. *pag.* 224.

De hoc opere in præfatione Psalterii, Leo-
» *nem X. Pont. Max. sic alloquitur:* » Scio,
» Pater Beatissime, perlatum ad aures tuas,
» jamdiu laborasse nos, quò utrumque sa-
» cræ Legis instrumentum quinque præci-
» puis linguis, Hebræa, Chaldæa, Græca,
» Latina & Arabica, in unum redactum
A corpus, conspicue verborum sibi invicem «
respondentium structura ederemus . . . . «
Quod si tu rem ipsam probaveris, & di- «
gnam æditione duxeris, in promptu erit «
nobis universo operi manum extremam «
imponere, & utrumque instrumentum, iis- «
dem distinctum linguis, eademque serie «
& structura, tradere impressoribus for- «
mandum, &c. *Scripta est hæc Præfatio an-* «
no 1516.

Idem in Epistola ad Bendinellum de Saulis, Cardinalem S. Hadriani quæ legitur in
B *Bibliotheca Gesneri pag.* 105. » Putabam me «
absolutum labore, opere jam perfecto no- «
vi instrumenti. Sed ecce finis novi factus «
est initium veteris, novis me urgentibus «
stimulis in eadem veteri quoque impen- «
denda obsequia quæ contulimus novo. «
Adgredimur igitur Deo auctore univer- «
sum vetus instrumentum, & præter quin- «
coplicem ordinem Hebrææ, Latinæ, «
Græcæ & Arabicæ linguæ, addimus Chal- «
dæam, figuris tamen Hebraicis, unáque «
ejus interpretationem cum columna scho- «
C liorum, opus arduum & nostris humeris «
impar. Sed nihil esse deinceps difficile, «
nobis in re tam necessaria statuimus, post- «
quam quæ nedum difficilia, sed penè im- «
possibilia ducebamus, divinis suffragiis «
ita brevi spacio temporis successisse nobis «
animadvertimus; qui mihi est auctor, is «
adjutor & perfector sit operis. Vale. »

In altera quoque epistola ad eundem, novum Testamentum jam absolutum esse testatur, vetus autem brevi futurum paratum: & hortatur ut curet totum opus
D prælis excudi. » Nos (inquit Gesnerus ibi- «
dem) utramque epistolam & præfatio- «
nem in novi instrumenti æditionem La- «
tinè & Hebraicè scriptam, cum aliquot «
versibus primi capitis Matthæi (quorum «
prima columnella textum Græcum ha- «
bet, altera Hebraicum, tertia Latinum «
respondentem cœteris tribus linguis ad «
verbum, quarta Arabicum, quinta La- «
tinum quo utitur Romana Ecclesia, sex- «
ta denique Scholia continebat) à D. «
Conrado Pellicano colendissimo præcep- «
E tore accepimus; quæ ipse olim Romæ «
descripserat, anno Domini 1517. ab au- «
thore accepta. Nihil tamen eorum præ- «
lis excusum novimus, præter Psalterium, «
de quo jam loquuti sumus; atque ideò «
libentius his describendis immoramur, «
ut sic ubi gentium forte supersunt, in- «
quirendi ea occasio sit studiosis; *deinde Præfationem in novum instrumentum hic subjicit, in cujus fine hæc leguntur.* » Hebræi «
fratres quicumque hunc legitis librum, «
ne gravemini quæso sermonis incuria; qui «
enim eum e Græco sermone in Hebræum «
traduxit Jacobus Jatumæus, transferre «

» singulatim verba non etiam sententias voluit, ne corruptum ab eo aliquid ab ullo posset prætendi. Eo pacto effectum est ut structus verborum duriusculi evaserint & conformiores Græcæ quàm Hebraicæ ac Latinæ Linguæ &c.

In alia Epistola ad Cardinalem S. Hadriani: » Ne autem ulla prorsus relinqueretur difficultas volentibus istas omnes Linguas planè percipere etiam sine doctore, subjunximus operi Grammaticen Hebræam, Chaldæam & Arabicam, & maximam partem dictionum & Arabicarum & Hebraicarum. Nam Græca omnia jamdudùm esse in propatulo non ignoramus. «

» Hujus tam præclari operis ego duo tantùm volumina videre merui (*ait Sixtus Senensis lib. 4. Bibl. sanctæ, verbo, August. Nebiensis*) videlicet ex Veteri Testamento in totum Psalterium Octaplum typis excusum, & ex Novo Testamento in universa quatuor Evangelia Octaplum, ipsa auctoris manu atramento, minioque descriptum. «

De Psalterio Pentagletto ejus curâ edito dicetur infra.

BIBLIA Hebraica, Chaldaica, Græca, Latina & Germanica à Joanne Draconita suscepta (*ut patet ex his Melchioris Adami verbis in vita Draconitæ pag. 407.*) » E Borussia Wittembergam regressus opus Biblicum quintuplex incœpit.... Est autem totum opus sic ab ipso distributum: primo dividit quodlibet caput in certos locos: post addit textum Biblicum, ubi prima linea continet dictiones *Hebraicas*, secunda *Chaldaicas*, tertia *Græcas*, quarta *Latinas*, quinta *Germanicas*..... Jam verò ut tota res absolveretur, Saxoniæ Elector Augustus, qua fuit munificentia, sumptus necessarios decreverat; de administris, qui auctori adjungerentur, mandaverat; cum Deus & mors conatus auctoris interceperunt. » *Ita ille.*

Aliquo distinguitur discrimine hæc editio à Complutensi, quanquam totam eam penitùs exscribat, addit siquidem reliquas paraphrases Chaldaicas, Germanicam quoque Mart. Lutheri tralationem; versus verò non è regione positi sunt ut in præcedenti, sed alios suprà, alios infrà Draconites ordinavit, qui totum opus suum morte præventus non absolvit, Psalmis duntaxat Davidis, Salomonis Proverbiis, Michæa & Joële anno 1565. Witebergæ vulgatis, de quibus infrà.

BIBLIA quadrilinguia (*Hebraica, Chaldaica, Græca & Latina*) seu, » Novam Bibliorum editionem quadrilinguem aggressus fuerat *Antonius Rodolphus Cevalerius* (*Aureliæ Allobrogum circa annum 1566. vel 1567.*) magnâ diligentiâ adornatam, cujus primam partem, quâ Pentateuchus & Josue liber continentur, manu ipsius eleganter descriptam mihi videre contigit. » *Inquit Thuanus libro 55. Historiarum sui temporis pag. 89. Editionis Genevensis.*

Hic autem Parisiis præceptore Vatablo Linguam Hebræam didicit, deinde sub Paulo Fagio Oxonii in Anglia. Anno 1559. Argentinam petiit hanc Linguam publicè edocturus, sed anno 1564. Genevæ hujus Linguæ Professor factus est, ubi magnam sibi famam conciliavit in recensendo Sanctis Pagnini Thesauro Hebraico; quæ quidem recensio duntaxat post ejus obitum qui anno 1572. obvenit, ibidem excusa est. Cùm de iterandis Antuerpiæ Bibliis Complutensibus accepit rumorem, tum sanè suam quadrilinguem editionem omittere non ampliùs cogitavit.

BIBLIA sacra tota hisce linguis decem, *Latina* vulgata, *Græca* cum propria interpretatione Latina è regione, *Hebræa* cum interpretatione Latina, *Chaldaica* Targum cum interpretatione Latina, *Arabica* cum interpretatione Latina, *Ægyptiaca* & Latina, *Æthiopica* & Latina, *Armena* & Latina, cum apparatu Grammaticarum & Lexicorum omnium prædictarum linguarum (accurante Joanne-Baptista Raymundo Romæ è Typographia Medicæa edenda.) V. *Catalogus Librorum imprimendorum Romæ in Typographia Sereniss. Magni Etruriæ Ducis apud Labbæum pag. 154. Bibl. novæ Librorum mss. In hoc catalogo mendis quamplurimis scatente omissæ sunt versiones Syriacæ & Persicæ cum ipsarum Latinis translationibus.*

Hujus editionis descriptionem ac historiam fusè memorat Joannes Baptista Raymundus, in præfatione Grammaticæ Arabicæ anno 1610. Romæ editæ, cui titulus Liber Tasriphi de conjugatione verbi Arabici. *Licèt hanc Paulo V. nuncupaverit, tamen prætermissum est ejus nomen ab Alphonsi Ciaconii continuatoribus inter illos qui opera sua eidem Pont. Max. dedicarunt. Hunc quidem virum elogio prædicat Janus Nicius Rossi parte secunda, numero 7. at nil historicum profert; unus tantùm Petrus à Valle, Patricius Romanus ac celebris Peregrinus in epistola sua ad Joannem Morinum quæ legitur pag. 160. Antiquit. Ecclesiæ Orient. ait:* Eruditissimum hunc virum Orientales litteras, præsertim Arabicas, in Europa semimortuas suscitasse, illasque facillimè atque elegantissimè imprimendi modum primùm adinvenisse. *Hic jam senex & grandævus Paulum V. in præfatione sua sic alloquitur:*

Sanctissimo Patri Paulo V. Pont. Max. « Inter ardua præcipue & magni momenti « negotia, quæ Christi in terris Vicarii curæ & sollicitudini incumbunt, nemo est, « Beatissime Pater, qui non propagationem « sanctæ Fidei, cujus fundamento Ecclesia «

» omnis illi commissa innititur, esse fatea-
» tur. Ejus porro propagandæ ratio una est,
» Verbum Dei; quod quidem, præter in-
» fluentem Divini Spiritus gratiam, sine qua
» nihil recte effici potest, humana quoque,
» cum vivæ vocis, tum scripturæ præsidia
» desiderat. Per hæc enim, in animis ho-
» minum, satum atque excultum, fructus
» æternæ salutis fert, ac longe lateque pro-
» ficiens, Fidei Christianæ terminos ex-
» tendit.

» Hoc cum certo persuasum haberet im-
» mortalitatis memoriæ Pontifex Grego-
» rius XIII. pro eo zelo qui in ejus pecto-
» re ardebat Ecclesiæ Dei amplificandæ,
» cum plura in urbe Roma exterarum na-
» tionum Collegia fundavit, tum peregri-
» narum quoque linguarum Typographiam
» summa providentia instituit, quæ & ea-
» rum characterum officina locuples esset,
» & præter grammaticas uniuscujusque in-
» stitutiones, seu sacros, seu profanos, di-
» verso idiomate libros in lucem daret....
» Digna sane hæc summo atque universali
» Pastore cogitatio, ut optatum finem, eo
» quem Divini numinis honor & res pu-
» blica postulabat fructu & existimatione
» sortiretur, opus hoc omne sapientissimus
» Pontifex magni Hetruriæ Ducis Ferdi-
» nandi, qui tum inter Cardinales erat,
» authoritate & amplitudine fulciendum
» putavit; hancque ob causam negociorum
» Regni Æthiopiæ, ac Patriarchatus Æ-
» gypti & Antiochiæ, eum protectorem cum
» amplissima potestate declaravit.

» Vivebam ego eo tempore apud nobi-
» lissimum illum Cardinalem studia mea
» suis opibus sustentantem, cujus mandato,
» quamvis indignus Conventui ei præpositus
» tus fui, quem ex pluribus multiplici do-
» ctrina & variarum linguarum cognitione
» præstantibus viris, quorum omnium ejus
» domus erat liberalis alumna coegit atque
» instituit; cujus consultationum atque la-
» borum ii effectus brevi prodierunt, qui-
» bus, ut ita dixerim, equo illi Trajano
» frenum injectum est, quem in longe di-
» versa parte terrarum, homines similia
» conantes, majore animo quàm facultate,
» in publicum se emissuros minitabantur.
» Nam ut nostra ab illis conspecta sunt,
» absteriti illico, atque hastas abjicienres
» destiterunt, cùm se ab iis adjumentis im-
» paratos plane cognoscerent, quibus nos
» abundamus.

» Etenim Princeps noster qui se Medicæis
» majoribus suis dignum semper præbuit,
» singulari ac profusa urens munificentia,
» ac sumptui nulli parcens, quò Apostoli-
» cæ sedis negocium ageret, in varias Orien-
» tis partes, ornatissimos statim viros emi-
» sit, qui omnis generis disciplinarum li-

A bros, & dissimili earum Nationum idio- «
mate conscriptos, diligenter pervestiga- «
rent. Itaque cum illorum brevi tempore «
satis idonea ad eum suppellex delata esset, «
mihique eam excutiendam tradidisset, «
sicuti & hodie apud me preciosi instar «
thesauri adservatur. Primum, ut singu- «
larum linguarum characteres designan- «
dos, atque ad amussim excudendos cu- «
rarem, injunxit. Deinde prærer, cum «
Chaldaicæ, tum Arabicæ linguæ Gram- «
B maticas Institutiones, præterque Avicen- «
nas & Euclides aliosque veterum peruti- «
les libros Arabicis typis imprimendos; «
mandavit etiam ut in Arabicis Evange- «
liis Latinitate donatis, omnis Typogra- «
phiæ cura atque opera poneretur. Quo- «
rum quidem exemplaria tria millia excu- «
sa sunt, ne qua mora esset, quin ad Dei «
verbum disseminandum in Orientis par- «
tes transmitti possent, quod sane & ma- «
xima celeritate, & valde feliciter Deo «
bene juvante perfectum est. «

Ego verò majora etiam animo perce- «
C peram, ut pro eo onere, quod mihi im- «
positum fuerat sanctissimi illius Pontificis «
desiderio ac voluntati prolixius satisfa- «
cerem. Sacra enim Biblia sex principum «
Orientis linguarum (*scilicet Syriacæ, Ara-* «
bicæ, Persicæ, Æthiopicæ, Copticæ, & Ar- «
menæ) suis quæque typis evulgare decre- «
veram, ut Latinis, Græcis, Hebraicis, «
Chaldaicisque adjuncta decem linguarum «
numerum explerent; adjectis etiam quæ «
vocant dictionariis & propria cujusque «
arte grammatica; cujusmodi quidem Bi- «
D blia non Regia amplius, sed Pontificia «
dignissimo titulo nuncupanda judicabam. «
Id vero mihi facere promptissimum erat, «
cum omnium codicum exemplaria, & «
omnium quas dixi linguarum characte- «
res penes me essent, excellentium artifi- «
cum manu ad hunc finem elaborati..... «

Talia meditanti sanctissimi Pontificis «
Gregorii mors (*anno* 1585.) intervenit. «
Nec ita multò post iis auxiliis destitutus, «
quæ mihi præsens generosi illius Princi- «
pis patrocinium suppeditabat, quem ma- «
E gno Duci Francisco mortuo, in succes- «
sionem fraterni Imperii Hetruria ad se «
repente vocavit; meis plane diffidens vi- «
ribus, cum & eruditi illius Conventus, «
quem initio dicebam, socios omnes vi- «
ginti annorum spatio amisissem; inter tot «
adversantium rerum casus, cœpta inter- «
rumpere ac necessitati cedere coactus fui. «
Nunquam tamen ab ea spe animum de- «
flexi, quin aliquando affulgens divinæ «
misericordiæ lux, opus adeo Ecclesiæ suæ «
necessarium, ac gentibus omnibus salu- «
tare in integrum esset restitutura. «

Id quidem feliciter tandem, & incre- «

» dibili mea eum voluptate, evenisse intueor, postquam te, Paule Quinte, manifesto sui numinis afflatu, præpotens Deus ad sublime Petri solium extulit: in quo resıdens, cum nibil aliud quàm Christianæ Reipublicæ decus ac dignitatem propositum habeas, clarissimorum Pontificum vestigiis magno gradu insistens, nullam partem omittis veræ laudis undique colligendæ. Testatur hoc justitia....

» Erit profecto, Beatissimæ Parer, inter hæc gloriæ tuæ monumenta illud etiam apud posteros memorabile, quod opus tanti momenti, quanti hoc est exteratum linguarum, Christianæ fidei propagandas studio in pristinum statum restitueris. Intermortuum enim ac pene extinctum ad vitam quodammodo revocasti, honorifico attributo stipendio, quo laboris Ministrorum & studia insignium virorum compensantur, quorum opera & industria necessaria est, ut earumdem linguarum domicilium patens, & cum utilitate publica conservetur.

» Equidem in hac peritia linguarum, cum plane exploratum haberem, quantum amplissimi Cardinalis Perronii omnibus bonis artibus excultum ingeninm valeat, operæ precium me facturum duxi, quo illo tempore Romæ morabatur (*velut Orator Regius*) cogitationes has meas, omnemque suprà significatum apparatum, cum eo communicare. Qui cum mihi confirmasset id, de qno minime dubinseram, ab ea animi magnitudine, qua Sanctitas vestra prædita est, heroïcam quamlibet actionem expectari posse, adjecit etiam, cum eadem se de hoc toto negotio injecisse sermonem, totaque re approbata, quod & idem Cardinalis sentiebat sapientissimo suo judicio visum, quò hæc tanti operis moles solidis fundamentis exurgeret, ab iis principiis inchoandum quæ maxime necessaria sunt, nempe à grammaticis institutionibus & Dictionariis linguarum, ideoque jussisse eandem Sanctitatem suam, ut in hæc ante omnia incumberetur.... Romæ xvi. Kal. Octob. M. DCX.

Hæc paulò fusiùs exscripta sunt, ut pote minùs obvia, & scitu jucunda.

BIBLIA Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Græca, Latina & Arabica pene confecerat Andreas de Leon Zamorensis, *ut ipse testatur in Epist. ad Mich. le Jay, quæ extat pag.* 131. *antiquit. Eccl. Orient. ubi hæc ait.* » Universam parapbrasim Chaldaicam veteris Testamenti ad primum candorem redactam & Latine redditam tradidi Paulo V. simulque & novi Testamenti textum Syriacum correctum, Latine quoque redditum cum Apocalypsi, tribusque Epistolis, & historia adulteræ (Joan. 8.) quæ desiderantur in Bibliis Regiis: Pontifex vero commisit hæc omnia Cardinali Bellarmino. « *Et post aliquot lineas addit:* » Quibus omnibus prævisis & maturè consideratis, mihi facultas concessa fuit ut typis mandaretur opus à me elaboratum; Pontifexque obtulit expensas, meoque nomine prodiret in lucem, dummodo non appellaretur Biblia Regia sed Pontificia, nec adderetur Textus Arabicus cum Versione Latina; quod ego ardenter desiderabam. Nec precibus, gloriâ, nec utilitate motus in Hispaniam veni; tradidique opera Regi Philippo III. qui mihi designavit annuos reditus, & ad operis impressionem munificentissimas expensas: sed morte regis (*quæ accidit anno* 1621.) mens & voluntas mutatur, magnus territat ossa sumptus; quò factum fuit ut veniente Barberino Cardinali Pontificis nepote, Legatoque *ex latere* ad Philippum IV. Regem, omnia hæc illi retuli, qui promisit mihi si tradidissem opera, quàm primùm Urbem accederet, typis mandari. Hac confidentiâ tradidi quinque tomos Bibliæ Regiæ cum emendatione textus & versionis, in margine notulis & numeris & cum cœteris prædictis quæ desiderantur in Regiis Bibliis, quæ omnia extant apud Patrem Generalem Religionis meæ (sc. *Clericorum Regular. Minorum*,) donec ego à Pontifice ad hoc opus vocatus Romam adeam; quod exequi ægritndine & ætate confectus minimè possum. « *Hæc ille scribebat Matriti anno* 1628.

Andreas Zamorensis Linguarum Orientalium apprimè doctus Antuerpiensem Bibliorum editionem iterare cogitaverat, quibusdam tamen adjectis & quibusdam mutatis; nam textum Græcum ex editione Romana anni 1587. *cum Latina versione sequentis anni à doctissimis viris jussu Sixti V. correctum, atque vulgatam Latinam editionem juxta Romanam anno* 1591. *publicatam, Chaldaicas quoque Paraphrases primo nitori & candori restitutas, adjectis & toto sacro codice Arabico necnon & integro novo Testamento Syriaco cum suis versionibus Latinis, in lucem dare constituerat.*

BIBLIA Ebraica, Græca & Latina cum plurimis variantibus lectionibus, tam ex tribus hisce textibus, quàm ex aliis antiquis versionibus collectis, adjectis annotationibus criticis, curâ & studio Richardi Simon quondam adornanda, *ut ipse sub ementito nomine Origenis, refert pag* 4. *& seq. Novorum Bibliorum synopseos,* 8°. *Ultrajecti an.* 1684. *editæ:* » Immensum illud Polyglottorum Bibliorum opns, quod Parisus primò editum, deinde Lon-

» dini recoctum fuit, clarissime Ambrosi,
» in brevem summam contrahere institui;
» in eo quippe multa inutilia, ac sæpissime
» repetita. Quid enim necesse erat Judaï-
» cum & Samariticum Legis Judaïcæ exem-
» plaria excudere integra, quæ in perpau-
» cis, si characteres excipias, inter se dis-
» crepant? Simili ratione Syriacas, Arabi-
» cas, Chaldaicas & alias, si quæ sint, tra-
» lationes ex Ebraico contextu, vel ex Sep-
» tuaginta Interpretibus desumptas fuisse
» constat; adeóque nihil causæ fuit, cur il-
» læ ubi cum Ebræo vel Græco, unde tran-
» slatæ sunt, conspirant, denuò recuden-
» tur (hæc bene dicta sunt, *si de nova inte-
grorum Bibliorum Polyglottorum editione in-
telligantur*; malè verò, *si de præcedentibus
editionibus, quarum ope an ipse auctor sy-
nopseos, vel alius quispiam nullas prætermi-
serit variantes lectiones, aut benemultas ve-
luti veras, quamvis nec in textu nec in versio-
nibus fundatas obtruderit, licet judicare*). Ut
» ista repetitionum confusio, quæ lectori-
» bus molesta est, tollatur, quidquid vetu-
» storum adhuc Bibliorum editum est, in
» unum veluti corpus conjeci, resectis iis
» quæ superflua videbantur. Ebraicum dun-
» taxat contextum, Græcos & Latinos u-
» trinsque Ecclesiæ Orientalis & Occiden-
» talis Codices sub quatuor columnis dige-
» stos retineo, cæterorum verò codicum
» discrepantias vel in marginem refero, vel
» infra libri paginas in annotationibus sub-
» jeci, ut ex convenientia exemplarium &
» eorum differentiis, novum ac contractum
» Bibliorum Polyglottorum opus habeatur.
» Nunc in specie quid in singulis observa-
» tum fuerit, paucis exponendum.
» Primam libri faciem occupabit Ebrai-
» cus contextus, quem Judaicum sive Ma-
» soreticum appello, quia à Judæis Maso-
» retis ad nos pervenit. Ne quis autem exi-
» stimet, non aliam esse scripturam Ebrai-
» cam, quàm illam quæ à Judæorum Sy-
» nagogis recepta Christianorum manibus
» bodie teritur, varias Ebraici contextus
» lectiones tam ex scriptis quàm editis exem-
» plaribus Ebræis, & ex priscis Interpreti-
» bus in margine libri è regione vocum ac
» dictionum annotavi; quo pacto Ebræum
» exemplar antiquæ suæ formæ aliquâ ra-
» tione restituitur. Primas inter illa exem-
» plaria partes tenet Codex Samariticus in
» quinque libros Mosis, cujus diversitates
» à Codice Judaïco Samariranum characte-
» ribus descriptæ ad oram libri referuntur.
» *P*. 10. Annotatæ quoque sunt lectionum
» discrepantiæ ex Græca Septuaginta se-
» niorum versione, quos constat habuisse
» codices à Judaicis hodiernis non parùm
» diversos: *Item*, ex fragmentis Aquilæ,
» Symmachi & Theodotionis & aliorum si

A qui supersunt è Græcis Interpretibus. Si- «
militer eas quæ ex Vulgata editione, ex «
Syriaca, Arabica, Chaldaica, & aliis «
versionibus desumi potuerunt, in libri «
margine reposui. « *Idem pag*. 11. Alteram «
libri faciem seu columnam occupabit La- «
tini Interpretis versio, quæ Vulgata ap- «
pellatur, cujusque maximæ partis auctor «
est Hieronymus: non aliam enim quæ «
verbis Ebraicis respondeat interpretatio- «
nem Latinam edimus quàm illam Hiero- «
nymianam. Quia verò illa perfectè & in «
B omnibus Ebraica non exprimit, quoties «
id occurrit, in annotationibus monui, «
substitutâ etiam, quando opus fuit, in «
iisdem annotationibus aliâ versione, nus- «
quam verò in contextu, ut antiqua illa «
tralatio, qualis dudum legitur in Occi- «
dentali Ecclesia, integra babeatur. Sæpe «
etiam, ubi Vulgata magis sensum quàm «
voces reddit, ad Septuaginta Interpretes, «
qui illas, maximè in libris bistoricis, ex- «
bibent, remittimus; sicque sine novæ «
versionis ex Ebraica veritate auxilio, «
C Ebraica verba facilè intelligentur, &c. «
P. 12. In tertia libri columna reposita «
fuit LXX. Interpretum tralatio, qualis «
ex codice Vaticano Romæ edita est; & «
ut integrum, si fieri posset, antiquæ illius «
versionis exemplar haberetur, aliorum «
Græcorum Codicum lectiones in notis «
additæ, Aldini scilicet, Complutensis & «
Alexandrini; neque prætermissa quæ in «
Patrum scriptis & scholiis extant frag- «
menta. *P*. 14 Diversas istorum Codicum «
lectiones sedulò & cum animadversioni- «
D bus criticis annotavi. Inter Græcos præ- «
tereà LXX. Interpretum versionis Codi- «
ces recenseo Arabicas tralationes, quæ ex «
illis desumptæ sunt: unde etiam in notis «
illarum lectiones Græcè interdum scrip- «
tas refero. «
Quarta denique columna Italam seu «
Latinam Græci contextûs versionem, «
quam Romæ Nobilius edidit, continet. «
Hanc cum Nobilio appello Italam, etsi «
noverim eam à prisca illa Itala quæ olim «
in universa Ecclesia Occidentali vigebat, «
E longiùs abesse, accommodatamque fuisse «
ad Græcam editionem, quæ ex Vaticano «
codice prodiit: adeóque non esse genui- «
nam Italam, sed illius tantùm vices ge- «
rere. Illam, si quando minus accuratè «
Græca verba exprimit, in notis castigo, «
sæpiùs tamen contentus Græca, unde «
sumpta est correxisse; ubi deprehendo «
errorem in eam irrepsisse, unde posteà «
Latina Editio facilè emendabitur, &c. «
P. 17. Præter vetustos illos Interpre- «
tes, qui omnibus noti sunt, nostra etiam «
Polyglottorum Bibliorum epitome Syros, «
Arabes, Chaldæos & Samaritas compre- «

» hendit, sed in notis tantùm, ut erat consentaneum; quia illi vel ex Ebræo, vel ex Græco desumpti sunt; neque eorum versiones referri poterant integræ, nisi eadem sæpissimè repeterentur: quòd lectoribus permolestum fuisset. Illas igitur iis tantùm locis adduxi, in quibus inter se discrepant, nec cum priscis Interpretibus conveniunt; vel cum Ebraici contextûs, qui sæpe obscurus est, illustrationi serviunt, &c.

» *P.* 23. Is autem est ordo annotationum quas singulis libri paginis subjunxi. Voces & dictiones quæ aliquid habent obscuritatis tam in Ebraico contextu, quàm in Græca LXX. Interpretum versione, Itala pariter & Vulgata, quæ sub quatuor columnis exarantur, adjectis animadversionibus castigo & illustro: ita tamen ut major pars animadversionum in Ebraicum contextum, qui totius Scripturæ fons est, cadat. *P.* 25. Si quid etiam in versionibus plus est vel minus quàm in Ebræo, illud annotatum. Quia verò nihil est in quo magis peccatum fuerit, quàm in Orientalium versionum Latinis expositionibus, illarum errores, quantùm in me fuit, castigavi, restitutis quoque haud infrequenter earum contextibus, qui interdum mendosi sunt. *P.* 26. Hac ratione non modò Biblia Polyglotta, quæ Parisiis & Londini edita sunt, in unum veluti corpus conjecta contraxi in breviorem summam: sed & in Ebraicum contextum versionesque tum Judaicas tum Samariticas, atque in eas quæ Occidentalis & Orientalis sunt Ecclesiæ, animadversiones adjeci.

» De Novi Testamenti libris pauca tantum subjungam; quandoquidem in Epitome illorum concinnanda eadem plane methodus servata est, atque in Veteris Instrumenti contextu & versionibus; cum eo tamen discrimine quod Græcum & Latinum duntaxat Novi Testamenti exemplaria sub duabus columnis ediderim, cœteris tralationibus, excepta Latina quæ in universa Ecclesia Occidentali legitur, in annotationes rejectis, &c.

» *P.* 27. Græcos itaque N. Testamenti codices, qui vulgati sunt, prima columna comprehendet, sed ea ratione ut variantes omnes Græci contextus lectiones adhuc editas & alias complures nondum editas in album libri rejiciam, additis quoque lectionum discrepantiis quæ ex antiquis versionibus desumtæ sunt. *P.* 29. In altera libri columna extat Latina editio, quam Vulgatam hodie appellamus: non enim alium interpretem, qui Græco contextui respondeat, edimus, quam veterem illum, qui inde jam à pluribus seculis in Occidentali Ecclesia legitur, ca-

A stigatis tamen iis locis, quibus Græca verba non omnino videtur assecutus, & additis, ubi necesse fuit, criticis animadversionibus, eodemque modo quo in veteris Instrumenti contextu Ebraico. De reliquis versionibus nihil dicam, quod in annotationibus illas subjiciam, eadem prorsus ratione atque in veteris Instrumenti libris. « *Hæc fusiùs exscripta sunt, quo mens autoris meliùs omnibus innotescat: Opus quidem præstantissimum, optimaque adornatum methodo. Utinam non tantùm fuisset ab* B *autore conceptum, sed etiam in publicum emissum. Rescivi ab amico, autoris multum familiari, hoc opus absolutum esse, paratumque ut typis mandaretur cùm tempus faustum obvenerit.*

† *Hoc Simonii de nova Bibliorum Polyglott. editione consilium variis incommodis ac difficultatibus involutum esse docet Cherubinus à S. Joseph Biblioth. Crit. S. Vol.* 4. *Diss.* 16. *pag.* 663. *ubi & ipse triplicem Polyglottorum compendii edendi rationem pro-* C *ponit. Quæ nullius sunt utilitatis, quippe quæ solis constant Latinis textuum Orientalium versionibus.*

A PENTATEUCHUS Hebræo-Samaritano-Arabicus, charactere Samaritano. Hoc exemplar pertinuit ad D. Nicolaum Fabri de Peiresc: *extat in Bibliotheca Regia cod.* 310.

B PENTATEUCHUS Hebræus, Chaldaicus & Arabicus, 2. vol. in folio. *Bibliotheca Bodleiana cod.* 3349. *Catalogi typis editi anno* 1697.

C BIBLIORUM pars Hebraicè, Græcè, D Latinè & Anglicè, scil. Esdras, Nehemias, Tobias, Judith, Esther, Job, Psalmi, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Liber Sapientiæ & Ecclesiasticus. *Ibidem cod.* 1599.

D PSALTERIUM ingenti volumine pulcherrimè descriptum & picturis elegantissimis ornatum ab Eadwino Monacho Anglo, sæculo prout conjicere licet undecimo. In eo præter versiones plures Latinas & unam Anglo-Saxonicam, habetur versio Gallica, eâ scilicet linguâ quæ Nor- E mannis illo tempore vulgaris erat. *Cantabrigiæ Bibl. Collegii SS. Trinitatis cod.* 35. *num.* 253. *catalogi editi.*

Hunc codicem his verbis describit Humphredus Vanleius libro altero Antiquæ Litteraturæ Septentrionalis p. 168. » Psalterium D. Hieronymi triplex columnatim scriptum, cum commentariis, præfationibus & precibus unicuique Psalmo subjectis. Psalterium Gallicum quod Latinè tantùm glossatur, & Romanum quod versione interlineari Normanno Saxonica gaudet. Hebræum denique quod versione interlineari Normanno-Gallica insignitur. «

» Psalterium triplex excipiunt Cantica sa-» cra V. & N. T. omnia Latinè, Norman-» no-Saxonicè, & Normanno-Gallicè. » Hunc codicem præclarissimum scripsit & » ornavit Eadwinus quidam monachus, cir-» ca tempora Stephani Anglorum Regis » (*qui regnare cœpit anno D.* 1136.) Codex » membranaceus in folio grandiori optimè » scriptus, literis aureis, argenteis, minia-» tis, &c. illuminatus; iconibus Historicis » passim ornatus, &c. *Hæc ille.*

E PSALTERIUM linguis 10. duabus. Liber forma angusta scriptus. *Bibl. Electoralis Dresdensis, Struvius cap.* 4. *Introduct. in hist. rei litterariæ* §. 6.

PSALTERIUM Hexaplum à Josepho Scaligero tentatum. » Meditatus etiam » fuit editionem *Psalterii* Hexapli Scaliger » (*inquit Jo. Henr. Hottingerus pag.* 141. *Bi-» blioth. quadrip.*) quo ostendere saltem vo-» luit exemplo, quanti referret hujusmodi » haberi ad Scripturæ explicationem subsi-» dia.

» Conabor (*ait ipse Scaliger Epist. pag.*70.) » si possum, editionem Psalterii mei quam » molior aut per me, aut per alium emit-» tere, Hexaplum fieri, Hebraicè, Syriacè, » Æthiopicè, Arabicè, Græcè & Latinè, » unà cum scholiis, & in aliquot linguas » præceptis.

E[2] PSALTERIUM Heptaglotton MS. Linguâ Hebraicâ, Syriacâ, Græcâ, Copticâ, Æthiopicâ, Persicâ & Armenicâ. Hujus codicis fruendi spem fecerat Petrus Golius, Jacobi frater, Ord. Minimorum, dictus Cœlestinus de S[t] Lidwina Claudio Salmasio, ut ipse scribit Lib. 1. Epist. 84. ad ipsum Jacobum Golium idibus Febr. anni 1636. » De tuo fratre scribebat nu-» per (Peirescius) magnos eum progressus » in linguis Orientalibus facere.... In eo » nunc est, ut captivum in mei gratiam re-» dimat à Piratis, cujus eripiendi haud exi-» guam spem sibi adlucere in posterioribus » ad me scribehat. Quem captivum dices: » Psalterium MS. Heptaglotton, lingua » Hebr. Syra, Græca, Coptica, Æthiopica, » Persica & Armenica. *Hæc Salmasius.*

F NOVUM TESTAMENTUM Indicâ, Armenicâ & Vandalicâ seu Slavicâ linguâ. *Bibl. Monachiensis sive Bavarica, Struvius Introd. cap.* 4. §. 5.

G QUATUOR EVANGELIA in lingua Bohemica, Teutonica & Latina, quibus utebatur circa annum Christi 1381. Anna Richardi II. Anglorum Regis conjux, Wenceslai Ducis Bohemiæ soror, *quæ obiit* 1394. *Usserius hist. dogmat. de script. & sacris vernaculis pag.* 161. *De hoc codice loquitur Joannes Hus tom.* 1. *Operum in replica contra Stokes pag.* 108. *fol. verso.*

ORATIO DOMINICA in Linguis LI. præcipuis scripta à Nicolao Schmidio Germano. *Extat apud Germanos in templo Gerano territoris Comitum Ruthenorum; acta Lipsiensia anni* 1703. *pag.* 61.

H POLYGLOTTON Actuum Apostolorum & Epistolarum Pauli, Armenicè, Arabicè, Copticè, Æthiopicè (contextus Armenus non pertingit usque ad finem.) *Bibl. Ambrosiana, Bernardus de Montfaucon in Diatio Italico pag.* 11.

I APOSTOLORUM Acta, Epistolæ Canonicæ & S. Pauli & Apocalypsis Joannis, Armenicè, Græcè & Italicè. Codex membranaceus in fol. *Parisiis Bibl. Memmiana.*

Literæ majusculæ A, B, C D *&c. codicem mss. quo præfiguntur, denotant, ad quem singulæ versiones, quibus ille constat, in sectione sua remittuntur.*

BIBLIA POLYGLOTTA typis excusa.

BIBLIA COMPLUTENSIA.

BIBLIA SACRA, vetus Testamentum multiplici linguâ nunc primò impressum. Et imprimis Pentateuchus Hebraico atque Chaldaico Idiomate. (*a*) Adjunctâ unicuique suâ Latinâ interpretatione, 4. vol. in fol. *ad quorum calcem leguntur hæc verba:* Explicit quarta & ultima pars totius veteris testamenti hebraico, grecoque (*b*) & latino (*c*) idiomate nunc primum impressa in hac preclarissima Complutensi Universitate. De mandato & sumptibus Reverendissimi in Christo Patris Domini, Domini Francisci Ximenii de Cisneros, tituli sancte Balbine, sacrosancte Romane ecclesie presbyteri Cardinalis, & Hispaniarum primatis ac Regnorum Castelle Archicancellarii, Archiepiscopi Toletani. Industria & solertia honorabilis viri Arnaldi Guillelmi de Brocario artis impressorie Magistri. Anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo, mensis Julii die decimo.

NOVUM TESTAMENTUM Grece (*d*) & Latine noviter impressum. *In fine voluminis reperiuntur hæc verba:* Ad laudem & gloriam Dei & Domini Jesu Christi, hoc sacro-sanctum opus Novi Testamenti & libri vite grecis, latinisque characteribus noviter impressum atque studiosissime emendatum felici fine absolutum est in hac preclarissima Complutensi Universitate. De mandato & sumptibus, &c. *ut suprà.* (*e*) Anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto, mensis Januarii die decimo. (*f*) *Adjunguntur in Tomo VI.* Vocabularium Hebraicum & Chaldaicum totius veteris Testamenti cum introductione artis Grammaticæ Hebraicæ &

& Dictionario Græco, in folio. Ibidem, iisdem typis, anno 1515. *Integra editio* A.D. 1514.—1517.

Hæc Biblia Cardinalis Ximenii vel Polyglotta Complutensia vulgò nuncupantur.

(a) *Targum Onkelosi in Pentateuchum cum Latina versione Alphonsi de Zamora.*

(b) *Textus Græcus cum versione Latina interlineari de verbo ad verbum Demetrii, Pinciani, Stunicæ, Joan. de Vergara & aliorum Academiæ Complutensis Doctorum.*

(c) *Ex editione vulgata.*

(d) *Nudis tantùm literis conscriptum sine ullis spirituum & accentuum notis.*

(e) *In hoc opere Demetrius Ducas Cretensis, Ælius Antonius Nebrissensis, Didacus Lopez Stunica, & Ferdinandus Nonnius Pincianus, Alphonsus de Zamora, Alphonsus Medicus Complutensis & Paulus Coronellus laudabilem quindecim fere annorum ab anno 1502. ad annum 1517. operam profuerunt.*

(f) *Novum Testamentum fuit editum 1514. Vocabularium 1515. Vetus Testamentum absolutum fuit 1517. eodem anno, quo Card. Ximenius obiit juxta Gomesium.*

Præmittitur in primo volumine Francisci Cardinalis Ximenii ad Leonem X. Pontificem Maximum Prologus: deinde alter Prologus ad Lectorem Ximenii nomine conscriptus; Prologus in Novum Testamentum & Diploma Leonis X. opus præfatum comprobans.

Ex primo Prologo ad ipsum exemplar exscripto. » Multa sunt beatissime pater: quæ
» ad excudendas impressoriis formis origi-
» nales sacræ scripturæ linguas nos incita-
» runt. Atque hæc imprimis: quod cum
» unius cujusque idiomatis suæ sint verbo-
» rum proprietates: quarum totam vim non
» possit quantum libet absoluta traductio
» prorsus exprimere: tum id maxime in ea
» lingua accidit per quam os Domini lo-
» cutum est.... Accedit quod ubicunque
» latinorum codicum varietas est: aut de-
» pravatæ lectionis suspitio (id quod libra-
» riorum imperitia simul & negligentia fre-
» quentissime accidere videmus) ad primam
» scripturæ originem recurrendum est: si-
» cut B. Hieronymus & Augustinus ac cæ-
» teri Ecclesiastici tractatores admonent:
» ita ut librorum Veteris testamenti synce-
» ritas ex Hebraica veritate: Novi autem
» ex Græcis exemplaribus examinetur.
» Ut ipsa igitur originalia in promptu ha-
» beret quicumque divinarum litterarum
» studiosus: possetque non solis rivulis esse
» contentus: sed ex ipso fonte salientis aquæ
» in vitam æternam sitim pectoris extin-
» guere: jussimus archetypas sacræ scrip-
» turæ linguas cum adjunctis variarum lin-
» guarum translationibus impressioni man-
» dari Sanctitatis tuæ nomini dedicandas.
» Atque imprimis Novum testamentum

A Græco-Latinoque sermone excudendum «
curavimus simul cum lexico Græcarum «
omnium dictionum: quæ possunt in eo «
legentibus occurrere: ut his quoque qui «
non integram linguæ cognitionem adepti «
sunt pro viribus consuleremus. Deinde «
vero antequam Vetus testamentum ag- «
grederemur: Dictionarium præmisimus «
Hebraicorum Chaldaicorumque totius «
veteris instrumenti vocabulorum.... Qui «
bus omnibus veluti pro præludio ita per- «
actis, ad excusionem diversarum veteris «
B testamenti linguarum nos convertimus: «
adjicientes etiam singulis earum suam la- «
tinam translationem. «

Qua in re apette beatitudini tuæ id te- «
stari possumus: Patet sanctissime, maxi- «
mam laboris nostri partem in eo præci- «
pue fuisse versatam: ut & virorum in lin- «
guarum cognitione eminentissimorum «
opera uteremur: & castigatissima omni ex «
parte vetustissimaque exemplaria pro ar- «
chetypis haberemus: quorum quidem «
tam Hebræorum, quam Græcorum ac «
C Latinorum multiplicem copiam non sine «
summo labore conquisivimus. Atque ex «
ipsis quidem Græca sanctitati tuæ debe- «
mus qui ex ista Apostolica Bibliotheca «
antiquissimos tum Veteris tum Novi Te- «
stamenti codices perquam humane ad nos «
misisti: qui nobis in hoc negotio maximo «
fuerunt adjumento. «

Ex altero prologo ad ipsum exemplar exscripto. Pentateuchus triplicem linguam «
habet: Hebraicam videlicet Chaldaicam «
& Græcam: quas imprimendas jussimus «
D cum aliis tribus latinis interpretationibus «
juxta correspondentibus: ita ut Hebraicæ «
veritati respondeat latina b. Hieronymi «
translatio: Chaldaicæ vero alia latina «
fere de verbo ad verbum à viris ejus lin- «
guæ peritissimis elaborata: Græcæ autem «
septuaginta Interpretum editioni interli- «
nearis latina traductio. Agiographi deinde «
libri simul & Prophetales duplici lingua «
excuduntur: hoc est Hebræa & Græca «
cum aliis duabus latinis translationibus «
illis correspondentibus. Nam Chaldaica «
E in cæteris libris prærerquam in Pentateu- «
cho corrupta est aliquibus in locis: & «
fabulis merisque Thalmudistarum nugis «
conspersa: indigna prorsus quæ sacris «
codicibus inseratur: Verum quibusdam «
in locis ubi integra est litera & incorrup- «
ta: mirum in modum favet Christianæ «
religioni: Idcirco reliquos libros totius «
Veteris Testamenti Chaldaica lingua in «
latinam verti fecimus: & diligentissime «
cum sua latina traductione conscriptos in «
publica Complutensis nostræ Universita- «
tis Bibliotheca reponi. At vero libri ex- «
tra canonem... Græcam tantum habent «

» ſcripturam cum duplici latina interpretatione: altera b. Hieronymi, altera interlineari de verbo ad verbum: eo modo quo in cæteris. Hæc autem de numero linguarum hujus libri oportuit in univerſum prælibaſſe. Nunc de modo quo linguas Pentateuchi in libro ipſo diſpoſuimus: brevibus agendum eſt. Primum itaque aperto codice duæ ſeſe tibi chartarum facies binc & inde offeruntur: quarum unaquæque tres præcipuas columnas habet. Ex quibus ea quæ ad marginem exteriorem ſita eſt: Hebraicam continet veritatem. Quæ veró interiori margini adhæret: Græca eſt ſeptuaginta interpretum editio: cui ſuperponitur latina interlinearis de verbo ad verbum. Mediam autem inter has beati Hieronymi translationem velut inter Synagogam & Orientalem Eccleſiam poſuimus . . . His præterea, tribus columnis duæ aliæ minores columellæ in calce paginæ ſupponuntur. Quarum altera latior Chaldaicam continet ſcripturam: altera anguſtior latinam ejus interpretationem. Diſponuntur autem columnæ ipſæ hoc modo: ut ſingulis lineis Hebraicis correſpondeant binæ lineæ latinæ e regione: hoc tamen ſemper obſervato: ut omnes quæque columnæ tam in principio quàm in fine conſentiant: niſi ubi loci anguſtia non patitur; quod veriſſime deprehendes . . . . Ut Hebraicas dictiones facile poſſit quicumque diſtinguere & ſuam latinam interpretationem cuique aſſignare: inter ſingulas dictiones Hebraicas ſuperponuntur minutæ literulæ latinæ alphabetico ordine procedentes: quibus conſimiles aliæ in latina proxima columna reſpondent: ut per ſimilitudinem literulæ cognoſcatur: quæ dictio latina ad quam Hebraica ſit referenda . . . Primitiva ſeu radices dictionum Hebraicarum & Chaldaicarum *ad marginem ſunt appoſita*.

» Illud eſt etiam conſiderandum, quod in Hebraicis characteribus ſcienter omiſimus apices illos: quibus nunc utuntur Hebræi pro accentibus . . . Quod autem ad Græcam ſcripturam attinet illud te non latere volumus: non vulgaria ſeu temere oblata exemplaria fuiſſe huic noſtræ impreſſioni archetypa: ſed vetuſtiſſima ſimul & emendatiſſima: quæ ſanctiſſimus dominus noſter Leo decimus Pont. Max. cœptis noſtris aſpirans ex ipſa Apoſtolica Bibliotheca ad nos miſit: tantæ integritatis: ut niſi eis plena fides adhibeatur: nulli reliqui eſſe videantur: quibus merito ſit adhibenda. Quibus etiam adjunximus alia pauca quorum partem ex Beſſarionis caſtigatiſſimo codice ſumma diligentia tranſcriptam Illuſtris Venetorum Senatus ad nos miſit: partem ipſi magnis laboribus & expenſis undique conquiſivimus: ut copia emendatorum codicum abundè ſupereſſet. Latinam itidem beati Hieronymi tranſlationem contulimus cum quamplurimis exemplaribus venerandæ vetuſtatis: ſed his maximè: quæ in publica Complutenſis noſtræ Univerſitatis Bibliotheca reconduntur: quæ ſupra octingenteſimum ab hinc annum literis Gothicis conſcripta: ea ſunt ſynceritate: ut nec apicis lapſus poſſit in eis deprehendi. Demum in libro Pſalmorum illud eſt admonendum communem tranſlationem Latinam qua utimur poſitam eſſe pro interlineari ſupra Græcam LXX. Interpretum editionem: quia ei de verbo ad verbum fere correſpondet. Eam autem quam b. Hieronymus juxta Hebraicam tranſtulit veritatem in medio duarum columnarum fuiſſe locatam. » «

Ex prologo in Novum Teſtamentum ad ipſum exemplar exſcripto. » Ne mireris autvitio vertas o ſtudioſe lector quod in novi teſtamenti græca editione aliter quam in veteri nudæ tantum literæ ſine ullis aut ſpirituum aut tonorum notis impreſſæ publicentur. Operæ precium viſum eſt hujus tibi rei rationem aſſignare. Ea enim hujuſmodi eſt. Antiquiſſimos Græcos abſque biſce faſtigiis literarum ſcriptitaſſe notius eſt quam ut ſit multis argumentis comprobandum. Cum igitur univerſum novum teſtamentum præter Evangelium Matthæi & Epiſtolam ad Hebræos Græcè primùm ſit a Spiritu S. dictatum: viſum eſt priſcam in eo linguæ illius vetuſtatem majeſtatemque retinere. » «

Ex diplomate Leonis X. » Intelleximus inter alia quæ bonæ memoriæ Franciſcus *Ximenius* S. Balbinæ Preſbyter Cardinalis: antequam ab humanis excederet ſumma cum laude abſolvit: extat opus n. & v. teſtamenti: novi videlicet in græco & latino: & veteris in græco & latino prædictis nec non hebræo & chaldæo ſermonibus ab eodem Franciſco Card. multa cum vigilia & doctorum conſenſu compoſitum, & uſque ad ſexcenta volumina vel amplius impenſa ejuſdem Franciſci Cardinalis impreſſa. Sed cum poſt impreſſionem hujuſmodi ſubito dictus Franciſcus Card. morte eſſet ablatus: & noſter ad publicationem dicti operis conſenſus petitus non eſſet: nequivit hactenus opus ipſum ad doctorum manus & publicam utilitatem cui erit fructuoſum advenire... motu proprio & ex certa ſcientia noſtra opus præfatum comprobantes: & ut tale in lucem per Doctorum & aliorum manus libere de cætero venire poſſit &c. Datum Romæ die 22. Martii 1520. «

» *Ex Mandato Francisci Episcopi Abulensis.* » Curavimus per viros industrios atque ejus rei peritos terniones in volumina & ea ipsa volumina in sex totius operis partes redigere: & non habita impensarum ratione: quæ fuerunt propemodum infinitæ: sed utilitate quæ inde sequeretur ex lectione: taxavimus totum opus ducatorum aureorum numerorum pretio sex & dimidio aut aliquando pluris ...

» Primus omnium postremis hisce temporibus Textum Sacrum cum diversis conjungendum versionibus, typisque mandandum excogitavit Franciscus Cardinalis Ximenius; summus ille vir cum ad tantos Ecclesiæ ac reipublicæ honoris gradus evectus fuisset, nil aliud in mente habebat, quam utriusque, hoc est status cujus penes se regimen erat, & Ecclesiæ cujus amplissimas obtinuerat dignitates, utilitati consulere. » Anno igitur millesimo quingentesimo secundo (ut refert Alvares Gomesius lib. 2. de gestis Franc. Ximenii. pag. 47. num. 10.) inrentionem ad ea convertit, quæ jam diu meditabatur. Intelligebat sane vir prudens sacrorum voluminum lectionem, quæ Biblia Græco nomine passim appellantur, cunctis, qui sacris initiati sunt, sed præsertim theologis maxime esse necessariam ... Magni igitur Origenis diligentiam inmitatus, qui hexaplis illis decantatis, omnes sacrorum voluminum quæ tunc habebantur, translationes in unum conjunxerat, editionem Bibliorum faciendam curavit. In ea veteris testamenti libri ternis columnis per singulas paginas sunt distincti. Prima Hebraicam lectionem tenet, media vulgarem, qua nunc utimur, tertia versionem Græcam L X X. interpretum translatione etiam Latina illustratam. In margine vero inferiori, nequid desideraretur, Chaldaica, quam vocant, paraphrasis subjecta est, Latina versione e regione apposita. At novum testamentum Græcam lectionem quàm emendatissimam, & vulgarem translationem habet. Additum est postremum volumen Hebraicarum dictionum eruditum & copiosum Onomasticon, ab ejus linguæ peritis valde laudatum. Id in aliquot bibliorum hujusmodi libris, quorumdam incuria, qui eos asservandos susceperant, non sine gravi jactura, desideratur.

» Res fuit cum primis operosa & magnifica, & quæ non modo tam ingentem Principem, sed etiam ingentis animi virum, ad difficultates omnes evincendas rem tam ardnam comitantes, requireret. A Accersivit continuo ad se homines utriusque literaturæ peritissimos, Demetrium (*Ducam*) Cretensem natione Græcum, (*Ælium*) Antonium Nebrissensem (*Jacobum*) Lopidem Astunigam, & Ferdinandum (*Nonnium de Gusman*) Pintianum, Græcarum literarum & Latinarum professores, quorum scripta & studiosa monumenta passim nunc in manibus habentur; Alphonsum Medicum Complutensem, Paulum Coronellum, & Alphonsum Zamora, Hebræarum rerum consultissimos; B qui cum olim inter suos publicas Scholas fuissent moderati, tunc Christianæ fidei sacris ex animo susceptis, ecclesiæ orthodoxæ domestici & alumni essent, meritò ad tantum negotium a Ximenio sunt vocati: quod illorum virtuti, eruditioni & constantiæ meritò est commissum. «

Cum his viris de suo consilio sermones confert, liberalissime impensas promittit, & singulos præmiis propositis privatim invitat. Ante omnia festinandum admonet, C ne, ut sunt res mortales caducæ & fluxæ, aut illi patrono ad eam rem promptissimo, aut ipse tam accommodis adjutoribus privaretur, quorum præsentiam & operam pluris quàm ullas preciosas possessiones aut divitias æstimaret. Accenduntur cuncti Ximenii verbis, & ab eo die, donec ultima manus fuit imposita, nihil est a viris eruditissimis cessatum. «

Conquisiti sunt undique, utriusque testamenti vetustissimi codices, ad quorum fidem castigatio excudendorum fieret, & vitiata loca sanarentur, & quæ dubia D & obscura essent, illustrata collucerent. Sed potissimum adjumento fuerunt Bibliothecæ Vaticanæ venerandæ antiquitatis apographi, quorum copia per Leonem X. Pont. Max. benignissime Ximenio facta est. (*Sixtus Sinensis in Bibliotheca sancta addit* exemplaria Medicæ Bibliothecæ, & quæ à Venetorum Senatu transmissa fuerunt aut aliunde) L X X. tamen translationis explicatio (*seu versio Latina*) » partim ab aliquot Academiæ Complutensis eruditis hominibus, qui E jam tunc sub Demetrio, & Pinciano præceptoribus, in Græcis literis non vulgariter profecerunt, partim a Demetrio, Pinciano & Astuniga, adeo feliciter confecta fuit, ut nihil a L X X. Interpretibus, juxta Græcam eruditionem sit dictum, qualia permulta apud eos habentur, quod a nostris in tanta brevitate fuerit prætermissum. «

Fuit inter hos ad hoc munus vocatus Joannes Vergara, cui libri, quos Sapientiales vocant (ut ab eo sæpiùs audivi) explicandi sunt commissi, in quibus multa «

» quæ in vulgata translatione difficilia esse A » videbantur, in antiquam lectionem resti- » tuit... Duravit ab hoc anno qui M. D. II. » Christi nati fuit, annos continuos plus » minus quindecim de sacris Bibliis eden- » dis cura; ut penè cum Ximenii vita fi- » nem quoque editio susceperit. Ubi si per » partes narrandum esset quantum laboris » exhaustum sit, quantum tædii & fastidii » devoratum à viris illis operi præfectis, in » exemplaribus excutiendis, quamque mul- » tiplici & ardua negotiorum mole Xime- » nius interim aliò evocetur, nimiùm pro B » fectò in iis discendis immoraremur. At » illud unum quod ad impensas à Ximenio » in ea re absolvenda factas pertinet, reti- » cendum nequaquam est. Septem Hebræa » exemplaria, quæ nunc Compluti haben- » tur, quatuor millibus aureorum ex di- » versis regionibus sibi comparasse, Alphon- » sus de Zamora sæpenumero referebat: » ut interim de Græcis & Latinis taceam » quorum illa ab urbe Roma, hæc tum ex » peregrinis locis, tum ex variis in Hispa- » nia Bibliothecis, ab octingentis fere an- C » nis characteribus Gothicis scripta, ma- » gnis sumptibus Complutum sunt delata. » Jam vero Chalcographorum & Scriba- » rum salaria, doctorum hominum non vul- » garia præmia, mercedes internuntiis pro- » positas, quibus ad codices vetustos adi- » piscendos utebatur, assiduam denique » subministrantium catervam, quam ad res » quæ insperatò emergebant expendendas » sustentabat, & mille alia quæ longum » esset referre, si bene quis ratione subducta » numeret, quinquaginta millium aureo- D » rum, & amplius, summam conficiet; » quod & majores natu frequenter dicere » audivi.

» Hac tandem diligentia & authoritate » & liberalitate, opus illud absolutissimum » prodiit Leoni X. Pont. Max. dicatum.... » Opus mehercule miraculo par, & cujus » tanta apud omnes qui ubicumque terra- » rum in sacris literis versantur, venera- » tio est, ut ad Complutensium bibliorum » exemplum, quidquid alicubi excuditur, » certatim revocetur. (Hæc scribebat, Go- E » meciùs anno 1560.) audivi (*pergit idem* » *Gomecius*) Joannem Brocarium Compl. » excusorem, Arnoldi Guilielmi Brocarii » filium, sæpenumero ad æquales dixisse, » eo ipso die quo ultima manus à patre ope- » ris excusioni imposita fuit, se puerum » eleganter vestitum cum ultimo bibliorum » volumine ad Ximenium venisse: qui im- » pendiò lætatus ita cœlum suspiciens ac- » clamavit: Grates tibi ago summe Chri- » ste, quod rem magnopere à me curatam » ad optatum finem perduxeris. Et ad fa- miliares continuò conversus, equidem « (inquit) cum multa ardua & difficilia « reipublicæ causa hactenus gesserim, nihil « est, amici, de quo mihi magis gratulari « debeatis, quàm de hac bibliorum editio- « ne, quæ una sacros religionis nostræ fon- « tes tempore perquam necessario aperit: « unde multo purior theologica disciplina « haurietur, quàm a rivis posteà deductis. » *Hæc usque Gomecius.*

BIBLIA POLYGLOTTA Antverpiensia.

BIBLIA Sacra *Regia sive Antverpiensia dicta*, Hebraicè (*a*) Chaldaicè (*b*) Græcè (*c*) & Latinè (*d*) Philippi II. Regis Catholici pietate ac studio ad sacrosanctum Ecclesiæ usum (*cum Præfatione Benedicti Ariæ Montani & apparatu.* (*e*) 8. vol. (*f*) in folio) Christophorus Plantinus excud. Antverpiæ.

Quo anno; legitur ad calcem primi voluminis: Quinque Mosis libros Hebraicè, Græcè & Latinè cum Paraphrasi Chaldaica & Latinis versionibus summa diligentia à Plantino excusos, Benedictus Arias Montanus ex Philippi Catholici Regis mandato Legatus à se cum Complutensi & correctissimis aliis exemplaribus collatos recensuit ac probavit. Antverpiæ Kalendis Martii M. D. LXIX. *Et in adversa pagina, hæc Hebraicè leguntur:* absolutum est opus in mense Nisan, anno 329. juxta minorem supputationem (hoc est anno Christi 1569.)

Sic explicit volumen IV. Hanc quartam & ultimam totius veteris Testamenti partem, Hebraicè, Græcè & Latinè cum Paraphrasi Chaldaica & Latinis versionibus Christophorus Plantinus excudebat Antuerpiæ pridie D. Joannis Baptistæ anno Domini 1570.

Et in calce quinti voluminis hæc exarata sunt: Novum Testamentum Græcè, Syriacè & Latinè summa diligentia à Plantino excusum Ben. Arias Montanus... à se cum Complutensi & correctissimis aliis exemplaribus collatum recensuit & approbavit. Antverpiæ Calendis Februarii 1571. Apparatus sacri qui triplici volumine constat, tomus primus finitus est 2. die Januarii 1572. secundus & tertius eodem anno perfectus est. *Sicque illa editio quatuor ad minimum annis absoluta fuit. Regia vocantur hæc Biblia, quod impensis Philippi Regis excusa fuerunt, vel Antverpiensia, & Plantini, qui ea in celebri hac civitate typis mandavit. Licet in tomi prioris titulo quatuor dumtaxat linguæ scilicet He-*

braica, Chaldaica, Græca & Latina recensentur, cum in quinto tomo adjectum sit novum Testamentum lingua expressum Syriaca, meritò quidem hoc opus Pentaglotton nuncupatur.

(a) *Vetus Testamentum Hebraicè. Item in altero tomo Hebraicè cum versione Latina interlineari Santis Pagnini ab Aria Montano & ab aliis ad verbum expensa.*

(b) *Targum Onkelosi in Pentateuchum, Jonathanis in Prophetas priores & posteriores, R. Joseph cæci & aliorum in Job, Psalmos & quinque parva volumina, addita versione Latina Pentateuchi, libri Job, Proverbiorum, Cantici Canticorum, Prophetarum Isaiæ, Hieremiæ & Ezechielis ab Alphonso de Zamora, & ab Aria Montano ad Hebraiam & Chaldaicam veritatem correcta, aliorumque librorum ab eodem Aria Montano concinnata.*

(c) *Textus Græcus cum versione Latina ex editione Complutensi.* (d) *Ex vulgata editione.*

Novum Testamentum Græcè, Syriacè *charactere Hebraico & Syriaco, præter Epistolam II. S. Petri, II. & III. S. Joannis, Epistolam S. Judæ & Apocalypsin* & Latinè *ex vulgata editione. Idem* Novum Testamentum Græcè & Latinè ex editione Complutensi, *in ultimo volumine:*

(e) *Omnia hæc studio & industria Benedicti Ariæ Montani, qui Latinas omnes, præter illam quæ est ex Syro, versiones recognovit, & Guidonis Fabricii Boderiani, qui translationem Novi Testamenti Latinam ex Syro confecit:* JUVANTIBUS *Francisco Raphelengio, Nicolao Guidonis Fabricii fratre,*

» *Joanne Harlemio* S. J. qui in Chaldæis,
» Syris & Græcis non vulgares fecit progres-
» sus, plurimum nos sublevavit (*inquit Bo-*
» *derianus in fine Præfationis in N. T. Syrum*)
» adjuvitque cum in translationis nostræ
» recognitione, tum etiam in universo Bi-
» bliorum opere, ejusque appendicibus.
» *Idem* (*addit Sotuel in Bibl. scriptorum S. J.*)
» Indicem Biblicum concinnavit, variasque
» collegit lectiones in Latinis Bibliis, & ad
» textum Hebraicum, Chaldaicum, Græ-
» cum atque Syriacum examinavit & dis-
» cussit:
» *Francisco Raphelengio*, qui, *ut ait Swer-*
» *tius in Athenis Belgicis pag.* 251. incredi-
» bile quantos labores sustinuerit in eden-
» dis Bibliis Regiis *cùm Benedicto Aria*
» *Montano, Andrea Masio & Guidone Fa-*
» *bricio:* In quorum omnium impressione,
» *scribit Boderianus sub finem ejusdem Præfa-*
» *tionis*, indefesso labore doctissimi ac dili-
» gentissimi correctoris officio functus est
» Franciscus Raphelengius, Plantini gener,
» cui, ut ornato multarum linguarum pe-

A ritiâ, studiosi omnes acceptum ferè ha- «
bent, quod nunc habeant universam Pa- «
raphrasim Chaldaicam longè emendatio- «
rem quàm hactenus prodierat, punctorum «
affixione ad analogiam librorum Danie- «
lis & Esdræ ubique revocata: «
Francisco Luca Brugensi, qui, *juxta eum-* «
dem Swertium ibid. pag. 145. Regiorum «
Bibliorum editioni cum magno illo Be- «
nedicto Aria Montano, cœterisque præ- «
fectus fuit: «
Andrea Masio qui *juxta eumdem pag.* 113. «
B Antverpiam evocatus una cum Benedi- «
cto Aria Montano istam verè Regiam Bi- «
bliorum editionem adornavit: «
Joanne Livineio qui in Plantiniana Bi- «
bliorum editione Græca cum Guill. Can- «
tero sedulam operam navavit; *Jac. Aug.* «
Thuanus sub finem libri 122. *hist. sui temporis:* «
Guill. Cantero qui variarum in Bibliis «
illis lectionum libellum concinnavit, qui «
extat in apparatu. «
Postquam autem (*sic suam absolvit Præ-* «
fationem Boderianus) quotquot huic operi «
C assiduè incubuerunt, sedulam in eo navas- «
sent operam, Benedictus Arias Montanus, «
Hispalensis, Doctor Theologus, pro mu- «
nere sibi à Regia Maj. mandato, semper «
postremam adhibuit perlustrationem, «
examinationem atque approbationem. » «

Ex iis quæ jam allata sunt patet in hujusce editionis prioribus quinque voluminibus, vetus Testamentum extare lingua Hebraica, Chaldaica, Græca & Latina; novum autem lingua expressum Syriaca: utrumque autem exaratum typis elegantissimis Parisiis
D *à Guillelmo le Bé fusis & efformatis* (ut refert Jo. de la Caille pag. 46. Hist. Artis Typographicæ.) *In apparatus sacri primo volumine reperiuntur Grammatica Hebraica & Epitome Thesauri Sanctis Pagnini à Francisco Raphelengio concinnata, Grammatica Syra & Lexicon Syro-Chaldaicum Guidonis Fabricii Boderiani, Andreæ Masii Grammatica Syra & Lexicon, quod inscripsit,* Peculium Syrorum; *Grammatica denique Græca cum lexico Græco diligentiâ & impensis Christ. Plantini confecta. Secundus tomus*
E *ejusdem apparatus exhibet Hebræum veteris & Græcum novi Testamenti contextum, minore charactere quàm in præcedentibus voluminibus exaratum, atque Latinâ interlineari versione illustratum. Veteris Testamenti hic est titulus:* Hebraicorum Bibliorum veteris Testamenti Latina Interpretatio, operâ olim Santis Pagnini Lucensis, nunc verò Benedicti Ariæ Montani Hispalensis, Francisci Raphelengii Alnetani, Guidonis & Nicolai Fabriciorum Boderianorum Fratrum collato studio ad Hebraicam dictionem diligentissimè expensa, Censorum Lovaniensium judicio exami-

nata & Academiæ suffragio comprobata, A
ad Regii sacri operis commoditatem &
apparatum Christophorus Plantinus Regius Prototypographus Antverpiæ excudebat. *Novo autem hæc præfiguntur:* novum Testamentum Græcè cum Vulgata Interpretatione Latina Græci contextus lineis inserta. Quæ quidem Interpretatio cùm a Græcarum dictionum interpretatione discedit, sensum videlicet magis quàm verba exprimens, in margine libri est collocata; atque alia Benedicti Ariæ Montani Hispalensis operâ e verbo reddi- B
ta, ac diverso characterum genere distincta, Lovaniensium vero Censorum judicio & totius Academiæ calculis comprobata in ejus est substituta locum, Antverpiæ excudebat Christophorus Plantinus Regius Prototypographus 1572. *Hæc quidem fusiùs exscripta, quippe quibus & versionum autores innotescunt, & quà usi sunt methodo, probè indicatur. In ultimo tandem apparatûs tomo leguntur Idiotismi linguæ Hebraicæ, & plurimæ disserta-* C
tiones, quæ circa pondera ac mensuras, Geographiam Sacram, ædificia, vestitus & ornamenta, Chronologiam & alia ejusmodi versantur, quorum autor est Arias Montanus, quæque sejunctim postea, ibidem sub titulo: Antiquitatum Judaicarum *typis mandata fuerunt; adjecta est quoque diversarum Lectionum à multis auctoribus excerptarum varia suppellex.*

Quò major historiæ hujus editionis Regiæ lux affulgeat, placuit hic quædam excerpere, quæ in dedicatione totius operis sub finem le-
» *guntur.* » Cæterum veritatis ille pater & D
» piorum omnium protector, Ecclesiæ Ca-
» tholicæ illustrator, verbique sui assertor
» Deus... eam mentem Philippo II. Ca-
» tholico Hispaniarum Regi, & Principi
» potentissimo & Christianæ pietatis studio-
» sissimo, injecit, ut inter quamplurima
» consilia.... de sacris etiam libris, anti-
» quis linguis, & earum optimis interpre-
» tationibus, qua fieri posset diligentia,
» inter se collatis, excudendis, is etiam de-
» liberaret... Igitur quam plurimis ex pu-
» blicis Academiis & ex sacræ religionis E
» Magistratibus, Censores & Judices, atque
» adeo ex omni Ecclesiastico ordine mini-
» stri conspiciuntur, ad tantam rem delibe-
» randam adhibitis; communi omnium sen-
» tentia confirmatum est hujusmodi Regis
» consilium, non tanquam utile tantum,
» sed etiam veluti plane necessarium ac di-
» vinum comprobari, & omnium suffragiis
» postulari, omniumque piorum studio, ut
» expleretur, orari oportere. Id quod Rex
» ipse libentissime susceptum, mature exse-
» qui atque perficere instituit: præsertim
» vero, cum eorum omnium quæ ad eam

rem parandam & oportuna, ac etiam ne- «
cessaria erant, magnam copiam apud se «
intelligeret; seque iis viris, qui tanto «
huic operi & exolvendo præessent, quales «
ipse rei literaturæ amantissimus quam «
plures continuo fovet, omnino non carere «
conspiceret. Tantum igitur Catholici «
Regis consilio, studio, auctoritate atque «
benignitate præstitum est, ut operis hujus «
admiranda moles, maximis rerum diffi- «
cultatibus superatis, extructa & in pu- «
blicum Catholicæ Ecclesiæ usum, æter- «
numque Christianæ veritatis monumen- «
tum, stabilita & exposita denique fuerit; «
cujus inspectionem nulli Christianæ pie- «
tatis studioso non gratissimam, utilissi- «
mamque fore arbitramur, cum propter «
eximiam omnis generis characterum ele- «
gantiam, & egregiam optimi & celebe- «
rimi Typographi operam: tum verò ma- «
ximè propter summum integræ & incor- «
ruptæ lectionis perfectionem, quam, præ- «
ter assiduam doctissimorum & linguarum «
omnium peritissimorum hominum dili- «
gentiam, variorum quoque & correctissi- «
morum exemplarium, Romanorum vide- «
licet, Venetorum, Constantinopolitano- «
rum & Germanorum collatio nobis præ- «
stitit; Complutensibus verò potissimum «
hac in parte usi sumus, quæ quidem a ce- «
lebratissimo ac pientissimo viro Francisco «
Ximenio S. R. E. Cardinali, magno stu- «
dio, incredibili sumptu, insigni diligen- «
tia, utilissimoque eventu edita quondam «
fuerant, & apud doctos homines magno «
in precio habita; quæ tamen, quia pro- «
pter miram eorum paucitatem & rarita- «
tem desiderabantur, hoc in opere non- «
modo instaurata, sed multis etiam in par- «
tibus aucta, integrata, locupletata, ma- «
gno etiam appositissimoque rerum & ver- «
borum apparatu exornata sunt. Nam præ- «
ter excellentem formarum, chartæ & «
characterum præstantiam, integras etiam «
Chaldaicas, in veteri testamento para- «
phrases, & Syriacæ, in novo, lectionis «
libros, eosdemque diligenti studio & cen- «
sura examinatos, & commoda Latina- «
rum interpretationum copia instructos, «
opus hoc Complutensibus Bibliis addit; «
& quod ad lectionis & sententiarum di- «
stinctionem, explicationemque plurimum «
confert, accentus omnes, Hebraicosque «
apices diligentissime observatos adjungit. «
Insignem præterea rerum & verborum «
supellectilem, aliàs variis codicibus dis- «
persam, hoc unum opus continet, quæ «
magis usu percipi, quàm oratione judicari «
possunt. «

His accedunt variarum in omnibus lin- «
guis, lectionum proposita exempla, quæ «
quidem quot & quantos lectoribus fructus «

» allatura sint, nemo facile æstimare po-
» rest. Sunt præterea integra Biblia, novum-
» que Testamentum Græcum Latinis ad
» verbum interpretationibus, majori quàm
» unquam antea, diligenria & sedulitate
» elaboratis, quæ, præterquam quod ad
» sententiarum cognoscenda mysteria plu-
» rimum adjumenti afferunt, Latinum ho-
» minem Hebraicam & Græcam; Græcum
» verò & Hebraicum Latinam linguam sine
» præceptore ac nullo pene negotio docere
» possunt. Addita præterea sunt opportunis
» locis difficiliorum verborum Hebraico-
» rum, Græcorum & Syriacorum thema-
» ta, quas radices Hebræi dicunt. Postre-
» mum verò & utilissimum illud volumen,
» adjungitur, quod quia multarum & ad
» familiares divini verbi explicationes,
» commodissimarum rerum copiosam ac
» multiplicem suppeditat materiam, sacro-
» rum librorum apparatum inscripsimus;
» quo in opere dictionaria, observationes,
» arcanorum sermonum interpretationes,
» multaque alia cognitu dignissima con-
» tinentur. Atque hæc quidem omnia ma-
» gnæ sacrarum literarum studiosis utili-
» tati, magnoque usui Catholicæ Ecclesiæ
» futura a Philippo Catholico Rege cura-
» ta, ejusque tum auctoritate, tum digni-
» tate, tum liberalitate Regia expedita, &
» insigni rerum omnium diversitate & ele-
» gantia insignita, ad optimum & felicissi-
» mum exitum, divinæ providentiæ summo
» beneficio, tandem perducta sunt, &c.

Ex ejusdem Benedicti Ariæ Montani alia ad Lectorem præfatione, quæ ita ordi-tur. » Amplissimos & uberrimos fructus,
» qui ex illustri hoc opere percipientur,
» Lector, nulla sane faciliori ratione ribi
» repræsentare potuimus, quam si singulas
» ejus partes, eo quo collocatæ sunt, ordi-
» ne, diligenti explicatione persequere-
» mur.... Sed quia ex veterum exempla-
» rium cum nostro hoc diligenti collatione,
» quid alii, qui in eodem opere non me-
» diocrem diligentiam aliàs adhibuerunt
» (quorum laboribus nihil detrahimus) &
» quid deinde nos in hac parte præstiteri-
» mus, planius & apertius cognoscatur:
» Complutensibus Bibliis ad unguem exa-
» minatis, & cum nostris hisce, quà fieri
» potuit diligentia, collatis quid per nos in
» nostra hac editione effectum sit, quò res
» tota clarius pateat, breviter exponemus.

» In iis itaque, ut characterum elegan-
» tiam, quibus pollent, & ordinem ac se-
» riem dictionum suis locis dispositarum,
» missam faciamus: Hebraica veritas puris
» dictionibus, & clausulis bene distinctis,
» atque omnibus, ut par est, suo ordine col-
» locatis, dilucide conspicitur. Græcum
» item contextum ea habent, cui interpo-
A sita est Latina interpretatio, quæ ad ver- «
bum apte respondet. His additur Vul- «
gata editio, sancto Hieronymo plerum- «
que adscripta, quæ inter Hebræum & «
Græcum textum, medium obtinet lo- «
cum. Præterea in eorum infima pagina «
legitur Onkelosii in quinque libros Mosis «
Chaldaica paraphrasis, cui e regione ad- «
dira est Latina interpretatio. Opus certè «
omni laude dignum & (*temporibus illis*) «
satis eruditum atque elaboratum... Dein- «
de coeteri omnes libri δευτερωταῖς vet- «
B si, partim a Jonatham Uziclis filio in «
posteriores Prophetas, partim a Joseph «
Cœco, atque aliis antiquis auctoribus in «
reliquos sacræ scripturæ libros, in Com- «
plutensi editione plane desiderantur. Has «
quidem in Latinum sermonem conversas, «
atque adeo de verbo redditas, & ad fi- «
dem tum Hispanorum, tum Venetorum «
exemplarium summa diligentia castigatas «
& correctas, in Regio hoc opere non desi- «
derari comperies. Ea vero, præter illas, «
quæ, nt diximus, aliàs in quinque libros «
C Mosis ediræ fuerunt, hæ sunt: Historia- «
rum libri, qui priores Prophetæ dicun- «
tur: Quindecim posteriorum Propheta- «
rum explanario: Psalterium, ac Prover- «
biorum libri qui una vocet אמת appellan- «
tur. Qui omnes qnanta cura, studio & di- «
ligentia & expurgati & Latine facti fue- «
rint, & res ipsa docet, & nos etiam suis «
locis, Deo dante, commodius demonstra- «
bimus. Habent itaque Theologi & sacra- «
rum literarum studiosi vetus Testamen- «
tum, illud quidem Hebraicum, Chaldai- «
D cum, Græcum ac Latinum. Novum vero, «
Syriacè, Græcè & Latinè conscriptum. «
Quibus accedit, in eorum gratiam qui «
minus in antiquis linguis sunt exercitati, «
triplex, Latino idiomate, veteris Testa- «
menti Interpretatio, quæ Hebraicam ve- «
ritatem, cui coeteræ linguæ se interpre- «
tes præbent, ita reddit, nt non medio- «
crem, sed certe amplissimum fructum, «
ex ea sint reportaturi. «

Opus procul dubio, omnibus suis par- «
tibus absolutum, qnod quidem nullis an- «
E notationibus magis illustrari potest; cum «
in eo veluri primario, & summæ auctori- «
tatis exemplari uberrimi quatuor lingua- «
rum fontes continentur. Cœtera vero «
quæ ad veteris testamenri tempora refe- «
runtur, eodem idiomatis genere quo scri- «
pta reperiuntur, Græca scilicet Græce, «
& Latina Latine, diligenter correcta his «
annexa conspicies. Novum denique testa- «
mentum, jam Syriaca (ut diximus) lin- «
gua conscriprum, ex optimis quibusque «
exemplaribus expressum prodit, idque «
duplex: alterum Syriacis, & genuinis «
characteribus, alterum verò in infima «

» margine Hebraicis literis, & omnibus A
» suis punctis & numeris constans huc etiam
» accedit, ut iisqui tam in Hebraica quàm in
» Syriaca lingua exercitatiores sunt, hac
» ratione consuleretur. Syriaci quidem idio-
» matis Latina interpretatio, summa fide,
» & diligentia adhibita est a Guidone Fa-
» bricio Boderiano, qui & hanc suam in-
» terpretationem summo studio elabora-
» tam, atque adeo seipsum una cum fratre
» Hebraicæ linguæ peritissimo, alacri prom-
» ptoque animo obtulit. *Deinde apparatum
sacrum describit, & quid complectatur, plu- B
ribus verbis indicat. Denique ultimi tomi initio
facit mentionem in quo reperiuntur Biblia
Hebraica integra cum Latina interpretatio-
ne, quæ quidem omnia hic prætermitimus,
de quibus jam fusiùs supra dictum est. Tan-
dem adjutores recenset:* » Itaque (inquit)
» ne quàm plurimos Hispanos, Italos &
» Gallos qui nos sua ope & auxilio pluri-
» mum juverunt, hoc loco referamus; eos
» tantùm recensebimus, qui ab ipso operis
» initio, ad finem usque, tam in eo paran-
» do, describendo, vertendo, adornando, C
» immutando aut corrigendo, multum la-
» boris, operæ ac diligentiæ adhibuerunt.
» Ex quorum numero Christophori Plan-
» tini (Turonensis) viri de Typographica
» arte optime meriti, summam ingenii
» dexteritatem, admirabilem prudentiam,
» sedulam operam, infinitos labores, ac de-
» nique omnibus in rebus insignem diligen-
» tiam nemo satis admirari ac dignis lau-
» dibus extollere potest.
» Maximam vero partem, quæ hic dili-
» genter correcta, exornata, perpolita & D
» elaborata sunt, *Francisci Raphelengii*,
» quem sibi generum Plantinus adscivit,
» summæ industriæ, incredibili diligentiæ,
» continuæ sedulitati, perspicaci ingenio &
» præstanti judicio acceptam referre debes.
» Amplissimus hic scientiarum & linguarum
» Thesaurus bujus viri ope & industria
» correctissime in lucem prodit.
» *Guidonem Fabricium* cujus supra memi-
» nimus Hebraici idiomatis peritissimum,
» atque adeo Syriacæ linguæ insigni cogni-
» tione ornatum (quod quidem vel ex ipsa E
» novi Testamenti Syriaci Latina Interpre-
» tatione aperte cognosci potest) non est
» quod meis verbis hoc loco commendem;
» ejus quippe insignis eruditio, & opera,
» quâ nos in hoc opere mirifice juvit,
» ipsa per se satis prædicant, a studiosis om-
» nibus huic viro plurimum deberi.
» *Nicolaum Fabricium* Guidonis fratrem,
» ac potissimum in Hebraica lingua non in-
» feliciter versatum, qui sua diligentia &
» continuis laboribus, in hoc opere tran-
» scribendo, interpretando, & corrigendo
» inter cæteros nobis etiam adjumento fuit,

huic catalogo meritò inserendum duxi- «
mus. «
In primis autem sacrarum literarum «
studiosi *Augustino Hunnæo* & *Cornelio Gou-* «
dano duobus Lovaniensis Gymnasii lumi- «
nibus, Sacræ Theologiæ Doctoribus, & «
publicis professoribus, ac toti rei litera- «
riæ addictissimis, ingentes habeant gra- «
tias; his enim propter insignem eruditio- «
nem & sacrarum linguarum non vulga- «
rem cognitionem, optimi Regis manda- «
to, hoc opus evolvendum ac diligenter «
examinandum, à Lovaniensi Academia «
commissum est. Qui quidem, quo sunt «
felici ingenio & maturo, & ad gravissi- «
mas quasque res apto judicio (adhibito ad «
eam rem *Joanne Harlemio* Sacræ Theo- «
logiæ Licentiato, in omni linguarum ge- «
nere exercitatissimo, S. Scripturæ & He- «
braicæ linguæ apud Lovanienses in Socie- «
tate Jesu professore) suo munere, ut à «
tantis viris expectari poterat, cum summa «
laude perfuncti sunt... «
Cardinali Spinosæ Regii in Hispaniis «
summi consilii & Sanctæ Inquisitionis Præ- «
sidi amplissimo, non parvæ habendæ sunt «
gratiæ; ejus enim consilio & favore, «
convocatis etiam ad eam rem præstan- «
tissimis viris, Regique à consiliis, Rex no- «
ster optimus & sapientissimus præstantis- «
sima hæc Biblia inchoari & ad finem per- «
duci voluit. «
Nec vero *Granvellanus Cardinalis* am- «
plissimus hoc loco nobis deesse; pro eo «
enim quo erga rem literariam ac potissi- «
mum Sacro-Sanctæ Theologiæ studia est «
propenso animo, Bibliorum Græcorum «
exemplaria suis impensis, ex Vaticano- «
rum fidem descripta, ac diligentissime col- «
lata, ad nos opportune transmisit. «
Nec possum, Lector, *Sirleti* etiam *Car-* «
dinalis operam, laborem, industriam «
ac doctrinam prope singularem tibi non «
vehementer commendare. Is enim præ- «
ter gravissimas occupationes, quibus am- «
plissimus & sacratissimus Cardinalium «
Ordo distineri solet, animum ad sacra «
studia ita convertit, ut jam Theologo- «
rum labor in perquirendis Sacrorum vo- «
luminum variis lectionibus magna ex parte «
sit sublevatus; tanta enim industria & ju- «
dicio eas collegit, & quas sequi, & quas «
rejicere oporteat, ita doctè admonuit, «
ut meritò tanti beneficii immortales gra- «
tias amplissimo huic viro habere debeas. «
Joannes Regla felicissimæ memoriæ Ca- »
roli V. Cæsaris invictissimi Confessor, «
quem vocant, instituti Hieronymiani «
apud Hispanos, suam hac etiam in parte «
præstitit operam. «
Ab *Andrea Masio* viro à Consiliis & Se- «
cretis Ducis Cliviæ, plerisque valde do- «
ctis.

» ctis annotationibus, & Chaldaica Para-
» phrasi in priores Prophetas, Psalmos,
» Ecclesiasten & Ruth, ope Hispani exem-
» plaris à se Romæ inventi, &, quod ma-
» ximum est, Dictionario Syriaco cum ejus-
» dem idiomatis doctissima Grammatica au-
» cti sumus; summam certè commendatio-
» nem præstantissimus & antiquarum lite-
» rarum peritissimus hic vir apud omnes
» studiosos meretur.
» Est etiam nobis à *Clemente* Anglo, Phi-
» losophiæ & Medecinæ Doctore, qui in
» hisce regionibus propter Christianam re-
» ligionem exulat, exhibitum Pentateuchi
» Græci, ex Thomæ Mori Bibliotheca, ele-
» gantissimum exemplar.
» His omnibus addo *Gulielmum Cante-*
» *rum*, virum præter generis nobilitatem &
» rei familiaris amplitudinem, in Græcis
» & Latinis literis feliciter versatum, rei-
» que publicæ studiosissimum, atque adeo
» de hoc opere, omni ex parte, bene me-
» ritum.
» Detulimus & nos ex Complutensi Bi-
» bliotheca posteriorum Prophetarum Pa-
» raphrasim Latinam ex Chaldaica factam;
» atque adeo ex nostra antiquissimum exem-
» plar posteriorum Prophetarum Hebraicè
» & Chaldaicè scriptum.
» *Christophorus Plantinus* habuit penes se
» Complutensia Bibliorum exemplaria ex-
» cusa. Præterea Veneta Hebraica, Chal-
» daica & Græca, & Germanica Hebræa
» & alia suis typis aliàs impressa: deinde
» Græca omnia, quæ quidem in Galliis &
» Germania extant celeberrima.
» *Daniel Bombergus* pius & doctus vir, &
» paterni tum nominis, tum ingenii hæres,
» Novi Testamenti antiquissimum exem-
» plar Syriacum Colonia Agrippina ad nos
» attulit; quod quidem magno nobis fuit
» usui & commodo. Id enim contulimus
» cum iis nostris, quæ Ferdinandi optimi ac
» piissimi Imperatoris beneficio, paucos
» ante annos cum Latina Ecclesia commu-
» nicata fuerant.
» Itaque jam ex te ipse, Lector, facile
» potes conjicere, quale & quantum munus
» tibi offeratur; cum ad id parandum, tot
» & tam insignium virorum industria &
» singularis, qua præditi sunt, doctrina ac-
» cesserit.... Vale. Datum Antverpiæ X.
» Cal. sextiles CIↃ IↃ LXXI.

Ex Epistola Lovaniensium ad Summum
» *Pontificem:* » Sacra Biblia ex parte qui-
» dem veteris Testamenti, Hebraica, Græ-
» ca, Latina atque Syriaca à Christophoro
» Plantino Regis Architypographo Antver-
» piano operâ quatuor integrorum anno-
» rum, & sumptu incredibili, ex Complu-
» tensi exemplari, quatenus id exemplar
» extendebatur, summa fide atque diligen-

A tia expressa (*sunt*) In quo opere, quantum «
ad vetus Testamentum attinet, quod Pa- «
raphrasi Chaldaicæ in Complutensi editio- «
ne deerat, id ex Bibliis Venetis, collatis «
tamen priùs cum M S. Chaldaico exem- «
plari, quod Cardinalis Ximenius antè «
mortem suam Compluti per viros doctos «
fideliter corrigi jusserat, suppletum est. «
Novum vero Testamentum in hac me- «
morabili editione, Syriaco textu (ex edi- «
tione Viennensi) cum ejusdem catholica «
& doctissima versione e regione respon- «
B tente, anctum atque locupletatum est. «
His omnibus in ista editione accessit Ap- «
paratus sacer... in tres tomos distributus, «
quorum primus libros ad earum lingua- «
rum, quibus in istis Bibliis Sacra Scriptura «
expressa est, prima rudimenta facile ad- «
discenda utilissimos continet. Secundus «
vero tomus ad earumdem linguarum pri- «
mam exercitationem atque meditationem «
plurimum earum studiosis adjumenti al- «
laturus est. Tertius vero tomus variarum «
rerum ad sacræ Scripturæ verum, germa- «
C numque sensum perspiciendum cognitu «
necessariarum, copia est refertus. » «

Ex oratione Bened. Ariæ Montani ad
Gregorium XIII. Pont. Max. » Fuimus «
in labore per quatuor integros annos, à «
xv. Maii mensis, quo ego in Belgium per- «
veni, anni 1568. usque ad ultimam Martii «
hujus anni 1572. Cum tamen nemo esset, «
qui credere posset, tantum opus, tanta «
elegentia, tantaque majestate, tanto sum- «
ptu, tanta denique mole absolutum iri, «
propter summam omnium rerum carita- «
D tem, maxime vero propter bellorum tem- «
pestates in Galliis & aliis provinciis, unde «
nobis chartarum & operarum totiusque «
materiæ copia petenda erat. Atque his «
difficultatibus omnibus, gratia, providen- «
tia atque ope Dei, in cujus honorem opus «
hoc à Philippo Catholico instituebatur, «
superatis, tandem structura omnis, ma- «
gnis quidem sumptibus, sexaginta perpe- «
tuis operis, magnis virorum doctorum «
laboribus est absoluta..... Quod verò ad «
operis integritatem attinet, ego Benedi- «
E ctus Arias Montanus offero Sanctitati «
vestræ Biblia ipsa à me à prima pagina ad «
ultimam usque diligenter Græcè, Latinè «
& Chaldaicè perlecta, & cum exemplari- «
bus fidelissimè collata, tantâ fide ut non «
solùm si verbum aliquod depravatum de- «
prehendatur, sed si vel unus apex aut iota «
unum in illis meritò desideretur; cœteris «
coadjutoribus meis exceptis, & à culpa li- «
beratis, ipse perpetuam ignorantiæ & ne- «
gligentiæ notam subire velim.... tertium «
tomum (*in quo continetur Apparatus*) to- «
tum ferè ipse conscripsi. «

Hæc editio compta est & elegans; parti-

bus, quibus constat, integra; prolegomenis, lexicis, grammaticisque variis ornata.

» Immensum illud, ac vere Regium opus » à Theologis Hispanis, Parisiensibus, Lo» vaniensibusque & aliis viris eruditione & » pietate conspicuis approbatum, imo & à » Summo Pontifice Gregorio XIII. eximie laudatum. *Richardus Simon c.* 17. *Disquis. Critic. de variis Bibl. editionibus pag.* 216. † A quibusdam *etiam* orbis miraculum dictum, *teste Waltono in Præf. ad Biblia Polygl. Londin. & Proleg. IV. p.* 33.

† Sunt *tamen* nonnulla in hoc opere cum judicio pio legenda, *ut observat. Nic. Selneccerus, cujus ad hæc Biblia notata leguntur in Arcanis Bibl. Thom. Lipf. sacris pag.* 49.

BIBLIA POLYGLOTTA Bertrami.

BIBLIA Sacra Hebraicè, Græcè & Latinè: Latina interpretatio duplex est, altera vetus, altera nova *Pagnini* cum annotationibus Francisci Vatabli. Omnia cum editione Complutensi diligenter collata, additis in margine, quos Vatablus in suis annotationibus nonnunquam omiserat, idiotismis, verborumque difficilium radicibus. 2. vol. in folio. Ex officina Sanctandreana 1586.

Collatis inter se tribus horum annorum scilicet 1586. 1599. & 1616. *exemplaribus, unam eamdemque editionem esse cognovi, idque certo certius asseritur, quod libri ex officina Sanctandreana, Hieronymi Commelini, qui ob usum Bibliothecæ Palatinæ Heidelbergam adierat, ibique anno* 1596. *diem ultimum obiit, typis extusi prodierunt.*

BIBLIA eadem, (quibus compactum est Novum Testamentum Græcè & Lat. Benedicti Ariæ Montani, editum Genevæ anno D. 1609.) 2. vol. fol. Heidelbergæ 1599.

BIBLIA eadem, 2. vol. fol. Ex officina Commeliniana 1616. *Hæc autem editio unica facta est secundùm textum Hebraicum & Græcum editionis Complutensis, cui adjecta est Genevensis Bibliorum Latinorum editio anno* 1557. *à Rob. Stephano concinnata.*

Hæc Biblia quæ sub nomine Vatabli ob ejus annotationes his assutas vulgò circumferuntur, Corn. Bonav. Bertrami nomine insigniri profectò merentur. Is enim linguam Hebraicam Genevæ ab anno 1566. *quo comparationem hujus linguæ cùm Aramæa publicavit, usque ad annum* 1584. *publicè docuit; per id tempus varia identidem opera emisit in lucem; & præsertim Thesaurum Linguæ Sanctæ à Pagnino concinnatum, auctum verò à Joanne Mercero, & ab Ant. Rod. Cevalerio cum suis observationibus: at*

A *absoluta Genevensium Bibliorum Gallicorum recognitione, anno* 1584. *relictâ Geneva, ut ipse scribit in præfatione Lucubrationum suarum Francktallensium Spiræ anno* 1588. *excusarum, propter summas Civitatis & Ecclesiæ Genevensis angustias, Francktallum se recepit, ubi per annum integrum sacro verbi Dei ministerio navavit operam. Addit posteà se non ita pridem in Germania peregrinatum fuisse. Ex his sane conficitur conjecturâ probilitate, sua non inani Bertramum hujus Bibliorum Trilinguium Heidelbergæ anno* 1586. *vul-*
B *gatorum esse parentem. Nam his in regionibus morabatur vir ille Hebraicarum & Græcarum literarum peritiâ insignis, qui in hac editione textui Hebræo, Græco & Latino ex Complutensibus exemplaribus exscripto Latinam Pagnini versionem cum notis Vatabli jam anno* 1557. *Genevæ excusam duntaxat adjunxit. Commelino quidem ipsi, in cujus officina hæc Biblia exarata sunt, non denegaretur hic labor, si linguæ sanctæ cognitio ab aliquo Scriptore concessa illi fuisset. Itaque uni Bertramo tribuenda videtur hæc*
C *præsens Editio.*

BIBLIA POLYGLOTTA Wolderi.

BIBLIA Græca *ex editione Complutensi*, Latina ex versione tam vulgata quam Santis Pagnini, & Germanica ex versione Lutheri *juxta codicem anni* 1545. edita studio Davidis Wolderi, 4. vol. in folio. Hamburgi, excudebat Jacobus Lucius 1596.

D *Ista editio hunc etiam titulum præ se fert:* Bibliorum quadrilinguium tomus primus. Textus Hebraicus eleganti & majuscula characterum forma, &c. *sicut in editione Bibliorum Hebraicorum Eliæ Hutteri anni* 1587. *ipsissima est hæc editio.* Sacrorum Bibliorum quadrilinguium tomus secundus trilinguis Græcus, Latinus, Germanicus *ut supra.* 5. vol. in fol. Hamburgi, excud. Jacobus Lucius 1596. *Quædam exemplaria hunc titulum præferunt.* Opus quadripartitum S. Scripturæ, con-
E tinens Sacra Biblia lingua Ebræa, Græca, Latina & Germanica. 5. vol. in fol. Hamburgi, ex Bibliopolio Commeliniano 1603.

Cum Lucius utramque Bibliorum editionem, scilicet Ebraicam Eliæ Hutteri anno 1587. *& trilinguem Wolderi anno* 1596. *absolvisset; fortè ut priori quæ nullius fere utilitatis erat, emptores conciliaret, utramque simul instar Tetraglottorum Bibliorum judicavit esse publicandam, licet unaquæque seorsim typis exscripta fuisset. In his igitur exemplaribus quorum tituli diversi leguntur, eadem prorsus & unica est illorum editio.*

BIBLIA POLYGLOTTA Eliæ Hutteri.

BIBLIA Ebraicè, Chaldaicè, Græcè, Latinè, (*hæc quatuor ex editione Regia*) Germanicè (*ex versione Lutheri*) & Sclavonicè, studio Eliæ Hutteri, in folio. Norimbergæ 1599.

Ex præfatione. » Harmoniam Biblicam » sex linguarum columnarumque ordine » per omnes Veteris & Novi Testamenti » libros, pio & bono consilio ita disposui, » ut primùm sex idiomata Ebræum, Chal- » daicum, Græcum, Latinum, Germani- » cum & Sclavonicum aptè invicem è re- » gione versibus distinctis convenirent; de- » nique loco Sclavonici, modò Gallicum, » modò Italicum, modò Saxonicum, alia- » rumque gentium & nationum idiomata » minimo sumptu vel imprimendo vel ascri- » bendo substitui possent.

Biblia Ebraicè, Chaldaicè, Græcè, Latinè, Germanicè & Gallicé, ejusdem studio, fol. ibid. 1599.

Biblia Ebraicè, Chaldaicè, Græcè, Latinè, Germanicè & Italicè, ejusdem studio, fol. ibid. 1599.

Biblia Ebraicè, Chaldaicè, Græcè, Latinè, Germanicè & Saxonicè, ejusdem studio, fol. ibid. 1599.

Hæc quadruplex editio, quæ unica est exceptâ ultimâ columnâ, ultra librum Judicum & Ruth non progreditur.

DE BIBLIIS POLYGLOTTIS Parisiensibus.

HISTORICA DISSERTATIO.

QUANDOQUIDEM omnium quæ seculo decimo sexto in lucem data fuerunt, Bibliorum Polyglottorum Historiam conficere, variosque eorumdem casus referre absolvimus, de Parisiensi nunc Editione instituenda est oratio.

I. *Hujus operis institutum à Perronio delineatum.*

Non mirum cuiquam esse debet, quod ante sextum & decimum seculi sequentis annum hujus Editionis institutum, ac velut ortum constituamus. Hoc enim anno sic ea dere Jacobus Augustus Thuanus scribebat. » Librarii nostri novâm Bi- » bliorum editionem parant, cui post Hif- » panam & ultimam Antverpianam, melio- » rem paraphrasim Chaldaicam, sive Sy- » riacam & Arabicam versionem in vetus » & novum Testamentum addent cum in- » terpretatione Latina peculiari. Illustrissi-
A mus Cardinalis Perronius opus urget, & « vicaria opera nostra ad eam rem utitur. « *Ita Thuanus in Epistola scripta 4. nonas Maias anni 1615. ad Sebastianum Tengnagelium, quæ reperitur pag. 150. libri 1. Comment. Lambecii de Bibliotheca Vindobonensi.*

Ex his postremis Thuani verbis Cardinalem Perronium hujusce instituti auctorem ac patronum quis non colliget, imprimis qui recordabitur horum congressuum, quos cum Joanne Baptista Ray-
B mundo Romæ de hoc argumento circa annum 1607. habuit. Jamque & ipse Thuanus scripserat Francisco Savari de Breves, qui anno 1614. apud Summum Pontificem Oratoris Regii munere fungebatur, ut, in Galliam rediturus, binos secum adduceret Maronitas. Isti quidem circa hujus anni finem Parisios advenerunt, & à Thuano, Bibliothecario Regio, doctorumque hominum studiosissimo benigne fuerunt excepti. Cujus rei memoriam ipsi servarunt Maronitæ in Epistola Guillel-
C mo du Vair Episcopo Lexoviensi nuncupata Geographiæ Nubiensis præfixa, & excusa Parisiis an. Dom. 1619. ita namque orditur : » Cum nos è longinqua ter- « rarum regione advenas, blando, ut so- « lebat cœteros omnes, excepisset vultu « doctissimus ille & numquam satis lauda- « tus Jac. Thuanus, &c. *& post aliquot lineas.* » Illustrissimus Franciscus Savarius « Dn. de Breves, cui non pauca debemus, « quique nos Roma secum in Gallias, lega- « tione ad Pontificem Summum Paulum V. «
D functus, jussu Henrici Magni, transve- « xerat, quos præ manibus ex sua Biblio- « theca Arabica Salomonis & Jobi, atque « adeo omnes veteris Testamenti libros ab « hinc ter centum annis Arabice descriptos « habebamus, jamque primo stilo à nobis « exarari, extremam aut lituram aut ma- « num desiderabant, ad umbilicum perdu- « cendos decreverat. » «

Hujus quoque meminerant utrique Maronitæ in Epistola præfixa Grammaticæ Arabicæ ibidem editæ quam nonis Ja-
E nuariis an. Dom. 1616. ornatissimis viris, Cardinali Perronio & Jac. Aug. Tbuano quorum ope & cura in hanc urbem se receperant, nuncuparunt, in cujus fine hæc aiunt: » Prodit opus hoc in lucem, « amplissimi Domini, vestrorum nominum « splendore insignitum, quod quidem ve- « lut solida fundamenta continet, & speci- « men eorum librorum præcurrit, quos ex « Arabico sermone, necnon & Chaldaico « per nos in Latinum convertendos (quas « linguas æque profitemur) maxima pru- « dentia decrevistis in lucem mandari. » «

Non modò jucundus fuit Thuano Pa-

risios Maronitarum adventus, sed & curavit statim, ut omnibus utilis esset ac fructuosus. Ante omnia effecit ut Gabriel Sionita, de Monte-Libano, Syriacarum & Arabicarum fieret Regius Professor ac Interpres, atque Joannes Hesronita alter Maronita, item earum quoque Regius Interpres constitueretur. Utrique concessi sunt diplomate Regio 4. die Januarii anni 1615. annui reditus ducentorum coronatorum; sed & majores obtinuisse Sionitam patet ex alio diplomate anni 1619. si quidem ducentarum & mille librarum summa tum fruebatur.

Suprà relatis Thuani verbis evidentissimum est idem eos præstare voluisse qui tunc de Bibliis edendis consilium inierunt, ac id quod executus est qui ad optatum finem opus perduxit, Guido Michael le Jay, hoc est Antverpianæ editioni Syriacos & Arabicos sacrorum librorum contextus adjungere. Verum anno 1617. mortuo Cardinale Perronio, itemque anno sequente Thuano fato functo, qui duo suam huic instituto operam navabant; alii, tum in primis Franciscus de Breves, qui in idem opus conspirabant, fuere tantùm solliciti de Arabica Bibliorum versione in lucem emittenda, de qua jam anno 1617. fama percrebuerat. Nam Joannes Melchior Malderus, Augustanus linguæ Arabicæ Professor, in oratione quam habuit mense Octobri hujus anni, Parisiensis Bibliorum Arabicorum editionis mentionem facit his verbis: » Nuper admodùm (*anno* 1616.) novum testamentum universum Arabicum eleganrissimis typis Erpenius noster emisit dias in luminis oras; & breviter etiam vetus adjunget. Quod idem speramus à Maronitis, qui Parisiis docent; nam sub prælo nunc habent cum versione collaterali. »

Idem amplexi sunt consilium Cleri Gallicani Proceres Blesis anno 1619. convocari; die namque prima Julii Dominus de Saint-Jean, cœtus hujusce Promotor obtulit Clero scriptum Maronitarum, quo exponebant se à Francisco Savario de Breves è Collegio Romano fuisse advocatos, ut Arabicam codicis sacri versionem latio donarent. Quæ cum esset jam absoluta; ne inutilis evaderet ac irritus ipsorum labor, id tantum a Clero postulabant, ut hæc Latina textus Arabici conversio in honorem Ecclesiæ Catholicæ, & Religionis Christianæ lucem publicam aspiceret. Ideo cœtum universum supplices exorabant, ut quandam pecuniæ summam constitueret, cujus ope hæc editio perficeretur. Illis quod petebant, libenter annuit omnis Cleri Conventus, jussitque, ut quoquomodo pecunia ad eam rem consummandam destinaretur. Fuit itaque determinata ab ipso Promotore summa octo millium librarum, huic operi deinceps impendenda, dummodo Latina Maronitarum translatio ab Archiepiscopo Turonensi Bertrando d'Eschaux, à Joanne Davy du Perron, Cardinalis cognominis fratre, Senonensi Archiepiscopo, à Carolo de Balsac Episcopo Noviomensi, à Joanne Camus de Pontcarré Sagiensi Episcopo & à Promotore Dn. de Saint-Jean, ab omni cœtu ad hoc deputatis, recognosceretur.

Hæc sane noverat Fronto Ducæus, cùm literas misit ad eundem Tengnagelium (*apud Lambecium ibidem ut supra*) idibus Januarii anno 1621. scriptas, quibus illi significat » Maronitas duos linguam Arabicam (Parisiis) profiteri, & illis tanquam Regiis Professoribus quadringentorum aureorum stipendium assignatum esse. Nuper etiam ab universo Franciæ Clero munere non exiguo sunt adjuti, ut inchoatam veteris Testamenti paraphrasim Arabicam in lucem edere possint, unà cum interpretatione Latina, quam suis sumptibus iidem Episcopi in lucem exire curabunt. »

At hæc pecuniæ summa ad Arabicam sacri voluminis editionem destinata aliorsum expensa fuit; de qua re graviter conqueritur Gabriel Sionita in præfatione Psalterii Syriaci à se anno 1625. editi, in qua postquam verba fecit de nobilissimo totius veteris instrumenti Arabico exemplari in Ægypto exarato ante annos trecentos, subdit: » quo quidem unà cum versione Latina frueretur modò Christiana Respublica, liberalitate Illustrissimorum Ecclesiæ Gallicanæ Præsulum, nisi pecunias ab iisin Comitiis Blesensibus anno 1619. huic operi moliendo attributas, quidam avertissent, inque alios & forsitan in suos usus convertissent. »

Idem Sionita initio hujus præfationis dixerat, » post longos acerbosque biennii dolores, & valetudinem hostilem ipsi animum fuisse Psalterium Syriacum cum versione Latina in lucem edere, » sicut & reapse anno 1625. præstitit. Ad id certe non intendebat Jac. Sirmondus, cum eidem Tengnagelio (*apud Lambecium ibidem pag.* 166.) anno 1626. nonis Novembris scribebat » quod ad Biblia Syriaca & Arabica spectat, quæ Maronitæ pollicebantur, nihil hactenus apparuit. »

2. *Editionem Biblicam aggreditur Guido Michael le Jay.*

Huc usque celeberrimum Guidoni Michaelis le Jay nomen vix indicavimus,

qui licet hujus operis institutum alteri cedat; illius tamen perficiendi atque consummandi gloriam meritò sane adeptus est. Hoc quidem vix incœptum summis extollit laudibus anno 1633. Joannes Morinus exercit. 1. in Pentat. Samarit. ubi postquam mentionem fecit Complutensis & Antverpiensis editionis, ita pergit: » Illam (*Antverpianam*) & impensis & charactere & sinceritate longe antecellit Editio, quam clarissimus & eruditissimus D. le Jay Parisiensis animo plane regio non modò molitus est, sed etiam ad umbilicum perduxit. Editio ista omnes tantum supereminet *quantum lenta solent inter viburna cupressi*, sapientissimum Cardinalis *Ximenii* Heroïcum conarum, potentissimique Regis *Philippi II.* admirandum opus adeo vincit una Parisiensis civis pietas & magnificentia. »

Tanto revera fuit Jayus animo, & ad res etiam difficillimas audendas à natura comparato, ut, quamvis magnam pecuniæ vim & copiam ad opus illud promovendum atque absolvendum necessariam judicarit, eam tamen ipse quasi profundere, seque ingentis æris alieni vadem reddere non dubitaverit.

3. *Ab Antonio Vitré excudendum opus demandatur.*

Itaque Antonio Vitré celebri Typographo suum opus typis edendum commisit; qui quidem sculptis à peritissimo artifice Jacobo Sanlecque, & ab eodem fusis elegantissimis characteribus, diligenti studio illud adornavit; nova tum papyracea, eaque ita singulari forma ex cogitata, ut insolitum huc usque chartæ imperialis nomen modò adeptum, etiam num hodie conservet.

Una licèt, diversas tamen hæc Parisiensis editio sortita est appellationes. A quibusdam nuncupantur *Biblia Polyglotta Dn. le Jay*. Apud alios *Magna Biblia Parisiensia* audit, vel etiam *Antonii Vitré*, ut pote qui suis illa typis Lutetiæ Parisiorum exaravit.

4. *Perronii institutum prosequitur Jayus.*

Non alia fuit mens clarissimi Jayi ac olim doctissimi Cardinalis Perronii, Antverpiensem scilicet, ut diximus, iteratis typis dare editionem, adjectis tantum modò Syriacis & Arabicis textibus cum Latinis eorumdem interpretationibus. De edendo Samaritanorum Pentateucho, nondum ipsi ulla cogitatio subierat; contextum duntaxat Hebræum (ut refert Claudius de Peiresc Epist. 36. Antiquit. Eccl. Orient. pag. 180.) iis in locis, in quibus major inter utrumque Pentateucum reperitur discrepantia, notis suis illustrare statuerat. Verum piissimus Cardinalis Berullius clarissimo Jayo autor fuit, ut curaret, ne Pentateuchus Hebræo-Samaritanus in editione sua desideratur, de quo in præfatione sua sic legitur: » Eminentissimus Cardinalis Petrus Berullius, Congregationis Oratorii auctor ac primus Generalis in Francia, piissimæ memoriæ, qui inchoandi hujusce laboris propositum adjuvit ac mirifice confirmavit, dum pro commisso sibi à sede Apostolicà munere (consiliis ac suasu Eminentissimorum Cardinalium Cremonensis, Dandini & Melini, doctissimam ac RR. PP. Cornelii à Lapide è Societate Jesu & Claudii Bertin ejusdem Congregationis Oratorii & aliorum Theologorum ad id congregatorum) de suscipiendæ editionis ratione, versionum fide, deque toto apparatu illustre ac luculentum testimonium perhibuit. » Is ergo Joanni Morino, Congregationis suæ Presbytero doctissimo, qui primus assidua sua investigatione ac diligenti cura exemplaris Samaritici lectionem fuerat assecutus, onus imposuit, ut huic textui unà cum Latina ab ipso condenda versione typis exarando totus incumberet, scribebat enim anno 1628. Morinus Hieronymo Aleandro (Epist. 4. Antiq. Eccl. Orient. pag. 141.) Editionem Pentateuchi Samaritani jussu Illustrissimi Cardinalis Berullii meditor. «

Absoluta fuerat hoc ipso anno, ejusdem Morini cura & labore, jussu Cleri Gallicani anno 1626. in Comitiis Generalibus Congregati suscepta ad Romanum exemplar Græco-Latina Sacrorum Bibliorum Editio. Tunc doctissimus ille vir, qui sibi proponebat » tria vel quatuor folia, non plura, versionis samariticæ in Pentateuchi Samaritani illustrationem (ut ipse Petro à Valle scribebat Epist. 21. Antiq. Eccl. Orient. pag. 195.) typis committere: » cum sibi copia totius versionis illius Samariticæ, hujusce studiosi Viatoris beneficio, peropportune facta fuisset, hanc ipso textui conjungere, & utrumque luci publicæ exponere operæ pretium judicavit.

Opus Polyglotton anno 1628. mense martio typis exscribere cœpit Antonius Vitré; literis namque Madriti ad Jayum circa finem Julii hujus anni scriptis Andreas de Leon ex ordine Clericorum Regularium qui Minores dicuntur (Epist. 5. Antiq. Eccl. Orient. pag. 131.) testificabatur se » folium Polyglottorum Latinis, Græcis, Hebraicisque, Hebraice & Chaldaice, literis editum inspexisse. » Verùm, quæ postea exortæ sunt contentiones & dissidia inter Jayum & Sionitam, dum

Bibliis edendis immorabantur, eorum A editionem toto fere decennii spatio, nempe ab anno 1635. ad annum 1645. retardarunt; quapropter hoc ipso tantùm ultimo anno conclusa fuit atque perfecta.

5. *Titulus Operis describitur.*

Rem ipsam nunc attentius considerare, titulum integrum describere; quibus hæc editio partibus constet, juxta quos tam editos quàm manu exaratos codices condita sit; quibus doctissimorum hominum auxiliis, quóve labore ad umbili- B cum perducta Biblia, quibus tandem casibus obnoxia fuerint, juvat etiam indicare.

Ex ipsius tituli lectione, quid totum complectatur opus, facilius dignoscetur: Inscriptum est: Biblia 1. Hebraica, 2. Samaritana, 3. Chaldaica, 4. Græca, 5. Syriaca, 6. Latina, 7. Arabica. Quibus textus originales totius Sacræ Scripturæ, quorum pars in editione Complutensi, deinde in Antverpiensi regiis sumptibus extat: nunc integri ex manuscriptis toto fere orbe quæsitis exemplaribus exhiben- C tur, (novem tomi in decem partiti volumina in folio maximo.) Lutetiæ Parisiorum excudebat Antonius Vitré Regis, Reginæ regentis & Cleri Gallicani Typographus, ab anno 1628. ad annum M. DCXLV. mense Octobri.

Cum autem in illo titulo nulla facta sit Guidonis Michaëlis le Jay mentio, necesse mihi visum est & aliquam partem Inscriptionis quæ illum excipit, hîc proferre, ut palam omnibus fiat clarissimum Jayum hujusce operis Biblici fuisse D Ἐργοδιώκτην. » Regnante Ludovico XIV... » Gallia... augustos Regis seculorum co- » dices, sacras paginas septeno idiomate » personantes .... æterno immortalitatis » templo appendit,, summo perennitatis » auctori, offerente & consecrante Gui- » done Michaele le Jay, dat, dicat, vovet. »

Post hanc inscriptionem sequitur Præfatio sub nomine ejusdem clarissimi le Jay vulgata; licet enim prolixius æquo forsan scripta sit, quæ & quanta, quæ studiosus lector discere averet, in ea ta- E men reticentur? plurima siquidem quæ ad ejus editionis historiam spectant, in ea penitus omissa fuere.

Primam hanc altera subsequitur Joannis Morini Præfatio, in qua sive de textu, sive de versione Samaritanorum docte ac fuse differit. At quæ in præfatione editorum à se septuaginta Interpretum, & in suis Samaritanis Exercitationibus jam scripserat, hæc eadem ille hîc iterum ac tertio tuetur, Pentateuchum scilicet Judaicum seu Masoreticum corruptum esse; Samaritanum verò sincerum ac integrum, adeoque & alteri præferendum. Cui opinioni multi multa opposuere, inter quos eminet Joannes Henricus Hottingerus, qui doctissimum Morinum suis Exercitationibus Antimorinianis Heidelbergæ anno 1642. editis, acrius perstringit.

6. *Partitio Operis Biblici.*

Totum hoc quantum quantum est opus, in duo quasi corpora invicem separata distinctum est. Primum quinque tomis vel sex voluminibus (quintus quippe tomus in duo volumina dispescitur) constat; cum autem in hac priori parte contineatur duntaxat exemplar denuo recusum seu repetita Antverpiensis editio, non mirum si eadem sit amborum versio, idem textus, par œconomia servata, adjuncta tantùm in quinto tomo Arabica novi Testamenti translatione, quæ una cum illius Latina interpretatione, loco Syriacæ editionis typis Hebraicis exaratæ in Antverpiensi, imas paginas occupat; necnon addita quatuor Epistolarum Canonicarum & Apocalypseos Syriaca versione quæ in præcedenti aberat. In primo insuper volumine geminus exhibetur Pentateuchus: alter charactere Samaritano, lingua Hebræa: alter charactere & idiomate Samaritano; utrique tamen una duntaxat Joannis Morini Latina translatio correspondet. Secundum corpus contextus veteris Testamenti Syriacos & Arabicos unà cum eorum interpretationibus Latinis quatuor voluminibus complectitur.

Quod autem ad Editorem, allata superius tam subscriptionis quæ in fine præfationis legitur, quàm præcedentis Inscriptionis verba invictissime probant clarissimum Jayum præcipuum fuisse hujus operis Propalatorem utpote qui, quò opus inceptum ad coronidem perveniret, nec curas nec expensas neglexerit aut prætermiserit, imo quod erat supra vires ac fortunas privati hominis, tanto animo tamque ardenti studio suscepit, ut omnes quas passus est dum opus prælo subjaceret difficultates infregerit atque superaverit.

7. *Quorum opera & labore promotum sit Opus.*

Fautores hujusce instituti fuerunt viri ea ætate doctissimi; quorum, quos indicat præfatio, gratiâ, favore, ope & consilio tantæ molis opus inceptum, provectum, ac tandem absolutum est. Nonnulli quoque adjutrices ac benignas eidem operi manus admovere non sunt dedignati; quos inter juxta Valerianum de Flavigny Epist. 1. quam in hanc Editionem scripsit, pag. 9. » Hebraicis excu-

» dendis præfuit simul & Chaldaicis Phi- » lippus Aquinas, Avenionensis, & è Judæo » Christianus; Samaritanis Joannes Mori- » nus, Blesensis, Oratorii D. J. C. Presby- » ter & insignis Theologus; Arabicis simul » & Syriacis Gabriel Sionita, Maronita » celeberrimus, & in alma Parisiensium » Academia Syriacarum & Arabicarum li- » terarum Professor Regius; Græcis verò » & Latinis mercenarii quidam correcto- » res, nullius planè nominis, ac mihi (in- » quit Valerianus) penitus in cogniti. Porro (pergit idem ibid. pag. 16.) libello » Ruth. obstreticatus est Abrahamus Ec- » chellensis, Maronita, nuper Româ Pari- » sios evocatus. «. Et pag. 45. his quoque adjungit: » Hieronymum Parent Doctorem » ac Socium Sorbonicum & linguarum » Orientalium peritissimum, qui multis » rogatus precibus, textus Syros & Arabi- » cos novi Testamenti ac Pentateuchi He- » braici, qui soli tunc temporis (an. 1635.) » è prælo prodierant, unà cum Latinis ver- » sionibus recensuit. » Quod autem hîc narrator tomi sexti Pentateuchum Syro-Arabico-Samaritanum complectentis, item octavi tomi & etiam septimi, aliqua licèt non omni parte exarati non meminit, id sane ex professo & mala mente videtur prætermisse.

Alios quosdam viros eruditos, qui huic operi, præsertim contextui Græco recognoscendo laboraverunt, indicat Adrianus Baillet in vita Godefridi Hermant, Gallico sermone conscripta & edita Parisiis 1718. Bellovacensis hic Canonicus unus fuit inter clarissimos ac præstantissimos homines, quorum curis & monitis plurimùm se adjutum fuisse Jayus in præfatione sua profitetur. Hujus quoque mentionem facit Bailletus (tomo 3. Judiciorum à viris doctis prolatorum pag. 524.) quod duntaxat intelligendum videtur de accurata Græci contextus revisione, qui jam anno 1633. editus erat, & cui recensendo anno 1640. operam dabat Godefridus Hermant. At hæc recensio nondum fuit in publicum emissa.

Idem Bailletus in Epistolis Latinis, quas ad Vincentium Placcium scripsit, duos alios homines literaturæ Græcæ peritissimos memorat, qui curas suas huic operi perficiendo contulerunt, quorum primus in præfatione Jayana nuncupatur, scilicet Joannes Aubertus, linguæ Græcæ Regius Professor, quique de literis Græcis operum S. Cyrilli Alexandrini Græco-Latina editione benè meritus est. Is forte Græcum etiam contextum recognovit: at quomodo id Flavignium ejus Collegam fugerit, explicare non intendo. Alter. vocatur Joannes Tarinus, Andi-

A nus, vir summa præditus facundia, Regiusque Eloquentiæ Professor, & Origenis Græco-Latina Philocaliâ suo studio & labore excusâ celebris. Cum ei præsertim stilus concisus & veluti sectus, quo uti solent, qui Lapides marmoreas suis ornant inscriptionibus, unde à quibusdam *Lapidarius* dicitur; inscriptionem in capite primi voluminis Bibliorum Parisiensium appositam, ab eo conscriptam fuisse non ægre crediderim. Epitaphium
B sane Simeonis Muisii Collegæ sui eodem auctore & stilo elaboratum conspicitur initio operum doctissimi hujusce linguæ sanctæ Regii Professoris. Facile Tarino concederem quoque præfationem totius operis Biblici, ut pote multa verborum facundia insignem, ornamenris ac figuris Rhetoricis decoratam, cui subscripsit Guido Michael le Jay; sed de his plusquam.

Recensentur adhuc duo clarissimi viri Biblicum opus suis manu exaratis exemplaribus subministratis juvare stu-
C duerunt; quorum alter Claudius Fabricius de Peiresc, Aquensis Senator, cujus benevolentia tres Pentateuchi Samaritani codices Joannes Morinus paulo tardius accepit; ut ipse ait in sua præfatione. » Editione Pariensi jam peracta tres Pen- « tateuchi Samaritici codices nobis super- « venerunt ab amplissimo viro Peirescio ad « nos missi; sed eorum nullus integer erat. « Alter Petrus à Valle Patricius Romanus, feliciorem opellam contulit; siquidem, ut Samariticæ versionis exemplar doctis-
D simo eidem Morino redderetur, summa cura, studioque singulari usus est, teste ipso Morino, qui in Epist. 21. Antiq. Eccl. Orient. pag. 195. hæc ait: » Pentateu- « chum tuum hunc sanum, integrum, nulla « sui parte lacerum aut maculatum accepi. «

8. *Recensio Codicum ad quos exacta est hæc Parisiensis Editio.*

Jam satis de iis qui suam huic editioni operam & laborem præbuerunt: nunc aliquid de codicibus sive typis sive calamo exscriptis, ad quos hæc Parisiensis Edi-
E tio fuit exacta, dicendum est. In quinque primis voluminibus iteratis typis emissa est Antverpiensis Editio, cui tantum Arabica translatio quatuor Evangeliorum adjecta est: in quo judicium clarissimi Editoris requirit Andreas de Leon Clericus Minor. Is nimirum, cum primùm Jayani operis folium inspexisset, cohibere se non potuit, quin auctorem insimularit, quod Editionis Antverpianæ vestigia nimium premens » Vulgatam Latinam, & Græ- « cam LXX. Interpretum conversionem « sine Romanis correctionibus contra ex- « pressam Sixti V. & Clementis VIII. sum- «

» morum Pontificum probibitionem, teme- A
» rario quodam ausu iterum protulerit. «
Quod idem fuit deinceps virorum doctis-
simorum judicium.

Quod ad Græcam interpretarionem at-
tinet, Morino sane, qui eam, ut diximus,
ad exemplar Vaticanum à se recensitam
mox ediderat, prætermissâ Romanâ edi-
tione, aliàve Complutensi adjectâ, fa-
vere voluerunt hujus operis alii Curato-
res. Sed » quis ferat (inquit Flavignius
» pag. 42. prioris suæ Epist.) Vulgatam Edi-
» tionem Latinam etiam non emendatam B
» â summis Pontificibus, ac minime reco-
» gnitam in hoc opere repræsentari. Equi-
» dem ego scio facile regeri posse Propala-
» toris istius operis institutum tantùm posi-
» tum fuisse, ut Editionem Antverpiensem
» sub incudem revocaret; sed scio etiam
» atque facile intelligo bino diplomate
» Sixti V. Pont. Max. quod longe posterius
» est Edirione Antverpiensi, hoc omnino
» interdictum esse atque prohibitum. »

Arabica quatuor Evangeliorum tradu-
ctio cum Larina eorumdem interpreta- C
tione, qnæ Joanni Baptistæ Raymundo
deberi videtur, ea quidem à Gabriele Sio-
nita revisa, unà cum textu Arabico ad
Romanum exemplar anni 1591. excusa
est.

In sexto volumine, quod alteram novi
Testamenti partem complectitur, Textus,
Græcus, Latinus & Syriacus, ex Antver-
piensi editione toti desumpti sunt, quibus
in Syriaco Pocockii Epistolæ quatuor Ca-
nonicæ, & Ludovici de Dieu Apocalyp-
sis cum utriusque Latina versione additæ D
fuerunt. Sed in hac nostra editione deest
etiam Historia Syriaca Mulieris adulteræ
Joannis VIII.1-11. & Comma I. Joannis de
tribus cœlestibus testibus c. 5. v. 7. quod
quidem abest in omnibus Syriacis exem-
plaribus. Libri Arabici hujusce volumi-
nis ex codice MSS. Aleppo recens Pari-
sios adsportato exscripti sunt, quibus
suam Latinam interpretationem Gabriel
Sionita subjunxit.

Ex his versionibus Orientalibus, qui-
bus conficitur alterum operis corpus, plu- E
rimæ jam publica luce donatæ fuerant;
Pentateuchus nempe Arabicus Constan-
tinopoli anno 1546. Psalterium Syriacum
simul & Arabicum in Monte Libano an-
no 1610. Syriacum seorsim Parisiis anno
1625. Arabicum etiam Genuæ anno 1516.
Arabica enim Psalmorum editio quæ
Romæ anno 1613. prodiit, non eadem est
ut pote ex Græco concinnata, ac ea qnæ
juxta textum Hebræum condita in Bibliis
Parisiensibus invenitur.

Licet autem hujus operis Propalatores
in fronte libri magnifice jactitent *ex ma-
nuscriptis toto fere orbe quæsitis exemplari-
bus textus exhiberi*; constat tamen ad sex
vel septem exemplaria confectum fuisse
totum hoc opus Polyglotton. Gabriel
Sionita in supplici Libello, quem supre-
mo Galliarum Senatui in Jayum anno
1643. obtulit, quatuor tantùm memorat
codices, binos Arabicos, & binos Syria-
cos, qnorum unus Psalterium jam ab eo
typis mandatum complectebatur; quid
contineat alter, nullus indicat, neque
ex quo codice expressus sit Syriacus vete-
ris Testamenti contextus. Sed ejusdem
versio Arabica juxra exemplar, quod
Constantinopoli rediens Illustrissimus Sa-
varius, tum Legatus Regius apud Turca-
rum Imperatorem, secum attulit, omni-
nò conformata est, eique adjuncta fuit
Pentateucbi à Joanne Hesronita, cœte-
rorum verò librorum ab ipso Gabriele
elaborata conversio, præter librum uni-
cum Ruth Syrum & Arabicum unica ver-
sione Latina redditum ab Abrahamo
Ecchellensi, ejusque studio excusum. Hic
quidem Maronita anno 1640. Româ Pa-
risios evocatus, eximium advexit totius
veteris Instrumenti Syriacum exemplar,
quod testamento ipsi legaverat Sergius
Risius, de quo codice, & aliis hæc ait
Abrahamus (pag. 149. Epist. 2. Apolog.)
Aliqui desiderabantur in codicibus Ga- «
brielis Sionitæ libri, ut Rutb, Esther, «
Tobiæ, Judith, Baruc, Macbabæorum, «
&c. quos mecum attuleram, partim ex «
codicibus Collegii Maronitarum de Urbe, «
partim Collegii ejusdem nationis Raven- «
natis, partim ex codicibus bonæ memo- «
riæ Illustrissimi Risii Archiepiscopi Da- «
masceni, Maronitæ, suisque adornavi ver- «
sionibus & vocalibus. Et cum editis ex bis «
Rutb ac tertio Machabæorum intellexi »
id Gabrieli Sionitæ utcunque displicere, «
ab incœpto destiti opere non absque ma- «
gno clarissimi viri D. le Jay dispendio, & «
forte Reipublicæ Literariæ injuriâ. Ipsi «
libri cum suis versionibus extant apud «
præfatum clarissimum D. le Jay cum «
quibusdam notis ac variis lectionibus, «
quas partim collegi ex collatione textus «
quondam Illustrissimi Archiepiscopi Da- «
masceni, nunc vero Eminentissimi Car «
dinalis Mazarini (*etiamnum in Biblio-* «
theca Regia asservatur) cum textu edito «
in Magnis Bibliis; partim ex collatione «
eorum quæ ad me Parisiis Romam mise- «
rat olim præfatus D. Gabriel Sionita; «
necnon dubia quædam & mendas, quas «
in ejusdem D. Gabrielis versionibus an- «
notavi, dum illa recensui ex mandato «
Eminentissimi Cardinalis Richelii. » «

Tertius hîc memoratus liber Macha-
bæorum, si Bartholomæo d'Herbelot.
(pag.

(pag. 523. Bibliothecæ Orientalis) sit adhibenda fides, nihil est aliud quàm quædam pars operis Josephi ben Gotion ex Hebræo Arabicè reddita. Reliquos novi Testamenti libros qui sunt in VI. volumine, sicut narratur in Scripto Antonii Vitré adversus Sionitam anno 1640. excuso, ad msc. codicem R. Patris Joseph Carmelitæ qui illum Aleppo asportaverat, Editores adornarunt. Hic autem textus Arabicus exceptis Epistolis Canonicis, ut me monuit Michael le Quien ex Ordine Prædicatorum insignis Theologus, ab eo quem anno 1616. vulgavit Thomas Erpenius, plurimùm discrepat.

Pentateuchum Hebræo-Samaritanum Joannes Morinus edidit juxta optimum Bibliothecæ Oratorianæ Parisiensis exemplar, quod Rev. Pater Achilles Sancius tum Congregationis Oratorii D. J. Socius & Symmista anno 1620. huic Bibliothecæ dono dederat; Samaritanam verò publicavit translationem ex illo codice quem cum priori Damasci anno 1616. multo precio Petrus à Valle redemerat, ut ipse scribit Epist. 13. tomi I. Itineris sui Gallicè versi. Utriusque codicis etiam meminit Hieronymus Aleander : » At » vero (inquit Epist. 5. Antiq. Eccl. Orient. » pag. 141.) » Petrus à Valle Patricius Ro» manus, qui duodecim totos annos in » Orientalibus regionibus consumpserat & » cujus potissimum opera, ut audio, Pater » Harlæus Sancius codicem suum nactus » est; aliud Pentateuchi exemplar Romam » detulit, quod non charactere tantùm, » sed & idiomate Samaritano conscriptum » est. «

Samaritanæ versionis codicem hunc, quem multo tempore ab isto curioso Viatore Joannes Morinus postularat, literis tandem ac precibus Hieronymi Aleandri, & Claudii Peirescii victus Petrus à Valle, ei tandem anno 1630. concessit; suam ipse de vulganda hac interpretatione mentem explicat (Epist. 14. Antiq. Eccl. Orient. pag. 160.) » Pentateuchum Sa» mariticum, qui apud me est, cum pri» mùm in Syria reperi, semper ea fui mente, » ut publicæ utilitati in lucem emitterem ».... volvebam igitur animo dare operam » ut characteres isti Samaritani efforma» rentur, occasione cujusdam Germani hu» jus artis peritissimi, qui modò Romæ » commoratur; nec procul aberam ab im» pressione libri omni conatu aggredienda; » quando quidem alius adest nobis ad hæc » aptissimus vir, Stephanus Paulinus, alum» nus olim eruditissimi viri Joannis Bap» tistæ Raymundi, qui Orientales literas » & præsertim Arabicas, in Europa semi» mortuas, suscitavit, illasque facillime atque elegantissime imprimendi modum primus adinvenit. Sed ab his omnibus ea « me destinuit cogitatio, quia Pentateu- « chum Samaritanum absque versione ty- « pis mandare infructuosum putavi; illum « verò qui Latine redderet, Romæ non « erat, & si fuisset, fortassis ibi facile futu- « rum erat, ut hujusmodi liber imprimi à « superioribus impetraretur, præcipue si « textus ille à Vulgata editione in aliqua « tantisper discordaret. Hæc omnia præ- « stiterunt, ut ad hanc usque diem nihil « amplius sim molitus.... Attamen mirum « in modum lætatus fui, quando R. Pater « Bertinus unà cum Aleandro nec non « amantissimus ille bonarum literarum, de « illisque optime meritus Dominus de Pei- « resc me de Paternitate tua admonuerunt, « virum nempe linguarum Orientalium « studiosissimum æque ac peritissimum esse, « & præterea ad id onus suscipiendum Pen- « tateuchi Samaritani tum fideliter inter- « pretandi, tum eximia diligentia impri- « mendi, ante alios omnes longe idoneum, « itemque paratissimum fore. Persuadenti- « bus iccirco ut ad te librum in Gallias « amandarem, facile assensi; dummodò « enim publico consulatur commodo, nihil « ad me refert, an liber Parisiis an Romæ « sit excusus.... Libenter etiam in hanc « sententiam descendi, ut ipsummet origi- « nale ad te mitterem ». Hæc scribebat 12. Kalendas Aprilis anno 1630. Jamque eodem anno Kalendis Augusti codicem hunc Morinus acceperat.

Vitæ doctissimi Morini Scriptor anonymus nimiam in eo Pentateucho edendo festinationem non sine injuria illi exprobrat his verbis : » Verum (inquit pag. 17. « hujus vitæ quæ præfixa est Antiquitatibus « Ecclesiæ Orient.) dum nimis urget ope- « ris illius editionem Morinus, minus ac- « curati prodierunt Samaritani codices « Pentateuchum Hebræo-Samaritanum ex « uno exemplari Oratoriano & versionem « Samaritanam ex eo tantum quod à Petro « a Valle acceperat, edidit; vixque pera- « cta fuerat illa editio, cum illi supervene- « runt à Peirescio, viro clarissimo, gentis « Samariticæ codices Hebræo-Samaritani, « Samaritani & Arabici. Thomas quoque « Cromberus, Collegii S. Trinitatis apud « Cantabrigienses in Anglia Socius, qui de « Pentateuchi Samaritani editione, quæ « Parisiis tunc parabatur, aliquid resciverat, « Morinum de exemplari Hebræo-Samari- « tano, quod tunc in privata Cottonorum « Bibliotheca asservabatur, monuit, misitque « ad illum postea diversas Pentateuchi il- « lius Samaritani ab Hebræo seu Judaico « lectiones. Cui malo ut manum medicam « adhiberet Morinus, excusum Pentateu- «

» chum Samaritanum relegit, manuscriptos inter se codices cum sua editione comparavit, variisque annotatis lectionibus, eas cum aliis ejusdem naturæ animadversionibus, quas jam paravetat, adtexere meditatus fuerat ad volumen observationum criticarum in omnes Bibliorum editiones, quod ad calcem Bibliorum Parisiensium mox edendum erat; sed ob eorum, qui Polyglottis illis præerant, contentiones & dissidia, egregium illud opus ad finem perduci non potuit. Unus tandem Morinus longo post tempore (anno scilicet 1657. Parisiis in 12°.) criticas illas animadversiones sub nomine Opusculorum Hebræo-Samaritanorum seorsim edi curavit. »

An justa sit hæc expostulatio, alii viderint; supponit saltem auctor ille Anonymus, quod Morino licitum fuerit eam editionem ad aliud tempus amandare; quæ quidem vix illi concesserim; clarissimus enim D. de Peiresc (Epist. 36. Antiq. Eccl. Orient. pag. 179. anno 1631. die 8. Novembris ad Jo. Morinum scripta) quot & quanti supervenerint obices, quibus impeditus est, ne citius codicum suorum ipsi copia foret, minutatim prosequitur; ita ut illi anno tantum 1632. exeunte, vel ineunte 1633. in Morini manus pervenerint. Ubi verò ex utriusque Samaritanorum Pentateuchi comparatione instituta Morinus intellexit Samaritanum Interpretem ita presse textui suo adhærere, ut ab eo rarissime discedat; unicam ideo Latinam versionem duplici textui collateralem edidit.

9. *Quot suppeditarent manuscriptos codices ditissimæ Parisienses Bibliothecæ, si modò nova Bibliorum Polyglottorum Editio adornaretur.*

Si nova modò Parisiis adornaretur Bibliorum Polyglottorum editio; quot ad illam perficiendam consummandamque manuscripta exemplaria suppeditarent ditissimæ hujus Regiæ Civitatis Bibliothecæ, ut pote cum in sex vel septem, Regia nimirum, Colbertina, Segueriana, Sangermanensi, Dominicana, Oratoriana & aliis quibusdam tanto numero codices Bibliorum linguis Orientalibus, Græcis & Latinis expressorum serventur, ut si ad calculum revoces, duo & triginta supra trecentos numerentur. Pergratum autem Lectori facere mihi videor, si codices illos juxta linguas paucis recenseam; ubinam verò sint, discere est ex tribus primis hujusce Bibliothecæ Sacræ capitibus. Codicum illorum sex Pentateuchum Judaicum, totidem Hebræo-Samariticum exhibent; quinque vero, cœteros Hebraicæ veritatis libros produnt. Tres tantum reperiuntur tam Onkelosi quam aliorum Chaldaicæ Paraphrases; at sexdecim Syriaci; quorum unus totum vetus Testamentum, quatuor Psalterium, septem Evangelia, & quatuor alios novi Testamenti libros complectuntur exceptis tamen quatuor Epistolis Canonicis & Apocalypsi quæ in plerisque Syriacis exemplaribus ut plurimum desiderantur. Codices Arabicos circiter triginta sex præbent eædem Bibliothecæ, quorum unus integras sacras paginas continet, decem librum Pentateuchi, tres Psalterium; quatuor alios veteris Instrumenti libros; novem Evangelium; & tres omnes alios novi Testamenti libros.

Quamvis autem tam ingens sit codicum jam recensitorum numerus; pauci tamen censebuntur, cum Græcorum & Latinorum ratio habebitur: sexaginta namque codices Græci quorumdam librorum veteris Testamenti; novi vero sexdecim ibidem asservantur, præter sexaginta sex Evangeliorum & aliorum ejusdem novi Testamenti librorum triginta tres. Latinos quoque præcipuos & optimos sacrorum Bibliorum triginta, & ad minus sexaginta vulgares codices manuscriptos suppeditabunt.

Si vero his linguis addantur Persica, Æthiopica & Cophtica seu Ægyptiaca; jam Persicos subministrabunt undeviginti, octodecim Æthiopicos, Cophticos viginti. His denique manu exaratis exemplaribus adjungatur copiosissima variarum omnis generis & linguæ lectionum suppellex, quæ variis in locis, & à multis doctissimis hominibus summo studio collecta jam à sexaginta annis & amplius prodiit, nec non præstantissimæ Bibliorum quavis lingua excusorum editiones, quæ vulgo his in Bibliothecis custodiuntur; quanta tum auxiliorum copia adesset eis, qui hoc opus Polyglotton, immortali gloria dignum, aggrederentur; sat est rem jucundissimam, atque maxima utilitate confertam explicare, quâ ad felicem exitum perductâ majori sane gaudio afficerer; nunc ad Jayanæ Bibliorum editionis historiam convertatur oratio.

10. *Quot annis & quot inter casus absoluta fuerit editio.*

Hæc quidem editio mihi visa est variis obnoxia casibus, iisque memoria dignis nec prætermittendis, ut innotescat omnibus, qua de causa in tot annos dilata fuerit. Opus illud Heptaglotton, ut dixi supra, circa mensem Martium anni 1628. inchoavit Antonius Vitré. Testamentum vetus Hebraicum, Chaldaicum, Græ-

eum & Latinum, quo complentur quatuor priora volumina anno 1629. absolutum est.

Instructâ postmodum atque ditatâ elegantissimis characteribus Samaritanis, Syriacis & Arabicis celebris hujus Typographi officinâ, mox Antonius Vitré, diversos Pentateuchi his linguis expressos contextus excudendos aggressus est; simulque bina in ea prœla fervebant, sub quorum uno Pentateuchus triplici hac lingua exaratus, qui tomum sextum conficit, perfectus est anno 1632. sub altero mandatus est typis tomus quintus in duo divisus volumina, quorum primum quatuor Evangelia Græca, Latina, Syriaca & Arabica continens anno 1630. prodiit; secundum, quod cœteros novi Testamenti libros exhibet, anno 1633. luci publicæ datum est.

Jamque septimi tomi magna pars excusa erat, nempe libri Josue, Judicum, & tres Regum priores, ut compleretur ille tomus, suppeditanda erat a Gabriele Sionita Latina librorum Ruth, quarti Regum, & duorum Paralipomenon conversio, unà cum suis textibus exscribenda, cujus cum ab ipso copia non fuisset opportunè facta, ideo ad aliud tempus remissa fuit horum librorum editio. Itaque tomo octavo in quo continentur libri Esdræ, Nehemiæ, Job, Psalterii & qui vocantur Sapientiales, Arabice & Syriace conscripti cum Latina eorum interpretatione excudendo insudarunt operæ, quem circa exitum anni 1635. perfecerunt.

II. *Opus Polyglotton approbatur à Clero Gallicano.*

Absolutis tandem octo prioribus tomis, paucos si exipias libros, Jayo venit in mentem immenso suo isti operi non leve pondus additum iri, si quodam Cleri Gallicani elogio commendaretur. Opportuna tum sese dabat occasio, ejusdem scilicet Cleri in Comitiis generalibus anno 1635. Parisiis congregari. Eam ob rem Jayus Hieronymum Parent convenit, virum, referente Flavignio, linguarum Orientalium peritissimum, quique textus Syros, Arabicos & Samaritanos tunc temporis editos unà cum Latinis eorum versionibus recensuerat. Nec mora ipse adire Ludovicum Odespunc Dominum de la Meschiniere, qui in secundo cœtus illius ordine locum occupabat, illique narrare » se attente perlegisse omnes istos „ textus cum Latinis eorum versionibus, „ neque quicquam aliud inter legendum „ deprehendisse quàm omnia se recte habe- „ re, & ad Ecclesiæ utilitatem apposite. » Ut autem id ab eo rescivit Dominus de la A Meschiniere, universo tum Cleri conventui postulavit, ut illustri ac publico testimonio illud opus Biblicum celebraret & approbaret. Rogati ideo fuerunt a Clero Gallicano, ut in actis legitur, Carolus de Montchal Archiepiscopus Tolosanus, Carolus de Noailles S. Flori Episcopus, & Jacobus Camus de Pontcarré Episcopus Sagiensis (unus siquidem ex his quibus in Comitiis ejusdem Cleri anno 1619. habitis cura Bibliorum Arabicorum edendorum demandata fuerat) ut hi B Præsules novam hanc Heptaglottam sacrarum paginarum editionem recenserent, examinarent, referrentque, num ad honorem Ecclesiæ Catholicæ, & ad ejus utilitatem istud opus conspiraret, quò, quid tum conveniret, de illo decerneretur.

Itaque die 24. Januarii anno 1636. coram universo cœtu Archiepiscopus Tolosanus retulit se juxta mandatum Cleri Gallicani, & Carolum de Noailles S. Flori Præsulem, editionem multiplici C exaratam idiomate, & Guidonis Michaelis le Jay non solum curis & diligentia, sed & maximis impensis susceptum inspexisse, ingens illud opus jam ad octavum tomum pervenisse, idemque totius Cleri laudem atque approbationem demereri. Quo audito, universus cœtus eundem Carolum de Montchal exoravit, ut scriptum nomine Cleri Gallicani vulgandum conscriberet: quo deinde perlecto, laudata fuit atque omnium suffragio com- D probata celebris illa septem linguis expressa Bibliorum sacrorum editio. Hanc autem suam sententiam in Actis relatam Clerus sic orditur: » Cum vir clarissimus Guido Michael le Jay, cujus sumptibus & « diligentia ingens istud Bibliorum opus Pa- « risus excuditur, nos humiliter rogaverit, « ut ad diligentem operis istius Biblici, « totque voluminum, quæ Complutensibus « & Antverpiensibus superaddunt reco- « gnitionem & inquisitionem, nonnullos è « Collegis nostris delegaremus: Nos ejus « E precibus benignè faventes . . . totum ejus « negotium Illustrissimis Collegis nostris « *(qui hic nominantur)* commisimus. Illi au- « tem munere à nobis demandato diligen- « ter defuncti retulerunt, Opus Biblicum « jam ad Editionis coronidem pene dedu- « ctum esse, ut nulla unquam ætas simile « in eo genere pepererit, cum non modò « Origeniana Tetrapla, Hexapla, imo & « Octapla, omnium Ecclesiæ Patrum ore « & scriptis decantatissima superet, sed & « Complutensia Cardinalis Ximenii & Ant- « verpiensia Regis Catholici, hactenus edi- « torum, omnium consensu, operum Bibli- « corum præstantissima, immensum quan- «

„ tum excellere. Quidquid Antverpiæ à „ Plantino editum est, id ab Antonio Vitré „ Regis & Cleri Gallicani Typographo non „ minori studio & vigilantia sed meliore & „ charta majore excusum esse, præeunti- „ bus iis excusionis inspectoribus & exty- „ porum emendatoribus, qui linguæ He- „ braicæ, Chaldaicæ, Græcæ, & Latinæ „ eruditione & diuturna exercitatione Pa- „ risiis cœteros antecellunt. Retulerunt in- „ super præter iteratam cum tanto apparatu „ Antverpiensem Editionem, novum & „ orbi Christiano nondum cognitum totius „ veteris Testamenti textum Syriacum & „ Arabicum cum totius Pentateuchi Sama- „ ritani textu Hebræo, atque illius in dia- „ lectum Samaritanis vernaculam transla- „ tione, horumque omnium Latinis versio- „ nibus ad excusionis finem vergere, & na- „ tivis unumquemque textum characteri- „ bus non minori cum apparatu quàm su- „ periora conspiciuntur effulgere (*deinde quorum labore & industria opus illud præsitum sit hic indicant.*)

„ Retulerunt se etiam magna illa volu- „ mina lustrasse & considerasse; verum etiam „ de utilitate, & cum vulgato Ecclesiæ „ textu consensione, cum Gabriele Sioni- „ ta, Joanne Morino, atque Hieronymo „ Patent Doctore Sorbonico veterano, lin- „ guarum Orientalium cognitione percele- „ bri, qui maxima cum diligentia & inde- „ fesso labore textus Syriacos, Arabicos, „ Samaritanos, & seorsim legit, & cum „ versionibus suis, nec non cum vulgatis „ Ecclesiæ textibus attentissime compara- „ vit.... Quapropter his omnibus à nobis „ mature consideratis & cum Reverendissi- „ mis Collegis nostris sedulò examinatis, „ censemus multiplicem illam Editionem à „ clarissimo Viro D. le Jay ingenti cum lau- „ dis merito cœptam & adornatam, Eccle- „ siæ Catholicæ utilissimam fore ad illu- „ strandam & confirmandam vulgatam Ec- „ clesiæ translationem, &c. »

Plurimis Sionita laudibus in hoc con- ventu cumulatus, labori suo finem impo- nere merito debuerat; attamen tomus septimus anno dumtaxat 1642. completus est, nonus denique & ultimus, in quo sunt libri Prophetici lingua Syriaca & Arabica donati, tandem tertio nonas Maii anno 1645. absolutus est.

12. *Diffidia inter Jayum, Sionitam & Ecchellensem exponuntur.*

Id autem contigit propter varia diffidia & contentiones quæ inter Jayum & Sio- nitam intercesserunt. Hic quidem, ut ipse asserit, omnes libros Syriacos & Arabi- cos adhuc excudendos penes se habebat, sed nondum in Latinum conversos sermo-

A monem. Verum hic Maronita erat animo nimium remisso ac inerti, epulationibus magis quàm labori dedito; ab annis namque viginti duobus, hoc est ab anno 1614. exeunte, quo Parisios accessit, ad annum 1636. præter Latinam Geographiæ Nubiensis, Psalterii & parvuli poematis Syriaci de Sapientia divina annis 1619. 1625. & 1628. publicatam translationem, in solis libris qui extant in secunda tomi quinti parte, & in quibusdam aliis tomi septimi & octavi Latine reddendis totum

B tempus contriverat.

Ut autem objectæ sibi Biblici operis nimiæ dilationis invidiam declinaret, asserit in supplici libello anni 1643. de quo supra, » Bibliorum Complutensium Edi- tores, quamvis essent viri septem, ii qui- « dem in plerisque linguis Orientalibus ver- « satissimi, annos tamen quindecim his ex- « cudendis insumpsisse, peritissimos quoque « quatuor homines Editionem Antverpia- « nam non nisi duodecim annorum spatio « absolvisse (In hoc errat, per quatuor «

C tantùm annos, ut diximus supra, hanc « elaborarunt) » Ideo, *pergit Sionita*, ne- « mini mirum videri debet, si & ipse ab- « annis tredecim (*huic enim labori ab anno* « 1630. *incumbebat*) meam in elucubranda « Parisiensi editione operam subministra- « verim; præterquam quod versionibus La- « tinis condendis mihi tempus erat teren- « dum. *Addebat*: toti octo anni elapsuri « sunt, antequam opus ad optatum finem « perveniat, nisi majori diligentia illud fe- « stinent Typographi, qui hactenus unum «

D duntaxat folium per diem excuderunt. »

Solius Jayi culpâ dilatum fuisse hoc opus Hepraglotton ibidem affirmat Sio- nita, siquidem ipsi per Lambinum Curiæ Parisiensi advocatum anno 1637. Jayus significavit suam deinceps editionem se esse dimissurum. Hoc quidem consilium præ nimio & affectato torpore ac summa desidia Maronitæ bujusce usque defes- sus videtur iniisse. Sed ne penderet imper- fectum opus, ac proinde incassum in eo conficiendo operæ collocatæ essent, alium

E Maronitam, nomine Abrahamum Ec- chellensem, Romæ commorantem, ibi- que docentem Arabicas & Syriacas lin- guas, literis suis compulit; ut ad affe- ctum opus perficiendum Parisios sese re- ciperet. Ut id rescivit Sionita, Jayo malè fidens, schedam ab eo exegit, quâ ipsi tam pro susceptis curis, quam pro labo- ribus adhuc exantlandis summam libra- rum ad triginta millia promitteret; quo se donatum mercede anno 1637. Sionita videtur confiteri. Ante illud tempus de- dilato opere (inquit ibidem Sionita) nun- quam Jayus conquestus est; imò, si Ma-

ronitæ credimus, magna semper fuerat inter utrumque animi consensio.

Ut autem de concepta à Jayo operis intermissione audivit Gabriel Sionita, tum Latinæ librorum Syriacorum & Arabicorum conversioni quæ desiderabantur, totum se dare : absolutâ Jayo notum facere se promptum esse ut operi Biblico finem imponeret. Verum, eodem referente, Jayus non modò intermissam operis impressionem rursus non molitus est, quin imo juvantibus Archiepiscopis Burdegalensi & Remensi, nec non Marchione de Sourdis, à Cardinali Richelio decretum impetravit, quò, jubente Rege ac ipso postulante quiritationibus suis Michaele Jayo, Sionita mense Januario anni 1640. Vincennianæ carceri mancipatus est. Idem confirmat Andreas Chevillier pag. 299. tract. de Origine Artis Typographicæ. » Tum ablata fuerunt Gabrieli » sua scripta, ut ipse queritur, & Antonio » Vitré tradita, qui, ut ab Abrahamo Ec» chellensi mox Româ Parisios evocando » Latina facta ederentur, illa curavit ex» scribi; sicque labor meus (pergit Siniota) » incassus erat, oleum & operam huc us» que operi Biblico insumptum perdidisse » arbitrabar. »

Die duodecima Julii ejusdem anni cum liber è custodia exiisset Gabriel, litteris suis Abraham Ecchellensem enixe rogavit, ut quàm primùm Parisios contenderet : » hæc sunt (inquit Abraham pag. » 141. alterius Epist. Apolog.) ejus ipsissi» ma verba in literis ad me datis Lutetiæ » Parisiorum Romam anno Domini 1640. » die 12. Julii «. Post alia quæ ad rem præsentem non faciunt hæc subdit : » *Cum Dei » ope veritas patuerit & è carceribus liberatus » sim, opponi cœptum est meos textus Syriacos » & Arabicos haud esse correctos, ac versiones » meas esse imperfectas, idque propter, Editio» nem prosequi noluerunt ii, quorum intererat ; » donec Roma aliis codices ac homines Arabicè » & Syriacè periti venirent. Cum autem nobis » relatum esset eos ad Fraternitatem tuam, hac » de re scripsisse ; quæso, si animo decreveris & » venire constitueris ad has regiones, ne moras » protrahas aut prætexes impedimenta ; sed » quàm primùm veni ad liberandum me ab ani» mi mœroribus & contentionibus, in quibus » cum illis quotidie versor. Certiorem ut me » facias de tuo consilio, rogo, ut te cum gaudio » & lætitia expectem. Datum Parisiis die 12. » Julii* 1640. »

Eidem Ecchellensi gratulatur Joannes Morinus de sua in Gallias profectione Epist. 58. Antiq. Eccl. Orient. pag. 298. scripta eodem anno 3. Nonas Augusti, quæ sic incipit : » Literæ tuæ primo Julii » datæ mihi redditæ sunt quibus nihil mihi

A potest contingere jucundius, cùm præ« sertim ex iis intellexi te ad iter Parisiense « accingere. Huc venias, Deùm precor, « salvus & incolumis. Eminentissimum Car« dinalem Barberinum Arabica Biblia con« cessurum spero, imo confido ; aliter si « fiat, liber Esther simul cum libro Baruch « esset ex isto codice exscribendus. Dictio« naria & Vocabularia quæcumque habes « aut recuperare potes, non erit inutile in « omnem eventum tecum deferre. »

» Cum Româ Parisios advocatus essem B (inquit idem Maronita pag. 173. Epist. 3. Apolog.) » & Sionitæ sollicitatus literis, sacræ Congregationis de propaganda fide « decreto coram sanctissimo Papa habitæ, « unius anni tantùm spatium mihi conces« sum est, data prius fide ad tempus con« dictum revertendi » Sed postulat Gabriel ut ab Abrahamo producantur *diplomata quibus à Pontifice Maximo, & Cardinalium Collegio, vel à Richelio Eminentissimo fuerit Romà Parisios evocatus*. De Richelio iste nihil respondet nisi se versiones C Latinas Gabrielis jussu hujusce Cardinalis recensuisse ; at de alio diplomate reponit » decretum non esse ad manum ; sed « si cavillaberis hac de re, duorum men« sium spatio illud habebis, & ad id me re« cipio. »

Ut ut sit, statim atque Abrahamus Urbem salutavit, ad Guidonem Michaelem le Jay se contulit, & apud eum diversatus est. Syriacum veteris instrumenti codicem elegantissimum, qui quondam erat Sergii Risii Archiepiscopi Damasceni D Maronitæ, & quem cum cœteris bonis ex testamento ipsi reliquerat, secum asportavit.

Quinque priores menses commorationis ipsius in Parisiensi civitate in examinandis sacrorum librorum Syriacis & Arabicis textibus, unà cum Latinis utriusque linguæ versionibus à Gabriele Sionita cum cusis, tum cudendis elapsi sunt ; de qua re ita se Abrahamus explicat in approbationis suæ syngrapha pag. 142. Epist. 2. Apolog. » Jussu, inquit, Eminen- E tissimi Principis Cardinalis Ducis mihi in« juncto ab Illustrissimis & Reverendissimis « DD. Leonoro d'Estampes Archiepiscopo « Remensi & Jacobo Lescot Episcopo « Carnotensi ad incœptum multilinguis « Editionis opus promovendum ab eodem « Eminentissimo delegatis, eorumdem Bi« bliorum versiones à clarissimo viro Ga« briele Sionita.... Latini juris factas ex « Syrorum & Arabicorum linguis sedulo « evolvi atque perlegi, easque Syriaco & « Arabico archetypis omnino conformes « reperi ac fidelissime expressas.... Datum « Parisiis die 15. Decembris 1641. »

Jam idem supra pag. 127. scripserat » Cardinalis Richelii nomine injunctum » sibi fuisse ab Archiepiscopo Remensi, ut » Syriacum suum codicem conferret cum » illo qui in Magnis Bibliis erat editus, & » vel minutas varietates notaret, quod (ut » ait) qua potui diligentia præstiti, libel- » lumque confeci variarum utriusque co- » dicis lectionum, quem, uti par erat, cla- » rissimo viro D. le Jay tradidi, ex quo » *libello* in sua præfatione quadam varia » lectione exscriptâ, ad suam rem & pro- » positum usus est. »

Pacto deinde Ecchellensis cum Jayo inito constituit » pro mercede & hono- » rario, mille & octingentis libris Turonen- » sibus Gallicis ab illo acceptis, se omnem » operam adhibiturum, ut libri nondum » editi rectè & accuratè, nulla interposita » morâ, à se excudantur, & si ita contin- » gat, quod Dominus Gabriel non excudat » libros, si quos habet, illos, tam Arabi- » cos quàm Syriacos Latine vertam (inquit » Abrahamus) & ut accurate & syncere ex- » cudantur cum suis versionibus Latinis » quàm diligentissime adnitar. » Hæc refe- runtur pag. 27. Commonitorii quod sub nomine Gabrielis Sionitæ Banneretius Theologiæ Doctor & linguæ sanctæ Regius Professor anno 1648. edidit. » Juxta » pactum suum libros Ruth, Esther, To- » biæ, Judith & Baruch, quos Roma secum » attulerat, suisque adornaverat versioni- » bus & vocalibus, quique penes Sionitam » non erant, Jayu suppeditavit, apud » quem cum suis Latinis versionibus extare » integros, notisque ac variis lectionibus » illustratos *scribit Ecchellensis pag.* 150. *Epist.* » 2. *Apolog.*

Sed ita reponit Sionita pag. 44. Commonitorii supra laudati: » scimus te libros » reliquos suis apicibus exornatos, unà cum » Latina versione, tanquam munus pre- » tiosissimum, in thesauro tui Michaelis le » Jay recondendos & asservandos tradi- » disse. Verùm quæ sint illa opera, ex qua- » tuor capitibus libelli Ruth dignovimus, » atque etiam conjecimus; si quid valuis- » sent, tuum illum Michaelem le Jay, edi- » tionem suam tot membris mutilam non » fuisse passurum. »

Revera libellum Ruth, & tertium, quem falsò vocat Machabæorum librum, qui circa Kal. Septembris anni 1641. erat absolvendus, in publicum Abrahamus emiserat. Contra Gabrielis assertionem, quâ unum libellum Ruth per annum integrum edidisse expostulat, respondet Ecchellensis pag. 174. Epist. 3. Apolog. » demonstrare haud esse difficile quod il- » lius anni spatio præter tuarum versionum » recensionem & quatuor capita libelli Ruth, plura alia confecerim; si quidem « apud clarissimum D. le Jay extant mea « exarati manu Syriacè & Arabicè suis « adornati punctis unà cum versionibus « Latinis quartus liber Regum, tres libri « Esdræ, Judith, Tobias, Baruch & duo « libri Machabæorum. Ad hæc latinitate « donavi Epistolas viginti S. Antonii.... « cur autem eos Bibliorum libros non edi- « di, ratio superiùs assignata est Epistolâ « alterâ nempe in tui gratiam. « Hanc vero rationem pag. 150. Epist. 2. Apolog. Abrahamus attulerat his verbis: » Cum Editis Ruth & libro tertio Machabæorum « intellexerim id clarissimo viro Gabrieli « Sionitæ utcumque displicere, ab inco- « pto destiti opere. « «

Rem aliter narrat Flavignius: » Habebat (inquit ille doctor pag. 382. Epist. 4.) Gabriel Sionita omnes illos libros « Syriacos & Arabicos, qui adhuc desi- « derantur in Editione Parisiensi, unà cum « Latinis eorum versionibus in scrinio suo « repositos, & ita aptatos & concinnatos, « ut, qua data occasione, typis mandari « potuissent, si Jayo tuo clarissimo, qui edi- « tionem istam susceperat, ita placuisset. « Hoc bona fide testari possum, cùm ego « illos viderim & inspexerim unà cum cla- « rissimo nostro Musio, antequam quie- « quam aggredereris & inciperes. Et tamen « ausus es etiam Gabriele præsente Pari- « siis, libellum Ruth Syriacum & Arabi « cum prælo committere, & illum ipsum « codicem (quem tibi clarissimus Sionita « commodaverat) ad opus tuum, etsi re- « luctaretur atque repugnaret, assumere. «

Eadem commonitorii sui pag. 23. confirmat Sionita, » annon (inquit) Gabriele « reclamante, Parisiensi Proprætore inhi- « bente, libellum Ruth illum, quem ha- « bebat Gabriel promptissimum, quemque « novo advenæ commodaverat, prælo « commisit Abrahamus. « Hæc posterior narratio majorem sibi fidem conciliare meritò videtur.

Interea licet provocatus Ecchellensis & iniquis modis lacessitus, obsequio, patientia, & mansuetudinis plectro, ut ipse ait, Gabrielis demulcere animum studuit. » His non contentus (addit pag. 144. « Epist. 2. Apolog.) Nullum non movi « lapidem ut partium dissidentes animos « reconciliarem, ne nimium quid gloriæ « clarissimi Sionitæ decederet, adeoque « precibus obtinui, ut partes subscriberent « articulis & conventionibus ad prosequen- « dam editionem «. Quæ quidem subscrip- « tio facta est Parisiis die 5. Augusti anno « D. 1641. sed & ibidem subjicit: » Quam- « vis stipendia, quibus nunc regia fruor li- « beralitate, mihi concessa fuissent anno «

» 1641. à Rege Ludovico XIII. gloriosæ A
» memoriæ, opera Eminentissimi Cardina-
» lis Ducis Richelii felicis recordationis,
» ea tamen acceptare nolui, sed eodem
» anno Romam reversus sum, morasque
» ibi protraxi fere usque ad finem anni
» 1645. quo coronis & absolutio Magno-
» rum Bibliorum imposita est. Hoc autem,
» ut omnem umbram adimerem illis, qui
» animum meum fidemque erga clariss. D.
» Gabrielis Sionitæ labores, elucubratio-
» nes, gloriam aut existimationem suspi-
» cari poterant. « B

Imo & præcedentes ejusdem Sionitæ curas, versionesque Latinas, antequam Abrahamus Romam reverteretur die scilicet 15. Decembris ejusdem anni tanquam fidelissime expressas syngrapha sua approbavit. His autem omnibus modis adversarii mentem minimè sibi conciliavit. » Frustra (loquens Sionitæ ibidem » pag. 160.) omnem collocavi operam, » oleum perdidi; imo his efferacior in dies » evasisti atque ferocior. «

Fatendum quidem est iis præsertim qui C aculeata ab hisce Maronitis, vel eorum nomine emissa evolverunt scripta; illos sese nimium lacessivisse. Pro Sionita stabat Flavignius & Banneretus; Joannes vero Morinus pro Ecchellensi; quibus dissidiis Jayus fuit plurimum immixtus, ut ex scriptis publicis videre est. His de causis opus Biblicum lente admodum processit etiam imperfectum, & in quibusdam partibus omnino incompletum.

13. *Judicia virorum doctorum de isto opere.* D

Quò perfecta sit ishæc narratio, nihilque in ea desideretur, varia hîc commemoranda sunt de tanto labore doctorum hominum judicia. Omnium quidem unà mens esse debet & sententia, opus illud Heptaglotton characteribus luculentioribus & præstantioribus, papyroque latitudine patentiori & eleganriori Bibliis Complutensibus, nec non Antverpiensibus palmam præripere. His autem attente investigatis atque curiose perlustratis, si fides oculis denegetur, publico saltem E duorum hac in re peritissimorum hominum testimonio omnis cedat dubitatio. Prior est Adrianus Baillet, qui postquam tomo 2. Judiciorum à viris doctis prolatorum pag. 39. verba fecit de Antonio Vitré, subdit » neglectis invidorum co- » natibus, posthabitisque variis, infaustis- » que divini illius operis casibus, quibus » postremis hisce temporibus obnoxium » fuit; ut ut est, tanquam opus Typogra- » phicum omnium elaboratissimum & artis » typographicæ absolutissimum exemplar » palam suspici & haberi, non tantùm ob

novas & magnificentissimas characterum « formas, sed & propter summam & pecu- « liarem hujus Typographi diligentiam, « quam in illo perficiendo semper adhi- « buit. « De ea sane quæ Typographo competebat, diligentia sermo fit, cæteroquin non vera esset hæc assertio, si quidem correctorum negligentiâ, plurimis hanc editionem scarere sphalmatis in confesso est apud omnes.

Posterior hujusce rei testis admodum locuples, quem adducimus, ipse est Andreas Chevillier, sagacissimus Bibliothecæ Sorbonicæ Præfectus, hujusque domus Socius ac Doctor. Post factam à se Antverpiensis Editionis mentionem subjungit parte 1. tract. de Orig. artis Typogr. cap. 4. pag. 58. & 59. » Aliam quoque in Galliis fuisse concinnatam, iisdem « locupletatam idiomatibus, & tertiam in « Anglia prodiisse. Quod spectat ad sum- « mam Editorum Parisiensium in linguis « Orientalibus peritiam, & in cæteris re- « bus eruditionem silentio penitus præter- « mitto; quid his de rebus sentire debeant « docti homines, ipsi viderint; de ipso ty- « pographico labore, ipsaque operarum sa- « gacitate & industria tantummodò lo- « quor. Huic Parisiensi editioni ab Anto- « nio Vitré adornatæ omnino cedit ac pri- « mas defert Londinensis quam postea sus- « cepit Thomas Roycroft, sive characte- « rum majestate & nitore sive elegantissima « papyri forma & ingentibus dispendiis ac « omnimoda magnificentia quæ ubique in « illa conspicitur. Uno verbo Anglicana « artis typographicæ industria, cum ea, « quâ ad summum perfectionis gradum Pa- « risienses pervenerunt, nullo modo com- « paranda est. « «

14. *Hoc opus partim Flavignianæ censuræ subjicitur, partim ab ea vindicatur.*

Editionis itaque Parisiensis hac in parte gloriâ à nulla alia præcisa est atque erepta; sed virorum quorumdam ipsi nimis infensorum & judicio severiori utensium censuram declinare, eamque, quam sibi primùm conciliaverat, famam apud omnes servare non potuisse quis diffitebitur?

Enimvero qui præfationes huic operi apposuit, cum de textu Hebræo suam aperuit mentem, quædam incaute vel scienter scripsit, quæ virorum linguæ sanctæ peritiâ celeberrimorum invidiam incurrerunt, quos inter primus signum dedit Flavignius, qui è re sua esse credidit, textum Hebræum defendere, utpote in alma Parisiensium Academia sacrarum Hebraicarumque literarum Regius Professor. Idcirco sermone, qui inscriptus

est: *Pro sacro-sanctæ editionis Hebraicæ authentica veritate, Oratio apologetica*, quamque decimo Kalendas Martii anno 1648. habuit in novo Franciæ Auditorio, Præfationis auctorem aggressus est. » *Verum* Illustrissimi Bignonii nomine (ut ipse » Flavignius scribit pag. 19. Epist. 3. Apo» log.) à Claudio Alverno Collega suo ro» gatus, libelli mei evulgationem remisi » quo ad usque ipse resciviſset, an clarissi» mus Jayus præfationem illam amarulen» tam immutare vellet, aut iis in locis, qui» bus sacro-sanctam Editionem Hebraicam » ac ejus strenuos propugnatores immaniter » impetebat, emendare. *Et pag.* 21. » Et » certè non negabit clarissimus tuus Jayus » se hoc mihi multoties promisiſse, etsi non» dum fidem suam liberaverit. «

Itaque totius operis censuram quatuor epistolis anno 1646. 1647. & 1648. ea de re vulgatis adornavit, in quibus omnem suam bilem in Heptaglotton opus diffundit ac evomit. Et licet pag. 12. » sacramento solemni profiteatur se neque » cujusquam odio aut amore, neque etiam » alienis persuasionibus aut illecebris ani» mum ad scribendum appulisse; sed tan» tùm, ut gloriam suæ gentis, vel hoc solo » partu laborantem, pristino suo splendori » restitueret, atque ideo omnes illos eru» ditissimos Theologos, qui ea, qua par » est hominibus Christianis, pietate & » reverentia jurant in Hebraica volumina, » ab illis calumniis, quibus in suspicionem » criminis hæreseos adducebantur exime» ret. «

Sed is tam infenso in Editores Parisienses animo suas epistolas scripsiſse videtur, ut, ne falsi criminis reus judicetur, necessum sit fateri ipsum præ summa ira, quâ tum erat commotus, neque se fui ipsius æquum judicem prodere, neque, sui quippe non compotem, quid ipse sentiret, potuiſse dignoscere. Ab ipsius igitur referendo judicio abstinerem, nisi veritati consentaneum aliquid haberet; eapropter quod æquum mihi videtur, ex eo excerpere juvat. » Hebræus textus (ait » Flavignius pag. 19. prioris Epist.) qui ve» lut omnium primus atque præstantissi» mus, peculiari quadam cura fovendus » erat, unà cum Chaldæo sibi adhærente » & socio, fuit omnium textuum infeli» cissimus; tot enim ac tantis conspurca» tus maculis fuit atque sordibus obstetri» cantibus impurissimis manibus Philippi » Aquinatis Avenionensis.... ut vix ullum » reperire liceat versiculum, in quo non » sit peccatum immaniter, in accentibus » ubique, in literis satis frequenter, in vo» calibus sæpissime. «

Quædam horum, quæ scribit Flavi-

A gnius esse vera, at non omnia, non ægre fatebor; sed an » de industria, ut ille asserit ibidem pag. 21. præstiterit Aquinas, « quippe qui more gentis suæ (*nam judaismo relicto Christianis erat addictus*) nihil « omnino illis non invideret, « credat Judæus apella; à temerario certè judicio non se liberaret is, qui Flavignio, Aquinati nimium infenso ac proinde falsi testis crimine reum se prodenti, fidem adhiberet. Aliam profectò magis æquitati consentaneam rationem subjungit. » Quis

B nescit è nostratibus (inquit) Philippum « non fuiſse capacem & idoneum, qui la- « borem tanti ponderis ac momenti susci- « peret. «

Scribit ibidem Aquinatem » ita destitutum fuiſse omnibus præceptionibus « grammaticis, & aliis adminiculis ad hoc « opus adornandum necessariis, ut etiam « coactus fuerit filium suum adhuc tyronem « & immaturum accersere, & eum à jocis « puerilibus ad emendanda specimina ty- « pographica transmittere. Sed quid insul- «

C sius quam aliam (Vulgatam nempe La- « tinam) à suo textu versionem excudere; « textus enim Hebræus nullam habet ver- « sionem sibi correspondentem, quæ ta- « men necessaria foret ad tantum appara- « tum. «

Textus Chaldæus quem nobis exhibet « (pergit Flavignius ibidem pag. 20.) om- « nino interpolatus est ex editione Antver- « piana, Basileensi & Veneta; ejus autem « versio nunquam ab Antverpiensi, licet « interdum mendosa sit, discedens aut ab- «

D sona. Nempe non potuit, indoctus peni- « tus Latine, suam illam interpretationem « Latinis verbis exprimere. « Plurima hîc profert super ea re testimonia.

Mirum porro videri debet omnibus « piis ac vere Catholicis aliam esse editio- « nem septuaginta duorum seniorum ab ea « quæ nobis à Sixto V. Pont. Max. diplo- « mate *Cupientes* commendata est atque « proposita.... Sed quis ferat Vulgatam « editionem Latinam etiam non emendatam à Summis Pontificibus ac minime

E recognitam in hoc opere repræsentari ibidem pag. 39. Hæc quidem meritò ac jure à Flavignio redarguuntur.

De bino Pentateucho Samaritanorum jam pag. 10. suum sensum exposuerat: » De utroque illo vix esse quod ego con- « quererer; si duplici textui, diverso peni- « tus atque distincto, duplex etiam versio « responderet; etsi enim optime sciam inu- « tilem esse penitus ac superfluam illam « Samaritani Pentateuchi editionem, quòd « nullam unquam habuerit in Ecclesia au- « thoritatem, nihilominus tamen vel hoc « solo laudandum esse Morini conatum « existimo,

„ existimo, quod prisca illa rei literariæ „ monimenta typis elegantissimis ab obli- „ vione perpetua vindicaverit. «

Quamvis modeste magis hîc loquatur Flavignius, tamen in errorem impingit; inutilis quidem omnino ac superflua Samariticæ versionis, ut pote textui suo mordicus adhærentis, Latina translatio Morino visa est: at idem dici de utriusque Pentateuchi Samaritanorum recenti editione nullatenus potest, præsertim eo quod nullam in Ecclesia authoritatem unquam illa sibi comparaverit; frustra sane ac intemperanter hæc affirmantur, si quidem in alias etiam Orientales sacrorum librorum interpretationes æque merito regeri possent. Textus insuper Hebræus antiquis versionibus ut plurimùm elucidatur atque confirmatur; desumenda est autem versionum Orientalium utilitas tam ex fida interpretatione, quam ex absoluta cum textu Hebræo conformitate atque consonanria.

Quod ad textus Syriacos & Arabicos attinet, Flavignius, qui Sionitæ causam ubique tuetur, ac veluti ejus patronum agit, eum tanquàm accuratissimum horum textuum editorem magnis laudibus effert; sic enim loquitur pag. 11. » Jam „ quis non videt fœtum illum Arabicum „ simul & Syriacum fuisse longe fœlicissi- „ mum, si, eo quo cœperat pede, perte- „ xisset? is enim est Gabriel Sionita, quem „ omnes eruditi non solum colere ac vene- „ rari, sed etiam suspicere ac mirari de- „ bent.... Lustra animo & oculis etiam „ atque etiam, iterum atque iterum perlu- „ stra illos libros veteris Testamenti, quos „ Arabicè simul & Syriacè in hoc opere „ *Biblico* esse voluit, & videbis nihil esse „ cultius, nihil elegantius, nihil elabora- „ tius. Habent enim characteres, ejus ope „ & industria, elegantes & eximios; voca- „ les unà cum omnibus punctulis & apici- „ bus solerter & accurate sitas & appositas; „ Latinas etiam versiones verè Latinas & „ ita fideles & accuratas, ut omnino mi- „ rum sit, & seculis omnibus inauditum, „ tantùm ac tam eximium virum, post tot „ ac tantos labores strenue ac generose „ exantlatos, ingrati animi testificationem „ aut honorariam mercedem, nihil aliud „ consecutum fuisse, quam probra, contu- „ melias, dicteria, &c. «

An res ita se habeant, ex supra allegatis judicare est: facundus ac vehemens ille Doctor in deffendendo Gabriele profecto nimius est, & ejus adversarios acrius perstringit; quasi Sionita ab omni prorsus culpa & inscitia vacuus esset & immunis; cum constet apud viros doctos hunc Maronitam in lingua Hebræa vel etiam in Latina fuisse mediocriter versatum. Præterea Syriacos & Arabicos contextus plurimis scatere mendis & lacunis defici Waltonus Proleg. XII. §. 8. credidit, ubi fuse exponit se in sua editione supplevisse ope codicum msc. quæ in Parisiensi desiderabantur. Item Richardus Simon cap. 27. Exercit. de variis Bibliorum editionibus, asserit notum esse omnibus illos ipsos contextus innumeris abundare erroribus.

Addit Flavignius pag. 14. Epist. 1. nimio redarguendi studio, » Jayanum opus « incomplerum omnino in lucem pervenis- « se: nimirum præter duas illas insignes « lacunas in textu Arabico libri II. Esdræ, « desunt libri integri Esther, Tobiæ, Judith « & Machabæorum alter Syriacè & primus « Arabicè. In libro Job etsi duplex sit tex- « tus, unica tamen versio conspicitur, ea- « que solo textui Arabico correspondens.... « Porro libello Ruth obstetricatus est Abra- « hamus Ecchellensis sed satis infœliciter. « Ibi enim peccatum est toties ac tam enor- « miter in apponendis vocalibus & apicu- « lis, ut quod tibi primùm inter legendum « occurrerit, summam sapere videatur ty- « ronis alicujus oscitantiam. *Et pag. 392. Epist. 2. idem Abrahamo exprobrat*: » Tuo libello Ruth Syriacè & Arabicè edito « nihil est incultius, nihil ineptius. « Eidem consonat Sionita cum pag. 12. commoni- « tori sui dicit: » Insueras impudenter operi meo Biblico (sola nocendi libidine) « libellum Ruth. «

Etsi autem remanserunt in textu Arabico Esdræ binæ lacunæ, id tamen Ecchellensi non est vitio vertendum; atque si una tantùm sit ex Syro Arabicoque contextu libri Job Latina conversio. Textus Esdræ qui initio tomi octavi legitur, jam excusus erat, priusquam ille Lutetiam appulisset; unica vero Latina versio Jobi uni Sionitæ debetur, qui solam hanc condidit. Quod ad libros qui in Parisiensi editione desunt, tam Syros quam Arabicos, hos omnes, ut diximus, clarissimo Jayo Ecchellensis suppeditaverat, cur his suum opus Heptaglotton non ornaverit, si alium Maronitam audias, id ex ejus inscitia factum intellexeris. » Si quid illæ versiones Latinæ (inquit Ga- « briel pag. 44. Commonit.) valuissent, « tuus ille Michael le Jay, cœteroquin « cautus & versutus editionem suam tot « membris murilam non passus esset. « Cum autem libellus Ruth ab Ecchellensi publicatus ansam Sionitæ illum calumniandi præbuerit; non mirum est, quod & ipse Gabriel & ejus Patronus Flavignius tam irreverenter ac perfracte de illo locutus fuerit.

E

» Sed quid opus erat (pergit tandem
» idem Doctor pag. 16. Epist. 1.) novos
» illos & Europæis incognitos textus sine
» præviis quibusdam præfationibus evulga-
» re? *Et pag. 8. Epist. 2. subdit :* » Parave-
» rat à multis annis clariss. noster Sionita
» præfationem quandam luculentissimam,
» ut eam tanto apparatui, sicuti par erat,
» præfigeret, in qua *de antiquitate linguarum*
» *Syriacarum & Arabicarum, quibus in re-*
» *gionibus vigent, & apud quas gentes, nec*
» *non de antiquitate translationum Syriacarum*
» *& Arabicarum, unde & à quibus manave-*
» *rint, cujus usus sint in Ecclesia Occidentali,*
» *& quam authoritatem habeant in Ecclesia*
» *Orientali; quidve conferant ad fidem pro-*
» *pagandam & ad hæreticos confutandos; cur*
» *suscepta sit earum editio, & ex quibus &*
» *quam antiquis manuscriptis; quos textus se-*
» *cuti sint Syri, quos Arabes, & quot etiam*
» *habeant versiones; quis ordo servatus sit in*
» *libris & capitulis Bibliorum Syrorum &*
» *Arabum; quæ etiam œconomia, & an ab*
» *Hebræis & Græcis dissideant . . . . cur loca*
» *ab Hæreticis controversa, quæque reperiun-*
» *tur in Pentateucho Arabico ac novo Testa-*
» *mento Leidæ à Thoma Erpenio editis, cum*
» *nova hac editione non conveniant; qua ra-*
» *tione & quo modo adhibita sint puncta &*
» *vocales ambabus illis translationibus; ad*
» *quid inserviant majora minoraque puncta*
» *quæ in contextu Syriaco conspiciuntur; &*
» *cur una eademque dictio Arabica habeat di-*
» *versos accentus, & diversas vocales; qua*
» *fide versæ sint istæ translationes, an de verbo*
» *ad verbum an aliter; si mutatum sit quid-*
» *piam aut detractum, & quam ob causam.*
» *Denique an sint aliqui alii in Biblüs Syro-*
» *rum & Arabum libri, quidve causæ esse*
» *potuerit, ut in hac editione longè luculentis-*
» *sima minime prodierint?* Hanc, inquam,
» præfationem amplissimam, & quæ tanto
» apparatui omnino necessaria erat, para-
» verat clarissimus noster Sionita; sed Pro-
» palator ingentis istius Bibliorum operis,
» nescio quo cœco ductus impetu æmula-
» tionis aut invidiæ, hoc tandem obtinuit
» suis artibus, ut eximius ille fœtus minime
» prodierit. «

Si rem accurate & veraciter exponit Flavignius, ingentem hujus tam eruditæ, tamque reconditiori literatura refertæ præfationis jacturam docti homines numquam satis possunt deflere, illamque Jayo, modò hac labe laboret ægre condonabunt; cum illius notitia vix possit aliunde resarciri ac suppleri; etiamsi id esset vehementissime exoptandum, ut horumce peritissimus quispiam idem etiam argumentum retractaret. Æquissima sane adversus clarissimum Jayum necnon gravissima expostulatio, quo in suo opere
A Polyglotto nulla præfixa sint Prolegomena, quodque in prolixa sua præfatione tam pauca reperiantur, quæ hujus editionis historiam doceant aut elucident.

15. *Cardinalis Richelii circa id opus ambitio & repulsa.*

Ex quo à Cardinale Richelio Sionita in carcerem trudendi licentiam Jayus obtinuit; summus ille vir, Cardinalis Ximenii vestigia sectans, Biblia Polyglotta
B suo insigniri nomine magnopere percupivit. Id quidem significare voluit Ecchellensis pag. 143. Epist. 2. Apolog. cum dixit *tam eminens opus Eminentissimo Richeliano nomine dignum esse habendum.* Ut id assequeretur Richelius, varios, quique ipsi videbantur efficaciores, modos adhibuit. Centenorum millenorum summam coronatorum, ope Domini des Noyers clarissimo Jayo spopondisse fertur, ut ab ingenti pecuniæ vi & copia, quam in illo opere conficiendo erogave-
C rat, quasque non erat solvendo, liber prorsus esset ac immunis. Insuper & Jayanæ familiæ curam à se suscipiendam fore pollicitus est, modò Magna Biblia Parisiensia Richeliano nomine decorata vulgarentur.

At vani effecti sunt (ut quidam nuperus author scribit) ac plane inanes potentissimi Cardinalis conatus, obveniente morte anno 1642. die 4. Decembris. Vero quidem simile videtur, hæc ideo Richelium frustra tentasse, quia, quæ
D Jayo proponi jussit, ea ipsi non fuerint grata atque accepta. Insolitâ graviter perculsus repulsâ Cardinalis Richelius, illicò totum se convertit, ut opus nondum consummatum penitus disturbaret atque aboleret; suadere idcirco Simeoni de Muis celebri tunc temporis linguæ sanctæ Regiò Professori, ut hoc opus severissima censura castigaret. Tum Muisius morem gerens insigniores mendas diligentissime observare, atque in unum studiose colligere; quæ quidem collectio
E centenis quinquies foliis constans in Musæo Illustrissimi Renaldini Consistoriani Comitis & in magno regis consilio Cognitoris catholici (ut ait Gabriel Sionita pag. 53. Commonitorii) jam reconditur; unde quàm cito in publicum emitteretur, Flavignius etiam pag. 77. prioris Epist. plurimum peroptabat; huc usque tamen irritis votis, cum censura isthac nondum fuerit in lucem emissa.

Quid si Jayus immenso Richelii desiderio fecisset satis; quot & quanta sibi suisque commoda comparasset, quibus se difficultatibus expediisset. At sive vilem

ac multo imparem summam pecuniæ ipsi oblatam ad solvendas omnes impensas, quibus obnoxius erat, sive opes prope immensas esse congessurum, brevi tempore facta operis sui divenditione, arbitratus est, sive tandem novi fœtus amore captus, gloriæ apud posteros adipiscendæ libidine incensus laudem ad alios transferri inique passus fuerit; propositiones Richelianas omnino respuit.

Ingenti lucri desiderio allectus, si fides est Sionitæ in allato supra supplici libello, Jayus persuasum habebat, quod summam ad numerum quatuor centenarum millenarum librarum Heptaglotta sua ab aliis pretio acquirenda brevi tempore suo auctori suppeditarent; sed vana spe lactatus est, si unquam affectus sit hujusmodi studio. Tantùm abest, ut res suas familiares opere divendito vel minimum auxerit ac amplificaverit, quin & gravissimos passæ sunt defectus & jacturas. Plurima siquidem hujus exemplaria iis qui & labore & consiliis & autoritate sua opus promoverant atque absolverant, muneris instar ac veluti grati animi testimonio tradenda esse ipsi visum est; quo quidem gravi onere fuisset sublevatus, si sub alieno nomine opus suum prodire consensisset.

16. Unde viluerit adeo hæc Editio.

Ducenti primùm pro eo emendo nummi numerabantur. Tunc Angli pactum cum Jayo inire proposuerunt, ut, si pro dimidio pretio concederetur opus Polyglotton, sexcenta saltem exemplaria illo pretio redimerent. Sed in contrarium abeunte Jayo novam hujusce operis editionem à se concinnare, de qoa infra, publicique juris facere statuerunt. Quo fatali tandem eventu ita imminutum fuit Editionis Parisinæ pretium, ut multa exemplaria solo chartæ appensæ valore comparata fuerint; sicque suscepto ultra suas vires, fortunasque opere, neglectaque præsenti ac utili expensorum redimendorum occasione, suis obrutus conatibus ac dispendiis quæ nunquam Jayus persolvere valuit, laborem septendecim annorum spacio in hac editione conficienda exantlatum, incassum ipse reddidit, fortunasque tam suas quàm alienas frùstra dissipavit.

Magnam sane pecuniæ vim & copiam in hoc opere perficiendo Jayus consumpsit; sed immortalem omniumque doctissimorum hominum memoria dignam sibi gloriam meritò conciliavit. Hoc autem opus licet voluminum mole gravissimum, proindeque ad usum minus idoneum, quippe cum in conferendis sacris textibus inter se duplicem simul tomum inspicere necesse sit; in ditissimis tamen Bibliothecis veluti superbum rei literariæ monumentum præcipuam sedem semper promerebitur.

Cum ad calcem primæ partis hujus Bibliothecæ singulos Bibliorum editores recenseamus, majorem Parisiensium notitiam hîc dare supersedebimus.

BIBLIA POLYGLOTTA Londinensia.

BIBLIA Polyglotta (1.) *Anglicana* vel *Londinensia nuncupata*, complectentia Textus originales, Hebraicum (2, 3, 14.) cum Pentateucho Samaritano (4.) Chaldaicum (9) Græcum (16.) versionumque antiquarum Samaritanæ (4.) Græcæ LXX. Interpretum (5, 6, 7.) Chaldaicæ, (9, 10, 20.) Syriacæ (13.) Arabicæ (15.) Æthiopicæ (11.) Persicæ (12.) Vulgatæ Latinæ (8.) quicquid comparari poterat, cum Textuum & Versionum Orientalium Translationibus Latinis. Ex vetustissimis mss. undique conquisitis optimisque exemplaribus impressis, summâ fide collatis. Quæ in prioribus Editionibus deerant suppleta. Multa antehac inedita, de novo adjecta (21.) Omnia eo ordine disposita, ut Textus cum Versionibus uno intuitu conferri possint. Cum Apparatu (18.), Appendicibus, Tabulis, Variis Lectionibus, Annotationibus, Indicibus (17.). Opus totum in sex Tomos (22.) tributum, in fol. edidit Brianus Waltonus S. T. D. *juvantibus Edmundo Castello, Alexandro Hussio, Samuele Clerico & Thoma Hyde* (19.) Londini, imprimebat Thomas Roycroft 1657. (24.)

(1) *Ne credas in hac Editione sacros omnes libros esse novem expressos idiomatibus sc. Hebræo, Chald. Samar. Græco, Syriaco, Arabico, Æthiopico, Persico & Latino; Pentateuchus enim est Octaglottus; Psalterium Heptaglottum; libri Josue, Judicum, Ruth, IV. Regum, item IV. Evangelia Hexaglotta; Liber Esther & reliqui Novi Testamenti, Pentaglotti; cæteri veteris Testamenti qui non reperiuntur in Canone, sc. Liber Tobiæ, Sapientia, Ecclesiasticus, Baruch & Fragmenta Danielis Tetraglotta; libri Judith, primus & secundus Machabæorum, Triglottus, & Fragmenta libri Estheris Diglotta. Sed ut hæc cum titulo congruant, sat est octo linguis quibus exaratus est Pentateuchus, adjiciatur lingua Æthiopica in qua conscriptum est tam Psalterium quàm Novum Testamentum.*

Ex præfatione Waltoni. » Textus cum versionibus sic ordinavimus, ad morem «

„ Origenis Hexaplon , ut Lector omnes
„ simul intueri & inter se conferre pos-
„ sit, sine plurium voluminum inspectio-
„ ne....
„ (2) In Vet. Testam. Textum Hebrai-
„ cum , versionum fontem, primo loco sub-
„ sternimus cum punctatione usitata, quam
„ appofuerunt Masorethæ..... Exemplar
„ interlineare in Bibliis Regiis secuti su-
„ mus, secundum quod Keri & Ketib no-
„ tavimus....
„ (3) Latinam versionem quæ Hebræum
„ ad verbum exprimit, *Sc.* Pagnini à Ben.
„ Aria Montano & aliis ad verbum expen-
„ sam & alicubi mutatam, ut cum Hebræo
„ exactè conveniret, alio tamen charactere
„ notatam inseruimus....
„ (4) Post textum Hebraicum , proxi-
„ mum sibi locum vendicat Pentateuchus
„ Samaritanus, qui inter Textûs primævi
„ exemplaria vetustissima numerari posse
„ videtur , charactere Hebræo antiquo
„ quem retinuerunt Samaritani. Hunc Pen-
„ tateuchum è tenebris eruit D. Joh. Mo-
„ rinus, primusque publicavit in Heptaplis
„ Parisianis, unà cum antiqua versione Sa-
„ maritica, quam ita exactè cum Textu
„ Samaritano convenire existimat, ut una
„ eademque Latina versio utrisque inser-
„ vire possit. Cum verò versionem illam
„ Samariticam, à Textu sæpius dissentire
„ deprehenderimus , & illam D. Morini
„ Latinam interdum ab utroque discede-
„ re, & potius vulgatam Latinam expri-
„ mere, ideò loca in quibus versio Sama-
„ ritana à Textu differt, ad finem cujus-
„ que columnæ apponi fecimus.
„ In edendo Pentateucho Samaritano
„ ejusque versione Chaldæo-Samaritana
„ exemplar Parisiense secuti sumus, quod
„ quidem religiosius observantes (cum non
„ nisi in mendis evidentissimis typographi-
„ cis, neque id tamen in omnibus ab eo
„ discedere constitutum fuerit) in causa
„ hoc erat, cur in vocibus asterisco nota-
„ tis, quæ non rarò erant erratorum in-
„ dices, nil mutaverimus, nec plura in
„ illo etiam quæ nobis correctione egere
„ videbantur, emendaverimus. *Edm. Caf-
tellis in præfat. Animadv. Samarit. tomo* v.
horum Polygl.)
„ (5) Versionem Græcam LXXII. In-
„ terpr. celeberrimam & omnium antiquis-
„ simam Editionis Romanæ, secundùm
„ exemplar Vaticanum exhibemus....
„ (6) Cum exemplari Romano etiam
„ simul exhibemus MS. nostrum codicem
„ Alexandrinum celeberrimum, diu mul-
„ tumque à doctis desideratum, quem ab
„ Alexandria secum attulit Cyrillus Leu-
„ caris, &c..... Hunc qui cum Romano
„ de antiquitate contendere videtur , non

A torum excudimus , sed ubi à Romano «
discrepat , in qualibet pagina notavi- «
mus.... «
(7) Vetus etiam vulgata Latina ex «
Græca τῶν ό expressa, cum prorsus periisse «
videretur per mille annos intermortua, «
hîc rediviva sistitur ex antiquorum Lati- «
norum scriptis, summo labore Flam. No- «
bilii compilata.... «
(8) Vulgatam Latinam, quæ per mille «
annos ferè sola per Occidentem in usu «
fuit, secundùm Sixti V. & Clementis «
B VIII. editiones emendatas & correctas, «
& à multis errorum millibus per Lucam «
Brugensem & alios enumeratis repurga- «
tas, reliquis adjecimus.... «
(9) Chaldaicas etiam Paraphrases da- «
mus, secundùm editionem Basileensem , «
magno labore, ac studio viri summi D. «
Joh. Buxtorfii P. elaboratam *cum versione* «
Latina Alphonsi de Zamora ab Aria Mon- «
tano recognita, (& textui nostro adoptata «
(*inquit S. Clericus in observat. ad varian-* «
tes lection. Chald. tom. VI. *horum Polygl.*) «
C mutatis illis quæ exemplarium diversitas «
mutari exquirebat, ac diverso plerumque «
charactere notatis.) «
(10) Targum Pentateuchi triplex, «
quod in prioribus editionibus non con- «
spicitur, appendicis loco ad Vetus Testa- «
mentum adjecimus, quod ferè dimidium «
facit Tomi quarti 1. Targum seu Para- «
phrasin Hierosolymitanam cum versione «
Latina Cevalerii ipsius manu scripta.... «
in multis tamen vitiosa ut in ea repur- «
ganda & emendanda multum operæ in- «
D sumendum esset. 2. Targum Jonathani «
adscriptum cum versione Latina ejusdem «
Cevalerii, ita tamen defœdata ut revi- «
sionem necessariò postularit. 3. Persicam «
Paraphrasin Jacobi Tusensis, quem Ta- «
wosum appellant, *juxta editionem Constan-* «
tinopolitanam hic characteribus Persicis «
descriptam, & Latinâ interpretatione do- «
natam *à Thoma Hyde* cum cæteris impri- «
mendam duximus. «
(11) His addidimus Psalterium Æ- «
thiopicum, exemplaribus Coloniæ & Ro- «
E mæ impressis cum MS. Pocockiano col- «
latis, Latinâ interpretatione, ubi à Græ- «
ca LXX. Interpr. vel à Vulg. Lat. dis- «
crepat, annexâ. Item Canticum Canti- «
corum totumque Novum Testamentum «
Æthiop. variis collatis exemplaribus , «
cum versione Latina *Edmundi Castelli* «
nunc primùm edita. »
(12) Evangelia quatuor Persica *facta* «
ex Syro, interprete Simone F. Joseph al Ta- «
brizi juxta Thomam Hyde, nunquam an- «
tehac edita, secundùm exemplar Pococ- «
kianum inter alias Novi Testamenti «
versiones collocavimus cum nova ver- «

» fione Latina *Samuelis Clerici.*

† *Hanc Simonis Tabricensis versionem, ejusdemque interpretem Latinum S. Clericum ac ceteros editores contra cavillationes Angeli à S. Joseph, Carmelita, defendit* Th. Hyde *in Castigat. quæ cum Abr. Peritsol Cosmographia prodiit Oxon. an.* 1691.

» (13) Syriacam verfionem antiquiffi-
» mam Vet. Teftamenti, quæ in Bibliis
» Parifianis *cum tranflatione Latina Gabr.*
» *Sionitæ* primò lucem vidit, motila ta-
» meo, integritati fuæ ex variis MSS. an-
» tiquiffimis reftituimus. Libros enim quof-
» B dam integros, qui in editione Parifioa
» deerant, cum eorum verfionibus Latinis
» nunc primùm in lucem protulimus, viz.
» Librum Eftheræ, tam Canonic. quam
» Apocr. Judith, Tobiam, Epift. Jeremiæ,
» Baruchi alteram, Suzannæ hiftoriam du-
» plicem, quarum altera eft ex editione
» Heraclienfi, partem Cantici 3. puerorum,
» Lib. 2. & 3. Machabæorum, præter loca
» innumera in reliquis libris, ubi vel verba
» quædam vel verficuli plures deficiebant
» in Parif. quæ ex iifdem. MSS. fupplevi-
» C mus.

» (14) Librum Tobiæ Hebr. tam fecun-
» dùm editionem P. Fagii, quàm Seb. Mun-
» fteri, cum utriufque verfionibus Latinis
» adjecimus.

» (15) Arabicam verfionem Ægyptia-
» cam five Alexandrinam, quæ io Bibliis
» Parifianis lacunofa & lacera extat, *cum*
» *traductione Latina Gabr. Sionitæ*, locis plu-
» rimis ex aliis MSS. fupplevimus præci-
» pue in Pfalmis & Prophetis. . . . Verfio
» D hæc Prophetarum Textum Hebræum
» plerumque exprimit, ex qua multos ver-
» ficulos, imo iotegra capitula defumpfi-
» mus ad fupplenda quæ in Parifienfi dee-
» raot. *In hac editione defiderantur libri Tobiæ, Judith, Efther, primus & fecundus Machabæorum, qui fub nomine fecundi editus ipfa eft verfio Pfeudo-Gorionidis. Deeft liber primus Machabæorum.*

» (16) Novum Teftameotum Græcum
» edimus juxta Roberti Stephani editio-
» nem accuratiffimam, quam fummâ curâ
» & diligentiâ collatis 16. exemplaribus pu-
» E blicavit. . . . Adjecimus etiam canooes
» coocordantiarum Evangeliorum Eufebia-
» nos.

» (17) Præter hæc quæ Textus & ver-
» fiones refpiciunt, varios tractatus ad ap-
» paratum neceffarios tomo primo præfi-
» ximus, juftumque volumen adjunximus,
» quod ultimo loco pofuimus, conftans ex
» variis annotationibus, obfervationibus,
» collatiooibus variorum exemplarium an-
» tiquorum Hebr. Græc. Lat. Samarit.
» Chald. Syriac. Arab. Æthiop. Perf. fum-
» mo labore & ftudio elaboratis, tabulis,

A indicibus, aliifque hujufmodi. «

(18) In apparatu exhibemus, 1. Chro- «
nologiam facram ab Orbe condito ad «
Templi fecundi everfionem ex Scriptura «
fola depromptam à Ludov. Capello. 2. «
Defcriptionem brevem Terræ fanctæ cum «
tabula ejus Chorographica ex diverfis «
auctoribus expreffa, in qua etiam brevis «
veteris Syriæ delineatio. 3. Tabulam etiam «
exfculpi fecimus Hierofolymæ veteris «
fecundùm Villalpandi exemplar. 4. Li- «
bellum etiam elegantiffimum Ludov. Ca- «
B pelli antehac non editum, imprimendum «
curavi, *Trifagion* nuncupatum, in quo «
triplex Templi Hierofolymitani delinea- «
tio. 5. His annectimus variorum aucto- «
rum tractatus utiliffimos, Eduardi Bree- «
rewood, Jacobi Tirini, &c. de veterum «
nummis, Hebræis, Græcis & Latinis, & «
de ponderibus & menfuris, de idiorifmis «
etiam præcipuis & proprietatibus fcrip- «
turæ peculiaribus. 6. Præter hæc, Pro- «
legomena XVI. quæ inter negotia innu- «
mera horis fuccifivis confeci, *de linguis*, «
C *de textibus originalibus & verfionibus quibus conftat hæc editio. Multa fanè ac eruditè Waltonus in Prolegomenis fuis congeffit; fed ex varietate opinionum quas refert cum verba facit tam de Textu Hebræo, quam de verfione Græca 70. Interpretum, collatorum potius alienarum fententiarum quam ipfarum authorem fe prodit. Revera ab Edm. Caftello annotationes in textum Hebræum, & à Joanne Pearfono notas in 70. Interpretes acceperat (ut me monuit vir harum rerum notitia inftructus) quas omnes & D tanquam veras, licet fibimet & aliquando ipfi contrarias abfque diligenti curà ut plurimum amplexus eft.*

Et poft unam & alteram paginam hæc addit Waltonus. » Etfi verò multi funt, «
quos ad hoc onus fuftineodum me multò «
paratiores effe fateor, cum tameo à ne- «
mine tentatum viderem, omnes cogita- «
tiones defixas habui, ut in eo aliqoid «
præftarem; quæ verò in me defuerunt «
doctrinæ & ingenii adminicula, labore «
improbo ftudiifque indefeffis compenfare «
E decrevi. Editiones itaque Bibliorum ce- «
leberrimas antiquas & receotiores per- «
volvi, verfiones veteres variarum lingua- «
rum infpexi, Bibliothecas perluftravi, «
exemplaria optima impreffa cum MSS. «
editiooefque tum inter fe, tum cum nu- «
perrima Parifiana contuli, quid in fingu- «
lis præftitum fit, quid in omnibus defi- «
ciat animadverti..... Dum de pecuniis, «
quæ operis totius nervus, fine quibus «
omnes conatus irriti, multum delibera- «
rem, tandem honc modum excogitavi, «
ut qui nummos fuppeditarent, pleraque «
exemplaria imprimenda inter fe parti- «

E uj

» rentur, unde assiduis meipsius aliorum-» que laboribus, pecunias quæ ad sumptus » perferendos sufficerent (si omnes fidem » liberassent) & à variis sub chirographo » promissas procuravi....

(19) *Sub finem ita scribit.* » Viros etiam » doctissimos conquisivi; qui prelorum cor-» rectioni & exemplarium quorumdam col-» lationi, &c. invigilantes mecum conti-» nuò adessent: *Edmundum Castellum*, qui in » Samaritanis, Syriacis, Arabicis & Æthio-» picis nullam non adhibuit diligentiam, » Cantici Canticorum Æthiopici versio-» nem Latinam procudit, nec non anno-» tationes doctissimas in earumdem lingua-» rum versiones elaboravit. *Alexandrum* » *Huissum* qui in versione Græca LXX. » Interpr. Textu Græco Novi Testamenti » & Vulgatâ Latinâ operam impendit, nec » non antiquissimum nostrum exemplar » MS. Alexandrinum cum Romana Test. » Vet. & Rob. Stephani Test. Novi editio-» ne contulit, variantesque lectiones, quæ » singulis paginis apponuntur, diligenter » collegit. *Samuelem Clericum*, qui in textu » Hebræo, Chaldaica Paraphrasi, nec non » Evangeliis Persicis, quorum versionem » Latinam dedit, nullum non laborem » obiit: Nec prætereundus *Thomas Hyde* » summæ spei juvenis, qui in linguis Orien-» talibus supra ætatem magnos progressus » fecit, quorum specimina dedit tum in » Arabicis, Syriacis, Persicis, &c. corri-» gendis, tum in Pentateucho Persico cha-» racteribus Persicis describendo, qui antea » solis Hebræis extitit, ejusque versionem » Latinam concinnando. Novum Testa-» mentum Æthiopicum Latinè vertit Dud-» leius Loftusius J. V. D. Dubliniensis, qui » schedas suas ex Hibernia mihi misit, » quas cum ipse prelo abesset, D. Castellus » revidit ultimamque manum eis impo-» suit.

(20) *Ex prolegomeno XII.* §. 20. » » Cum reliquis accuratior sit Basileensis » *editio Chaldæarum Paraphraseon*, operâ » Cl. Buxtorfii, tum in punctuatione tum » quod quæ in aliis editionibus resecantur, » hic ex MSS. antiquis restituuntur, illam » præ cœteris secuti sumus: versionem verò » Latinam quæ in Regiis primò, postea in » Parisiensi excusa, cùm non exactè Chal-» dæo respondeat, in multis ad Chaldæum » aptiùs exprimendum emendavimus, ma-» ximè verò post Pentateuchum, cùm dis-» crepantia ista versionis Latinæ à Chal-» dæo in Regiis non nisi post impressum » Pentateuchum à nobis observata sit. Ubi » tamen Regia & Basileensia exemplaria » variant, versionem Latinam alio chara-» ctere distinctam notavimus.

(21) *Ex his jam allatis patet concinna-tam fuisse pene totam hanc editionem ex variis præcedentibus, quibus nova adjuncta sunt. Quænam illæ sint, paucis exponendum est. Textus Hebræus cum versione interlineari Latina tam hujus textus, quam Græci Novi Testamenti ex Bibliis Regiis desumptus est. Paraphrases Chaldaicæ ex editione Basil. anni* 1619. *præter Pseudo-Jonathanem qui ex edit. anni* 1591. *vel* 1614. *vel* 1640. *Parisiensis Editio textum Arabicum totius sacræ Scripturæ, Syriacum veteris Testam. cui additi sunt quidam libri, & utrumque Pentateuchum Samaritanum suppeditavit, Novum autem Testamentum Syriacum ex editione Tremelliana cum ejus Latina versione exscriptum est, adjectis* 4. *Epistolis Canonicis & Apocalipsi ex codicibus editis Pocockii & Lud. de Dieu cum eorumdem interpretat. Latina. Versio Græca LXX. Interpretum & eorum Latina translatio cum Vulgata Latina juxta exemplaria Romana an.* 1587, 1588, & 1592. *excusa sunt. Sed Novum Testamentum Græcum, ex Editione Rob. Stephani, Psalterium, Canticum Cantic. & Novum Testamentum Æthiopicum ad Romanos codices anni* 1513. & 1549. *Liber Tobiæ Hebræus ex editione Fagiana & Munsteriana an.* 1542. *Pentateuchus denique Persicus ad exemplar Constantinopolitanum anni* 1546. *editus est. Igitur hæ tantum versiones fuerunt hac in editione primùm typis exaratæ, sc. Syriaca librorum Tobiæ, Judith, Esther, Baruch, primi Machabæorum, historiæ Mulieris adulteræ, Arabica quarumdam lacunarum in prophetia Hieremiæ, & Persica quatuor Evangeliorum, cum Latinis earumdem interpretationibus.*

(22) *Tomus I. editus anno* 1654. *complectitur Pentateuchum Hebr. Judæo-Samaritanum & Chaldæo-Samaritanum, Græcum, Lat. Syr. & Arabicum cum versionibus Latinis. Præmittuntur quidam tractatus suprà notati, in primis Waltoni prolegomena sexdecim. Tomus II. qui anno* 1655. *absolutus est & III. qui anno* 1656. *cæteros canonis Hebraici libros, Hebr. Chald. Gr. Lat. & Arabicè. Tomus IV. qui excusus est anno* 1657. *Libros Deuterocanonicos, Syr. Arab. Gr. & Latinè, & triplicem Targum in Pentateuchum Pseudo-Jonathanis, Hierosolymitanum & Persicum Jacobi Tawsensis. Tomus V. Novum Testamentum Gr. Syr. Arab. Æthiop. & Latinè cum quatuor Evangeliis Persicè. Tomus VI. appendicem in qua tractatus, annotationes, observationes, variæ lectiones & indices.*

(23) *Edi cœpta, ut legitur in infima parte effigiei Waltoni, Bibliis suis præmissæ, anno* 1653. & *absoluta* 1657.

Carolo II. ad Regium solium revocato Epistolam nuncupatoriam scripsit Waltonus, quam his præfixit Bibliis: ob hanc rem fuit

à Carolo Episcopus Cestriensis designatus. A

Hæc editio Parisiensi accuratior, multis locupletior accessionibus, textiis & versionum dispositione ad usum maximè accommodata. Variantes tamen lectiones Novi Testamenti in his Polyglottis mendosè admodum ac negligenter recensitas esse monet Joannes Jaubertus in Prolegomenis ad varias lectiones in Matthæum.

» Ad ora invidorum obstruenda libet *(inquit Waltonus pag. 92. præfationis Introductionis ad lectionem linguarum Orientalium anno 1655. vice secunda excusæ)* » B
» paucis Catalogum eorum quæ in hac edi-
» tione supra Parisiensem, vel jam præsti-
» ta, vel auxilio divino præstanda expe-
» ctari possunt, hîc contexere.

» I. Textus & versiones, qui in diver-
» sis voluminibus habentur in Parisiana
» editione, hîc simul per varias columnas
» in singulis paginis lectori objiciuntur,
» ita ut omnes uno instuitu aspicere, colla-
» tionemque instituere possit sine aliorum
» librorum evolutione.

» II. Editio nostra qnanquam studioso-
» rum usibus magis accommodata vix
» quarta parte pretii Parisianæ constabit.

» III. Multa etiam exhibebit quæ in
» Parisiana non habentur, qualia sunt quæ
» sequuntur.

» 1. Versio interlinearis textûs, Pagnini
» & Ariæ Montani.

» 2. Versio LXX. editionis Romanæ
» exemplar Vaticanum, omnium quæ ho-
» die extant maxime genuinum.

» 3. Vetus etiam Vulgata Latina τῶν ὁ
» ex Patribus Latinis per Nobilium com- D
» pilata.

» 4. Msc. Alexandrinum 70. versionis è
» Bibliotheca Regia (*Londinensi*) desump-
» tum, quatenus à Romano differt, ad fi-
» nem cujusque columnæ annexum.

» 5. Versionis Samaritanæ ubi à textu
» Samaritano differt translatio Latina.

» 6. Pentateuchus Persicus Jac. Tusii
» charactere Persico cum versione Latina.

» 7. Chaldaica Jonathanis (quæ dicitur)
» Paraphrasis in Legem cum versione Latina.

» 8. Targum seu Paraphrasis Hieroso- E
» lymitana cum versione Latina.

» 9. Psalmi Æthiopici, Canticum Can-
» tic. & Novum Testamentum Æthiopi-
» cum cum versione Latina.

» 10. Quatuor Evangelia Persico-Latina.

» 11. Libri Esther, Tobit, Judith &
» Machabæorum primus Syriaco-Latini.

» 12. Prolegomena seu Apparatus in qui-
» bus quæstiones quæ de Textu Hebr. &
» Græco, (*& quæ supra num. 18. indicavi-
» mus.*)

» 13. Variæ lectiones textus Hebr. ubi
» de Keri & Ketib. &c.

14. Differentiæ Textûs Hebr. à Textu «
Samaritano cum variis lectionibus ex «
codicum Samaritanorum collatione (*fa- «
cta cum ipso Waltono & Joanne Lightfoot*) «
notis & observationibus viri doctissimi «
Edm. Castelli operâ collectio. «

15. Flaminii Nobilii in Roman. 70. «
notæ & lectiones variæ longe doctissimæ «
cum fragmentis veterum translationum «
per Drusium & alios collectis. «

16. Patricii Junii annotationes ad MS. «
Alexandrinum cum aliis aliorum virorum «
ex mss. & antiquis scriptoribus à Nobilio «
& Junio prætermissis. «

17. Syriacæ versionis & Arabicæ cum «
mss. variis Syriacis & Arabicis collatæ va- «
riantes lectiones cum notis & observatio- «
nibus opera virorum doctorum (*sc. Syriacæ veteris Test. ab Herberto Thorndicio, Arabicæ V. T. ab Eduardo Pocockio, quibus adduntur Persica à Thoma Gravio; Æthiopica ab Edm. Castello*) collectæ.

18. Variæ lectiones Chaldaicæ Paraphraseos ex variis exemplaribus cum no- C
tis & observationibus studio viri doctissimi *Samuelis Clerici* collectæ.

19. Indices varii rerum & verborum.

IV. Præter prædicta omnia, quæ in «
Parisiensibus non habentur, versiones «
etiam quas habent Parisienses, ex melio- «
ribus exemplaribus & mss. exhibemus. «
1. Samaritanam, Syriacam & Arabicam, «
collatione variorum mss. antiquissimo- «
rum, in plurimis locis obscuris vel male «
redditis, Typographi vel exemplarium «
vitio, emendatas. «

2. Chaldaicam Paraphrasim exhibemus «
editionis Basileensis ab infinitis in punctua- «
tione erroribus, quæ erant in Veneta «
Complut. Regia & Paris. ad analogiam «
Esdræ & Danielis immensis Buxtorfii la- «
boribus restitutam. «

3. Vulgatam Latinam juxta exempla- «
ria emendatam & recognitam & à diversis «
mendarum millibus repurgatam cum cor- «
rectionibus Romanis Lucæ Brugensis. «
Hactenus Waltonus. «

Samuelis Clerici operâ ac studiis laudatissimis in parato est apud Oxonienses septimum Bibliorum Polyglottorum volumen cum versionibus antiquissimis, nec adhuc unquam editis, non Chaldaica tantùm librorum Paraleipomenωn, sed Syriacis insuper, Æthiopicis, Copticis, Arabicis, Persicis contextum. *Edm. Castellus in Præfat. Lexici Polyglotti.*

Rem clariùs explicat idem Castellus in annexo ad epistolam suam Joanni Lightfoot scriptam & inter Lightfooti opera posthuma relatam epist. 16. Ut prela (quæ excuden- «
dis Bibliis occupata fuerunt) habeant, «

» quod cum orbe, præter hoc designatum A
» Lexicon (sc. Heptaglotton) communi-
» cent, varii Tractatus, huic Biblico operi
» homogenei à variis nostris commendan-
» tur, videlicèt Manuscriptum Buxtorfii
» Senioris propriâ manu exaratum de va-
» riis *Chaldaicorum* Paraphrastarum lectio-
» nibus, à filio ejus nobis pridem transf-
» missum. *Christianus Arabicus Pentatem-
» chus* in Oxoniensi Bibliotheca (qui enim
» hactenus extant, Auctores habent Ju-
» dæos, seu Mahumedanos, sive, ut alii
» volunt, Samaritanos) cum prolixa præ- B
» fatione de Origenis Hexaplis, &c. *Ma-
» nuscriptum Psalmorum Arabicum*, ab eo
» quod jam extat, longiùs recedens, &
» Hebraico magis accedens: *Arabicum
» MS. Prophetarum* (olim Seldeni, nunc
» in Bibl. Oxoniensi) ex quo quæ in edi-
» tione Parisiensi his illic deficiunt, in no-
» stris Bibliis supplevimus. *Fragmenta quæ-
» dam apocryphorum Arabicè.* Secundùm
» *Targum in librum Esther. S. Matthæi Evan-
» gelium Hebraicum* editionis optimæ, &
» *Epistola ad Hebræos. Quatuor Evangelia* C
» *Syriacè* ab alio translata, & *quartus liber
» Macchabæorum.* Omnes *hymni Scripturæ
» Æthiopicè*, quorum exemplar MS. com-
» modato nobis dedit D. Pocockius. *Psal-
» mi Persici. Hieronymi versio Psalterii.* De
» his omnibus tuum judicium & senten-
» tiam humillimè petimus; insuper an scias
» aliquas Scripturæ partes alicubi delites-
» cere in lingua Armeniaca (penes Docto-
» rem Walton quatuor Evangelia in illa
» lingua sunt) aut Æthiopica, aut Copti- D
» ca, & quibus illæ mediis possint obti-
» neri. «

Ex Epistola ejusdem Castelli Carolo II. Magnæ Britanniæ Regi nuncupata & præfixa Lexico Heptaglotto » Annus (*scilicet*
» 1669.) jam agitur decimus septimus, ex
» quo (*hoc est anno* 1652.) relicto rure pa-
» terno, immanibus hisce atque tremendis
» ausis (talia fuerunt certè) non sine M. T.
» consensu, quum primùm specimen hujus
» operis sub ejus initium ob oculos fuit po-
» situm; me submisi invitus admodum, E
» animoque multùm horescente.... Mihi
» vero, in molendino hoc per tot anno-
» rum lustra indesinenter occupato, dies
» ille tanquam festus & otiosus visus est, in
» quo tam Bibliis Polyglottis quàm Lexi-
» cis hisce provehendis sexdecim aut octo-
» decim horas dietim non insudavi. Mitto
» privata quæ corpori in curriculo hujus
» operis contigerunt mala, membrorum
» confractiones, luxationes, contusiones;
» quodque, præ omnibus, hisce gravissime
» dolet, oculorum lumen, perpetuis atque
» indefessis vigiliis tantum non ademp-
» tum, &c. «

BIBLIA POLYGLOTTA Alexandrina.

EDITIO SUPPOSITITIA.

Non omittenda est hic Librariorum quorumdam in supponendis novis Bibliorum editionibus mala fides. Ex libris editis (Bi- «
bliothecæ Chigianæ) præclara sunt *Bi- «
blia Polyglotta* Parisiensibus typis ante «
annos quadraginta expensis Jaianis im- «
pressa, & pretioso operta corio: quibus «
Alexandro VII. fucum facere tentarunt «
Hollandici typographi tres, Joannes Jans- «
sonius *à Waesberge*, Johannes Jacobi «
Chipper & Elisæus *Weirstraet*. Hi cum an- «
no MDCLXVI. Romam librorum ve- «
nalium causâ adventassent, primum ho- «
rum librorum folium, quod titulum ope- «
ris continet, cum anno & loco impres- «
sionis, novis typis recudi curarunt, ad- «
jectâ epistolâ nuncupatoriâ ad Alexan- «
drum VII. in cujus gratiam hanc editio- «
nem primò factam fuisse videri voluerunt. «
Specimen ita habet: BIBLIA ALEXAN- «
DRINA HEPTAGLOTTA *auspiciis S. D.* «
Alexandri VII. anno Sessionis ejus XII. «
feliciter inchoato. Lutetiæ Parisiorum pro- «
stant apud Joannem Janssonium à Waesber- «
ge, Joannem Jacobi Chipper, Elisæum «
Weirstraet MDCLXVI. Sic titulus: «
Præfatio seu epistola hoc modo exordium «
habet. «

Alexandro VII. divina providentia «
Pontifici maximo felicitatem & longævita- «
tem. Ab ultimis Belgarum, Urbem Do- «
minam, Sedem vestram, Romam divi- «
narum litterarum sarcinâ instructi magis «
quàm onusti.... animis passibúsque sub- «
intramus.... dona quæ septemplex sacræ «
Scripturæ facies facit, deferimus, &c. «
Hæc ex Joannis Mabillonii Itinerario Italico. pag. 95. Tom. I. Musæi Italici.

BIBLIA POLYGLOTTA Reineccii.

BIBLIA quadrilinguia, sive Hebræa, Græca, Latina & Germanica veteris Testamenti, diversis lectionibus & annotationibus criticis & exegeticis instructa, accurante Christiano Reineccio, &c. fol. Lipsiæ sumptibus Hæredum Lanckisianorum.

BIBLIA Sacra quadrilingua Novi Testamenti Græci, cum versionibus Syriaca, Græca Vulgari, Latina (Seb. Schmidii) & Germanica (Martini Lutheri.) Universa ad optimas quasque Editiones recognita, adjectis variantibus lectionibus, tum Græcis ex edit. N. T. Joan. Millii,

Millii, tum Syriacis ex Polyglottis Anglicanis & Ed. Schaafii, &c. nec non locis parallelis & annotationibus Philologicis & Exegeticis: accurante Christiano Reineccio, SS. Theol. Baccal. fol. Lipsiæ, sumptibus Hæredum Lanckisianorum 1713.

»Textui divino Græco in prima, quam vocant, columna ab uno latere Editor junxit versionem Syriacam, & ab altero versionem Græcam Vulgarem. Quarum quidem versionum in Præfatione & ætatem diversam & auctoritatem agnoscit: B utilitatem tamen utriusque deprædicat & enixe commendat. In secunda columna locavit versionem Latinam & Germanicam, & de harum quoque versionum præstantia, Latinæ ad textum authenticum revisionem, & Germanicæ ad antiquissimas editiones, ipsasque eas, quæ, vivo Luthero, in primis Wittebergæ prodierunt, emendatione, quæ visa sunt necessaria edisserere se meminit Editor in præfatione ad quadrilinguia V. T. In Latina N. T. versione Seb. Schmidii C mala correxit.« *Acta erudit. Lipsiensia, Februar. 1714. pag. 52.*

BIBL. POLYGL. PARTES.

EPITOME Bibliorum continens insigniora veteris & novi Testamenti dicta, in sex linguis, Hebr. Chald. Syr. Gr. Lat. & Germanicè, studio Valentini Schindleri. 8. Wittebergæ 1578.

Pentateuchus Hebræo-Chaldæo-Persico-Arabicus in tres descriptus colum- D nas, in media textus Hebraicus (*literâ majori, reliqui literâ minori,*) in læva paraphrasis Chaldaica Onkelosi, in dextra versio Persica R. Jacob F. Joseph מאוס Tavos sive Tusensis; in superiori parte paraphrasis Arabica R. Saadiæ Gaonis, & in inferiori commentarius Râsi. Omnia charactere quadrato Hebraico cum punctis, in folio. *In fine Geneseos legitur:* Absolutus est liber Geneseos in domo Eliezeris Berab Gerson Soncinaris; *& in fine Deuteronomii:* Completum est hoc E opus, opus cœlorum; die 16. mensis Scheveth, anno השו 5306. creationis, (*qui est Christi 1546.*) *Constantinopoli editum esse constat ex sequenti editione; † itemque ex Rabbi Schabbatai Siphte Jeschenim, ubi hoc opus Constantinopoli impressum commemoratur, lit.* ח. *num. 53. Thessalonicæ factam fuisse hanc editionem non rectè asserit Joannes Morinus in Epist. ad Th. Crombertum pag. 203. Antiq. Eccl. Orient.* »R. Saadias apud Judæos celeberrimus ante sexcentos & quinquaginta annos (*hoc est anno D. 983. hæc enim scribebat Morinus anno 1633.*)

A Legem κατὰ λέξιν transtulit, quæ Thessalonicæ ab ipsis Judæis charactere Hebræo excusa est, cujus exemplar penes nos est.«

»Hæc versio *Arabica literis Hebraicis exarata, juxta Pocockium*, passim mendis scatet, exemplaris aliquando forsan quod secuti sunt vitio, aliàs eorum qui vocales apposuerunt Grammaticæ Arabicæ linguæque proprietati minùs consonas, sive imperitiâ sive negligentiâ. V. *Ejus Præfatio in variantes lectiones Arabicas, tomo VI. Bibl. Polygl. Anglicanorum pag. 2.*

Ea futiliter dicuntur; puncta namque Arabum vocalia characteribus Hebraicis non potuerunt exprimi: hujus autem exemplaris punctatio, habita pronunciationis ratione, accurata est. Eodem quoque modo egerunt Judæi in suis Persicis translationibus tam excusis quàm manu exaratis.« *Hæc ad me scripsit Euseb. Renaudot.*

Pentateuchus Hebraicus, Chaldaicus, Hispanicus & Barbaro-Græcus, triplici distinctus columnâ. In medio textus Hebraicus, ad latus dextrum versio Hispanica *vetus Judæorum Hispanorum*, ad sinistrum versio Barbaro-Græca, *utraque ex Hebræo:* suprà Targum Onkelosi, infrà Commentarius Râsi. Omnia literis Hebraicis, in folio. *Ad calcem legitur:* Initium libri hujus in principio mensis Thamus, anno השז 5307. creationis (*qui est Christi 1547.*) Constantinopoli in domo Eliezeris Berah Gerson Soncinatis.

Sabtai *in Bibliotheca Rabbinica pag. 85.* notat hunc Pentateuchum fuisse editum anno שיב 312. (Christi 1552. *Si* ה *sumatur pro 5.* השיב significabit annum 312.

Utriusque exemplar, quod non est vulgare, reperitur in Bibliotheca Regia & in Oratoriana. »In his versionibus sermonem Græcum vulgarem & Hispanicum agnoscere difficile est, adeò frequentes occurrunt in illis Hebraismi. *Rich. Simon in disquis. Criticis de variis Bibliorum editionibus cap. 14. pag. 107.*

»Licet Hebraismi referta sit hæc interpretatio, utpote ad verbum confecta (id enim omnibus Judæorum versionibus Biblicis congruit) nihilominus tamen Hispanicum sermonem repræsentat, *ut me monuit vir eruditissimus Eus. Renaudot.*

Geneseos liber Hebraicè, Chaldaicè, Græcè, Latinè & Germanicè, studio Joannis Draconitæ, fol. Wittebergæ 1563. *Forsan quinque ejusdem libri priora duntaxat capita typis excusa fuerunt.*

Genesis Ebraicè, Græcè, Latinè & Germanicè, studio Eliæ Hutteri, in 8°. Norimbergæ 1601.

Palæstra linguarum Orientalium, hoc est: Quatuor primorum capitum Gene-

seos I. Textus originalis tam ex Judæorum quàm Samaritanorum traditionibus. II. Targumim seu paraphrases Chaldaicæ & Orientales præcipuæ, nempe Chaldaicæ Onkelosi, Jonathanis & Hierosolymitana; Syriaca, Samaritana, Arabica, Æthiopica & Persica: omnia cum versione Latina ex Bibliis Polyglottis Anglicanis *(præter Paraphrasin Æthiopicam quam cum versione Latina ex editione Clar. Dn. Burcklini mutuati sumus, ait editor in præfatione)* curâ Georgii Othonis, cum ejus præfatione, in 4. Francofurti ad Mœnum, typis Martini Jaqueti 1702.

Josuæ historia duplici editione: *Hebraica & (a) Græca*. Ajuncta est duplex *versio Latina*, quarum altera Hebraicam illam, altera Græcam penè ad verbum repræsentat. Et insuper interpretatio Chaldaica, ubi ab Hebræo discessit, Latinè est in marginibus expressa. Subjecta est etiam Vulgata Latina. Additæ sunt prætereà annotationes & commentaria. Omnia fideli studio & industriâ Andreæ Masii, in fol. Antverpiæ, typis Christoph. Plantini 1574.

» (a) Hæc septuaginta duorum Interpretum quidem est, sed admistione verborum Theodotionis suppleta atque asteriscis, obeliscisque & limniscis, ut olim ab Adamantio, ubique distincta, illustratáque: & ab incredibiliter multis mendis repurgata. *Masius in præfatione.*

Esaias Propheta Hebraicè, Græcè, Latinè ex versione S. Hieronymi, & ex versione Seb. Munsteri. Accessit succincta difficilium Hebraicorum vocabulorum expositio collecta ex Davidis Kimchi commentario, in 4. Basileæ, per Henricum Petrum *absque nota temporis.*

Esaias Ebraicè, Græcè & Latinè studio Eliæ Hutteri, in 4. Norimbergæ 1601.

Hoseas Ebraicè & Chaldaicè cum duplici versione Latina, *Santis Pagnini ex Ebræo & altera Alphonsi de Zamora ex Chaldæo*, commentariis Ebraicis Rasi, Aben Esræ, & Davidis Kimhhi, Masora item parva, ejusque & commentariorum Latina quoque *à Joanne Mercero facta* versione. Accedunt in fine succinctæ sed necessariæ annotationes Guilielmi Coddæi, in 4. Leidæ, typis Joannis Maire 1621.

Jonas Propheta Hebraicè, Chaldaicè, Græcè & Latinè, studio Sebast. Munsteri, 8°. Basileæ, Froben 1524.

Jonas Propheta Hebraicè, Græcè, Latinè & Germanicè, in 8°. Magdeburgi 1697.

Jonas illustratus *Heb. Chald. & Latinè* per paraphrasim Chaldaicam, Masoram magnam & parvam, & per triunt Rabbinorum textum Rabbinicum punctatum, nec non per varias notas philologicas, authore Joanne Leusden, in 8. Trajecti ad Rhenum, typis Gilberti à Zijll. 1656.

Idem recusus nonnullis omissis, in 8°. ibidem 1692.

Joel & Abdias Hebraicè, Chaldaicè & Latinè *eodem ordine dispositus* per eundem, 8°. Ibidem 1657.

Joel & Micha, Zacharias & Malachias Hebr. Chald. Græcè, Latinè & Germanicè studio Joannis Draconitæ editi. fol. Witteb. 1565.

Ludovici Mich. Crocii Specimen philologicum, sive Prophetia Obadiæ Hebr. Chald. Syr. & Arab. 4. Bremæ 1673.

Malachias Ebraicè, Græcè & Latinè studio Eliæ Hutteri, in 4. Norimbergæ 1601.

Psalterium Hebreum, Grecum, Arabicum & Chaldeum, cum tribus Latinis interpretationibus & glossis, *sive* Octaplus Psalterii Augustini Justiniani Genuensis, cujus 1. Columnella habet Hebream editionem, 2. Latinam *Justiniani* interpretationem respondentem Hebree de verbo ad verbum, 3. Latinam communem, 4. Grecam, 5. Arabicam, 6. Paraphrasim sermone quidem Chaldeo sed literis Hebraicis conscriptam, 7. Latinam *Justiniani* respondentem Chaldee, ultima, hoc est *octava* continet *ejusdem* scholia, id est annotationes sparsas & intercisas. (Præmittitur ejus præfatio ad Leonem X. Pont. Max.) *Ad calcem hæc leguntur:* Impressit miro ingenio Petrus Paulus Porrus, Genuæ in ædibus Nicolai Justiniani Pauli, præsidente Reipublicæ Genuensi pro serenissimo Francorum rege, præstanti viro Octaviano Fulgoso, anno christianæ salutis millesimo quingentesimo sexto decimo, mense Novembri.

Hic liber columnarum numero Octaplus, linguarum vero Pentaglottus dicendus est.

Ex præfatione. » Accesserunt (qui fuit « præcipuus labor) novæ ex Hebreo & « Chaldeo interpretationes, sed & scholia « quædam in maximè necessariis locis ad- « didimus; quibus omnibus si lepor & ele- « gantia verborum desiderabitur, cogitet « quilibet æquus rei arbiter contendisse « nos non tam ut eleganter quàm ut ex fi- « de verba responderent verbis, sensaque « sensibus. «

Primus postremis hisce temporibus no- « men suum duplici sacrorum librorum in- « terpretatione, alterâ ex Hebræis, ex « Chaldæis alterâ celebravit Augustinus « Justinianus, verba verbis totidem, iisque « selectis nec impuris in utraque retulit, «

» fidemque suam ac diligentiam doctis omnibus probavit. *Huetius de claris interpr.* » §. 13.

Psalterium in quatuor linguis, Hebræa, Græca, Chaldaica, *aut veriùs Æthiopica* & Latina. *Ad calcem subjicitur Epistola Joannis Potken, cujus studio & operâ facta est hæc editio*, fol. impressum Coloniæ 1518. IV. Idus Jun.

Ex hac Epistola. » Cumque maximam » Indiæ majoris, quæ & Æthiopia sub Ægypto est, Regis à puero audissem esse » potentiam.... linguam ipsam Chaldæam » ab eis (*Monachis*) ad tantam sufficien- » tiam didici, ut mihi persuaderem me » posse Psalterium David arte impressoria » edere, ut & quinquennio vix exacto Romæ edidi: (*sc.* 1513.) sed cum homo » Germanus, in patriam post multa lustra » reversus, patriæ me fatear debitorem: » Psalterium ipsum, non modo in hac Chaldæa, per me in Europam importari cœpta, sed & Hebræa, & Græca ac Latina » linguis imprimi curavi.... retegens etiam » quod Græca, Latina & Chaldæa translationes ex septuaginta Interpretibus, » non ex Hebræa veritate, descenderunt. » Adjutorem in his habui Johannem Soter, » aliàs Heyl, affinem mei charissimum, barum quatuor linguarum studiosum. «

Psalterium Hebraicè, Græcè & Latinè tam ex versione S. Hieronymi secundùm Hebraicam veritatem quàm ex Vulgata Latina, curâ & studio Desid. Erasmi & Conr. Pellicani V. *S. Hieronymi opera*, in fol. Basileæ, typis Amerbachii 1518.

Ex præfatione Brunonis Amerbachii. Veteri probatæque Theologiæ plurimum » lucis accessurum ex hac castissima Hieronymianorum operum editione, quàm » in primis Erasmo, non nihil etiam nobis » studiosi ferre debent acceptum.... Nos » huic octavo tomo corollarii vice quadruplex Psalterium adjecimus, videlicet » & Hebraicum, & huic oppositam D. Hieronymi versionem, quam vulgò Hebræam veritatem appellant, Græcum » item, cui respondet è regione tralatio » quæ passim legitur, ἄδηλον, hoc est incerto auctore.... & in Hebraicis præcipue curavimus, ut quàm minimum ab » archetypis & his antiquissimis discedere- » mus.... Porro fatemur ingenuè hoc negotii ἐκ δυοῖν ποίας, quod aiunt, nos confecisse, sed adjutus opera doctissimi pariter » & humanissimi Patris Conradi Pellicani » Rubeaquensis, ex familia D. Francisci, » cujus auspicio potissimum hæc res peracta » est. *Hæc Amerbachius.*

Psalterium sextuplex, Hebraicum cum tribus Latinis versionibus, scilicet S. Hieronymi, Santis Pagnini & Felicis Pratensis: Græcum LXX. Interpretum cum Latina Vulgata, in 8°. Lugduni, typis Sebastiani Gryphii 1530.

Psalterium Hebraicum & Græcum cum duplici Latinâ versione. V. *S. Hieronymi opera*, fol. Ibidem 1531. & Parisiis, typis Carolæ Guillard 1545.

Psalterium Hebraicè, Græcè & Latinè ad veterum exemplarium fidem per Petrum Artopœum emendatum & explicatum, cum Felicis Pratensis interpretatione & Joannis Campensis paraphrasi, additis aliquot doctissimorum virorum correctionibus, in 8°. Basileæ, typis Henrici Petri 1545.

Psalterium Hebraicè, Græcè & Latinè per eundem Artopœum, in 16. Basileæ, typis Henrici Petri 1545. Idem, in 8°. Ibidem, iisdem typis 1548. Idem, in 8°. Ibidem *absque anno.* Idem in 8°. Ibid. 1569.

Psalterium Davidis Hebr. Chal. Gr. Lat. & Germanicè studio Joannis Draconitæ editum, fol. Wittebergæ 1565.

Psalterium Ebraicè, Græcè, Latinè & Germanicè, studio Eliæ Hutteri, in 8°. Noribergæ 1602. & Amstelodami 1615. *Eadem prorsus editio.*

Psalterium Hebraicè, Græcè & Latinè. V. *Biblia Latina Gordoni*, in folio. Parisiis 1632.

Psalterium Ebraicè, Chaldaicè, Syriacè, Arabicè, Græcè & Latinè cum interpretatione Jacobi Gerschovii, fol. Rostochii 1643.

† Psalterium Davidis Copticè, Arabicè, Latinè, studio Th. Petræi, in 4°. Lugd. Bat. 1663. V. *Catal. Bibl. Golii pag.* 88. *De Petræi editione hæc habet Hottingerus pag.* 189. *dissert. de translat. Bibl. in linguas vernaculas.* » Theodorus Petræus « specimen Psalt. Coptici, cujus editionem « integram cum versione Arabica & Latina Anglia jam meditatur, communica- « vit, 1. & 2. *versiculus Psalmi* 1. *speciminis loco characteribus Græcis expressi hic referuntur.*

Dyodecas aureorum Psalmorum Davidicorum, qui sunt præcipui prophetici de Jesu Christo, nempe 2. 8. 16. 22. 40. 45. 68. 69. 72. 97. 110. & 118. Hebraicè, Chaldaicè cum Latina versione, & Græcè ex LXX. Interpretibus, in 8°. Bremæ, typis Thomæ Villeriani 1614.

Psalmi Davidis decem (*sc.* 13. 25. 47. 48. 61. 65. 72. 95. 148. 150.) Hebr. Item sex Sacræ Scripturæ Veteris Testamenti integra capitula: prisco Hebræo metro restituit omnia, & cum tribus interpretationibus (Gr. Lat & Germ.) adparere voluit Marcus Meibomius, in folio. Amstelodami 1690. Idem in folio, ibidem

1698. *Eadem est editio ac præcedens ut notatur ad calcem.*

Psalmi septem pœnitentiales, Hebraicè, Latinè & Germanicè à Joanne Bochenstein, in 4°. Augustæ Vindelicorum 1520.

Psalmus CXIX. Hebr. Chaldaicè, Syriacè & Arabicè cum commentariis Rasi, è regione posita textuum istorum Latina versione & notis Massorethicis, in 4°. Argentorati 1700.

Psalmi 113. versus 3. *A Solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini*: Veluti B specimen quoddam variarum translationum Sacræ Scripturæ in linguas 37. V. *Augusti Pfeifferi* scriptum Germanicum, in 4°. Wittebergæ 1670. & ejus *Critica Sacra* in 8°. pag. 346. secundæ editionis.

Proverbia Salomonis Hebraicè, Chaldaicè, Græcè, Latinè & Germanicè, studio Joan. Draconitæ edita. fol. Wittebergæ 1564.

Canticum Canticorum Æthiop. Arab. & Latinè cum notis Joannis Georg. Nisselii, 4°. Leidæ 1656.

Threni Hieremiæ Hebr.Gr. & Lat. ex C duplici versione S. Hieronymi & Munsteri. 8°. Basileæ 1552.

Ruth libellus Ebraicè, Græcè, Latinè & Germanicè à Cornelio Neandro editus, in 8°. Wittebergæ 1592.

Novum Testamentum Græcè & Latinè ex versionis Theod. Bezæ secundâ editione, cum interpretatione Syriaca, Hebræis typis *adjectis punctis vocalibus* descripta, plerisque etiam locis emendata, (*quatuor ex* VII. *Epistolis Canonicis ab-* D *sunt*) eadem Latino sermone reddita, authore Emmanuele Tremellio, *qui præfationem Elizabethæ Anglorum Reginæ nuncupavit*, in folio. Excudebat Henricus Stephanus 1569.

Idem in fol. Lugduni in Bibliopolio Salamandræ 1571. *Eadem est prorsus ac præcedens editio.*

Ex præfatione Tremellii. » Theodorus » Beza novi fœderis volumina de Græco » dedit Latina, sed ego quâ nescio dexte- » ritate, certe quâ potui diligentiâ, de ser- E » mone Syriaco expressa, offero.... Syriaca » nostra versio, si fortè non tota, majori » tamen ex parte ex archetypo Græco fi- » delissimè expressa est..... Venerandam » antiquitatem abundè confirmant cùm in- » corrupta sermonis elegantia, tum defe- » ctus epistolæ Petri II. Joannis II. & III. » B. Judæ, Apocalypseos & accusationis » adulteræ apud Joannem cap. 8.... Hæc » apud Syros dicuntur extare, *sed* in anti- » quissimis harum nationum libris desunt » omnia.... Illustria passim edidimus docu- » menta ex longè antiquissimo & optimo

A codice msc. quem Frederici III. Electoris « Palatini Bibliotheca nobis suppeditavit. « Præter quem nullum alium habere potui- « mus, eo duntaxat excepto quem Ferdi- « nandus Imperator annis abhinc amplius « duodecim (i. e. *anno* 1555.) primus ma- « gnis sumptibus & elegantibus typis ex « duobus msc. codicibus excudi curavit... « Rem ipsam (*seu editionem N. T. Syriaci*) « ante triennium (*anno* 1565.) tandem ag- « gressus sum. Prima nobis cura fuit lectio- « nis, quam si diversam invenimus, id di- « ligenter notavimus, & quod pro nostra « mediocritate optimum judicavimus, id « potissimum secuti sumus. Deinde Syria- « cum textum Hebræorum literis punctis- « que vocalibus multo certè ac tœdioso « labore descripsimos.... Præterea ex Sy- « riacis in suo genere elegantissimis Latina « fortasse non optima, sed tamen tolerabi- « lia effecimus, ut ejusmodi efficacitatem « Syriacam, quantum fieri potest, repræ- « sentent & exprimant.... Postremo quæ « jam à longo tempore in locos plerosque « obscuriores meditata habuimus, bona fide « communicamus «. *Scripta est hæc præfatio Heidelbergæ anno* 1568.

Postquam locutus fuisset Genebrardus lib. 4. *Chronol. ad ann. Chr.* 1555 *de editione Viennensi Novi Testam. hæc addit.* » Hoc « tam insigne opus aliquot annis post qui- « dam Tremellius.... Genevæ characteri- « bus Hebraicis incredibili perversitate pu- « blicavit. Primò sustulit titulos Epistola- « rum & Evangeliorum.... Deinde tabu- « lam Evangelicarum & Apostolicarum le- « ctionum suppressit.... Tertio multas mo- « tiones, quas putabat inanes præ imperi- « tia subduxit, in earum locum affixis pro « libidine punctis contra analogiam, usum « & phrasim Syrorum.... Unde si ejus edi- « tionem Syri legerent, se Syriacè illic ni- « hil aut parum legere faterentur. Quarto « non modo literas protractionis sustulit.... « sed & consonantes, præsertim literam « Nun, cujus loco solet substituere Jod, « quod nesciret apud Syros literam Nun « esse symbolum tertiarum personarum æ- « que ac primarum pluralium.... Postremo « Guidonis Fabricii Boderiani docti & Ca- « tholici laborem per plagium sibi vindi- « cavit, qui illud ante è characteribus Sy- « riacis in Hebraicos transcripserat, & ad- « dita Latina interpretatione Antverpiæ « Plantini typis emiserat, nisi quod dum « præfationes, apparatus & judicia Theo- « logicarum Academiarum & privilegia « Regum & Principum tribus aut quatuor « annis expectantur, publicatio in annum « 1572. rejecta est, quam iste anteverterit « anno 1569. *Hæc ille. Et quidem scribit Boderianus in præfatione suâ se versionem*

Latinam ex Syriaco sermone anno 1567. *ab- folvisse.* A

» Tremelliana versio Novi Testamenti » Syriaci primum anno 1569. prodiit typis » Henrici Stephani, quam ipse author *Tre-* » *mellius in præfatione* se jam anno 1565. » adornasse scribit. Fabriciana anno 1571. » seu Pars operis Regis Hispanici excusa » est, quam autor *Fabricius Bodersanus* an- » no 1567. confecisse tradit. Unde Tremel- » lium versionem suam subtrahere Fabricio » non potuisse apparet. « *Joannes Dieteman- nus apud Placcium de script. Pseudonymis* B *num.* 1015.

Novum Testamentum Græcè, Syriacè & Latinè. V. *Biblia Polyglotta* anno 1572.

Novum Testamentum Græcè, Latinè ex versione vulgata, & Syriacè literis Hebraicis, sed absque punctis, cum versione Latina & præfatione Guidonis Fabricii Boderiani ad Henricum III. Galliæ & Poloniæ Regem, in 4°. Parisiis, apud Joannem Benenatum 1584. (*Absunt etiam in hac editione quatuor Epistolæ* C *Canonicæ, Apocalypsis, Historia adulteræ & comma Epist.* 1. *S. Joannis cap.* 5. *v.* 7.) *Ad calcem legitur:* Excudebat Stephanus Prevosteau, Joannis Benenati sumptibus & labore, Parisiis pridie Calendas Novembris, anno Domini 1583.

Ex præfatione. » Jam duodecim anni » & amplius, (*sc. anno* 1572.) ex quo præ- » claræ Bibliorum editioni, unà cum fra- » tre meo Nicolao Fabricio Antverpiæ ad- » fui. Ea quidem auspiciis Regis Catholi- » ci, prælo autem Christophori Plantini, D » multoque doctorum virorum labore & » industriâ ad umbilicum tandem deducta » est. In qua præter cœteros labores mihi » cum aliis viris doctis communes, Novum » Testamentum ex charactere Syro in lite- » ras Hebraicas transcripsi, ac Latinæ in- » terpretationis facibus collustravi: Biblio- » rum verò apparatui Lexicon Syro-Chal- » daicum & Rabbinicum adjeci..... Cum » autem anno 1581.... certior factus sum » Typographum Benenatum secundam edi- » tionem secundùm exscriptionem meam E » literis Hebraicis sed absque punctis feli- » citer inchoasse, ut ab incœpto non desi- » steret, vehementer sum adhortatus; & » quidem nisi alia negotia me domum re- » vocassent, eum libenter meâ qualicum- » que operâ in rotius operis editione suble- » vassem.... Novi Testamenti Syriaci lite- » ris Hebraicis exscriptionem, & ejusdem » versionem Latinam pridem anteà à me » absolutam denuò censui recognoscen- » dam, eámque gratis & lubenter dedi edi- » tioni Regiæ inserendam. «

Novum Testam. Græcè, Latinè & Germanicè. V. *Biblia Polyglotta* 1586.

Novum Testamentum Syriacè, *secundùm editionem Tremellianam anni* 1569. *cui adjecit autor ex sua versione quædam quæ in illa deerant.* Ebraicè *ex ipsa versione Eliæ Hutteri*, Græcè, Latinè *ex vulgatâ editione*, Germanicè *ex interpretatione Lutheri*, Bohemicè *ex editione* 1593. Italicè *ex versione Genevensi anni* 1562. Hispanicè *ex Cassiodori Reyna tralatione anno* 1569. *excusa*, Gallicè *ex recognitione Genevensi anni* 1588. Anglicè *ex editione* 1561. *vel aliqua simili*, Danicè *ex editione* 1589. & Polonicè *ex editione* 1596. studio Eliæ Hutteri, 2. vol. in fol. Norimbergæ 1599.

Isthoc Bibliorum Polyglottorum opus pluribus constat linguis, quam quodcumque aliud huc usque publicatum; enimvero exceptis textu Græco, Latina & Syriaca versione, omnes cœteræ vulgaribus linguis expressæ tralationes recentissimæ sunt, & seculo decimo sexto concinnatæ. Hutterus communem in illis recensendis ordinem non sectatus est, si quidem binæ in singulis columnis conjunctæ sunt, & in sex columnis distributæ; ita ut prima earumdem linea Syram, Hebræum & Græcum exhibeat in adversa pagina; secunda vero Italicam versionem, Hispanam & Gallicam; at in recto folio priorem lineam occupant editiones Latina, Germanica & Bohemica, posteriorem Anglica, Danica & Polonica. Idem ubique ordo in sequentibus servatus est.

Idem 4. vol. 4°. Ibidem 1599—1600. *Istæ editiones sunt solâ versionum multiplicitate spectabiles.*

Ex præfatione Epistolis S. Pauli præfixa. » Integrum Novum Testamentum in lin- « guam sanctam convertendum suscepi; « converti, correxi & annuo temporis spa- « tio absolvi «. *Quatuor quoque Epistolas Canonicas, Apocalypsim, & Historiam mulieris Adulteræ, ipse in Syriacum convertit sermonem.*

N. T. Ebraicè, Græcè, Latinè, Germanicè, studio Eliæ Hutteri, 2. vol. 4°. Noribergæ 1602—1603.

N. T. Græcè, Latinè & Germanicè, studio Eilhardi Lubini, in 4°. Amstelodami, Joannis Jansonii 1614. Rostochii 1615. 4°. apud Hallevordium 1617. *Una eademque est editio.*

N. T. Ebraicè, Græcè, Latinè, Germanicè, studio Eliæ Hutteri, in 4°. Amstelodami, Joan. Walschaert 1615. *Eadem editio ac anni* 1602.

N. T. Græcè, Latinè & Gallicè ex duplici versione Theodori Bezæ, in 8°. Genevæ, Joan. de Tournes 1628.

N. T. Græcè, Syriacè, Arabicè & Latinè. V. *Biblia Parisiensia* 1645.

N. T. Græcè, Syriacè, Arabicè, Æ-

thiopicè & Latinè. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

N. T. Græcè, Latinè *ex vulgata editione*, & Gallicè *ex versione Montensi*, in 8°. Montibus *(aut potiùs Rotomagi)* 1673.

N. T. Gallicè *ex versione Genevensi*, Anglicè & Belgicè *ex editione anni* 1637. in 8°. Amstelodami, Jacobi Vander Deyster 1684.

N. T. juxta editionem Bibliorum Polyglottorum *Londinensium*, in quo textus Græcus cum versione interlineari & vulgata Latina, translationes antiquæ Syriacæ, Arabicæ, Æthiopicæ totius Novi Testamenti, Persica Evangeliorum : & singularum versiones Latinæ. Omnia ex ordine disposita cum variis lectionibus ex msc. antiquissimis undique conquisitis, optimisque exemplaribus impressis, in folio. Londini, typis Smith & Walford. 1698.

Hæc editiò nulla forsan alia est quàm quæ anno 1657. *Londini in lucem emissa est cum cæteris Bibl. Polyglottorum voluminibus ; eadem omninò complectitur. Nec vero simile est Londini tunc temporis fuisse Typographos, qui hujusmodi variis typis aliquid ederent.*

Novum Testamentum Græcum, sermone Græco literali & vulgari, Syriacum, Germanicum & Latinum. V. *Bibl. Polyglotta* 1713.

Quatuor Evangelia Hebr. Gr. Lat. & Germanicè, studio Joannis Claii, in 8°. Lipsiæ 1610.

SS. Evangelia ab Ulfila Gothorum in Moesia Episcopo circa annum Domini 360. ex Græco Gothicè translata, nunc cum parallelis versionibus, Saxo-Gothicâ vulgari, Norrænâ seu Islandicâ & vulgatâ Latinâ : omnia literis Latinis curâ & studio & cum præfatione Georgii Stiernhielmii, in 4°. Holmiæ typis Nicolai Wankif Typographi Regii 1671.

Evangelium secundùm Matthæum octolingue Hebraicè, Græcè, Latinè, Sclavonicè, Italicè, Anglicè & Belgicè, studio Henrici Kellermanni. Moscuæ 1712.

Evangelia anniversaria Dominicorum & Festorum Dierum, Germanicè, Græcè, Latinè & Hebraicè, studio & operâ Joannis Claii, 8°. Lipsiæ 1578. 1586.

† Evangeliorum & Epistolarum lectiones anniversariæ Græcè, Hebraicè, Latinè & Germanicè, studio Eliæ Hutteri, in 8°. Norimb. 1601.

In commentariis mss. Jo. Bapt. Ottii legi Hebraica, Græca & Latina Biblia precationes & benedictiones, in 12. Parisiis 1554. *In hoc volumine non textus Biblicus integer, sed aliquot partes continentur.*

Oratio Dominica in XX. linguis cum notis in lingua Teutonica impressa. *Extat inter codices msc. Bibl. Bodleianæ, cod.* 5206.

Oratio Dominica XXVI. linguis diversis studio Angeli Rocchæ edita. V. *Ejus appendix de Bibliothecæ Vaticanæ dialectis*, 4°. Romæ 1591.

Specimen XL. diversarum atque inter se differentium linguarum & dialectorum à Hieronymo Megisero è diversis auctoribus collectarum, quibus Oratio Dominica est expressa. Francofurti 1592.

Oratio Dominica L. diversis atque inter se differentibus linguis curâ Hieronymi Megiseri edita, V. *Ejus Thesaurus Polyglottus* in 4°. Francofurti 1593. in 8°. Ibidem 1603.

Oratio Dominica XL. linguarum, à Joanne Reutero edita, Rigæ 1662.

Orationis Dominicæ versiones præter authenticam ferè centum linguis, eæque longè emendatiùs quàm antehac, à probatissimis authoribus potius quàm prioribus collectoribus, jamque singulæ genuinis suæ linguæ characteribus à Barnimo Hagio (*id est Andræa Mullero*) traditæ, editæque à Thoma Ludekenio, in 4°. Berolini, ex officina Rungiana 1680.

Oratio Dominica plus centum linguis, versionibus aut characteribus reddita (*ab eodem Mullero*) & expressa, editio novissima, in 4°. Londini, Danielis Brown 1700.

Orationis Dominicæ versiones prope centum collectæ olim & illustratæ ab Andræa Mullero, nunc editæ unà cum alphabetis diversarum linguarum pene septuaginta, studio Sebastiani Gottofredi Starckii, 4°. Berolini, Jo. Liebermann 1703.

Oratio Dominica in diversas ferè omnium linguas versa, & propriis cujusque linguis characteribus expressa, unà cum dissertationibus nonnullis de linguarum origine, variisque ipsarum pronuntiationibus. Editore Joanne Chamberleynio Anglo-Britanno, in 4°. Amstelodami 1715.

« Orationis Dominicæ versiones collectas ediderunt Conrad. *Gesnerus*, Gasp. *Waserus*, ambo in Mithridate suo. Hier. deinde *Megiserus* & Ge. *Pistorius* Maverus, uterque in peculiari libro. Novissime Joannes *Wilkins* in libro Anglico de reali charactere & lingua Philosophica. Post hunc ego easdem & plures editurus eram ; ita tamen, ut non Latinis duntaxat literis descriptas versiones recenserem, & varias lectiones subnecterem, sed vel maxime singulas versiones propriis ejus linguæ characteribus exprimerem, & bonam partem, deficientibus typis, ex ære darem.

(Hæc exscripsi ex pag. 298. sed unde desumpta sunt, non indicatur.)

Epistola D. Pauli ad Romanos Græcè & Latinè ex versione vulgata, & Gallicè ex translatione Francisci de Harlay cum ejus observationibus, in 8°. Gallionis 1641.

Epistola D. Pauli ad Galatas Græcè, Syriacè, Latinè & Germanicè, in 8°. Bremæ, typis Thomæ Villeriani 1614.

Epistolæ Jacobi, Joannis & Judæ, Arabicè, Æthiopicè & Latinè, cum notis, per Nissellum & Petræum, in 4°. Leidæ 1654.

Epistolæ Anniversariæ quæ Dominicis diebus ac festis in Ecclesia (*Lutheranorum*) leguntur, Hebraicè, Græcè, Latinè ac Germanicè (Ebrææ jam recens ex Græco textu ac Syra paraphrasi factæ à Conrado Neandro) cum brevibus scholiis, 8°. Lipsiæ, Defneri 1586.



CAPUT II.

BIBLIA LINGUIS ORIENTALIBUS EDITA.

Sacros recensens codices linguis Orientalibus exaratos eundem instituti ordinem, quem in lexico suo Heptaglotto secutus est Edmundus Castellus horum idiomatum peritiâ celeberrimus. Primum locum occupat textus Hebraicus tanquam omnium versionum fundamentum, deinde Targumim seu paraphrases Chaldaicæ, quas excipiunt versiones Syriaca & Samaritana, quippe quæ ex Chaldæo quodammodo ducunt originem; sequuntur versiones Arabica, Æthiopica quæ juxta Ludolfum præcedentis velut propago est, Persica & Turcica iisdem ac Arabica utentes characteribus; agmen denique claudunt Armena, Georgiana, Coptica, Malaica, Sinica, Formosana & Malabarica quæ nullam inter se, nec cum prioribus cognationem habent.

ARTICULUS PRIMUS.

Biblia idiomate Hebræo & congeneribus dialectis expressa.

SECTIO PRIMA
BIBLIA HEBRAICA.

VETUSTISSIMÆ BIBLIORUM HEBRAICORUM EDITIONES.

» PRIMA & maxime celebris librorum veteris Testamenti Editio erat » illa Esdræ, (quem alterum Mosen vocant » Judæi) & Synedrii Magni sive Virorum » Magnæ Synagogæ, post reditum è Babylone. Nam cum toto Captivitatis tempore negligenter servata fuerint sacra volumina, quia nec erat Templum nec Tabernaculum, ubi authentica exemplaria erant deposita; codices ex variis locis collegerunt, ordinarunt, & in unum corpus redegerunt Esdras & socii; quæ vitiata erant repurgarunt & integritati suæ restituerunt, & sic canonem constituerunt: *(Hæc licet ingeniose inventa, nullis tamen certis & antiquis fulciuntur testimoniis.)* Erat vero hæc ipsorum constitutio divinæ prorsus authoritatis, cum in isto Synedrio essent non tantum Esdras, sed & Prophetarum ultimi, Haggæus, Zacharias, Malachias & (ut quibusdam videtur) Daniel, qui omnes partem Canonis ab ipsis sanciti instinctu divino prius scripserant. Libri verò hi primùm in XXIV. volumina distributi erant, ut asserit Elias Levita præfat. prima in Masoreth Hammassoreth & Buxtorfius in Comment. Massorethico cap. XI. Compendii vero causâ & ad juvandam memoriam in Libros XXII. ab ultima antiquitate distincti, juxta numerum literarum Hebraicarum. Sic Joseph in Appion. lib. 2. Eusebius Hist. Eccl. l. 3. c. 10. Hieronymus in Prologo Galeato & alii. *Walton Prolegom.* IV. §. 2.

» Veteris Testamenti post Christi adventum varias habuerunt Editiones tam Judæi quàm Christiani. Inter Judæos nobilissima illa erat Massoretharum Tiberiensium, qui ad faciliorem textus lectionem, & ut melius servaretur vera Lectio cum recta pronunciatione (quam usu & majorum traditione acceperant) puncta vocalia & accentus textui appofuerunt circa annum Christi 500. *(Viri quidam docti sequente sæculo floruisse putant)* quorum ope etiam linguæ Hebraicæ ignari eam facilè legere & addiscere possunt. Notas etiam criticas cum *Keri* & *Ketib*, quæ hodie in Bibliorum marginibus cernuntur, ex parte addiderunt. Etsi verò quædam ex nimia curiositate, quæ sine dispendio abesse poterant, excogitarunt, inventum tamen laudabile erat, & ob evidentem utilitatem ab omnibus statim receptum. *Idem ibidem* §. 7.

ANTIQUA BIBLIORUM HEBRAICORUM EXEMPLARIA.

CODICES quosdam variis sæculis, summâ curâ & studio elaborarunt insigniores Rabbini, per quos exemplaria reliqua corrigi & emendari poterant. Nam ante inventionem Artis Typographicæ, à doctioribus Rabbinis & Grammaticis libri quidam accurate, & magna

» diligentia conſcripti erant, ad quos, ut
» ad Lydium lapidem, exemplaria ſua vi-
» cini Judæi examinarunt & correxerunt.
» Quorum multos recenſet Elias in Tabulis
» fractis. Talis fuit, 1. Codex Hillelis, 2.
» Codex Ben Aſcher, qui etiam Palæſtinus
» ſive Hieroſolymitanus, ut & Ægyptius
» dicebatur, 3. Codex Ben Nepbthali ſeu
» Babylonicus, 4. Codex Sinai, 5. Penta-
» teuchus Hierichuntinus, 6. Liber Aſpa-
» mia h. e. Hiſpaniæ ſeu Codices Hiſ-
» pani.

» I. *Codex Hillelis.* De Codice hoc ſcri-
» bunt Jo. Mercerus in Prov. 24. 14. Elias
» Levita in Tabulis fractis, David Kimchi
» rad. ש[illegible] in 2. parte Grammaticæ, Jo.
» H. Hottingerus in Theſauro Philol. l. 1.
» cap. 2. ſect. 4. Jo. Morinus in Pentat. Sa-
» marit. exercit. 4 c. 9. In exercit. Biblicis
» lib. 1. Exercit. 1. cap. 2. Codex hic ab
» Hillele quodam ſcriptus & magno ſtudio
» correctus eſt; per quem vulgus Judæo-
» rum codices ſuos probarunt. Hujus codi-
» cis auctoritatem ſæpius adducit Kimchi,
» & de eo ſcribit Abraham Zacbut in Ju-
» chaſin. *Anno Mundi* 4956. *(i. e. Chriſti*
» 1196.*) defectio magna contigit in regno Le-*
» *gionenſi: eduxerunt inde librum viginti qua-*
» *tuor (ſc. Biblia) qui vocatur Hillelianus*
» *quem ſcripſit R. Hillel, & ex quo corrige-*
» *bant omnes libros. Ego autem vidi partem*
» *iſtius quæ venalebatur in Africa. Illo verò*
» *tempore nongenti erant anni cum ſcriptus*
» *erat.* Kimchi quoque parte altera Gram-
» maticæ ad dictionem למען, commemorat
» quod codex ille fuerit Toleti. *Huc uſque*
Waltonus.

» Licet ſuſpicari Hillelum hunc, *inquit*
R. Simon cap 3. de variis Bibl. edit. Hiſ-
» panum fuiſſe celeberrimumque ſcholæ
» alicujus rectorem, qui Maſorethicam edi-
» tionem jam dudum publici juris factam,
» ad vetuſta exemplaria locis aliquot re-
» formavit. Et ut ita ſentiam, *pergit idem*
» *auctor*, facit ipſa codicis Hilleliani na-
» tura, qui in perpaucis rarum, iiſque le-
» viſſimis à Maſorethicis diſcrepat .... &
» quod diverſas illius lectiones in Hiſpanis
» exemplaribus annotatas deprehenderim,
» ſecus in Germanicis & aliis. «

II. *Codices Ben Aſer, & Ben Neph-*
thali. Aaron filius Moſis de tribu Aſer,
qui vulgo vocatur *Ben Aſcher* Tiberienſis
Academiæ Rector fuit, & R. Jacob, aliis
Moſes, filius David de tribu Nephthali,
Babylonius eſſe creditur. » Erant hi Rab-
» bini, *ut ſcribit Elias*, duo capita ſeu Re-
» ctores Academiarum, & nobiles ſuo tem-
» pore Maſorethæ; floruerunt teſte Ghe-
» dalia circa annum Æræ Judaicæ 4794.
» i. e. Chriſti 1034. Uterque multum labo-
» rabat, ut Biblia quàm emendatiſſime ede-
A rent. Ortæ tamen inter eos diſſenſiones «
de punctis vocalibus & de accentibus. «
(Differentium utriuſque lectionum collectio- «
nes quibus in libris reperiantur inferius in- «
dicabimus.) Magni nominis uterque erat; «
unde Babylonii ſecuti ſunt lectionem Ben «
Nepbthali, Palæſtini Ben Aſcher, ad «
cujus normam conformantur omnia Bi- «
blia impreſſa «. *Walton ibidem* § 9.

Codex autem hujus Ben Aſcher ali-
quando vocatur Ægyptiacus, *de quo*
Maimonides in Hil. Seph. Thora. c. 8.
B *ſ. 4. ita ſcribit.* » Liber, cui innixi ſumus «
in rebus iſtis, eſt liber celeberrimus per «
Ægyptum, qui à plurimis annis erat Hie- «
roſolymis, ut ex eo corrigerentur libri. «
Huic autem omnes innitebantur, eo quod «
eum correxiſſet Ben-Aſcher, & multos «
annos diligentem in eo operam navaſſet, «
& ſæpiùs eum recenſuiſſet: iſtum librum «
ſecutus ſum & ego in libro Legis, quem «
deſcripſi juxta ejus formam. «

Moſes F. Nahhman Comment in librum
Jetſira fol. 61. *meminit trium codicum præ-*
C *cipuorum, cùm dicit.* » In [illegible] non repe-
riri Daghes per totam ſcripturam, ut «
deprehenditur ex accurata perquiſitione «
in omnibus libris Babylonicis & Hiero- «
ſolymæ, nec in libro Hilleliano «. *Ex qui-*
bus verbis liquet tres iſtos codices tunc fuiſſe
valde celebres. «

III. *Codex Sinai*, erat Pentateuchus «
emendatus, ut ſcribit Elias in Tab. fra- «
ctis; dicit enim *Sinai eſſe nomen Pentateu-* «
chi correcti tractantis diverſitatem accen- «
tuum. Exempla profert: authorem verò «
D ſe neſcire profitetur «. *Walton ibidem* §. 10.

IV. *Pentateuchus Hierichuntinus*, de
quo Elias ibidem, *eſt exemplar Legis cor-*
rectiſſimum Jerichunte allatum, agens de vo-
cibus defectivis & plenis.

V. *Liber Aſpamia* juxta eundem Eliam
ibid. *liber eſt complectens codices Hiſpani-*
cos, quia illi ſunt reliquis omnibus codicibus
emendatiores.

Codices ſuppoſiti ſeu non tantæ antiquitatis
quantam illis tribuunt quidam Scriptores.

E Liber αὐτόγραφος Eſdræ ſeu codex Le-
gis ab ipſo Eſdra deſcriptus. Hunc li-
brum ab Eſdra exaratum volunt Ange-
lus Roccha *in Bibl. Vaticanâ pag.* 394
& Finus Adrianus *in Flagello Judæorum*
l. 9. c 2. p. 557. *de quo ait* » ipſamet Bi-
blia ab Eſdra reſtaurata cuſtodiri in ci- «
vitate Bononiæ in Eccleſia S. Dominici, «
tamen in multis locis vitiata fuiſſe, quo- «
niam per communitatem Bononiæ loco «
pignoris data ſunt Hebræis mutuantibus «
pecuniam ipſi communitati «. *Hic codex,*
qui infrà recenſetur, etiamnum ſervatur Bo-
noniæ apud PP. Dominicanos à Judæis
huit

huic monasterio dono oblatus tempore Aymerici Præfecti & Magistri Ordinis initio seculi 14. Inscriptio in medio volumine assuta, quam refert D. Bern. de Montfaucon, pag. 399. Diarii Italici, rem denuntiat his verbis : » Hic rotulus Legis est, quem scripsit Esdras scriba manu sua.... Ab antiquo pro tali habebatur inter Judæos de generatione in generationem, & pro tali recepit eum Rev. Mag. Ordinis Fr. Aymericus, cujus est, &c. Hæc, ut ex charactere liquet, *addit idem author,* tempore Aymerici circa annum 1308. conscripta sunt..... ac licet fabulam sapiat quod ajunt Esdræ ipsius manu exaratum, negari sanè posse non videtur aliqualis saltem vetustatis tum fuisse, cui traditus Aymerico fuit. »

» Ficta esse, *inquit R. Simon cap. 3. disquis. critic. de variis Bibl. edit.* quæ Judæi nonnulli de Bibliorum exemplaribus Esdræ manu exaratis commenti sunt, nemo paulò cordatior ætate nostrâ dubitat. Similiter & ea quæ de aliis codicibus Bononiæ ut author est Finus Ferrariensis, vel Cabillone, ut aliis visum est, asservatis, relata sunt. »

» Narrationem de codice Bononiensi Esdræ manu descripto fictam esse *Waltonus Proleg. 4. §. 4. asserit, deinde addit :* Simile commentum est quod habet R. Azarias *cap. I X. pag. 53. libri Meor Enaim,* de Esdræ codice Cabillone ad Ararim conservato (ubi inter alia affirmat verba illa quæ in MSS. Maimonidæ legerit, ut ab ipso Maimonide scripta sibi videri, sed aliunde huc translata mirum etiam videri quod si non ita gesta esset ut ibi refertur, Maimonides ejus non meminerit, nisi dici debeat hoc nunc ipsi contigisse cum jam exemplar libri illius vulgatum esset:) & quod *Maimon ex Ægypto Cabillonem venerat, ut librum Legis cum hoc manuscripto Esdræ conferret, &c.* quod merum figmentum esse ipsa res lario, si cuiquam locum inspicere libeat, clarè ostendit «. *Videatur ea de re Jo. Morinus Exercit. Biblic. lib. 1. Exercit. 1. c. 2. §. 29.*

PRÆCIPUI CODICES Manuscripti

In diversis totius Europæ Bibliothecis asservati.

» MANUSCRIPTOS Judæorum codices ad duplicem classem referre possumus, quorum alii publico Synagogarum usui inserviunt; alii verò privatis hominibus.... Mirum est quam ridicula sit Judæorum, in describendis bisce exemplaribus quæ Synagogarum usui inserviunt, religio, ac stulta superstitio. *(Hæc fusius refert hoc in loco R. Simon in Disquisit. critic. de variis Bibliorum editionibus, cap. 2.)* .... Privatorum hominum codices *(pergit idem ibidem)* in duplici quoque classe possunt collocari, quum alii à Judæorum vulgo & ab hominibus è plebe descripti fuerint; alii verò à viris linguæ suæ peritis, & in usum eorum qui apud ipsos authoritate pollent, vel aliquo dignitatis honore eminent; quales sunt qui *Nasi* sive Principis nomen sibi sumunt. *Priores* literis minusculis exarati, & minori formâ, multa habent incuriosius descripta, nec pauca in iis deprehenduntur σφάλματα; *(ejusmodi exemplares reperiuntur in plerisque Christianorum Bibliothecis.) Posteriores* verò, quia magno sumptu exarari sunt ad fidem antiquorum & bonæ notæ exemplarium, cœteris omnibus longè præstant. Unciales *aut potiùs Majores,* easdemque elegantissimas literas præ se ferunt. «

Præterea multi refert, unde & à quibus sumpti fuerint MSS. Bibliorum codices; quandoquidem Hispanici Germanicis, Gallicis & Italicis longè sunt emendatiores: quia Judæi Hispani castigandis suis codicibus præ cœteris Judæis animum applicuere, καλλιγραφίας etiam curiosi.... Quâ autem ratione isti codices distingui & internosci possint, explicatu facile est; nam Hispani characteres præ se ferunt quadratos formâque eleganti, quales conspiciuntur in Bibliis Regiis à Planrino Antverpiæ editis, & in Bibliis Roberti Stephani, (reperiuntur nunc hi codices optimæ notæ Constantinopoli duntaxat, Thessalonicæ, & in aliis plagæ Orientalis Urbibus, ad quas Judæi ex Hispania depulsi se receperunt, *idem hist. crit. Vet. Test. lib. 1. cap. 21.*) Italici & Gallici paulò rotundiores sunt; Germanici vero literas Gothicas imitantur, videriquè possunt in libris Hebraicis qui primò editi sunt in Germania, & in Bibliis Hebraicis Munsteri. «

Frequentissima sunt maxime in Europa ejusmodi exemplaria, quæ etiam in forma majori, & grandioribus literis cum Masora ad marginem, variis figuris & imaguncilis expressa, descripta sunt. Talem codicem miris modis extollit Joannes Leusden in præfatione Bibl. Hebr. Amstelodami editorum ann. 1661. *(Eam ob rem multa hujusmodi exemplaria, nisi æram temporis affixam habuerint, consulto hic omittimus.)* Codices Hispani, qui sunt probæ notæ, Masoram simpliciter descriptam exhibent, neque ullæ prorsùs lineæ apparent, quæ in animalium aut

» plantarum figuras ducantur. Itaque MS. Bibliorum exemplaria, quo majorem ostendunt simplicitatem, eo castigatiora sunt & emendatiora. *Idem ibidem.*

Idem cap. 4.. earumdem Disquisitionum. pag. 20. » Non alia sunt hodiernis temporibus contextus Biblici exemplaria quam illa, quæ vulgo Masorethica appellantur. Non enim alia inde jam à pluribus sæculis Judæi agnoscunt, eaque ex his ad Christianos pervenerunt. Unde orta est maxima illa, quæ inter tot codices diversorum locorum & temporum reperitur consensio, si pauca eaque minuta excipias, quorum etiam pleraque scribarum oscitantium potius sunt σφάλματα quam variæ lectiones. *Et pag.* 24. Probatissima quoque exemplaria MS. quæ privatorum fuere hominum, puncta vocalia & alia similia non habuisse ex illorum lectione animadverti, verùm posteà è Judæis criticastris adjecta sunt. «

Idem cap. VIII. *Hist. crit. Versionum Nov. Testam. asserit.* » Nulla esse apud Judæos codicis Biblici MS. exemplaria sexcentis aut septingentis annis antiquiora. « *Sed Joannes Morinus Exercit. Bibl. lib.* 1. *Exercit.* 1. *cap.* 1, *pag.* 7. *editionis anni* 1633. *asserit* » apud Judæos, codices Manuscriptos annis quingentis vetustiores non reperiri: nec vetustiores referre Judæos, qui hoc seculo restituendis libris operam navarunt. «

» Cave credas (*inquit Joan. Ernestus Jablonski* §. 35. *præfationis Bibliorum Hebraicorum Berolini editorum, anno* 1699.) antiqua esse exemplaria quorum inscriptio longam ætatem præfert. (*An hæc vera sint, judicabunt hi, apud quos extant antiqui & bonæ notæ codices Hebræi.*) Quæ enim inscriptiones veræ sunt, eædem sunt recentes, quæ vetustæ, eas suppositītias esse nullus ambigit. *Idem ibidem* §. 37. » His criteriis constare potest, codicem Hebræum verè antiquum esse. 1. Si Scriptura sit elegans, sine artificio, & prisca simplicitate venerabilis. 2. Si Masora vel nulla adsit, vel parca. Adeoque si codex daretur, cœtera vetustus, sine omni Masoræ, is perantiquus haberi posset, (*id juxta mentem doctissimi viri merum est figmentum*;) si daretur vetustus cum sola Masora parva, is mediæ velut ætatis esset; qui utraque Masora instructi sunt, eorum textus antiquus esse potest, sed Masora novitatis suspecta, & tantum non convicta haberi debet: antiquior tamen est, quæ nativa simplicitate & lineis rectis se commendat: recentior quæ in varias picturarum formas, nodorumve gyros se contorquet. 3. Vetustissimi codicis indicium esset, si V. libros Mosis non magis quam reliquas Legis Sectiones ab invicem distingueret. Priscis temporibus totam Legem omni distinctionis nota caruisse, ac unum veluti פסוק seu versum, imo, unam תיבה seu vocem fuisse, & antiqui Judæorum Cabbalistæ tradiderunt, & Christianorum non pauci persuasum habent. »

» Celebris & antiqua est apud Judæos partitio Sacrorum Codicum in tres Ordines; in Legem, sub qua quinque libri Mosis: Prophetas tum priores quos vocant, scilicet Josue, Judices, libros Samuelis & Regum, tum posteriores, Esaiam, Jeremiam, Ezechielem & duodecim Minores, quos pro uno libro habent, & Hagiographa, sub quibus libri reliqui undecim », (Psalmi nempe, Job, Proverbia, Canticum Cantic. Ecclesiastes, Threni, Ruth, Esther, Daniel, Esdras & Chronica) » unde exurgit numerus librorum viginti quatuor. Alii vero libros viginti duos secundùm numerum literarum olim numerasse, ex antiquis ipsorum scriptoribus constat, Ruth scilicet adjecto ad librum Judicum, & Threnis ad Jeremiam «. *Waltonus, Prolegom. XI.* §. 8.

Biblia Hebraica. Codex membranaceus scriptus manu Serachi F. Judæ Soteris scribæ anno רא התתס i. e. 4866. Creationis, (*h. e. Christi* 1106.) *Hic omnes sequentes æram habentes adscriptam antiquitate superat.* Exhibet textum Hebraicum & Targum Jonathanis in Prophetas alternis versibus, cum Masora magna & parva Hunc Reuchlinus Romæ anno 1494. emit: eum appellat supra quam vetutissimum, testamentoque legavit Bibliothecæ patriæ, sive Phorcensi in qua custoditur. *Jo. Henricus Maius in Vita Reuchlini, pag.* 536.

Biblia Hebraica seu Veteris Testamenti libri omnes qui sunt in Canone Hebræo, 2. vol. Codex ante annos 400. exaratus (*juxta Bened. Ariam Montanum qui hæc scribebat* 1572.) hoc est circa annum Christi 1170. *Extant in Bibl. Complutensi.*

Arias Montanus præfat. de varia in libris Hebraicis lectione. » Sunt nobis integra Biblia Hebraica MSC. ante annos, ut scriptura docet, quadringentos: sunt & in Complutensi Bibliotheca nostris antiquiora: elegantissima vidimus Bononiæ in Prædicatorum Monasterio & in Canonicorum Cœnobio: vidimus Mediolani apud Dominicanos optima & antiquissima exemplaria «. *Hæc ille.*

A Biblia Hebraica. Codex membranaceus, 3. vol. in folio, *in postremi fine hæc leguntur*: Ego Isaac filius Jacob scri-

psi pro R. Manahhem filio Josedec Pen- A tateuchum cum interpretatione *Chaldaica*, & Prophetas & Agiographa, & absolvi eos in tertia Sabbathi die vigesima sexta mensis Adar חתקנג anno 953. (*Christi* 1193.) *Bononiæ*, *Bibl. Canonicorum Regular. S. Salvatoris*, *de Montfaucon p.* 406. *Diarii Italici.*

Bibliorum ingens & pretiosum exemplar, quod Capnio quondam à D. Maximiliano I. Romanorum Imperatore dono acceptum moriens Patriæ suæ S. P. Q. Phorcensi legaverat, *nunc vero Illustrissim.* B *Marchio Badensis, &c. possidet*, atque ante aliquot sæcula pro R. Abrahamo Aben-Esra (*qui obiit* 1217.) exaratum esse Buxtorfius consultus ex hac clausula ילר אב מאיר probabilitet sane colligit. *Ita Schickardus pag.* 6. *præfat. Bechinath Happeruschim. Bibl. Marchionis Badensis.*

» Verum mihi videtur, *inquit Jo. Henr.* » *Maius in vita Reuchlini pag.* 530. nibil » omnino certi de ejus antiquitate statui » posse absque temeritate; nam annus quo » exaratus est, expressus haud legitur. Ne- C » que id certum est pro Aben-Esra illum » exaratum fuisse, quemadmodum ex clau- » sula Buxtorfium probabiliter collegisse » censet Schickardus. Quam in rem clau- » sulam integram subjicere placet; ea his » concepta est verbis (*Latine redditis à Ma-* » *jo*,) *Malle animo! Scriba nullo afficiatur* » *damno*, *neque nunc*, *neque in seculum*, *do-* » *nec asinus per scalam ascendat. Ego Juda fi-* » *lius Salomonis exaravi hunc S. codicem*, *ac* » *eo nomine debitas persolvo laudes Deo*, *qui* » *in luce habitat. Scripsi autem illum in usum* D » *A.... Ben-Meir*, *quem velit finatque Deus* » *transire hæreditate ad filios atque posteros* » *ipsius ad finem usque omnium generationum*, » *amen*, *amen*, *amen*, *Selah*. Est is codex mem- » branaceus, vastissimæ molis, manuque » elegantissima exaratus; cum literis pun- » cta etiam atque accentus exhibet, unà » cum versione Chaldaica Onkelosi singu- » lis versibus Hebraicis statim subjuncta, » atque Masora quæ in initio voluminum » sub variorum animalium figuris, literis E » ut plurimum vocibusque expressis, arti- » ficiosè depicta est. *Ita Jo. Henr. Maius.*

Hæc de isto codice scribit Waltonus, Prolog. 4. §. 12. » Exemplaris Marchionis » Badensis, quod olim erat Reuchlini, » quodque Machabæorum temporibus de- » scriptum esse volunt, antiquitas plane » conficta est, nec aliam fidem meretur » quàm illud Bononiense Esdræ manu conscriptum «. *Hujus quoque codicis meminit Henr. Opitius in præfatione Bibliorum Hebraicorum anni* 1709. *cujus copiam ob vastam molem habere non potuerunt qui hunc codicem ipsius nomine commodandum rogarant. Hic Editor valde etiam queritur quod codices Hebræos, qui sunt in Bibliotheca Oratoriana, obtinere non potuit; cujus culpa fuerit, prorsus ignoro.* Hos *autem* in pulvere jacere & cum blattis tineisque luctare, *vanissimâ conjecturâ scribit.*

Biblia Hebræa. Codex membranaceus in quarta forma quadrata, charactere nitido exaratus. *Ad calcem legitur:* Ego Hbaiim filius Israel scripsi hunc librum, & absolvi eum mense Adar anno quinquies millesimo trigesimo secundo creationis mundi, (*id est anno Christi* 1272.) Toleti. *Bibl. Regia cod.* 6.

Biblia Hebræa. Codex in folio, majoribus literis elegantissime scriptus in membranis. *In fine legitur:* Ego Bat Joseph scriba posui hos viginti quatuor libros in gratiam R. Mosis filii Jacob Levitæ post quintum seculum quinquagesimo quinto (*Christi* 1295.) die undecima mensis Nisan. *Florentiæ Bibl. S. Laurentii pluteo* 1. *cod.* 30.

B Biblia cum Masora & Targum in Pentateuchum alternis versibus. Codex 2. vol. in folio, ingentis molis, magno scriptus charactere Germanico majusculo, quadrato & eleganti, anno M. 5055. (*Christi* 1295.) *Romæ Bibl. Vaticana*; *de Montfaucon pag.* 277. *Diarii Italici.*

† *Forte hic est Codex ille Palatinus*, *de quo Jo. Lomeierus c.* 10. *de Bibliothecis ista refert:* » Præcipuum (*Bibliothecæ Heidelbergensis*, *Vaticano postea illatæ*,) ornamentum fuit codex Hebræorum Bibliorum, in charta pergamena, majestate literarum, vetustate scripturæ, ac formâ operis plane venerabilis. Judæi quidam, cum, Frederico III. Electore, ad eum inspiciendum admitterentur, ceu cœlitus delapsum suspexerunt, procidentes deosculati sunt, & tantum non adorarunt: polliciti ingentem auri vim, si usibus Synagogæ suæ concederetur. Illo usi sunt in sua versione, Junius & Tremellius. Anterioribus aliquot foliis mutilum exemplar, &c. *conf. Hotting. Biblioth. quadrip. pag.* 178. 179. *Junius in not. ad* 2. *Chron.* 26. 5. & 35. 3. *ubi codicem hunc* antiquissimum emendatissimumque *vocat.*

Biblia Hebræa. Codex manu exaratus anno M. 5055. (Christi 1295.) *Bibliotheca Collegii Lugdunensis Soc. Jesu.*

Biblia Hebræa, adjectis manu recentiori punctis notisque quibusdam Masorethicis. Codex membranaceus in folio charactere haud impolito descriptus. *Hæc verba leguntur ad calcem:* Scripsi ego Salomon F. Raphael hunc librum ad usum meum, & ordinavi in eo Pentateuchum, Prophetas & Agiographa in uno volu-

mine, & absolvi eum hîc in suburbio Perpiniani, in mense Sivan postridie festi hebdomadatum, *i. e. Pentecostes*, anno quinquies millesimo quinquagesimo nono creationis mundi (*qui est Christi* 1299.) *Parisiis Bibl. Oratoriana cod.* 55.

BIBLIA Hebræa cum Masora magna & parva. Codex scriptus anno mundi 5059. (1299.) *Extant Amstelodami; Leusden in præf. Bibl. Hebr. anni* 1661.

BIBLIA Hebræa cum notis Masorethicis & punctis, elegantissime scripta in membranis, circa annum Christi 1300. Æra scriptoris non annotatur, tantùm quod emptus sit centum cruciatis anno mundi 4260. (*Christi* 1500.) hic codex in 4°. *Bibl. Regia cod.* 130.

BIBLIA Hebræa. Codex in 4°. membranaceus elegantissimè scriptus circa annum Christi 1300. *Ibid. cod.* 131.

BIBLIA Hebræa charactere non impolito. Codex membranaceus in folio, *ad cujus calcem hæc sunt*: Scripsi hunc librum ad usum meum, & ordinavi in eo Pentateuchum, Prophetas & Agiographa in uno volumine, & absolvi eum in mense Tamus anno quinquies millesimo sexagesimo primo creationis mundi (*hoc est Christi* 1301.) *Parisiis Bibl. Memmiana.*

BIBLIA Hebræa cum variis lectionibus Ben-Ascher & Ben-Nephthali. Codex scriptus anno mundi 5064. (*Christi* 1304.) fuit quondam Leonis Mutinensis, deindè Joannis Seldeni, qui eum dono dedit Bibliothecæ Bodleianæ, *in qua extat cod.* 3198. *Walton. Prol.* 4. *p.* 32.

BIBLIA Hebræa perantiqua, *in quorum frontispicio legitur*: Istam Bibliam dedit Frater Guilielmus Parisiensis, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Confessor (*Philippi pulchri*) Regis Franchorum (*sic*) Conventui Bononiensi pro communi libraria Fratrum, propter reverentia (*sic*) Beati Dominici anno MCCCX. pridie idus Februarii. *Extant in eadem Bibliotheca; de Montfaucon pag.* 401. *Diarii Italici.*

BIBLIA Hebræa charactere Judæo-Germanico. Codex membranaceus in folio. *Ad calcem legitur*: Absoluta sunt in prima hebdomada, feriâ secundâ mensis Schebeth anno quinquies millesimo septuagesimo secundo, *i. e. Christi* 1312. *Bibl. Sorbonæ cod.* 2.

BIBLIA Hebraica cum Masora parva in margine, & magna supra & infra paginas, & Calendario Hebraico initio voluminis. Codex in folio minori, quadrato & pulchro charactere descriptus. *Leguntur in ultimo codicis folio hæc verba aliâ manu ac recentiori scripta*: Ego Selomoh Ben R. Hasdai comparavi hunc librum qui complectitur 24. sacræ Scripturæ libros Bononiæ an. mundi 6159. (*error sane notarii in millenario, pro quo legendum est* 5159. *i. e. Christi* 1349.) & comparavi illum à Rabbi Menahem filii R. Mosis per manus R. Judæ Pentzeinero. Scriptus est autem manu R. Josue filii R. Abraham Gaon, Principe captivitatis Ariel, an. mundi juxta minorem supputationem 1061. (*hoc est Christi* 1301.) Puncta vocalia deinde adjecta fuerunt. *Parisiis Bibliotheca Du. Begon Regii Canadiensis Præfecti.*

C BIBLIA Hebraica cum Targum in plures libros Vet. Test. præsertim in I. & II. librum Chronicorum seu Paralipomenon, & Masora † in varias figuras artificiosissime redacta, itemque cum variantibus lectionibus & notis criticis, † 2. vol. in folio vastissimæ molis codex membranaceus manu eleganti exaratus. Scriba sub finem alterius tomi Simson Menemi-non vocatur, ut patet ex his verbis: *Cum auxilio Dei misericordis & benigni, Simson Menemınon codicem hunc absolvit cum punctis atque Masora.* Sub finem tamen libri Nehemiæ, Baruch F. Rabbi Serah Scriba, vel, ut Num. XXII. 12. dicitur, Libellarius nominatur. Ex quo conjicit Beckius » binos vel etiam plures codicis hujus Scribas fuisse; colophonem tamen operi imposuisse prælaudatum Menemi-nonem; nisi hic puncta saltem atque Masoram adscripserit, quod verba ejus superius citata, & atramenti diversitas arguere videntur; Baruch vero literas exaravit. Scriptus est hic codex cujusdam R. Sallumi Hæredibus anno mundi 5103. (*hoc est anno D. N. J. C.* 1343.) † *hac æra ætas punctatoris exprimitur, cum ipse textus hujusque scriba Baruch multo antiquior esse videatur*, † quemadmodum ex alia clausula codicis discimus «. *Ea hæc est Latine à Beckio versa*: « Codicem hunc absolvi, punctavi, & Masora instruxi die 5. *post Sabbatum* Paraschæ Schemini, *i. e. octavo* cum auxilio Dei Domini, die 24. mensis *intercalaris* ve-Adar, cum auxilio *inquam* venerando & magnifico, anno 103. æræ *minoris h. e. anno mundi* 5103. *æræ majoris*, (*anno vero Christi* 1343.) Estque codex hic exaratus Hæredibus Rabbini clarissimi Sallumi, &c. *Extant in Bibliotheca Erfordiensi; Matthias Frid. Beckius in epist. dedic. in Targ. libri I. Chronicorum.*

† *Hic codex Biblicus, una cum quatuor aliis, nec tamen ejusdem præstantiæ, passimque mutilis, anno Christi* 1346. *Judæis Erfurto pulsis, in Ecclesiam Augustinianam, quæ Lutheranorum est, delatus, ibidem hodiernum asservatur. Jo. Heinr. Michaelis in Dissert. peculiari de codicibus MSS. Biblico*

Hebraicis Erffurtensibus, ex qua plenior horum codicum notitia hauriri potest.

D Biblia cum Targum in Pentateuchum & Masora. Codex membranaceus 2. vol. in folio, scriptus anno mundi 5103. (1343. *Bibl. Jenensis.*

Biblia cum notis quibusdam Masoræ & punctis. Codex membranaceus in 4°. *Ad calcem Pentateuchi legitur:* scriptus anno mundi 5104. (*Chr.* 1344.) mense Ab. *Bibl. Regia cod.* 132.

E † Biblia Hebræa cum Masora & & alicubi, *nempe in Psalmis, Jobo,* & *priori Proverbiorum parte* cum Targum notisque marginalibus. Codex membranaceus, cum punctis, scriptus anno mundi 5107. (*Christi* 1347.) 3. vol. in 4°. Extat cum ceteris MSS. Erpenianis ex dono Ducis Buckinghamii *in Bibl. publica Cantabrigiensi, cod.* 2484. *num.* 45. *Catalogi Walton. Proleg.* 12. §. 15.

Biblia Hebræa. Codex membranaceus in folio, scriptus an. mundi 5117. (*Chr.* 1357.) *Bibl. Regia cod.* 7.

Biblia Hebræa cum suis expositoribus, quos inter R. Benjamin de quo sic: *Perus seu Commentarius literalis Paralipomenon sapientis Rab. Benjamin viri Romani. In fine codicis:* Ego Salomon filius doctoris Hhasdai scripsi hæc Biblia cum suis expositoribus in gratiam honorabilis & excelsi Doctoris Benjamin filii illustris R. Manabhem de Kornaldo, & complevi hos viginti quatuor libros operâ manuum mearum, punctationem, & concordantiam & expositiones Rasi, Aben-Esræ, Davidis Kimhhi, & Levi Ben-Gerson (memoria eorum in benedictione sit) mense Casleu anni quinquies millesimi centesimi quinquagesimi septimi à creatione (*qui est Christi* 1397.) apud Ferrariam quæ est ad flumen Padum. Hic codex bis castigatus fuit, anno 1598. ab Alexandro Scipione, & anno 1626. à Fratre Renato à Mutina Neophyto, qui relicta Judaica superstitione Christianam Religionem suscepit, ut ex ejus testimonio refertur: *Ego Fr. Renatus à Mutina Ordinis Capucinorum correxi* 1626. *Florentiæ. Bibl. S. Laurentii, plut.* 2. *cod.* 1.

Biblia Hebraica elegantissimis characteribus membranæ inscripta, addita ad marginem Masora, cujus verba minutissimis nec minus concinnis literis omne genus hominum, animalium, plantarum, arborum, &c. artificiosissime referunt. Scripta in urbe Cataloniæ Cervera à Samuele Bar Abraham, A. Christi 1399. & 1400. *Hoc exemplar Amstelodami apud Gasparem Ferdinandum Vegam, Judæum, se vidisse scribit Joannes Lomeierus, dierum Genialium Dissert.* IV.

Biblia Hebræa cum notis quibusdam ex Masora. Codex in 4°. elegantissime scriptus. *Ad calcem legitur:* Ego Hhaiim F. Saul scripsi viginti quatuor libros & perfeci eos mense Schebeth, anno quinquies millesimo centesimo sexagesimo quarto creationis (*Christi* 1404.) *Bibliotheca Colbertina, cod.* 4126.

Biblia Hebræa. Codex elegantissimus & nitidissimus in 8°. exaratus & pergameno inscriptus, qui tamen & ipse non usque adeo antiquus (annum observavi 1495. *inquit Hottingerus in Bibliothecario quadripartito pag.* 125.) Donum est Ducis Rohanæi. *Idem in thesauro Philologico secundæ editionis pag.* 181. *de hoc codice hæc refert.* » Accuratissimum Illustriss. Ducis « Robanæi exemplar MSC. An. M. 5255. « i. e. à nato Christo 1495. in urbe Italiæ « Reate ab Ariah Khalphan exaratum af- « fectus sui testimonium in Bibliotheca Ci- « vica extare voluit «. *Tiguri in Bibl. Civica; Ottius in Catalogo ad me misso.*

Biblia Hebræa *ad quorum calcem hæc leguntur:* Scripti sunt octo Prophetæ isti pro Principe excelso, nomine, laude & gloria celeberrimo R. Isaac filio celeberrimi (*honorandi*) (qui fuit planta pulcherrima & urna mannæ) R. Mosis filii Zakad (lectus ejus sit honoratus); & finiti sunt in urbe Sevilia anno שן *charactere quadrato* 350. æræ creationis. Benedictus qui dedit lasso vires, & ei cui vires desunt, robur auget. *Si in hac supputatione quartus tantum millenarius supponatur, codex iste scriptus est anno Christi* 590. *& omnium, quorum nunc memoriæ, antiquissimus. An hoc anno fuerint Judæi Hispali? prorsus ignoro; si autem quintus millenarius, exaratus est anno Christi* 1590. *quod omnino falsum est, jam enim à centum circiter annis Judæi ex universa Hispania fuerant depulsi. Unde colligere licet mendum aliquod in determinanda hujus codicis ætate irrepsisse.* † *Extant Mediolani, in Bibl. Ambros. De Montfaucon Diar. Ital. p.* 11.

Biblia Hebræa. Codex antiquissimus scriptus Toleti ante annos circiter nongentos. (*Fides penes Auctorem præfat. Bibliorum Hebraic. Amstelodami* 1661.) *Asservantur Hamburgi.*

Exemplaria sine æra temporis hic submissa, forsan præcedentibus, saltem quædam, sunt antiquiora.

Biblia Hebræa. Exemplar quod more majorum volvitur in corio implicato seu involuto, charactere vulgari sine punctis. *Florentiæ Bibl. S. Marci.*

F Biblia Hebræa. Codex membranaceus in forma quadrata in folio literis mediocribus, iisdemque elegantissimis exaratus cum quibusdam Masoræ notis.

Adjecta sunt puncta vocalia & Masora manu recentiori. Præmittuntur variantes lectiones Ben-Aser & Ben-Nephthali. Æra temporis nullibi reperitur. *Bibl. Oratoriana, cod.* 53. A

G BIBLIA Hebraica. Codex 4. vol. in folio vetustissimus atque optimæ notæ. Puncta à manu recentiore sunt adscripta. Pentateuchus singulis subjectam versiculis habet versionem Chaldaæam. In posteriorum Prophetarum titulo legitur Hebr. *Scripti sunt à diebus antiquis.* Accedit Masora parva & magna, quæ cum accuratissime sunt exaratæ, tum quoque complura continent, quæ lucem hactenus non viderunt. *Extabant apud Jacobum Triglandium, ut refert Catalogus ipsius Bibliothecæ pag.* 22. *ex quo hæc excerpta sunt.* B

BIBLIA Hebraica. Codex in regio membranæ folio manu elegantissime exaratus; vetustissimus sane, uti ex quibusdam indiciis colligitur, licet certum ejus scriptionis tempus nusquam adscriptum habeatur. *Bibliotheca publica Jenensis*; *Simon Glassius Philol. sacræ lib.* 1. *tract.* 1. *p.* 30. C

BIBLIA Hebraica. Codex membranaceus 2. vol. in folio elegantissime scriptus. *Bibl. Colbertina, cod.* 2630—2631.

BIBLIA Hebraica. Codex in folio nitidissime scriptus à Neophyto, ut initium indicat. *Florentiæ Bibliotheca Sancti Laurentii, plut.* 1. *cod.* 31.

BIBLIA Hebr. *Bibl. Cæsenatis in Italia*; *Possevinus.*

BIBLIA Hebræa. *Bibl. Ducis Urbini in Vaticana*; *idem.*

BIBLIA Hebraica 3. vol. in folio in membranis optime exarata. *Cantabrigiæ in Bibl. Collegii S. Immanuelis, cod.* 27. *num.* 27. *Catalogi editi.* D

BIBLIA Hebraica cum Masora. Codex in 4°. *Parisiis Biblioth. Thevenotiana pag.* 189. *Catalogi editi*; *nunc in Biblioth. Regia.*

BIBLIA Hebraica cum Masora eleganter exarata in pergameno, in 8°. *Biblioth. Leidensis, cod.* 1197. *pag.* 409. *Catalogi in folio.*

H BIBLIA Hebræa cum Targum Onkelosi in Pentateuchum alternis versibus, 3. vol. in folio Codex ante annos 410. juxta Jo. Morinum pag. 7. Exercit. in Pentateuchum Samaritanum, charta maxima in Pergameno prægrandioribus literis, more tamen Judæorum Germanorum, summo studio exaratus, in cujus volumine priori punctatio Chaldaica à qualibet alia, *ut observavit Richardus Simon, Disquisit. critic. de variis Bibliorum edit. cap.* 12. tam in editis quam in MSC. codicibus, mire discrepat, & longe quàm in aliis perfectior apparet. *Bibl. Oratoriana cod.* 26—28. E

I Eadem cum Targum Onkelosi alternis versibus. *Bibl. Bodleiana cod.* 2878—2880. *Bibl. Sorbonæ cod.* 1.

K BIBLIA Hebraica cum Targum Onkelosi in Pentateuchum alternis versibus, 2. vol. in fol. Codex membranaceus charactere Hebræo-Germanico exaratus. *Extat in Bibliotheca Regia cod.* 1. 2. Fertur, Venetos hoc exemplar ob manu- « scripti antiquitatem (*ut putabatur, codex* « *enim nullius est pretii*) Henrico III. Chri- « stianissimo Regi dono obtulisse, cum è « Polonia in Galliam rediens Venetiis hos- « pitaretur «. *Morinus, Exercit.* 4. *in Pentateuch. Samar. pag.* 361.

L BIBLIA Hebraica cum Targum universo, etiam in Chronicorum libros & utraque Masora, 4. vol. in folio. Hoc exemplar à Sondalio filio Hillelis Gerson, anno Christi 1455. scriptum vel punctatum, paucis abhinc annis Serenissimo Electori Brandeburgico à Judæis oblatum fuit, *in cujus Bibliotheca custoditur. Jo. Ern. Jablonski in præf. Bibliorum Hebr. anni* 1699.

BIBLIA Hebraica, 3. vol. in folio. Hunc codicem, utraque Masora instructum, testante inscriptione, anno Christi 1437. Stephanus Episcopus Brandeburgensis in Anglia emerat; *extat in eadem Bibl. Idem ibidem.*

Biblia Hebræa, 2. vol. in folio. *Bibl. Bodleiana cod.* 5350—5351. 5945—5946. in 4°. 3198.

BIBLIA Hebræa cum Masora charactere Germanico, in fol. *Bibl. Regia cod.* 4. 3. vol. in fol. *Bibl. Patavina, Tomasinus, pag.* 28.

BIBLIA Hebræa queis elegantiora nunquam se vidisse testatur D. Bernardus de Montfaucon. Codex antiquus *extat Venetiis in Bibl. Antonii Capelli Patricii Veneti. Idem p.* 63. *Diarii Italici.*

BIBLIA Hebræa. Codex antiquus & elegantissime scriptus. *Bibl. Ducis Mutinensis. Idem ibid. p.* 31. Eadem elegantissime scripta. *Romæ Biblioth. Chiggiana. Idem ibid. pag.* 237.

BIBLIA Hebræa cum punctis, notis quibusdam Masorethicis & pluribus indicibus & lectionibus variis ex Ben-Aser & Ben Nephthali. Puncta videntur recens addita; prima pagina & aliæ quædam viticulis auro & minio depictis ornatæ sunt. Nullum exemplar præstantius huc usque inveni. Codex in folio magno, studio & arte in membranis purissimis perpulchro charactere descriptus. *Bibl. Regia cod.* 5. » Fertur Robertus Stephanus hoc exem- « plar potissimùm secutus fuisse, pulcherri- « mamque characterum formam (*in Bibliis* « *majoribus*) ex eo expressisse «. *Morinus*

Exerc. 4. in Pent. Samarit. pag. 362.

Biblia Hebræa cum notis quibusdam Maforæ mediocri charactere scripta. Codex in folio membranaceus. *Biblioth. Oratoriana cod.* 57.

Biblia Hebræa cum notis Masorethicis charactere prægrandi scripta. Non videntur admodum vetusta, licet puncta recens addita fuerint. Codex membranaceus in folio. *Ibidem cod.* 56.

M Biblia Hebræa. Codex membranaceus antiquissimus, cum translatione Chaldaica & Masora, quæ inter varias florum atque animalium figuras circa textum scripta est, adeo eleganti charactere scriptus ut Judæi viginti millibus thaleris illum sibi comparare voluerint (*non temere credendum.*) *Dresdæ in Bibl. Electoris Saxonici, Ottius in Catalogo ad me misso, & Struvius cap. 4. Introduct. ad hist. rei liter.* §. 6. † *W. E. Tenzelius Bibl. Curios. Repos. I. pag.* 430. *nonnulla de integritate & antiquitate hujus Codicis tradit. Præterea textum Hebraicum & paraphrasin Caldaicam, quæ in omnes Scripturæ libros, ipsa etiam Paralipomena hic extat, versibus alternis sibi respondere, & puncta dilutiori atramento scripta, adeoque literis recentiora esse observat.*

Biblia Hebræa. Codex membranaceus antiquus in fulio. *Bibl. Scaphusiana, idem Ottius ibidem.*

Biblia Hebræa cum Commentario. Codex antiquus. *Bononiæ Bibl. Canon. Regul. S. Salvatoris, de Montfaucon pag.* 407. *Diarii Italici.*

N Pentateuchus Hebraicus & Chaldaicus alternis versibus, sequuntur Haphtaroth sine Targum: deinde quinque Meghillot & Hagiographi libri cum Targum. Codex in folio, charactere quadrato & nitidissimo descriptus in Germaniâ à R. Messallem filio Joseph anno supputationis minoris 998. (*Christi* 1238.) Puncta & Masoram in gratiam R. Hhaïm filii R. Israëlis addidit Josephus scriba filius R. Kalonymi. *Uratislaviæ Bibliotheca Magdalenova: Christ. Theophilus Unger Silesius in literis ad me scriptis.*

Pentateuchus Hebraicus anno Christi CCCXXXIV. in Insula Rhodo scriptus (uti in fine libri à Librario notatum est) singulari commentario ab Andrea Mullero enarratus, ut referunt Acta erudit. Lipsiensia an. 1687. pag. 132. *Berolini Bibliotheca Regia. Nova literaria Germaniæ, anni* 1706. *pag.* 405.

Pentateuchus Hebraicus sine punctis. *Bibl. Augustana cod.* 1. *pag.* 1. *Catalogi à Spizelio editi.*

O Pentat. Hebraicè & Chaldaicè alternis versibus. Codex membranaceus in

A folio pulchre descriptus ex Harmuzia vulgo Ormus in sinu Persico Londinum allatus. *Bibl. Westmonasteriensis.* Walton Prolegom. XII. §. 6. *Bibl. Bodleiana cod.* 1261. Idem, *Ibidem* 1262.

P Pentateuchus Hebræus cum Targum Onkelosi & Hierosolymitani, item cum libello Ruth, Cantico Canticorum, Threnis, & initio libri Esther, Hebraicè. *Fuit olim Cl. Wagenseilii, hodieque Lipsiæ in Bibliotheca Senatoria asservatur.*

Hunc codicem Wagenseilius in Catalogo B *librorum suorum mss. quos ab eodem superstite magno pretio redemit inclytus Senatus Lipsiensis, ac instructissimæ Bibliothecæ suæ intulit, describit his verbis.* » Pentateuchi codex maximus, membranaceus, quo « nullum alium mihi videre licuit antiquio- « rem. Scriptura & membrana testimonium « perhibent, agete illum ætatem sexcento- « rum amplius annorum. Metenses Judæi « à quibus eum exrorsi, magna assevera- « tione mihi confirmabant, tenere se tradi- « tione, hunc R. Salom. Jarchi sibi paraf- «
C se, cujus rei fidem mihi quidem minime « fecerunt, etsi R. Salomonis ævo scriptum « esse baud quaquam ambigo. Sacro texrui « puncta & accentus, literisque begadkephat lineola Raphe adjiciuntur. In late- « ribus sacri textus Targum utrumque, On- « kelosi scilicet ac Hierosolymitanum, cum « R. Salomonis Jarchi commentario, qui « multa in excusis libris omissa habet, com- « parent. In parte inferiore paginæ semper « cuique Paraschæ conveniens Haphtara, « & ipsa R. Salom. commentario instructa «
D subditur. Solius Deuteronomii capita IV. « priora etiam utraque Masora gaudent, « parvaque in latere, magna in suprema « ora sese exhibet. Accedunt Pentateucho « libellus Ruth, Canticum Canticorum, « Threni, sed qui libri nihil præter R. Salomonem additum habent. Offert se « etiam initium libri Esther, verùm hujus « cætera unà cum primo Pentateuchi folio « desiderantur. Incipit igitur à Geneseos I. « 21. ex nimio senio, & maligna Judæorum « custodia. Codex interdum vitium aliquod «
E contraxit. «

Q Pentateucbus cum V. Meghillorh, Psalmis, Proverbiis Salomonis, & libro Jobi, Hebraicè. *Lipsiæ, Biblioth. Senatoria.*

De hoc Codice pristinus ejusdem possessor Wagenseilius, in Catalogo MSS. modò citato ita loquitur. » Codex Orientalis in « minore folio, membranaceus, vetus, in- « teger, pulcherrimusque. Comprehendit ex « sacris literis Pentateuchum cum suis Haphtarot, libellum Ruth, Canticum Can- « ticorum, Ecclesiasten, Threnos, libellum « Esther, Psalmos, Proverbia Salomonis, «

„ & librum Jobi, quibus omnibus, præter
„ puncta & accentus, Masora utraque ad-
„ jicitur. Multa in hoc se offerunt singula-
„ ria, & ab Occidentalibus Codicibus plane
„ diversa, quæ enarrare longum foret. Præ
„ cæteris notandum, nullam in Pentateu-
„ cho majorum, sive minorum Sectionum,
„ per Pe aut Samech, fieri distinctionem:
„ Quorundam librorum primas literas, aut
„ integras initiales voces auro coruscare:
„ Totum Psalterium, Proverbia itèm, &
„ Jobum quoque (tantum hujus initio &
„ fine, quæ liquido prosaica sunt, exceptis)
„ ita scripta esse, prout metra exprimuntur.
„ Accedit in fine Historia Maccabæorum
„ quæ מגלת אנטיוכס dicitur, sermone Chal-
„ daico, quo nondum publice extat. «

Pentateuchus Hebræus. *Bibliot. Bodleiana codd.* 4959. 5748—5750. *Bibl. Norfolciana cod.* 474. *num.* 3378.

Pentat. Hebr. Codex membranaceus. *Sacrarium Dominicanorum Bononiensium.*
» Inerat jamdiu cupido evolvendi codi-
„ cis, quem à multis annis in sacrario S. Do-
„ minici asservari acceperam: esseque Li-
„ brum Esdræ autographum. Roganti ut
„ evolvere liceret, perhumaniter optatum
„ me assequi curarunt Patres Dominicani.
„ Quia verò duplici clave obseratum hujus-
„ modi cimelium tenent, & clavis altera
„ penes magistratum, altera verò penes mo-
„ nachos est, utraque iis curantibus adfer-
„ tur, & educitur ingens volumen seu con-
„ volutus Liber. Estque pellis vituli subacta
„ & tractabilis, in qua non Esdræ Liber, ut
„ multorum sermone fertur, sed Pentateu-
„ chus habetur, more Bibliorum quæ
„ etiamnum apud Hebræos in Synagogis
„ asservantur, pauculas recentiore manu
„ marginales notas observavi. Literæ vix
„ quidquam nigredinis amiserunt, quod
„ pelli tribuitur atramenti retinentissi-
„ mæ. Codex à Judæis huic Monasterio
„ dono oblatus fuit quo tempore Aymericus
„ Præfectus & Magister Ordinis erat, initio
„ sc. XIV. sæculi ab annis quadringentis.
„ Inscriptio in medio volumine assuta rem
„ denuntiat his verbis.
„ *Hic rotulus Legis est quem scripsit Esdras*
„ *scriba manu sua, quando sub Cyro rege redie-*
„ *runt filii captivitatis in Jerusalem, & ædifi-*
„ *caverunt secundum templum, quod fuit con-*
„ *summatum in quadraginta duobus annis. &*
„ *duravit CCCCXX. annis scilicet usque ad*
„ *41. annos post passionem Christi. Quod au-*
„ *tem sit ille idem numero, habitum est per cre-*
„ *bram famam Judæorum antiquorum, qui*
„ *fuerunt confessi in diversis Synagogis, ubi*
„ *etiam conservabatur. Ab antiquo pro tali*
„ *habebatur inter Judæos de generatione in ge-*
„ *nerationem; & pro tali recepit eum reveren-*
„ *dus Magister Ordinis Frater Aymericus;*

A *cujus est. Talem etiam probaverunt ipsum* «
Judæi literati habitis certis experimentis, «
literalibus in præsentia mei fratris P. Mar- «
silii & Lectoris Perpyniani & fratris Petri «
Lobii. Quæquidem si jam in aliis rotulis aut «
non talia, aut non tam perfecta habentur, ut «
ego probavi in multis rotulis valde antiquis «
& modernis. Certus itaque debet haberi, & «
cum reverentia tractari rotulus iste, quia à «
tanto auctore scriptus, & post combustam «
Legem inspirante sancto Spiritu ordinatus «
& aliis rotulis pro originali datus, in tan- «
B *tis temporibus conservatus. Et quòd non mi-* «
nus est ut nos & Judæi credimus, in tem- «
plo monstrabatur in præcipuis festivitatibus, «
præstante auctore Legis ipso Deo & Domino «
nostro Jesu Christo. Hæc, ut ex charactere «
liquet, tempore Aymerici Magistri Ordi- «
nis conscripta sunt, qui eo officio funge- «
batur anno Domini 1308. Hinc palam «
est à vero aberrare eos qui æstimant He- «
braica Biblia nulla occurrere ab annis «
plus quadringentis exarata. Nam anni «
quadringenti sunt quum hic codex dono «
C oblatus Aymerico fuit, qui tum peranti- «
quus habebatur. At licet fabulam sapiat «
quod aiunt Esdræ ipsius manu exaratum; «
negari sane posse non videtur aliqualis «
saltem vetustatis tum fuisse cum traditus «
Aymerico fuit. «
Præter inscriptionem Latinam superius «
expressam adest Ebraica à perita manu «
exarata, quæ pene erasa est; eam hîc pa- «
riter (*Latinè saltem*) proferimus: *Hic* «
est Liber Legis Mosis, quem scripsit Esdras «
scriba, & legit cum in conspectu multitudi- «
D *nis à viro usque ad mulierem, & stabat in* «
turri lignea, id est in suggestu ligneo. «
Hæc inscriptio eodem edita tempore «
putatur, quo Latina superiùs allata: ni- «
mirum Ebræi, cum munus istud Aymeri- «
co afferrent, tale commentitiæ antiquita- «
tis testimonium unà protulerunt «. *Hæc D. Bernardus de Montfaucon pag.* 399. & 400. *Diarii Italici.*

Pentateuchus Hebraicus, seu volumen Legis, magno studio & cura scriptum forma, qua volumina esse consueverant,
E tantaque fide, ut nec puncto defectum sit, vel abundet, quod proinde sacrum ab illis appellatur. Fuit olim Benedicti Ariæ Montani. *Bibliotheca Escurialis; Claudius Clemens in descriptione ejusdem Bibliotheca pag.* 532. *Musæi seu Bibl. Extructionis* 4°. *Lugd.* 1635.

Pentateuchus Hebræus. Codex pervetustus in membrana descriptus voluta more Ebræorum super duobus lignis, quæ *ligna vitæ* vulgò nuncupantur, ex dono Ducis Brunswicensium & Luneburgensium. *Helmstadii, Bibliotheca Julia; Jo. Saubertus in append. variarum lection.*

Hier. S. Matthæi pag. 26r. & 305.

Pentateuchus Hebr. *bis*. In Bibliotheca Vaticana Romæ sunt duo MSS. codices Legis, antiquissima volumina absque punctis, in quibus membrana est vetustate exesa. *Jo. Viccars in præfat. Decaplorum.*

Pentateuchus Hebraicus. Codex membranaceus pervetustus ex dono Odheliano. *Bibl. Upsaliensis, Cl. Benzelius hujus Bibliothecæ Præfectus in epistola ad me scripta anno* 1707.

» In Synagogis Judæorum (*inquit D.* » *Bern. de Montfaucon libri* 1. *Palæogr. Gr.* » *cap.* 2. *pag.* 17.) rotulos vidimus ingen- » tes, ex vitulina pelle confectos solum Pen- » tateuchum complectentes nempe binos » Bononienses perantiquos, ac Liburni- » cum unum. Duo autem hujusmodi volu- » mina in Bibliotheca Vaticana extare nar- » rat Leo Allatius Animadv. in inscript. » Etruscas pag. 114. Aliud in Bibliotheca » Regia Parisiis & non pauca in Synago- » gis Judæorum extant «. *Hæc ille.*

» In sola Hispanorum Synagoga *Am-* » *stelodami* sunt sexaginta circiter MSS. » Pentateuchi exemplaria, ornata variis » splendidis ornamentis, quæ omnia vidi » unica vice à toridem Judæis ter circum- » gestari per Synagogam in festo quod vo- » catur *lætitia Legis* «. *Jo. Leusden in Philol. Hebr. Differt.* 34. *de Pentateuchis msc.*

R. Pentateuchus Hebræus cum Targum & Comment. Rasi. Item quinque parva volumina Commentariis illustrata. Codex vetustissimus & nitidissime scriptus in folio magno, manu Salomonis F. R. Hhasdai. *Florentiæ Bibl. S. Laurentii plut.* 3. *cod.* 1.

*R*². Pentateuchus Hebr. cum Targum Onkelosi & Comment. Rasi, variisque lectionibus Ben Aser & Ben Nephthali, & quinque Meghilloth. *In fine codicis:* Scripta hæc sunt ab Isaac F. Manahhem Hanikdan, qui & puncta adjecit, die 24. mensis Adar anni à creatione 4051. (*hoc est Christi* 291.) in gratiam R. Marathiæ Garazi. Codex papyraceus in folio majori. *Florentiæ Bibl. S. Laurentii plut.* 3. *cod.* 3.

» Utinam (*ait Author Catalogi msc. hu-* » *jus Bibliothecæ quem mecum communicavit* » *D. Bernardus de Montfaucon*) ille codex » tantam saperet antiquitatem quantam » ostentat ista subscriptio, cujus sola autho- » ritas antiquam de veritate punctorum » litem magna ex parte componeret. Qua- » propter in annorum nota suspicor men- » dum, & pro quinto millenario quartum » subrepsisse (*si vera sit hæc conjectura, patet* » *hunc codicem esse scriptum, anno Christi* 1291.) » aut de industria substitutum ad augen-

A dum codicis pretium, ejus doli non leve « etiam indicium est in eadem subscriptio- « ne litura; suspicor, inquam, loquendo « de ipso textu Scripturæ, nam quantum « ad Commentarium Rasi repugnat evi- « dentissime ætas ejusdem qui seculo XII. « ab Incarnatione vivere cœpit, natus anno « 1105. « *Ita ille.*

S. Pentateuchus Hebraicus cum Targum, Masora, Commentario Rabbinico quinque Meghilloth. Codex in 8°. elegantissimè in membrana subtilissima ante
B quingentos annos, ut anonymus quidam, nescio quo fundamento permotus, indicavit, exaratus, vel potius seculo X aureisque nonnunquam literis interstinctus & accurata scripturæ ratione nulli secundus. *Bibliotheca Berolinensis Regia. Opitius in præfat. Bibl. Hebr. anni* 1709.

» Pentateuchus Hebraicus punctatus « *prostat in Bibliotheca Electoris Brandebur-* « *gici*, cujus inscriptio testatur codicem « anno æræ Judaicæ 4094. (*Christianæ* 334.) « scriptum esse, eaque viris quibusdam do- «
C ctis fucum fecit. Verùm præterquam « quod Chronica Judæorum testantur, « Epocham ab orbe condito, quo codex « ille utitur, post obsignatum demum Tal- « mud, aut longo post tempore inter Ju- « dæos cœpisse, (Dav. Gans Tsemach Da- « vid fol. 19. edition. Francof. 1692.) aliis « intrinsecis atque ex inscriptionis illius tex- « tura liquidò probari potest, eam amplius « millenario fallere, librique ætatem ad « initium seculi XV. referendam esse «. *Jo. Ern. Jablonski sect.* 33. *præfat. Bibl. Hebr.*
D *anno* 1699. *editorum.*

De hoc codice hæc habet Henr. Opitius in præf. Bibl. Hebr. » Codex in duodecima majori ut vocant forma, antiquus satis « & uti clausula libri præfert, jam ante « 1300. annos exaratus; ad quam ætatem « illud assurgere vix ac ne vix quidem cre- « diderim. «

T. Pentateuchus Hebr. cum Targum alternis versibus, quinque Meghilloth, Masora & variis lectionibus. Codex elegantissime scriptus in membranis in fol.
E *Bibliotheca templi Parochialis Brigæ in Silesia. Theoph. Unger in Epistola ad me data.*

Pentateuchus Hebraicus. Codex antiquissimus hîc assevatur in Judæorum Synagoga, quæ paucis ab hinc annis in regno Sinæ detecta est. *Hujus voluminis historiam complectitur epistola Joannis Pauli Gozani Jesuitæ* 5. *Novembris* 1704. *scripta in urbe vulgò dicta Cai-fum-fou.* » Erant « super varias mensas tredecim tabernacula « velaminibus obducta. Sacer *Kim* (hoc est « Pentateuchus) Mosis occlusus erat in « unoquoque tabernaculo, quotum duode- « cim repræsentabant XII. Tribus Israel, «

» & tertius decimus Mosen figurabat. Hi A » codices erant in membranis oblongis & » convolutis exarati. Annuit mihi (*inquit* » *Autor*) Synagogæ Præfectus, ut ex illis » unus me coram expanderetur, qui visus » est mihi nitidissimè & distinctè scriptus. » Ereptus fuerat horum unus à magna inun- » datione, qua submersa fuit urbs, quæ vo- » catur *Cai fum fou* hujus Provinciæ *cogno-* » *minis* caput. Madefacto hoc libro, lite- » ris quoque fermè semideletis, curaverunt » Judæi hujus urbis, ut exscriberentur jux- » ta illum XII. Exemplaria, quæ in duo- B » decim supra memoratis tabernaculis sum- » ma curâ custodiuntur. *Hæc ille.* V. *liber cui titulus :* Recueil VII. des Lettres édifiantes & curieuses 12. *Paris* 1707. *Alvares Semedo cap.* 30. *partis I. historiæ Sinicæ aliquam hujus Synagogæ, necnon codicis Biblici mentionem facit.*

Nicolaus Trigautius ex Commentariis Matthæi Riccii lib. 1. de Christiana expeditione apud Sinas *cap. undecimo de hoc codice ita loquitur :* » Judæus quidam na- » tione & professione ad P. Matthæum C » Riccium visitandum venit, famâ illius » permotus.... Is in Provincia *Henan*, in » ejus Metropoli *Chain-fam-fu* natus *Ngai* » cognomento dicebatur..... Ex hoc au- » dierunt nostri, in ea quam dixi Metropoli » decem duodecimve Israelitarum esse fa- » milias, & Synagogam perelegantem, » quam nuper decem aureorum millibus » instaurarant. In ea se quinque libros Moy- » sis, videlicet Pentateuchum, volumini- » bus involutis magna veneratione annos » jam quingentos aut sexcentos asservare. D » (*Hæc scribebat Matthæus Riccius circa* » *annum* 1600.).... Triennio ergo post, » neque enim citius licuit, P. Matthæus » Riccius unum è nostris fratribus, Sinam » natione, in eam Metropolim misit, ut in- » vestigaret, quam vera Israëlita ille retu- » lisset. Exscribi etiam sibi fecit initia libro- » rum & extrema, quos in sua Synagoga » asservabant, hæc deinde cum Pentateu- » cho nostro contulimus, & eadem esse re- » perimus, & eosdem characteres, nisi quod » antiquo more punctis carerent «. *Hæc ille.* E

*T*². Pentateuchus Hebr. cum Targum & Masora parva & quinque Meghilloth, & scholiis Anonymi. Codex elegantissime exaratus in membranis, & vetustissimus, scriptus anno Mundi 4238. (*Christi* 478.) in civitate Alexandriæ. Textus notatur punctis & accentibus qui vetustatem codicis æquare videntur. *Bibl. S. Laurentii cod.* 10. *Idem quoque notandum in hoc ac in præcedenti codice, pro quinquies millesimo, quater subrepsit tunc numerabitur annus Christi* 1478. *antè ullam Bibliorum Hebraicorum editionem.*

V. Pentateuchus Hebraicus cum Targum alternis versibus, quinque Meghilloth & variis lectionibus copiosissimis. Codex membranaceus elegantissime scriptus in folio. *Bibliotheca Templi Parochialis Bregensis in Silesia, prout mihi literis significavit Cl. Uriss. Unger Silesius Autor Diarii Erudit. Germaniæ.*

X. Pentateuchus Hebr. & quinque Meghilloth. Codex membranaceus in folio, nitido & majori charactere exaratus. *Bibl. Regia cod* 9

Pentateuchus Hebraicus cum Masora, 4°. *Parisiis Bibliotheca Thevenotiana ut refert Catalogus pag.* 189. *nunc in Regia.*

Pentateuchus Hebraicus cum quibusdam notis Masorethicis. Codex membranaceus in folio, charactere scriptus maximo atque nitidissimo ; puncta recens addita sunt. *Ibidem cod.* 12. *Bibliotheca Sorbonicæ plut.* 1. *num.* 5.

Pentateuchus. Codex in folio. *Bibl. Vindobonensis cod.* 8. *de Nessel.*

Y. Pentateuchus Hebraicus cum versione Persica, versibus alternis, charactere Hebraico. Hæc versio alia est ab ea, quæ in Pentateucho Polyglotto Constantinopoli edita est, & Londini in Polyglottis Anglicanis (*ut observavit & manu sua notavit Eusеb. Renaudot*) 2. vol. in fol. *Bibl. Colbertina cod.* 2468—2469.

Z. Pentateuchus, quinque Meghilloth & Chetuvim cum Masora. Puncta recentiori manu adjecta sunt. Codex membranaceus in folio, charactere grandiori & elegantissimo exaratus. *Bibl. Oratoriana cod.* 50.

A A. Pentateuchus cum Targum & quinque Meghilloth. Codex membranaceus in 4°. litera sat venusta descriptus. *Bibl. Sorbonæ cod.* 5. Idem *Bibl. Ducis Urbini, in Vaticana, Possevinus.*

BB. » Bina Bibliorum volumina in qui- « bus continentur Pentateuchus & Prophe- « tæ cum duplici versione Latina, altera « vulgata, altera per aliquot libros in- « terlineari, in folio. *Oxonii Bibl. Collegii Corporis Christi cod.* 5. *num.* 1472.

Pentateuchus Hebraicus. Codex membranaceus antiquus in 4°. *Bibl. Narcissi Archiep. Dubliniensis nunc Armachani cod.* 1. *num* 978.

Prophetæ omnes (*Priores & Posteriores*) & Chetuvim cum Masora animalium figuris implicata. Codex membranaceus in folio charactere quadrato nitidissimo exaratus à Josepho Scriba Gallo in usum R. Manahem filii R. Davidis ; annus quo illum absolvit non additur. *Vratislaviæ Bibliotheca Magdalenæa Chr. Theoph. Unger in literis ad me datis.*

† Pars Bibliorum Hebr. exhibens Pro-

phetas omnes, ut & Pſalmos, Proverbia, Coheleth & Canticum Canticorum, it. libros Chronicorum cum Maſora utraque. *In fine* librarius teſtatur ſe finem deſcribendi hunc codicem feciſſe anno 5248. menſe Tiſri (*i. e. Chriſti* 1488.) Adjecta ſunt puncta vocalia & accentus ab eadem manu. Acceſſit etiam in fine fragm. libri Hiſtorici, cujus initium: *Et factum eſt in diebus Antiochi.* In pergameno, forma quarta majore. *Hamburgi Bibl. Hinckelmanni, cod.* 161. *Catalogi à S. G. Starckio editi pag.* 21.

Pars Bibliorum Hebr. incipiens cum libro Joſue, & deſinens cum Malachia, (*id eſt complectens Prophetas priores & poſteriores.*) *Cantabrigiæ Bibl. Collegii Caio-Gonvilenſis cod.* 3. *num* 693. *Catalogi editi. Waltonus proleg.* 1 v. §. 12. *ſcribit ibi* »extare mſc. antiquiſſimum, cui deeſt Pentateuchus, & hoc, *pergit idem*, peculiare »habet, quod nullum Keri in margine notatur, ut in aliis exemplaribus, ſed in »textu plerumque inſeritur. «

Pars eadem. Codex vetuſtiſſimus Bibliorum. *Bibl. Leidenſis cod.* 195. *Werneri pag.* 409. *Catalogi in folio.*

CC. Eadem pars Bibliorum in folio, antiquitatem hujus codicis agnoſci (ait Henricus Hænerus in obſervationibus Philologico-criticis 8. 6.) ex charta vitulina & detrito libri charactere; addit Maſoram ibi planiorem eſſe quàm in Bibliis Polyglottis Buxtorfii: paraphraſis Chaldaica ſingulis verſibus ſubjicitur etiam accentibus inſtructa. *Bibl. Jenenſis.*

Prophetæ priores & poſteriores (*deſunt qui minores dicuntur*) cum excerptis ex Maſora & variantibus lectionibus codicis Hilleliani. Puncta vocalia recenti manu addita ſunt. Codex membranaceus in fol. literis grandioribus quadratis & perpolitis exaratus. *Ad calcem leguntur hæc verba:* Ego Moſes Coben F. Moſis Cohen ſcripſi hos viginti quatuor libros ad uſum principis magni & potentis Theodori Levitæ, filii Meir Levitæ, & complevi eos in fine Adar primi anno התקסז 967. *juxta minorem ſupputationem* (*Chriſti* 1207.) in urbe Cargos fortè Carcaſſona. *Bibl. Oratoriana cod.* 54. *Nullum unquam hoc codice præſtantiorem ſe vidiſſe aſſerit R. Simon. l.* 1. *c.* 22. *hiſt. crit. V. T.*

Prophetæ priores & poſteriores omnes. *Bibl. Colbertina cod.* 3098. *Bibl. Sorbonæ plut.* 3. *cod.* 2. *Bibl. Bodleiana cod.* 5254.

Iidem excepto Abdia Hebr. & Lat. *Bibl. Bodleiana cod.* 1475.

Iidem (exceptis XII. Minoribus) quinque Meghilloth, Daniel, Eſras & Paralipomena. Codex membranaceus in folio elegantiſſimè ſcriptus charactere ſat

A grandi. *Bernæ Bibl. Civica cod.* 92.

Liber Joſuæ, Judicum, I. Samuëlis, Chetuvim, & quinque Meghilloth cum notis variis Maſorethicis. Codex membranaceus in 4°. elegantiſſimè ſcriptus Toleti 958. (1198. *Bibl. Regia cod.* 133.

Libri Judicum & Regum Hebraicè cum excerptis ex Râſi commentariis, in 4°. *Bibliotheca Narciſſi Archiepiſcopi Armachani, cod.* 2. *num.* 976.

Libri duo Samuëlis Hebr. 8°. *Ibidem cod.* 2. *num.* 981.

B *D.D.* »Samuelis liber I. Hebr. & Lat.« quem ſequuntur libri Chronicorum Hebr.« cum verſione interlineari: Pſalterium« Hebr. cum duplici verſione Latina, Gallicana & Romana, è regione oppoſita:« Pſalterium ruſus Hebraicum cum una« verſione Latina, ſc. Romana. Ejuſcemodi« volumen aliud Hebræo-Latinum cum alia« verſione interlineari, complectens libros« Joſuæ, Judicum, Cantici Canticorum« & Eccleſiaſtæ. *Servatur in Bibliotheca Collegii S. Joannis Baptiſtæ; Hody lib.* 3. *de*

C *Bibl. text. Origin. pag.* 450.

Prophetæ poſteriores. Codex membranaceus in folio charactere grandiori in Oriente ſcriptus. *Biblioth. Oratoriana cod.* 58.

Iidem charactere ſat venuſto deſcripti, in fol. *Bibliotheca Sorbonæ plut.* 3. *cod.* 2.

Ezechiel & duodecim Prophetæ minores. Codex membranaceus in 4°. eleganter & nitide ſcriptus. *Florentiæ Bibl. S. Laurentii plut.* 1. *cod.* 9.

D Chetuvim. V. *Biblia Hebr. MS.* Z.

Chetuvim ſive Agiographa. Codex optimæ notæ & vetuſtatis non contemnendæ, ſcriptus in membranis in folio minori. *Ibid. plut.* 2. *cod.* 12.

Eadem. Codex membran. in folio charactere magno & venuſto exaratus. *Bibl. Regia cod.* 15.

Pſalmi, Proverbia, Jobus Hebr. V. *Pentateuchus Heb. MSS. P.*

† Pſalmi & Jobus, Codex antiquiſſimus, & ſi fides habenda ſubſcriptioni, exaratus anno 4921. æræ Judaicæ (*i. e.*

E *Chriſti* 1161. Subjunctæ ſunt notæ & Gloſſarium Biblicum, &c. in pergameno, forma quarta. *Hamburgi, Bibl. Hinckelmanni cod.* 164. *Cat. p.* 21.

Pſalmi, Job, Daniel, Prophetæ. Codex in folio antiquo charactere ſcriptus. *Bibl. Vindobonenſis cod.* 3. *de Neſſel.*

Pſalmi, Daniel & Paralipomena cum fragmento Pentateuchi. Codex in folio charactere Hebræo-Germanico ſcriptus anno mundi 5044. (*Chriſti* 1284.) *Bibl. Colbertina cod.* 626.

Pſalmi. Codex membranaceus in 8°. *Ibid. cod.* 6111. *Bibl. Bodleiana cod.* 945. 1878.

Psalmi Hebraici. Codex membranaceus in 12. in cujus fine hæc leguntur: Hi Psalmi scripti & signati stylo anno קצג; centesimo nonagesimo tertio computi millesimo sexto roboratum & firmatum per scribam Levi Ben Meïr sacerdotem bonæ memoriæ. (Hic annus conficit annum Christi 1433.) *Tiguri Bibl. Civica; Ottius.*

† Iidem, in pergameno nitidissime scriptus. Codex in 8°. *Bibl. Hinckelmanni, cod.* 165. *Cat. pag.* 21.

EE. Iidem cum duabus versionibus. Latinis & alia interlineari. *Cantabrigiæ Bibl. Collegii SS. Trinitatis cod.* 261—262.

Psalterium Anglicanum dictum, Hebraicis literis exaratum. » In uno Anglicano Psalterio Hebraicis literis manuscripto manifeste indicare possumus (*inquit Arias Montanus in animadversione hujus Psalterii post Præfat. de varia in Hebraicis literis lectione*) quod id exemplaris correctissimi & antiquissimi nomine à doctissimo in nostra ætate scriptore (*sc. Guillel. Lindano*) non à se visum sed ex alterius relatu summe laudabatur. Illic enim contendit Auctor, multa in Bibliis Hebraicis loca esse depravata & corrupta, Judæorum, ut dici solet, malitiâ, idque adstruit fide exemplaris Psalterii, quod magno in pretio haberi in Anglia dicit, idemque S. Augustini Archiepiscopi fuisse quondam affirmat, in eoque multa esse correcta quæ in aliis Bibliis corrupta sunt. . . . Nacti etiam sumus illud exemplar Psalterii appellatum Anglicanum quod tanquam thesaurum magnum diligentissime conservatum Joannes Clemens doctissimus & pientissimus vir ex Thomæ Mori familia possidet; is enim hujus nobis copiam fecit.

» Sed cum Psalterium videremus, non potuimus non vehementer dolere, gravissimo & doctissimo viro, qui ex aliena fide scripserit & docuerit, sic turpiter esse impositum. Cumprimis enim neque liber antiquus est, neque ab aliquo qui Hebraicam linguam cognorit, scriptus, sed à Scriba Latinas eleganter pingendi literas non ignaro, octoginta aut ad summum centum ab hinc annis depictus (*hæc scribebat Arias circa ann.* 1571.) brevis liber charactere Hebraico, imitatione magis & pingendi peritiâ quam legendi notitiâ relato, adeo corruptè descripto ut vix ullum verbum integritatem suam retinere videatur; habet nonnullorum Psalmorum Latinam interpretationem nostram vulgatam & annotatiunculas illum Jacobi de Valentia stylum redolentes, perbreves illas & raras. . . . Constat integra & continua scriptura, eaque ut diximus pene recens, & capitales literæ aliquot in initiis Psalmorum aureæ, sed quæ Latinam magis quam Hebraicam referant formam. . . . Is liber redditus est à nobis Clementi, ad quem pertinebat isque illum in sua Bibliotheca Melchliniæ habet «. *Ita ille.*

Iidem cum scholiis Latinis alicubi. Codex in 8°. membran. *Bibl. Leidensis cod.* 8. *Scaligeri pag.* 277. † Meghillath Esther. *Bibl. Hinckelm. cod.* 167. *Cat. pag.* 22.

Volumen Esther Hebraicè. Codex MSS. asservatus in Bibliotheca Canonicorum Regularium S. Salvatoris, qui videtur antiquior codice Biblico qui Bononiæ tanquam αὐτόγραφος Esdræ ostenditur. *Bernard. de Montfaucon pag.* 406. *Diarii Italici.*

Liber Job Hebraicè ex Arabico sermone à Mose Propheta conversus. » A Jobo ipso vel certe amicorum Jobi aliquo scriptum esse *hunc librum*, & quidem idiomate Arabico, post à Mose in Hebræum converso, Pseud-Origenes *lib.* 1. *comment. in Job*, jam olim & post ipsum alii asserunt. . . . At non Arabicè primitùs conscriptum & post conversum esse librum satis arguere videtur tum metri Hebraici ratio, tum Hebraismus purus in prioribus & postremo capite, tum mos Hebræorum vocandi Arabiam Orientem, & Arabes filios Orientis «. *Ita Joan. Henr. Heiddegerus lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 7. *Enchiridii Biblici.*

Liber Job Hebr. accedunt duæ versiones Arabicæ & Comment. Arab. R. Saadiæ Gaonis. Codex vetus. *Bibl. Bodleianæ cod.* 5938.

» Fridericus Sphanhemius, qui Jobi historiam accurate nuper & erudite prosecutus est, à Jobo quidem aut Jobi amicis res in Adversaria primùm fuisse linguâ patriâ relatas existimat cap. 15. Arabicâ nimirum seu Syriacâ veteri, & ex iis demum circa Davidis aut Salomonis tempora ab homine Ebræo conflatam quam habemus historiam. *Petrus Dan. Huetius lib. de demonstr. Evangel. propos.* 4. *de libro Job.* §. 1. Librum scripsisse (inquit ibidem doctiss. Huetius) ad solatium Israëliticæ gentis cum Ægyptiorum tyrannide premerentur mihi sane videtur perquam probabile. . . . Occurrunt quidem in Jobi libro Arabismi & Syriasmi, uti notatum est ab Hieronymo præfat. in Job. Verùm poetam agenti affines usurpare dialectos licuit, & speciosa vocabula rerum proferre in lucem, & obscurata populo verba eruere. «.

Libri Ruth, Danielis, Esdræ, Nehemiæ, Hebr. *Bibliotheca Narcissi Archiepiscopi Armachani cod.* 3. *num.* 980.

Esdræ & Danielis capita quædam E-

braicè ex Chaldæo reddita, à R. Levi F. Gerson: » Sententiis, verbis, verborumque situ & omnibus denique interpretationis virtutibus tanta fide & cura servatis, ut in eo plane videatur laudis genere laudandus, quod religiosum, fidum & congruens nominamus. Ejus interpretationis msc. exemplar habeo «. *Dan. Huetius de Claris Interpr. §. 6. pag.* 99.

Quinque Meghilloth seu parva volumina. V. *Biblia Hebræa N. O. P. S. T*ᵃ. *V. X. Z. AA.*

Libri Græci veteris Testamenti, qui non sunt in Canone Hebræo, à quodam Judæo in linguam Hebræam translati. *His auctam suppellectilem Librariam suam testatur Jo. Henr. Hottingerus in Thesauro Philol. lib. 1. cap. 3. quæst. 7.*

Iidem libri Hebraicè redditi à Dominico Hierosolymitano. Omnes istæ traductiones completæ ab eo fuerunt Romæ in Collegio Neophytorum die 25. Junii anno 1627. *Romæ, in ejusdem Collegii Bibliotheca, Bartoloccius part. 2. pag.* 282.

Sapienria Jesu filii Sirach vulgo Ecclesiasticus Hebraicè. V. *inter libros Syriacos.*

Macchabæorum liber I. Hebraicè olim extitit juxta D. Hieronymum. V. *inter libros Syriacos.*

Novum Testamentum Hebraicè ex Græco, Interprete Jatumæo. *Ex epistola Augustini Justiniani, quæ legitur pag. 105. Bibliothecæ Gesnerianæ.* » Hebræi fratres quicumque hunc legitis (*Novi Testamenti*) librum, ne gravemini quæso sermonis incuriâ; qui enim eum è Græco sermone in Hebræum traduxit Jacobus (*aliis Simon*) Jatumæus, transferre singillatim verba, non etiam sententias, voluit, ne corruptum ab eo aliquid ab ullo posset prætendi. Eo pacto effectum est, ut structus verborum duriusculi evaserint, & conformiores Græcæ quam Hebraicæ ac Latinæ linguæ, &c. « *Extat Genuæ in Bibliotheca Reipublicæ cum Novo Testamento Polyglotto August. Justiniani, ut ipse refert.*

Novum Testamentum ex Latino in Hebraicum versum à Dominico Hierosolymitano. Tomus I. complectitur IV. Evangelia, quorum traductio absolvitur anno mundi 376. min. supput. Christi vero 1616. mense Decembri; cum illam incœpisset Interpres anno 1615. mense Aprili. Tomus II. continet reliqua Novi Testamenti, quæ absoluta fuerunt anno 1616. die 5. Septembris ex notatione ipsius in fine codicis, pag. 265. 2. vol. in folio. *Ejus autographum propria ipsius manu exaratum asservatur Romæ in Bibl. Collegii Neophytorum; Bartoloccius part. 2. pag. 282. Bibliothecæ Rabbinicæ.*

Novum Testamentum Hebraicè ex Græco sermone conversum ab Oswaldo Erasmo Schreckenfuschio. » Neander asserit Schreckenfuschium Testamentum novum in linguam Hebraicam transtulisse, eamque versionem Basileæ haberi «. *Epistolæ de Bibliis Elianis pag. 98. Norimbergæ anno 1604. editæ.*

Novum Testamentum ex Latino in Hebræum translatum à Georgio Mayr. » Cum sacrum novæ Legis instrumentum ex Latino Hebræum fecisset *Georg. Mayr* ejus recognoscendi causâ Romam profectus, ibi fecit vivendi finem anno 1623.« *Alegambe in Bibl. Scriptorum Soc. Jesu.*

Novum Testamentum Ebraicè versum à Joanne Kemper Judæo converso, antea dicto R. Mose de Cracovia, cum brevibus notis extat msc. *Ericus Benzelius in Epistola ad me scripta anno* 1707.

Evangelium secundùm Matthæum Hebraicè. V. *inter libros Syriacos.*

» Evangelium S. Matthæi barbare & inepte in Hebraicam linguam translatum, seu potius depravatum & corruptum ab impio quodam vel Judæo vel Atheo. Reperitur msc. inter opera R. Sem Tobh Siprut, & seorsim etiam ms. asservatur *in Bibl. Vaticana papyr. in 4°. Bartoloccius part. 1. pag. 12. Idem part. 4 pag. 408. hæc addit:* R. Sem Tobh Isaac Siprut transtulit Evangelium Matthæi in linguam Hebraicam, vocavitque *Lapis Lydius*, phrasi ineleganti, rudi ac barbara, ut vilesceret apud Hebræos. In fine cujuslibet capitis argumenta adversus Evangelium recitantur «. Codex papyraceus in 4°. *Romæ in Bibl. Collegii Neophytorum.*

Evangelium S. Matthæi. Codex in 4°. cujus ope editum est à Joanne Tilio cum versione Latina Jo. Merceri. *Bibl. Colbertina cod. 3924. Tiguri Bibl. Joan. Bapt. Ottii Archidiaconi Tigurini.*

» Aliud exemplar accuratiori & priori stylo conscriptum asserit se vidisse *Rich. Simon cap. XX. Hist. crit. versionum N. T. pag.* 233. » Quidam leguntur initio versus, quibus evidenter promitur Judæorum in Christianos odium. Ideo enim scriptum esse patet ut refellatur. Sic autem inscriptum est: *Hic liber Jesu, qui vocatur lingua barbara* Evangelium. *Hunc composuit Matthæus, cui non est credendum, quia nihil refert præter pura mendacia.* Non orditur, ut codex Tilianus, his verbis: *Hæ sunt generationes Jesu* quæ sunt ex veteri Testamento desumpta, sed aliis quæ mox allata sunt. Ex versione Latina vel potius Italica suam condidit versionem Judæus Interpres; nam Matthæi nomen *Manteo* sicut & Evangelium, *Evangelio*

Italorum more exprimit «. *Hæc ille.*

Evangelium S. Matthæi Hebraicè cum textu Græco. Codex membranaceus, Venetiis. *Bibl. S. Marci plut.* 37. *de Montfaucon pag.* 42. *Diarii Italici.*

Evangelia D. Joannis & D. Lucæ in Hebraicam linguam conversa per Erhardum Schieggium. *Imbonatus pag.* 58. *Bibliothecæ Latino-Hebraicæ.*

Evangelium secundùm Joannem ex Græca lingua in Hebræam translatum similiter liber Actuum Apostolorum ex Græco Hebraicè redditus. *Utrumque codicem in Judæorum Gazophilaciis Tiberiade haberi scribebat S. Epiphanius lib.* 1. *adversus Ebionæos, Hæresi* 30. *pag.* 127. » Illud » (*inquit*) affirmare possumus unum ex om» nibus Novi Testamenti scriptoribus Mat» thæum Hebraicè ac literis Hebraicis » Evangelicam historiam texisse. Nec de» fuêre qui de Joannis Evangelio confirma» rent, illud Hebraicè translatum Tibe» riade in Judæorum Gazophilociis asser» vari. . . . . Imo & Apostolorum Actus in » Hebraicum sermonem conversos è Græco » iisdem in thesauris haberi multorum ser» mone percrebuit; & qui nobis ista nar» rabant, indidem Christianæ amplectendæ » fidei occasionem acceperunt. *Idem ibid.* » *p.* 130. Quos (*libros Josephus Comes*) dum » evolvit, fortè in illud incidit, de quo » dictum est, Joannes Evangelium è Græco » unà cum Apostolorum Actibus «. *Hæc ille.*

Acta Apostolorum, Epistolæ Pauli & Canonicæ, & Apocalypsis, omnia ex Latino in sermonem Hebraicum à Joanne Baptista Jona conversa. » Transtulit Jo. » Bapt. Jona in Hebr. linguam Acta Apo» stolorum & reliqua quæ in novo Testa» mento continentur scripta, sed morte præ» ventus anno 1668. ea typis evulgare non » valuit «. *Bartoloccius Bibl. Rabb. part.* 3. *p.* 51.

Apocalypsis S. Joannis Hebraicè cum notis quibusdam marginalibus. Codex in 4°. *Dublini Bibliotheca Collegii S. Trinitatis cod.* 264. *num.* 124.

BIBLIA HEBRAICA impressa.

» MINUS accurata sunt Biblia Hebraica quæ à Christianis parata » sunt quam quæ à Judæis: sed Christianis » cedunt Judæi in typorum elegantia «. *Rich. Simon de Disquis. Bibl. cap.* 8. *p.* 54. *Idem p.* 512. *Historiæ criticæ Vet. Testamenti jam scripserat* » pluris æstimanda » esse Biblia Hebraica, quæ Judæi quàm » quæ Christiani mandarunt typis: tot enim » sunt tàm in punctis vocalibus quam in ac» centibus observanda, ut vix Christianis liceat his in rebus ad summum apicem « pervenire «. *Et Josephus Scaliger p.* 49. *libri*, Scaligerana, *de libris Hebr. loquens hæc ait:* » Debent corrigi à Judæis, alio« quin semper erunt menda «. *Ideo referuntur plurimi in hac sectione codices Bibliorum seorsim excusi cum Commentariis Rabbinorum quippe qui à Judæis typis exscripti sunt.*

AN. 1488.

BIBLIA Hebraica cum punctis, in folio. *Ad calcem Pentateuchi leguntur hæc verba.* » Et absolutum est opus ministerii sanctitatis, *hoc est* viginti quatuor *libri sacri*, « sapiens ad docendum Legem in Is« rael excellens & illustris Josua Selomo « (videat semen, producat dies vitæ, amen) « Filius illustris sapientissimi Israel Nathan, « feria tertia XI. mensis Jiar anno במח i. e. « 248. juxta minorem supputationem (*qui* « *est Christi* 1488.) manu minimi in familia « sua, fidelis Chalcographi, Abraham F. « illustris Rabbi Hhaim felicis memoriæ, « ex piis viris, *hoc est Judæis* terræ Pisauri « *qui* Bononiæ *resident.* Impressum opus « Soncini «. *Extant Romæ in Bibliothecis Barberina & Sanctæ Pudentianæ, Florentiæ in Bibl. S. Laurentii.*

BIBLIA Hebraica in 8°. Venetiis per Gherschon anno 226. juxta minorem supputationem Judæorum (quæ coincidit cùm anno Christi 1466.) *Hæc editio notata ab Ottio in Commentariis suis MSS.*

AN. 1494.

» BIBLIA impressa Pisauri in ditio« ne Venetorum in 4°. primum anno Do« mini 1494. correctissima. Biblia rursus Pi« sauri excusa eodem tempore integra in « folio. Alibi quoque in folio. *Hæc Conradus Gesnerus in partit. Theolog. titul.* 2. *p.* 12.

BIBLIA Hebræa nuda (vel sine punctis) in folio & in 4°. impressa Pisauri anno 1494. correctissime. *Buxtorfius pag.* 268. *Bibliothecæ Rabbinicæ editionis* 1613.

Aliæ editiones sine punctis 1573. 1610. 1631. 1639. 1694. 1702. 1711.

BIBLIA Hebræa in 8°. Pisauri excusa typo minusculo eleganti cum punctis, » quale exemplar (*inquit ibid. Buxtorfius*) « semel tantum apud Judæos vidi «. *Hujusmodi exemplar, quod fuit Conradi Pellicani, extat nunc in Bibliotheca Carolina Tiguri.*

BIBLIA Hebræa in 8°. Brixiæ, Gersonis F. Mosis Soncinatis נרד i. e. 254. min. supput. (*Christi* 1494.) *R. Sabtai p.* 84. *Biblioth. Rabb. col.* 2. *hanc sub forma quarta recenset cum sit tantùm formâ octavâ majori.*

BIBLIA Hebræa. Codex membranaceus in folio typis excusus cum punctis. *In eo deest ultimus Pentateuchi quaternio*, ubi sanè era editionis erat designata si-

cut & locus impressionis. *Ad majorem ejus notitiam hic notari lubet, primam Geneseos, item & libri Josuæ paginam iisdem & quidem ligno incisis decoratam esse ornamentis. In superiori parte repræsentatur canis venaticus tres insectans lepores; ad latus Lævum pavo pedibus alium leporem carpens; in ima parte hinc cervum venatur canis, inde Angelus Cornicen equo insidens sonat cornua, & in medio conspiciuntur vacua stemmata. Prima textus pagina, Psalmi, Proverbia Salomonis, Job, duo voluminis postrema folia & quædam alia, una ut vulgo dicitur linea, cætera inter quæ ultima pagina, duabus columnis distincta excusa sunt. Hæc erant notanda ut istud exemplar à præcedentibus discriminaretur.* Extat Parisiis in Musæo Dn. Boissier, *quod ex libris Dionisii Nolin Parisiensis Advocati pretio redemit.*

BIBLIA Hebræa charactere magno & elegantissimo, in folio. Illud exemplar, nec locum editionis habet nec annum; *servatur Tiguri in Bibliotheca Carolina:* quia verò cum præcedenti convenit, poterit examinari. *Cl. Jo. Bapt. Ottius Archidiaconus Tigurinus.*

AN. 1511.

BIBLIA Hebræa in 4°. Venetiis, typis Danielis Bombergi 271. (1511. *Hanc editionem referunt Joan. Buxtorfius pag.* 301. *Bibliothecæ Rabbinicæ secundæ editionis & Julius Bartoloccius part.* 1. *p.* 435. *his sanè nixi verbis Davidis Gans in Chronologia, quam* Germen David *inscripsit ad an.* 1511. » Impressio prima librorum sacrorum » operâ Danielis Bombergi Venetiis facta » est anno 271. minoris supputationis (*i. e. Christi* 1511.) « *Hæc autem nunquam extitit, siquidem prima Bombergi editio facta est anno* 1518. *ut patet infra. Aliam Bombergi anno* 1491. *Venetiis vulgatam memorat Cl. Humphredus Hody* lib. 3. de Bibl. textibus Original. *p.* 449. *quæ quidem fictitia quoque est, literas enim Hebraicas à Felice Pratensi Bombergus tantum post annum* 1515. *didicit, ut fert præfatio primæ editionis Bibliorum Rabbinicorum an.* 1518. *Primam sacrorum Bibliorum Hebraicam editionem, factam fuisse Soncini anno* 1488. *eorum denique partium an.* 1486. *constat tam ex supra dictis quam ex infra dicendis.*

BIBLIA Hebraica 2. vol. in folio Venetiis 1515. *Laudantur à Davide Wilkins in Commentariis MSS.*

AN. 1517.

BIBLIA Hebræa binis divisa columnis, in folio. *Ad calcem leguntur hæc verba charactere exiliori Rabbinico:* Omnis consummationis vidi finem. Laus Deo O. M. & confessio summo nomini ejus. Quandoquidem improbi non invaluerunt ut me perderent, benedicam Domino, qui me non dedit prædam dentibus illorum. Ecce enim pro misericordia sua suffulcit me, ut inchoarem & perficerem residuum libri mei sancti supra omnes libros. Facta est autem illius consummatio per manus minimi Typographorum, exigui inter discipulos, *unius* ex filiis Soncim, *vulgò Soncinatibus*, noti in Judæa & in Israel, anno 277. min. supput. (*sed Christi* 1517.) primo mensis Adar. Deus illuminet nos, & ponat inter nos benedictionem & pacem. Amen.

BIBLIA Hebræa. V. *Biblia Polyglotta Complutensia* 1517.

AN. 1518.

BIBLIA Hebræa, cum Masora & Targum seu paraphrasi Chaldaica ONKELOSI in Pentateuchum, HIEROSOLYMITANA in eundem, JONATHANIS filii Uzielis in Prophetas, R. JOSEPH COECI & aliorum in Psalmos, Proverbia, Job & quinque parva volumina, & altera paraphrasi in librum Ester. *Item* cum Commentariis Rabbinorum, *unde, Biblia* RABBINICA *dicta*, R. Salomonis Jarchi *contractè* RASI in Pentateuchum, Esram, Paralipomena & quinque *Meghilloth*: R. Davidis Kimhhi, *contractè* RADAK in omnes Prophetas & in Psalmos: YAU VENAKI *vel potiùs* R. Salomonis F. Abraham in Proverbia Salomonis: R. Mosis Nahhman, *contractè* RAMBAN in Jobum: R. Abrahami Peritsol in Jobum: R. Levi F. Gerson *contractè* RALBAG in Danielem: R. SIMEONI in Esram & Paralipomena. *Denique* cum variantibus Ben Aser & Ben-Nephtbali in Pentateuchum, &c. & cum præfatione Latina Leoni X. Pont. Max. nuncupata à Felice Pratensi, *cujus cura & studio hæc omnia primum edita sunt.* In fol. Venetiis, typis Danielis Bombergi רעח 278. anno minoris supputationis, (*hoc est Christi* 1518.)

Ex præfatione. » Multi quidem anteà «
manuscripti circumferebantur, sed adeò «
nitore suo privati, ut par ferè mendarum «
numerus dictiones ipsas consequeretur, «
nihilque magis ab his desideraretur quàm «
verus & nativus candor, quem nunc à «
nobis illis esse restitutum, qui legent, «
cognoscent omnes. Daniel enim Bom- «
bergus.... neque labori, neque sumpti- «
bus parcens, publicæ utilitatis gratiâ, «
plurimis collatis exemplaribus hosce li- «
bros studio nostro, fide & diligentia casti- «
gandos, imprimendos curavit. Rem equi- «
dem perdifficilem, nec ob id ab aliis ha- «
ctenus tentatam. His autem addidimus «
veterum interpretationes Hebraicas & «
Chaldæas, communem scilicet & Hiero- «
solymitanam, in quibus multa sunt ar- «

»cana & recondita mysteria Christianæ »pietati tam utilia, quàm necessaria«. (*Refecuit ex Rabbinorum libris ea, quæ Religioni Christianæ erant adversa; quod etiam præstiterunt qui sequentes hujusmodi Bibliorum editiones procurarunt.*) Ea autem omnia sub tuo nomine in publicum prodire volumus. Venetiis 1517.

» Hanc editionem (*ait Buxtorfius in* »*Biblioth. Rabbin. p.* 298.) vehementer re»prehendit Elias *Levita* in præfatione li»bri 3. Massoreth, propter notas Masore»thicas isti editioni ad marginem adjectas, »suadens ut nullus ad eas animum ponat; »*nam*, inquit, *qui apposuit eas non potuit* »*discernere inter dextram & sinistram suam*, »*quia non fuit Judæus* (*Elias nescivit quod* »*Felix Pratensis, qui notas istas huic edi*»*tioni adjecit, Judaismo relicto Christianam* »*fidem susceperit*) *& in Masora nihil quid*»*quam intellexit, &c.* «

Aliæ editiones Rabbinicæ sive cum Comment. Rabbinorum 1526. *hæc est* I. *in qua reperitur præfatio R. Jacob F. Hhaiim.* II. *editio cum hac præfatione* 1549. III. 1568. IV. 1617. V. 1619. *Ex his sex editionibus quatuor tantum agnovit Waltonus, & (multi post ipsum) binas alias ignoravit.*

Aliæ editiones Dan. Bombergi in folio 1526. 1549. in 4°. I, *editio* 1518. II. 1521. III. 1528. IV. 1533. V. 1544.

BIBLIA Hebraica, *cum quibusdam variantibus lectionibus quæ in Pentateucho paucissimæ sunt, in cæteris libris frequentiores.* In 4°. Venetiis opera Danielis Bombergi 5278. (1518. anno XVI. Leonardi Loredani Ducis Venetiarum.

AN. 1521.

BIBLIA Hebraica secundò impressa in 4°. Venetiis nomine Danielis Bombergi & in ejus domo, opera fratrum filiorum Baruc, mense Alul anno רפא 281. (1521.

AN. 1525.

BIBLIA Hebraica tertiò impressa in 4°. Venetiis, opera Danielis Bombergi anno רפה 285. (1525. *Pentateuchum & quinque Meghilloth duntaxat hæc editio continet, licet in fronte gerat Biblia more Judaico expressa* חמשה חומשי.

AN. 1526.

BIBLIA Hebraica RABBINICA cum utraque Masora in omnes sacræ Scripturæ libros, Targum ONKELOSI in Pentateuchum, HIEROSOLYMITANO in eundem, JONATHANIS in omnes Prophetas; R. JOSEPH COECI & aliorum in Psalmos, Proverbia, Job, quinque *Meghilloth*, & altero Targum in volumen Esther. Item cum Commentariis RASI in Pentateuchum, Prophetas, Psalmos, Esram, quinque *Meghilloth* & Paralipomena; R. Abraham Aben Esræ, *contractè* R. HARAVAAH in Pentateuchum, Isaiam, XII. Prophetas minores, Psalmos, Proverbia, Job & quinque *Meghilloth*, R. Davidis Kimhhi, RADAC in Prophetas priores, in Hieremiam & Ezechielem; R. Levi F. Gerson RALBAG in Prophetas priores, Proverbia & Job; R. SAADIÆ Haggaon in Danielem. *Hæc operi præmissa sunt*: 1. Præfatio R. Jacob F. Hhaiim, *in qua agit de Masora, Keri & Ketib, de discrepantiis inter Talmudistas & Masorethas, de locis quos vocant, correctiones scribarum & de Masoræ magnæ ordine*: 2. Index capitum omnium librorum Biblicorum. 3. Index sectionum totius Scripturæ juxta Masorethas. 4. Præfatio Aben Esræ in Legem (*agit de quinque modis quibus Interpretes Judæi Legem solent explicare.*) Adjecta est duplex Masora: Minor quæ singulis paginis ad latera textus imprimitur; & Major quæ partim ad finem juxta seriem Alphabeticam apponitur cum instructione Jacob filii Hhaiim, partim per singulas paginas infra & supra textum. Postea subjiciuntur lectiones variantes Ben-Aser & Ben Nephthali, Orientalium & Occidentalium, & libellus Ben-Aser de accentibus Hebraicis, 4. vol. in folio. *In fine ultimi voluminis ante indicem legitur*: Absoluta sunt hæc Biblia mense Tisri, anno רפו 286. (*Chr.* 1526. Venetiis apud Danielem Bombergum. *Hanc editionem magnis encomiis celebrat Elias Levita, & in ejus laudem carmen encomiasticum composuit.*

Habita ratione præcedentis Bibliorum Rabbini eorum editionis, hæc secunda est: vocatur tamen, & est prima, quæ studio & cum præfatione R. Jacob F. Hhaiim primum hoc anno prodiit, ex qua postremæ omnes exscriptæ sunt. Multi hanc editionem anno Christi 1528. *vulgatam fuisse arbitrantur, freti authoritate Jo. Buxtorfii filii, qui pag.* 298. *Rabbinicæ Bibliothecæ* 2. *edit. eam asserit finitam esse anno* 1528. *sed aut erravit aut potius mendum typographicum non correxit Buxtorfius, si quidem calculum Judaicum referens, eam ad annum* 5286. *recenset, qui est Christi* 1526. *Eodem modo aberravit R. Sabtai p.* 85. *Biblioth. Rabbin. Col.* 1. *cum ait hanc editionem initium sumpsisse anno* 283. *& finem anno* 288. (*Christi* 1528.

AN. 1528.

BIBLIA Hebraica tertiò impressa, *cum quibusdam variantibus lectionibus* in 4°. Venetiis in domo Danielis Bombergi, opera Cornelii Baruc, mense Adar, anno רפח 288. (*Chr.* 1528.) *Pentateuchus hujus editionis & præcedentis anno* 1525. *omnino absimilis est.*

AN.

AN. 1533.

BIBLIA Hebraica quartò impressa, in 4°. Venetiis, Danielis Bombergi רצ״ג 293. (1533.

AN. 1535.

BIBLIA Hebraica, *charactere singulari apud Judæos Germanos iu usu recepto*, cum Latina planeque nova Sebastiani Munsteri tralatione, post omneis omnium hactenus ubivis gentium æditiones evulgata, & quoad fieri potuit, Hebraicæ veritati conformata : adjectis insuper è Rabbinorum Commentariis annotationibus haud pœnitendis, pulchre & voces ambiguas & obscuriora quæque elucidantibus. 2. vol. in fol. Basileæ, ex officina Bebeliana impensis Michaëlis Isingrinii & Henrici Petri 1534—1535. 2. *editio* 1546.

Ex epistola præliminari. » Porro hoc
» unum præcipue spectavimus in hac nostra
» æditione, ut Hebraicam veritatem stu-
» diosis potissimum boc oostro labore inser-
» vire cupientes.... Consuluimus ob id in
» Pentateucho ex Hebr. scriptoribus Chal-
» dæum Interpretem, R. Salomonem, (*i. e.*
» *Rasi*) David Kimcbi, Aben Esram, R.
» Menahem, Abraham Hispanum, Seder
» Olam, R. Mosen de Cozi, Mosen Ge-
» rundensem, Arba Turim & quosdam alios;
» & cujus expositio in obscurioribus locis
» nobis commodior visa fuit, hunc sequuti
» sumus. «

Ex præfatione in Pentateuchum pag. 6. »
» In primis noveris Hebraica in hoc libro
» haud secus posita quàm in Judæorum in-
» veniuntur codicibus scripta, nisi quod ea
» amputanda censuimus quæ Judaicis inser-
» viunt cæremoniis & superstitionibus, ut-
» pote distinctiones magnas, &c.... Porro
» in Latina versione, hoc unum spectavi-
» mus, ut quoad fieri potuit, Latina He-
» braicis responderent, nisi quod aliquando
» quasi per parenthesim adjecerim unam
» aut alteram dictionem, quæ ad explica-
» tionem obscurioris faceret sententiæ.....
» Phrasim quoque Hebraicam & idiotis-
» mos ipsos non semper immutavimus, præ-
» sertim qui Christianis auribus hodie non
» sunt horrori, nisi interdum nostri obliti,
» Hebraismum crassius irrepere permisimus
» .... Quidquid autem obscuritatis prop-
» ter Hebraismos ipsos invectum est, id an-
» notarionum beneficio dilucidavimus. Qua-
» re noluimus, ut hæc æditio absque anno-
» tationibus usquam locorum excudatur....
» Quos vero potissimum secuti fuerimus in
» hac nostra æditione supra in epistola præ-
» liminari obiter indicavimus, nempe quod
» solos Hebræos consuluerimus scriptores,
» postquam nobis in animo fuit talem pa-
» rare æditionem quæ per omnia Hebrais-
mo esset conformis. Contulimus tamen «
obiter Santis Pagnini in Pentateucho «
duntaxat æditionem, Lutheri recognitio- «
nem, Steuchi annotationes juxta Hebrai- «
cam veritatem & Oecolampadii particu- «
lares versiones, & quid in quolibet desi- «
deratur, facile animadvertimus. «

AN. 1536.

BIBLIA Hebraica, *eodem charactere, studio Seb. Munsteri*, 2. vol. in 4°. Basileæ, Hieronymi Frobenii & Ambrosii Episcopii 296. (1536.

AN. 1544.

BIBLIA Hebraica, columnis bipartitis, in 4°. Venetiis 301. (1541. *Forsan ea est editio quæ prodiit anno* 1551.

BIBLIA Hebraica, quintò impressa in 4°. Venetiis, opera Cornelii Adelkenad, in domo Dan. Bombergi ש״ד 304. (1544.

BIBLIA Hebræa: *Pentateuchus: Prophetæ priores & Chetuvim charactere majori & sat venusto, Prophetæ posteriores charactere impolito: Hæc editio non est accurata*, 4. vol. in 4°. Parisiis ex officina Roberti Stephani 1539—1544.

Hæc Editio Venetæ de anno 1521. pres- «
so pede insistit & fere unice inhæret «.
Henr. Opitius in præfat. Bibl. Hebr. anni 1709.

† Hæc Roberti Stephani editio pulchris quidem characteribus est impressa. .... sed pluribus mendis scatet, quæ libri pulcherrimi nitorem turpiter fœdarunt. *Simon Ocklejus Introd. ad linguas Or. cap.* 2. *p.* 34.

AN. 1546.

BIBLIA Hebræa *elegantissimè & sat correctè, litera minori*, 7. vol. in 16. Ibidem, iisdem typis à mense Februario 1544. ad mensem Januarium 1546.

Hæc editio & venustate & diligentia aliam longe superat. Præter binas hasce Roberti Stephani Bibliorum Hebraicorum editiones tertiam quoque refert in forma, quam vocant, in folio Theodorus Janssonius ab Almerloven pag. 19. *Catalogi librorum à Stephanis editorum ad calcem illorum vitæ his verbis:* Biblia Hebraica in folio 1545. *Rob. autem Stephanus ipse in præfatione Thesauri Hebraici Pagniniani anno* 1548. *editi duas duntaxat priores recenset, ait enim:* Cum Biblia Hebraica duplici forma (*in* 4°. *scilicet & in* 16.) excudissemus, &c

BIBLIA Hebræo-Latina Seb. Munsteri. (*Titulus ut in editione præcedenti anni* 1535. *cui hæc adduntur.*) Accesserunt in hac secunda editione multæ novæ annotationes præsertim in Pentateucho, atque in multis locis textus clarior redditus est, Hebraicæ veritati magis quam antea conformatus, 2. vol. in folio. Basi-

leæ, ex officina Michaelis Insingrinii & Henrici Petri 1546.

AN. 1549.

BIBLIA Hebraica RABBINICA. *Hæc editio secunda cum præfatione R. Jacob F. Hhaiim, præstantissima est, & omnium optima, juxta quam præsertim sequentes prodierunt:* Complectitur utramque Masoram, Targum Onkelosi, Hierosolymitanum, Jonathanis, R. Joseph Cæci & aliorum, & Commentaria Rasi (*hæc omnia juxta præcedentem editionem.*) R. Abraham Aben Esræ in Pentateuchum, Psalmos, Proverbia, Job, Danielem & quinque *Meghilloth* (*in hac editione adjecta sunt Comment. in Danielem, omissa vero in Esaiam. XII. Prophetas minores quæ erant in præcedenti:*) notulas marginales ex R. Jacob Baal Turim *hic additas* in Pentateuchum, Commentarium R. David Kimhhi in Prophetas omnes & Paralipomena (*Comment. in Esaiam, XII. Prophetas & in Paralipomena desunt in præcedenti:*) R. Levi Ben-Gerson in Prophetas priores, Proverbia & Job; R. Jesaiah in librum Judicum & I. & II. Samuelis (*additæ sunt Jesaiæ lucubrationes:*) R. Saadiæ Haggaon in Danielem; R. Mosis Kimhhi in Esram (*additum*) *cætera ut in præcedenti editione.* 4. vol. in fol. Hæc secunda editio excudi cœpta est anno שז 307. (*id est Christi* 1547.) *ut notatur in secundo volumine. Ad calcem Paralipomenon hæc leguntur:* Et fuit consummatio ejus hodie, die IV. mensis Tisri, anno אשנב 309. (1549.) in domo Danielis Bombergi opera Cornelii Adelkenad Levitæ. *At in primo libri folio denotatur annus* ושב 308. *qui est Christi* 1548.

AN. 1551.

BIBLIA Hebraica, in 4°. Venetiis, in ædibus Antonii Justiniani, opera Cornelii Adelkenad 5311. (1551.

BIBLIA Hebraica, in 4°. Francofurti ad Oderam 1551.

AN. 1552.

BIBLIA Hebraica, 4. vol. in 18. Venetiis, ex officina Justinianæa 312. (1552.

BIBLIA Hebraica cum Comment. Germanico R. Nephthali Ben-Aser, in fol. Cracoviæ 312. (1552.

AN. 1563.

BIBLIA Hebraica, in 4°. Venetiis, M. Antonii Justiniani 5323. (1563.

AN. 1566.

BIBLIA Hebraica, in 4°. Venetiis, Joan. de Gara 326. (1566.

BIBLIA Hebraica, in 4°. 2. vol. in 8°. & 4. vol. in 16. *Editiones elegantes & satis correctæ.* Antverpiæ, Christophori Plantini שכו 326. (1566.

Aliæ editiones Plantini 1572. 1573. 1580. 1582. 1584. 1590.

AN. 1568.

BIBLIA Hebræa RABBINICA: *Editio tertia, post secundam anni 1549. juxta quam penè de verbo ad verbum facta est, cæteris præstantior, eademque omninò ac secunda complectens,* 4. vol. in fol. Venetiis, typis Bombergianis per Joan. de Gara anno שכח 328. (1568.

AN. 1571.

BIBLIA Hebraica cum Commentario Latino, in fol. Genevæ 331. (1571. *Hæc editio supposititia videtur, vel ipsa est Editio anni 1609. cum versione Ben-Ariæ Montani, altero anno notata.*

AN. 1572.

BIBLIA Hebraica. V. *Bibl. Polyglotta Antverpiensia* 1572.

BIBLIA Hebraica & Latina, *ex versione Santis Pagnini à Ben. Aria & aliis recognita; editio prima & optima.* V. *Eadem Polyglotta* 1572.

Aliæ editiones Hebraicæ cum hac recognitione. 1581. 1584. 1609. 1613. 1657. 1707.

AN. 1573.

BIBLIA Hebraica *sine punctis*, in 8°. & 2. vol. in 24. Antverpiæ, Christophori Plantini 333. (1573.

BIBLIA Hebraica. in 4°. Venetiis 1573.

AN. 1580.

BIBLIA Hebraica, in 4°. Antverpiæ Plantini 240. (1580.

AN. 1581.

BIBLIA Hebraica & Latina Ariæ Montani. Adjecta est ejus de varia librorum Hebræorum scriptione & lectione, & de versionis Paginianæ defensione commentatio, *editio rara*, in fol. In Burgo Aracenensi, *in Hispania* 1581.

AN. 1582.

BIBLIA Hebraica, in 4°. Venetiis Joan. de Gara 342. (1582.

BIBLIA Hebraica, in 4°. Antverpiæ, Plantini 341. (1582. *Frontispicium præfat. annum* 340. *sed in fine legitur annus* 342.

AN. 1584.

BIBLIA Hebraica eorundemque Latina interpretatio Xantis Pagnini, recenter Bened. Ariæ Montani & quorundam aliorum collato studio ad Hebraicam veritatem diligentissimè expensa. Accesserunt & huic editioni libri Græcè scripti, quos Ecclesia orthodoxa, Hebræorum Canonem secuta, inter apocryphos recenset (*sic exemplar Sorbonicum.*) *Hæc verba tanquam à Typographo Catholico dicta in bonam partem, non verò juxta mentem Protestantium (qui tunc ibi rerum potiebantur) accipienda sunt. Legi in alio exemplari quod asservatur in Biblioth. Regia:* Accesserunt & huic editioni libri Græcè scripti qui vo-

cantur apocryphi, cum interpretatione A Latina ex Bibliis Complutensibus petita, item Novum Testamentum Gr. Lat. &c. in fol. Antverpiæ, Christophori Plantini 1584. *editio elegantissima.*

AN. 1586.

BIBLIA Hebraica. V. *Polyglotta Vatabli* 1586.

AN. 1587.

BIBLIA Ebræa eleganti & majuscula characterum forma, qua ad facilem sanctæ linguæ & Scripturæ intelligentiam primo intuitu literæ radicales *plenæ & nigræ* & serviles deficientes & quiescentes B *vacuæ* situ & colore distinguuntur, cura & studio Eliæ Hutteri, in fol. Hamburgi, excudebat Jacobus Lucius 1587. *prima & sola editio nova characterum figura singularis, sed nullius ferè usus.*

Aliæ, quæ circumferuntur, editiones 1588. 1595. 1603. *non multiplex & varia, sed una, eademque est editio, ut ex collatis inter se exemplaribus cognovi.*

AN. 1588.

BIBLIA Ebræa, studio Eliæ Hutteri C edita. V. *supra ad ann.* 1587. in fol. Hamburgi, typis Lucii 1588.

AN. 1590.

BIBLIA Hebraica, in 8°. Antverpiæ 1590.

AN. 1595.

BIBLIA Hebraica, in 4°. Venetiis 1595.

BIBLIA Hebraica, in 4°. 2. vol. in 8°. & 4. vol. in 16. Francof. ad Od. Hartmannorum 355. (1595.

Istæ editiones apud Judæos in magno pretio sunt. D

BIBLIA Hebraica, 2. vol. in 16. Leidæ, Raphelengii 1595.

AN. 1596.

BIBLIA Ebræa Eliæ Hutteri. V. *Biblia Polyglotta Valderi* 1595—1596.

AN. 1599.

BIBLIA Ebræa ejusdem usque ad librum Judicum & Ruth inclusivè. V. *Biblia Polyglotta* 1599.

AN. 1603.

BIBLIA Ebræa ejusdem. V. *supra ad* E *ann.* 1587. in fol. Hamburgi & Coloniæ 1603.

AN. 1609.

BIBLIA Hebræa & Latina Ariæ Montani, in fol. Coloniæ Allobrogum, Petri de la Roviere 1609.

AN. 1610.

BIBLIA Hebraica *sine punctis*, 2. vol. in 24. Hanoviæ, Jacobi Hana 370. (1610.

AN. 1611.

BIBLIA Hebræa minimo charactere, ex recognitione Jo. Buxtorfii, in 8°. Basileæ, Waldrich 1611.

AN. 1613.

BIBLIA Hebr. & Lat. Ariæ Montani, 8. vol. in 8°. Leidæ, ex officina Plantiniana 1608—1613.

AN. 1614.

BIBLIA Hebræa cum compendio commentariorum Rasi, quod vocatur, *Caph ierec Jacob* & brevi commentario R. Jakal Sopher, collecto ex Commentariis Germanicis, 8°. Pragæ 374. (1614.

AN. 1615.

BIBLIA Hebræa, 4. vol. in 12. Venetiis, typis Joan. Bragadini, in domo Joan. Kaion 1614—1615.

AN. 1617.

BIBLIA Hebræa RABBINICA juxta priores editiones Danielis Bombergi, cum Targum, Masora magna & parva, & Commentariis Rabbinorum, editio quarta *ab Inquisitoribus recognita*, & edita studio & cum præfatione R. Judæ Ariæ *seu Leonis* Murinensis, 4. vol. in fol. Venetiis, Petri & Laur. Bragadin, anno שנת שבח seu שבעה 377. (1617.

C R. Judas de Mutina, vulgo dictus R. «
Leo de Modena, Rabbinus Venetus, præ- «
fuit huic editioni, & ut quam emendatis- «
sime prodiret, magnam diligentiam ad- «
hibuit, correctis mendis, quæ antehac in «
alias editiones irrepserant, ita ut, quem- «
admodum in sua præfatione illi præfixa «
dicit, plusquam trecenta loca aliàs errata «
correxerit. Nescio tamen num & ipsa cor- «
rectione indigeant. *Ita Bartoloccius tom.* IV. «
Bibliothecæ Rabbinicæ pag. 198. *Dixerat* «
jam tomo III. *pag.* 33. Hanc editionem «
D suos quoque nævos pati. «

AN. 1618.

BIBLIA Hebraica, in 4°. in 8°. & 6. vol. in 18. Genevæ, Cephas Elon (hoc est Petri Quercetani, vulgò de la Rouviere à veteri Gallica voce *Rouvre* orta à Robore quod Quercum significat) 378. (1618. *Editiones mendosæ.*

AN. 1619.

BIBLIA Hebr. & Lat. Ariæ Montani, additis correctionibus Romanis Lucæ Brugensis, in fol. Genevæ 1619. *Eadem est* E *prorsus editio ac anni* 1609.

BIBLIA Hebræa RABBINICA. Editio quinta, *juxta secundam anni* 1549. *concinnata, additis Commentariis Aben Esræ in Esaiam, XII. Prophetas minores & in Esram, & omisso Commentario R. Mosis Kimhhi in eundem Esram, studio Joannis Buxtorfii Patris qui in Targumim puncta vocalia ex analogia linguæ Chaldaicæ immutavit, plurima errata Masoræ diversorum exemplarium & concordantiarum subsidio castigavit.* 4. vol. in fol Basileæ, typis Ludovici Konig; *tomus* I. *&* 2. *editus est anno* משלח 378. *i. e. Christi* 1618. *tomus* 3.

& 4. *anno* 379. (1619.) *ut legitur ad cal- A
cem libr. Paralipom.* » Ex consummatio ejus
» facta est mense Ab, anni שללח בזרח
» 379. min. supput. (1619.

Ex præfatione Buxtorfii. » Textum Chal-
» dæum (*juxta versionem Richardi Simon*)
» qui Targum vulgo dicitur, & illustrissi-
» mus est Textus Hebraici Commentarius,
» in Mose & Prophetis, ad antiquam, ve-
» ram & perpetuam priscæ linguæ Chal-
» daicæ analogiam libris Esræ & Danielis
» pulcberrime præmonstratam redegimus,
» & ab inepta & insigniter deformi puncta- B
» tione, quam editiones Venetæ continent,
» vindicavimus. «

Buxtorfius in editione sua » innumeris
» locis punctationem veram restituit, loca
» depravata emendavit, Masoræ errata plu-
» rima castigavit, ita ut per immensos viri
» clarissimi labores Basileensis hæc editio
» omnibus Venetis meritò præferenda sit.
» *Ita censet Waltonus in præfat. Bibl. Polygl.*
» *Londin. ubi post unam & alteram paginam*
» *hæc addit.* Multa quæ in *Bibliis* Regiis
» expuncta, mutata, aliterque quam in C
» antiquis exemplaribus existerent excusa,
» integritati suæ Venetas secutus, resti-
» tuit. «

» Buxtorfius, *inquit Rich. Simon cap.* 13.
» *Disquisit. critic. de variis Bibl. edition. pag.*
» 103. ausu improbo immensum Paraphra-
» seon opus nuperæ critices methodo con-
» formatum edi curavit.... Verum, ut op-
» timè à Ludov. de Dieu annotatum fuit,
» nonnulla adhuc post Buxtorfii castigatio-
» nem supersunt in melius reformanda. *Ex-*
» *tat in Bibliotheca Oratoriana num. 26. codex* D
» *Paraphraseos Onkelosi, cum Textu sacro al-*
» *ternis versibus manu exarato, forma maxima*
» *in pergameno prægrandioribus literis, at manu*
» *Germanica descriptus.* In eo exemplari
» (*pergit R. Simon*) punctatio Chaldaica à
» qualibet alia, tam in editis quam in msc.
» codicibus mirè discrepat: hæc enim ana-
» logiam punctationis librorum Esdræ &
» Danielis longe melius quam Buxtorfiana
» editio repræsentat «. *Hæc ille.*

» Rectene se gesserit Buxtorfius, cum
» ad librorum Esræ & Danielis analogiam, E
» punctationem Targumim revocarit, du-
» bitant viri eruditi? quandoquidem non
» amplius erat in utrisque eadem lingua,
» imo longa temporum intercapedine plu-
» rimum mutata fuerat; nec eadem pro
» inde in utrisque observanda erat puncta-
tio «. *D. Euseb. Renaudot.*

AN. 1628.

BIBLIA Hebræa, 4°. Venetiis, Bra-
gadini 388. (1628.

AN. 1629.

BIBLIA Hebraica cum Commenta-
rio *Rasi & Jakal Sopher Germanicè*, in 8°.
Pragæ 389. (1629.

AN. 1631.

BIBLIA Hebraica *sine punctis*, in 8°.
Amstelodami, typis Manasse Ben Israel,
sumptibus Henrici Laurentii 391. (1631.

AN. 1635.

BIBLIA Hebraica cum versione His-
pana vocum difficiliorum in margine cha-
ractere Hebraico Rabbinico, regnante
Joanne Vendraminò inclyto Venetiarum
Principe, in 4°. Venetiis, Joannis Caleo-
ni 5395. (1635.

BIBLIA Hebraica eleganti charactere
impressa, editio nova, *duabus distincta co-*
lumnis, ex accuratissima recensione R.
Menasseh Ben Israel, *cum ejus præfatione*
Latina, optima editio 2. vol. in 4°. Am-
stelod. sumptibus Henr. Laurentii 5395.
(1635.

Ex præfatione, » Correctionem adhi-
bui quàm potui diligentissimè: errata «
tum in punctis, tum in literis quæ in «
exemplaribus hactenus editis non pauca «
reperi, postquam ea diligenter annotavi, «
fideliter omnia emendavi. Usus sum in «
toto hoc opere quatuor editionibus om- «
nium correctissimis, & ubi discrepantia «
aliqua sese obtulit, ad regulas Grammati- «
cales & Messara, refugium cœpi. «

His edendis (*sc. epistolis*) sudabat ty- «
pographia mea Hebraica, quam in istas «
regiones advexeram (*inquit Manasse* «
Ben Israel præfat. tomi 2. *Conciliatoris His-* «
panicè anno 1641. *editi.*) propriis excel- «
lentibusque characteribus tres editiones «
Bibliorum Hebraicorum (*ann.* 1631. «
1635. & 1639.) tres quoque Pentateu- «
chi Hebræi (*an.* 1631. 1640. 1646.) «
& unam Pentateuchi Hispanici (*anni* «
1645.) cum notis marginalibus procu- «
ravi. «

AN. 1639.

BIBLIA Hebraica cum præfatione &
Commentario Grammatico R. Jacob
Lumbroso; accedit quoque vocum He-
braicarum difficilium Hispanicâ linguâ
expositio in 4°. Venetiis, Joannis Mar-
tinelli 399. (1639.

† *Laudatur hæc editio à Judæis, præser-*
tim ab illis qui Orientis partem incolunt, teste
Simonio Disquis. cap. 8. *pag.* 54.

BIBLIA Hebraica, in 8°. Amstelo-
dami, typis Manasse Ben Israel sumpti-
bus Janssonii 1639.

Eadem *sine punctis* ex ejusdem recen-
sione, in 8°. Ibidem, iisdem typis 1639.

AN. 1645.

BIBLIA Hebraica maximo & nitidis-
simo charactere. V. *Biblia Polyglotta Pa-*
risiensia 1645. *Editio mendosa.*

AN. 1649.

BIBLIA Hebraica cum Masora in
Pentateuchum & Commentario Rasi,

4. vol. in 4°. Venetiis, Antonii Caleoni 5407—5409. (1647—1649.

AN. 1657.

Biblia Hebraica & Latina Ariæ Montani. V. *Biblia Polyglotta Londinensia* 1657.

Biblia universa & Hebraica quidem cum Latina interpretatione Xantis Pagnini, Bened. Ariæ Montani & aliorum studio ad Hebr. dictionem diligentissime expensa. Item novum Testamentum Græcum cum vulgata interpretatione Latina Græci contextus lineis inserta, *jussu Joannis Georgii I. Saxoniæ Ducis & Electoris, &c. sed ob ejus mortem filio ejus Joanni Georgio II. nuncupata, & edita studio & cura Martini Geieri & Joan. Philippi Oheim, præfixa animadversione Decani & Collegii Facultatis Theologicæ Lipsiensis, quia eam ut correctam commendant*, in fol. Lipsiæ, impensis Christiani Kirchneri 1657.

AN. 1661.

Biblia Hebraica correcta à curiosis Judæis, *imprimis à Josepho Athias* secundum præstantissimas editiones & antiquissima manuscripta, *cum præfatione Latina Joannis Leusden, editio præclarissima, ab omnibus tamen mendis non immunis*, 2. vol. in 8°. Amstelodami, typis Josephi Athias 421. (1661. *Secunda editio* 1667.

» Cum viderem (*inquit Jo. Leusden*) Biblia Hebraica esse vel cara vel destituta distinctione numerali versuum..... ideo anno 1661. edidi tria millia Bibliorum, in quibus singuli versus Biblici, fere per notas numerales sunt distincti «. *Idem in allocutione ad lectorem præfixa Philologo Hebræo-Græco.*

AN. 1662.

Biblia Hebræa charactere minuto ex optimis editionibus diligenter expressa, & forma, literis versuumque distinctione commendata, *cum titulis librorum & capitum Latinis*, studio & labore Joannis Georgii Nisselii, in 8°. Leidæ typis Nisselianis 422. (1662. *Editio minus accurata.*

AN. 1667.

Biblia Hebræa accuratissima notis Hebraicis & lemmatibus Latinis illustrata à Joanne Leusden *cum nova ejus præfatione Latina*. Adjecta sunt judicia tum Professorum Leidensium, tum Rabbinorum Amstelodamensium, 2. vol. in 8°. Amstelodami, typis Josephi Athias 1667.

Ex præfatione. » Tibi damus, B. L. Biblia accuratissima & correctissima, impressa, nostro in gratia Dei ductu, per celeberrimum Judæum D. Josephum Athiam, quibus accuratiora & correctiora nunquam sol aspexit. Et quia hactenus talia non sunt edita, ideo non absonum nos esse facturos judicavimus, si hic indicaremus quæ à nobis & Athia in hac editione præstita sunt «. *Verum cum diffusius se expandat, hic consultò prætermittitur.*

Rabbini in judicio sic loquuntur. » Hæc Biblia omnia hactenus in lucem edita, longè sine ulla contradictione superant. Verum quidem est quod in principalioribus omnes præcedentes editiones cum hac concordes sint, attamen ob typographorum incuriam quandoque errores commissi sunt in accentibus & punctis vocalibus, quandoque in verbis integris vel deficientibus vel redundantibus. Utque hos errores evitaremus, diversis correctissimis exemplaribus usi fuimus, correctis ex Masora & à Masorethicis, qui sepem Legis fecerunt. «

Ob præstantiam hujus operis Cels. & Præpot. DD. Generales Fœderati Belgii ordines Josephum Athiam Typographum donarunt catena aurea cum numismate aureo ex ea pendulo, ut testatur extractum ex libro Decretorum ad caput hujus voluminis excusum.

Ex præfatione Dan. Ern. Jablonski ad Biblia Hebr. anni 1696. §. 3. » Biblia illa nitidissima sunt, in literis quidem perraro; in vocalibus frequentius, in accentibus sæpissimè aberrare correctores Athiani deprehenduntur. *Idem* §. 8. Variant inter se quædam exemplaria quæ annum editionis præferunt 1667.... à Cl. Leusdenio edoctus sum, Athiam primùm decrevisse exemplaria Bibliorum imprimere 4500. Postquam vero 4. aut 5. plagulas impressisset, statuisse numerum illum quingentis exemplaribus augere; plagulas illas sequenti anno impressas fuisse, sed à Leusdenio non correctas. In prioribus leguntur ויצא-נח cum *maccaph*: in posterioribus sine *maccaph*. Genes. VIII. 18. &c. «

Ultimo loco mihi prospexi de editionibus Athiæ (*inquit Henr. Opitius in præfatione Bibliorum Hebr. anni* 1709.) in primis vero illa quæ anno 1667. ex recensione Synagogæ Amstelodamensis, Summariis instructa. Cl. Leusdenii lucem publicam aspexit, quam quidem volvens animadvertebam Masoram frequentius quam ullum codicem alium sectari, tamque in ea adhibitam fuisse diligentiam, quantam in aliis deprædicare vix liceret. «

Ex Diario Gallico Erudit. anno 1707. » Secunda Bibliorum Hebraicorum editio ab Athia anno 1667. vulgata priori inconcinnior est ac minus accurata. Id tamen peculiare est, quod marginem exteriorem Latina lemmata occupent vel potius onerent, quæ quidem & iis qui Hebraicam linguam sciunt, & iis qui eam

»ignorant, nullius sunt usus. Monet *Leusdenus* in præfatione notas in Pentateuchum à Judæo Hispano primum Hispanicè scriptas, deinde ab altero etiam Hispano Latine redditas esse «. *Sit ibi loquitur Leusdenus.* Itaque Judæi argumenta » Pentateucho & nos cœtera omnia à Josue usque in finem textui sacro adjecimus. » Mirabitur forte nonnemo, quare in quibusdam Prophetiis de Messia agentibus » non loquuti fuerimus paulo clarius, ut » fides nostra magis confirmaretur. Sed desinet ille mirari, si consideret hunc im- B »pressorem Josephum Athiam Judæum » esse, qui nihil ausus fuerit imprimere nisi » antea ab aliis doctis Judæis examinatum » & ventilatum.... Propterea coacti sumus » aliquando non tam clare loqui quàm qui» dem voluissemus. Judæi etiam paucas notas, voculam vel addendo vel omittendo, leviter immutarunt «. *Num hæc erga Judæos indulgentia viro Christiano competat? judicabunt lectores.*

† *De hoc Athiæ codice cum in epistola quadam impressa an.* 1669. *non adeo beni-* C *gne judicasset Samuel Maresius, Theologus Groningensis, hic chartam edidit inscriptam:* Cæcus de coloribus, hoc est, Josephi Athiæ justa defensio contra ineptam, absurdam & indoctam reprehensionem V. Celeberr. D. Sam. Maresii, qua judicat tanquam cæcus de præstantissima & ubique celebrata Bibliorum Hebraicorum editione anni 1667. in epistola ad amicum nuper divulgata pag. 9. Amstelodami, typis auctoris 1669. *Quod ipsum Athiæ scriptum, conviciorum in Maresium plenum,* D *sed & multa ad historiam illius Bibl. editionis facientia continens, recusum extat P. II. Animadvers. Philol. & Hist. Thomæ Crenii, p.* 121. *seqq.*

Amstelodamensem aliam Bibliorum Hebr. editionem anno 432. (*Christi* 1672.) *absolutam recenset R. Sabtai pag.* 84. *Biblioth. Rabb. col.* 2. *cujus æra temporis indicatur hoc verbulo,* תוכחה 432. *Constat tamen hanc non aliam esse quam secundam Athianam editionem quæ anno mundi* 5427. (*Christi* 1667.) *vulgata est, ut fert prima pagina.* E *Scriptum quidem fuit Judicium Rabbinorum Synagogæ Amstelodami mense Nisan anni* תוכחה *quod in versione Latina redditur* 5427. *idque recte, cum non addiderint juxta minorem supputationem; & proinde litera finalis* ה *non quintum numerum sed quintum millenarium denotat.*

AN. 1677.

BIBLIA veteris Testamenti idiomate authentico expressa, versibus, capitibus, Masoretarum *Keri* & *Ketif*, & quæ sunt hujus generis notis instructa, variantibus lectionibus Orientalium & Occidentalium, & quæ præterea in editionibus *præcipuis* deprehensa fuerunt adaucta, Latinisque summariis, vel lemmatibus illustrata, opera & studio Davidis Clodii, &c. cum ejus præfatione Latina & altera Hebraica Doctoris Leonis Simonis Hebræi, in 8°. Francofurti ad Mœnum, typis & impensis Christophori Wustii תלז 437. (1677. *Aliæ editiones Clodii* 1692. 1711.

AN. 1678.

BIBLIA Hebr. à Judæis edita, Venetiis 5438. (1678.

AN. 1692.

BIBLIA Hebraica, prout illa antehac diligenti opera atque studio Davidis Clodii prodiere, accurate recognita à Joanne Henrico Maio & ultimò revisa à Joanne Leusdeno cum antiqua præfatione Clodii, & nova Maii & monito Leusdeni. In 8°. Francofurti ad Mœnum, typis & impensis Christophori Wustii תנב 452. (1692.

Ego bona fide (*inquit Leusdenus in monito*) testor, me summa cum diligentia & attentione tota Biblia à capite ad calcem perlegisse, & judicare hanc editionem esse accuratam, magnamque diligentiam circa illam esse adhibitam, eamque multis parasangis priori *anni* 1677. esse præferendam «, *non tamen ab omnibus sphalmatis immunem eam affirmat.*

Ex supra allata Jablonski præfatione. Quamvis D. Clodius aliquot paroramatum centurias in Athia feliciter correxerit, Bibliorum tamen Clodianorum paroramata (quibus secunda cumprimis editio ad nauseam scatet) Athiana aliquot millibus vincunt. «

AN. 1694.

BIBLIA Hebræa *sine punctis*, ex recensione Joan. Andreæ Eisenmegeri, in 12. Francofurti, Joannis Wustii 1694. *editio mendosa.*

AN. 1699.

BIBLIA Hebræa cum notis Hebraicis, & lemmatibus Latinis ex recensione Danielis Ernesti Jablonski *cum ejus prolixa & docta præfatione Latina*, in 4°. Berolini, opera & impensis Joannis Henrici Knebelii, 1699. *Editio ab omni menda non immunis.*

Ex præfatione, » Biblia Hebræa tibi damus, lector, communibus Hebraizantium nostrorum votis expetita, cura & « impensis quorumdam Hebreæ literaturæ « fautorum promota, nostro denique studio accurata; qua in re quomodo versati « fuerimus, cum Te cognoscere, & Tua « & nostra intersit, id in ipso limine paucis « accipe. §. 2. Editionem quam sequeremur, selegimus Cl. Leusdeni posteriorem «

» quæ anno 1667. prodiit. §. 3. Verum » ipsam non ita presso pede secuti sumus, » ne passim ab ea nonnihil discedendum » esse putaremus.... §. 6. Proprio itaque » studio Bibliorum recensionem aggressuri, » ex editionibus impressis eas, quæ reliquarum quasi Cardinales videbantur, selegimus, Bombergianam Venetam, Regiam » seu Ariæ Montani, Basileensem Buxtorfii & Hutterianam, quibuscum editionem Manassis & aliorum passim contulimus. Præterea usi sumus codice MS. Bibliothecæ Electoralis *Brandeburgicæ* duplici, codice item Bibliothecæ Sereniss. » Principis Anhaltino-Dessaviensis: his plures alios codices conjunximus.... §. 16. « *Quo studio, quave diligentia hæc editio correcta fuerit, hic editor describit fusius.*

AN. 1700.

BIBLIA Hebræa cum Commentario Rasi, studio R. David Nunnes Torres edita, 4. vol. in 12. Amstelodami in domo Emanuelis F. Joseph Athias 460. (1700.

BIBLIA Hebr. *absque Commentario Rasi*, studio ejusdem R. David edita, 4. vol. in 12. Ibid. iisdem typis 460. (1700.

AN. 1702.

BIBLIA Hebraica non punctata, in 12. Amstelodami 1702.

AN. 1705.

BIBLIA Hebraica secundùm ultimam editionem Josephi Athias à Joanne Leusdeno denuo recognitam recensita, atque ad Masoram & correctiones Bombergi, Stephani, Plantini, aliorumque editiones exquisite adornata, variisque notis illustrata ab Everardo Vander Hooght, editio longe accuratissima, præmissis prolixa ejusdem præfatione Latina, & variorum Professorum judiciis. Adjecta est ad calcem præcipua diversitas lectionis inter editiones Athiæ, Bombergi, Plantini & aliorum observata ab eodem Vander Hooght. *Hæc editio præstantissima & nitidissima novis typorum formis excusa, aiunt enim quemlibet characterem sua secum puncta simul fusa gestare*, 2. vol. in 8°. Amstelodami & Ultrajecti ediderunt Boom & socii 1705.

Ex præfatione. » Ut autem ineunte hoc » seculo XVIII. sacra volumina characterum » elegantia, chartæ nitore, omnique accurratione, omnibus hactenus vulgatis palmam praeriperent, nec labori, nec sumptibus parcere decreverunt spectabilis Societatis *Amstelodamensis & Ultrajectinæ* » *Bibliopolæ*, titulo hujus codicis nomine » signati..... Assequuti sunt ipsum illud » exemplar quod tertiæ & novæ editioni » concinnaverat Joan. Leusden. . . . cum » autem omnium consensu ultimam Athiæ » editionem *anni* 1667. omnibus reliquis & accuratione & usu multis modis præstare certum sit; eandem etiam nobis « exacte sequendam persuasum habuimus. « Cura correctionis foliorum demandata « est correctori Judæo.... Omnia folia ad « minimum ter ante impressionem summa « diligentia ipse perlustravi... . Typis igitur divulgamus textum originalem tanta « cura & indefesso labore emendatum, ut « omnes editiones reliquas, notis, accuratione & correctione in plurimis superet. «

BIBLIA Hebraica, typo satis eleganti sed minori expressa, in 12. Amstelodami 1705.

BIBLIA Hebraica ex aliquot manuscriptis & compluribus impressis codicibus. Item Masora tam edita quam manuscripta aliisque Hebræorum criticis diligenter recensita. Præter nova lemmata textûs sacri accedunt loca S. Scripturæ parallela, brevesque notæ necnon selectæ variantes lectiones. Cura Joh. Henrici Michaëlis, Professoris publici in Academia Fridericiana, in 4°. Halæ Magdeburgicæ, typis Orphanotrophii 1705.

AN. 1706.

BIBLIA Hebræa cum MSS. aliquot ac editionibus collata, præstantioribus annotatis ac Latine ad marginem positis vocabulis vel semel vel bis occurrentibus, studio & vigiliis Georgii Burcklini, in 4°. Francofurti 1706.

AN. 1707.

BIBLIA Hebræa ad usum Judæorum, in 4°. Venetiis ex typographia Bragadina 1707.

BIBLIA universa & Hebraica quidem cum Latina interpretatione Santis Pagnini, Ben. Ariæ Montani & quorundam aliorum collato studio ad Hebraicam dictionem diligentissime expensa, in fol. Francofurti ad Mœn. Frid. Knochii 1707.

BIBLIA Hebræo-Germanica Veteris Testamenti & Græco-Germanica Novi Testamenti ex versione Lutheri, juxta editiones hactenus recognitas expressa, & capitum summariis, notisque instructa, † cura & studio Christiani Reineccii, in 4°. Lipsiæ sumptibus hæredum Lanckischii.

BIBLIA Hebraica ex variorum antiquorum exemplarium msc. *Erffertensium, &c.* recognitione juxta Masoram cum locis parallelis & annotationibus literalibus ad marginem, studio & cura sociorum Collegii Orientalis Theologici Halensis in Saxonia. Jam anno 1707. prælo subiit pars non minima. *Memoriæ Trevoltianæ, Aprilis anni* 1707. *art.* 52. *pag.* 737.

BIBLIA Hebraica cura & studio H. J. van Bashuysen Hanoviæ ex collatione

manuſcriptorum & impreſſorum Bibliorum edenda, & breviſſimis notis excerptis ex Commentariis Rabbinicis illuſtranda. V. *ejus Exercitatio ſcripturaria & critica continens ſpecimen horum Bibliorum*, in 4°. Francof. ad M. 1707.

Ex præfat. hujus Exercitationis. » Atque » ego cum per literas ſæpe ac imprimis ab » auditoribus meis rogatus fuerim, ut no- » vam Bibliorum Hebraicorum editionem » in lucem proferrem, non melius me factu- » rum putavi, quam, ſi una opera eadem » notis illuſtrarem, cumque expertus eſſem » quam rara ſint Biblia notis Rabbinicis, » ſive Bombergenſia illa, ſive Buxtorfiana » illuſtrata, ac iiſdem editionibus non om- » nes Magiſtros adjectos eſſe, non abs re » me facturum exiſtimavi, ſi compendium » plerarumque ſelectarum obſervationum » ex variis, iiſque præſtantiſſimis Rabbinis, » propriis hinc inde inſperſis concinnarem, » ac novæ editioni ad calcem paginarum » adjicerem, quo uno intuitu Lector in » cognitionem vocabulorum & phraſium » difficiliorum introducatur. .... Quod ad » opus Biblicum tandem ipſum attinet, ut » non tantum elegantiſſimo charactere im- » primatur, curabo, ſed etiam ſingularem » operam dabo, ut editio mea accuratiſſi- » me corrigatur, niſurus inter alia hanc in » rem accuratiſſima & elegantiſſima lectio- » ne Bibliorum Hebraicorum Domini Da- » nielis Erneſti Jablonski. ... Alia præte- » rea quæ haberi poterunt exemplaria ſive » impreſſa ſive manuſcripta in auxilium vo- » cabo, &c. «

AN. 1709.

† BIBLIA Hebraica, ex optimis impreſſis & MSS. Codicibus, Maſora, aliiſque principiis criticis accuratiſſime emendata, charactere illuſtri expreſſa, notiſque Hebraicis ac lemmatibus Latinis inſtructa, ſtudio & cura Henrici Opitii in 4°. Kilonii, Bertholdi Reutheri 1709. *Editio accuratiſſima.*

AN. 1711.

BIBLIA Hebræa Clodio-Leuſdeniana, verſibus, capitibus & lectionibus interſtincta, Maſoretharum Keri & Ketib nobis inſtructa, Latinis Lemmatibus diſtinctim illuſtrata. Editio nova plane & ſingularis, tertia jam vice accurate recognita & ultimò quidem ad duos in Europa vetuſtiſſimos codices rigidiùs imprimis quoad accentus examinata, &c. à Joanne Henrico Maio, 8°. Jenæ, Joan. Phil. Andreæ 1711.

BIBLIA Hebraica ſine punctis, ſtudio Dan. Erneſti Jablonski, in 16. Berolini 1711.

AN. 1712.

BIBLIA Hebraica. Subjungitur Ioh.

A Leuſdeni Catalogus 2294. ſelectorum verborum, quibus omnes voces veteris Teſtamenti continentur, in 8°. Berolini, ex officina D. E. Jablonski 1712.

Ex præfatione. » Hac tempeſtate poſt « primam Berolinenſem formæ majoris an- « no 1700. & nuperam non punctatam for- « mæ minimæ; hæc jam tertia prodit, for- « mæ quidem minoris, punctis tamen voca- « libus & accentibus juxta Maſoretharum « leges debitè inſtructa. «

BIBLIA Hebraica ad optimorum tam
B impreſſorum Clodii Leuſdeni, Jablonski, Opitii, quàm manuſcriptorum aliquot codicum fidem collata: direxit opus Jo. Henr. Maius; collationem inſtituit Georgius Chriſtianus Burcklinus, in 4°. Francofurti 1716.

AN. 1490.

Pentateuchus Hebr. cum Targum ſeu paraphraſi Chaldaica Onkeloſi abſque punctis cum Comment. Raſi, in 4°. majori 250. (1490.

AN. 1491.

C Idem cum punctis, in fol. באשבונה Ulyſſipone 251. (1491. *Editio elaboratiſſima & rariſſima.*

AN. 1515.

Idem cum quinque *Meghilloth* editus anno 1515. *Melchior Adam in vita Conradi Pellicani.*

AN. 1523.

Pentateuchus Hebr. & Chald. *ſine punctis* cum Comment. Raſi, in fol. Venetiis Bombergi 283. (1523.

AN. 1524.

D Pentateuchus Hebraicus cum iiſdem & Commentario R. Ezechiæ F. Manoahh & notis Baal Turim, in fol. Ibidem iiſdem typis 5284. (1524.

AN. 1527.

Pentateuchus Hebraicus & Chald. & quinque *Meghilloth* Hebr. in 8°. Ibidem, iiſdem typis 287. (1527.

Pentateuchus Hebraicus cum quinque *Meghilloth* in 8°. Ibidem, iiſdem typis 287. (1527.

AN. 1530.

E Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebraicè, in fol. Cracoviæ 1530.

AN. 1543.

Pentateuchus Hebraicè & Chaldaicè cum quinque *Meghilloth*, in 8°. Venetiis, iiſdem typis Dan. Bombergi 303. (1543.

AN. 1544.

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebr. in 8°. Venetiis, Cornelii Akildenad, typis Dan. Bombergi 304. (1544.

AN. 1546.

Pentateuchus Hebr. cum breviſſimo Commentario *ex Raſi*, *Ramban*, Aben Eſra, &c. à R. Juda F. Iſaac collecto, & edito

edito cura Jehiel filii Jekutiel, in 4°. Ibid. A
306. (1546.

Pentateuchus, quinque *Meghilloth* & Haphtaroth, Hebraicè, in fol. Briskiæ in Lithuania, David Ben Jonathan 306. (1546. *Servatur hujus editionis Exemplar in urbe Breslaviensi.*

Pentateuchus Hebr. V. *Idem Polyglottus* 1546.

AN. 1547.

Pentateuchus Hebr. in 8°. Venetiis Justiniani 1547.

AN. 1548. B

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebraicè, in 8°. Venetiis, Dan. Bombergi 308. (1548.

Pentateuchus Hebr. & Chald. cum Comment. Râsi & R. Isaac Abouhab in *Biur* Mosis F. Nahhman & quinque *Meghilloth* Hebr. & Chald. cum Comment. *Râsi*, in fol. Venetiis, per Dan. Bombergum 308. (1548.

XXIV. Libri (vel potius) Pentat. & quinque *Meghilloth & Haphtaroth*, Hebr. *Editio rarissima* in 4°. Constantinopoli imperante Solymano II. typis Exigui Samuelis Hhaim Germani. *Extat in Bibl. Illustr. Dn. Caroli Henrici du Cambout de Coislin Episc. Metensis.* C

AN. 1551.

Hebraicus Pentateuchus, Latinus *ex versione Sebast. Munsteri* planeque novus post omnes hactenus editiones evulgatus, ac Hebr. veritati quoad fieri potuit conformatus. Adjectis insuper *ejusdem Munsteri*, è Rabbinorum Commentariis, annotationibus. *Item* quinque parva volumina Hebr. & Lat. *ex ejusdem versione*, in 4°. Venetiis, ex officina Justinianea 1551. D

AN. 1552.

Pentateuchus Hebræus. V. *Pentateuchus Polyglottus* 1552.

AN. 1556.

Pentateuchus Hebraicus, in 4°. Parisiis Carol. Stephani 1556.

AN. 1561.

Pentateuchus Hebraicus & Chaldaicus cum Commentario *Râsi* & quinque *Meghilloth* cum ejusdem Commentariis & R. Isaac F. Mosis Aramah, in folio. Rivæ Tridenti 321. (1561. E

AN. 1563.

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebraicè, in 4°. Venetiis, in domo Bombergi 5323. (1563.

AN. 1566.

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebraicè, in 4°. Venetiis, Christoph. Zanetti 5326. (1566.

AN. 1567.

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebr. cum Comment. Râsi, in fol. Cremonæ, Vinc. Conti 327. (1567.

AN. 1581.

Pentateuchus Hebr. studio Eliæ Hutteri, in fol. Hamburgi 1581.

AN. 1583.

Pentateucbus & quinque *Meghilloth* Hebr. cum Comment. *Râsi* Germanicè, in fol. Basileæ 1583.

AN. 1587.

Pentateuchus Hebraicus & Chaldaicus cum Comment. *Râsi* & R. Mosis F. Nahhman atque supercommentatione Commentarii ejusdem, auctore R. Isaac Abouhab juxta editionem Venetam. Item quinque *Meghilloth* Hebr. & Chald. in fol. Cracoviæ 347. (1587.

AN. 1588.

Pentateucbus & quinque *Meghilloth* & Haphtaroth Hebraicè *sine punctis*, in 24. Venetiis, de Gara 5348. (1588.

† « Hunc libellum Judæi peregrinantes solent circumferre, ut lectiones Sabbathinas ex eo peragant «. *Jo. Buxtorfius Biblioth. Rabbin. p.* 302.

Pentateuchus Hebræus & Haphtaroth cum Comment. R. Davidis Kimhhi, in fol. Cracoviæ 348. (1588.

AN. 1590.

Pentateucbus Hebraicus cum triplici Targum & Comment. *Râsi*, & quinque *Meghilloth* cum ejusdem Comment. & duplici Targum in Esther cum præfatione R. Aser Phorins, in 8°. Venetiis, de Gara שנ״ 350. (1590.

AN. 1597.

Pentateuchus Hebraicus & Chaldaicus, & quinque *Meghilloth* Hebr. in 8°. Ibidem, iisdem typis 357. (1597.

AN. 1606.

Pentateuchus Hebraicus & Chaldaicus cum Comment. *Râsi*, R. Ezechiæ Manoah & Baal Turim, &c. in fol. Basileæ 366. (1606.

AN. 1607.

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebraicè, majusculis literis, in 4°. Basileæ 367. (1607.

AN. 1613.

Pentateucbus Hebraicus, in 16. Lugduni Batavorum, ex officina Raphelengii 373. (1613.

AN. 1614.

Pentateuchus Hebraicus cum triplici Targum & quinque *Meghilloth* Hebraicè & Chaldaicè cum Comment. *Râsi*, *omnia charactere minimo*, in 8°. Hanoviæ, Jacobi Hanah 374. (1614.

AN. 1615.

Pentateucbus & quinque *Meghilloth* Hebraicè cum punctis per Samuelem F. Joseph Betzalel, in 4°. Pragæ 375. (1615.

AN. 1617.

Pentateuchus Hebraicus, in 4°. Venetiis 377. (1617.

AN. 1621.

Pentateuchus Hebraicus & Chaldaicus, & quinque *Meghilloth* Hebraicè, in 8°. Venetiis 1621.

AN. 1631.

Pentateuchus Hebraicus & Chaldaicus, & quinque *Meghilloth* Hebraicè, studio Manasse Ben Israel, in 4°. Amstelod. Henrici Laurentii 391. (1631.

AN. 1640.

Pentateuchus Hebraicus, in 12. Venetiis, Joannis Vendramini 1640.

Idem, in 4°. ibid. 406. (1646.

Pentateuchus Hebraicus cum triplici Targum, *item* quinque *Meghilloth* Hebr. & Chald. in 4°. Amstelod. in domo Manasse Ben Israel 400. (1648.

AN. 1646.

Penrareuchus Hebræus cum triplici Targum, in 8°. Pragæ 406. (1646.

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebraicè, in 16. Venetiis 406. (1646.

Pentateuchus Hebr. & Chald. cum quinque *Meghilloth*, in 16. Amstelod. Josephi Ben Israel filii Manasseh Ben Israel 406. (1646.

AN. 1660.

Pentateuchus Hebraicus, studio Joan. Sauberti filii, in 8°. Helmstadii 1660.

AN. 1663.

Pentateuchus Hebr. cum Targum Onkelosi, in 12. Hamburgi, Rebontari 1663.

AN. 1665.

Pentateuchus Hebr. in 8°. Amstelodami 415. (1665.

AN. 1670.

Pentateuchus Hebr. in 12. Ibidem, Aaronis Levitæ 430. (1670.

Penrateuchus Hebr. & quinque *Meghilloth* cum Comment. Râsi, in 12. Pragæ 430. (1670.

AN. 1671.

Pentateuchus Hebraicus cum Targum Pseudo-Jonathanis & Hierosolymitano, Commentario R. Mardochæi F. Nephthali Haers, in fol. Amstelodami, Josephi Athias 431. (1671.

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebraicè & Chaldaicè, in 8°. Venetiis 431. (1671.

AN. 1676.

Iidem cum Comment. Râsi *charactere minutissimo*, in 12. Pragæ 436. (1676.

AN. 1680.

Pentateuchus Hebr. & Chald. cum Comment. Râsi & R. Sabtai F. Joseph, in 4°. Amstelod. 1680.

AN. 1683.

Pentateuchus, quinque *Meghilloth* &

A *Haphtaroth*, in 24. Amstelodami, Christophori van Ganghel 443. (1683.

AN. 1684.

Pentateuchus Hebr. cum libello Esther sine punctis, in 4°. Solisbaci 444. (1684.

AN. 1688.

Pentateuchus Hebr. & quinque *Meghilloth*, in 16. Amstelodami 1688.

AN. 1693.

Pentateuchus Hebr. cum quinque *Meghilloth* sine punctis, in 24. Pragæ 453. (1693.

B Idem cum novis accessionibus R. Sabtai, in 4°. Dyrenfurti, *oppidi Silesiæ* 453. (1693.

AN. 1694.

Iidem Hebr. Ad oram additur *Beer Mosch*, R. Mosis Sertelt F. R. Issachar Levitæ, sive difficilium vocabulorum atque phrasium explicatio Germanica, in 8°. Dyrenfurti 1694. *Aliæ editiones* 1704. 1710.

AN. 1700.

Pentateuchus Hebr. & V. *Meghilloth*
C & *Haphtharoth* editus studio R. Davidis Nunnes Torres, in 12. Amstelodami, in domo Emanuelis F. Joseph Athias 460. (1700.

Pentateuchus Hebr. cum Targum Onkelosi & Haphtaroth, in 12. Amstelod. 461. (1701.

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebraicè; studio Abrahami Jacob Cordubensis, in 12. Amstelodami, in domo Mosis Abraham Mendes Contino 461.
D (1701.

Iidem Hebr. cum Commentario Germanico ad marginem, in 4°. Amstelodami, typis elegantissimis Casparis Stenii 462. (1701.

Pentateuchus Hebraicus cum triplici Targum, Comment. Râsi & Haphtaroth, in 4°. Amstelod. 463. (1703.

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* & *Haphtaroth* Hebr. ad oram additur *Beer Mose* R. Mosis Sertelt F. R. Issachar Levitæ, sive difficiliorum vocabulorum &
E phrasium explicatio Germanica, in 8°. Dyrenfurti 1704.

Pentateuchus Hebr. cum triplici Targum, tribusque commentatoribus Râsi, Rasban & Aben Esra, & præfatione R. David Oppenhemeri, 5. vol. in 8°. Berolini 465. (1705.

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebr. cum Targum Onkelosi & Commentario Râsi, in 4°. Dyrenfurti 1706.

Pentateuchus Hebr. cum Targum Onkelosi & Comment. Râsi, in 4°. Francofurti ad Oderam 1708.

Pentateuchus Hebr. in 8°. Halæ Magdeburgicæ 1710.

Pentateucbus Hebr. fine punctis, in A 24. Berolini, è typogr. Jablonskiana 1710.

Pentateuchus, quinque *Meghilloth* & *Haphtaroth* Hebr. cum *Beer* Mosè R. Mosis Sertelt, in 8°. Dyrenfurti 1710.

Pentateucbus Hebr. cum Targum Onkelosi & Commentario Rasi, in 4°. Dyrenfurti 1711.

Pentateucbus Hebr. cum Targum Onkelosi & Commentario Rasi quinque *Meghilloth* & *Haphtaroth*, in 4°. Francofurti 472. (1712.

Pentateucbus Hebraicus, *in folio*, Oelsæ in Silesia *absque anno*. B

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebr. fine punctis, in 12. Sabionettæ *absque anno*.

Pentateuchus Hebraicus & Germanicus, Leopoldo I. Romanorum Imperatore memoriæ gloriosissimæ regnante, *in folio*, Pragæ *absque anno*.

Genesis, Exodus & Leviticus Hebraicè cum versione Lat. Jo. Elai Terseri, in 8°. Upsaliæ 1652.

Liber Geneseos Hebraicè, in 4°. Parisiis, Andreæ Wecbeli 1535. in 4°. typis Caroli Stephani 1556. in 8°. Romæ, Fr. Zanetti 1578. Wittebergæ, Cratonis 1587. C

Liber Geneseos Hebraicè & Germanicè literis Hebraicis juxta usitatam Judæorum interpretationem per Paulum Fagium, in 4°. Constantiæ 1543. *

Liber Geneseos ex Bibliis Hebraicis, quæ mandato D. Augusti Electoris, Ducis Saxoniæ excuduntur, in 8°.

Genesis Hebraicè ex collatis tribus novissimis accuratissimisque editionibus (Berolinensi, Halensi, Kilonensi) studio Georgii Christ. Benatilia, in 4°. Francofurti 1714. D

Libri Geneseos capita quatuor priora Hebr. cum versione Latina Joan. Jac. Schudt. in 8°. Francof. 1695.

Eadem Hebr. & Lat. studio Georgii Othonis. V. *Eadem Polyglotta*, in 4°. 1702.

Eadem Hebr. in 4°. Hamburgi.

Eadem edita studio Hermanni Vonder Hardt, in 8°. Helmstadii.

Liber Exodi Hebraicè, in 4°. Parisiis, Andreæ Wecheli 1536. E

PROPHETÆ OMNES & CHETUVIM cum Comment. Rasi & R. Jacob F. Isaac, in fol. Lublini 383. (1623.

Propbetæ omnes, *libri Josue, Judicum*, 4. *Regum, Isaias, Hieremias, Ezechiel &* 12. *Minores*, cum Commentario R. Davidis Kimhhi, 2. vol. in fol. Pisauri, Gersomi Soncinatis 271. (1511.

Prophetæ priores *absque punctis* cum Comment. ejusdem. In folio, Soncini in Lombardia, dominationis Ducis Mediolanensis, anno Mundi 246. (*Christi* 1486.

Hæc est prima, quam noverim, sacrorum librorum Hebraicorum editio, & servatur in Bibliotheca Oratoriana.

Prophetæ priores cum Commentario R. Isaaci Abarbanel Hebraicè, in folio. Neapoli 253. (1493. *Forsitan annus compositionis potius quam editionis.*

Iidem cum Commentario R. Davidis Kimhbi, Hebraicè, in fol. Leiriæ in Lusitania 254. (1494.

Iidem Hebr. in 4°. Parisiis, Rob. Stephani 1544.

Iidem cum Commentario R. Samuelis Laniado Hebraicè, in fol. Venetiis, Joan. de Gara 5363. (1603.

Iidem cum Commentario R. Aaronis filii Hbaim Hebraicè, in folio. Ibidem Joan. de Gara 5369. (1609.

Iidem cum Commentario R. Isaaci Abarbanel & præfatione Latina Augusti Pfeifferi & Indicibus etiam Latinis, in fol. Lipsiæ 466. (1686.

Liber I. & II. Samuelis Hebr. cum versione Latina *Ariæ Montani*, in 12. Leidæ, Joan. Maire 1621.

Prophetæ posteriores, *Isaias, Hieremias, Ezechiel &* 12. *Minores*, cum Commentario R. Isaac Abarbanel, in fol. Pisauri 271. (1511. Iidem in fol. *Soncini* in Provincia Italiæ 280. (1520. Editio locupletior cum duplici indice, in fol. Amstelod. 401. (1641.

Isaias & Hieremias cum Commentario R. David Kimhhi, Hebraicè, in fol. Ulyssipone 257. (1497. Constantinopoli 263. (1513.

Isaias & Hieremias Hebr. & Hispanicè, in 4°. Sabionettæ.

* *Servatur Exemplar in Musæo Ludovici Bourguet Nemausensis, Morgiis apud Helvetios commorantis.*

Prophetæ minores cum Commentario R. Davidis Kimhhi, in 4°. Parisiis, Rob. Stephani 1539—1540. *Pars quædam Bibliorum Hebr. ab ipso editorum.*

Iidem Hebraicè cum præfatione Davidis Cbytræi, in 8°. Basileæ, Oporini 1567.

Iidem Hebr. in 16. Antverpiæ, Raphelingii 1588.

Iidem Hebr. in 16. Leidæ, Raphelingii 1597.

Iidem Hebr. studio Godefridi Gesii, in 8°. Gustroviæ 1634.

Osee, Joël, Amos, Abdias & Jonas Hebraicè & Chaldaicè cum Commentario Rabbinorum & Masora, in 4°. Oliva Rob. Stephani 1556.

Oseas Hebraicè. V. *Idem Polyglottus* 1621.

Oſeas Hebraicè cum Commentario R. Iſaac Abarbanel, in 4°. Groningæ 1676.

† Oſeas *Hebraicè*, Chaldaica Jonathanis verſione, & Commentariis Raſchi, Aben Eſræ & Kimchi illuſtratus. Ex recenſione Herm. vonder Hardt, in 4°. Helmſtadii 1703.

Ex præfatione. » In recenſione hujus „ opuſculi nulli operæ parſum, ut quam „ emendatiſſime ac nitide prodiret. Quo „ fine etiam non ſolum Venetum & Bux- „ torfii majora conſulta volumina, ſed & „ præcipue nobilis codex antiquus Pariſi- „ nus Rob. Stephani adhibitus. Dabimus „ & ſequentes Prophetas, imo reliquos fon- „ tium libros, pari utique modo vel & ma- „ jori *ἀκριβείᾳ* illuſtratos «

† Joelis tres primæ Elegiæ ſacræ, *Hebraicè, pe. etrantiſſimis ſuis modulis reſtitutæ, & philologice enarratæ* ab Herm. vonder Hardt, in 8°. Helmſtadii 1706.

Ex præfatione » Viam monſtraſſe ſuf- „ fecerit, Prophetarum libellis ſollicitius „ diſcriminandis ac à ſe invicem diſtinguen- „ dis, verſibus priſcis ad mentem & nutum „ veterum Chriſtianorum æque ac Judæo- „ rum determinandis, modulo ad os Orien- „ tis cooptando, hiſtoriæ temporum & fa- „ torum adſciſcendæ, affectui dignoſcen- „ do, ſtylo ſublimi & arguto ſcrutando, „ & immenſo rerum ponderi exinde me- „ tiendo. «

Abdias & Jonas Hebraicè. V. *Jo. Iſaaci Levitæ Inſtitutiones Hebraicæ*, in 8°. Coloniæ 1553. Antverpiæ 1564.

Abdiæ & Jonæ Vaticinia Hebr. in 4°. Pariſiis, Martinus Juvenis 1568.

Abdias Hebraicè cum verſione Latina Laurentii Humfredi, in 8°. Baſileæ 1559.

Abdias Hebraicè & Chaldaicè, ſtudio Matthæi Waſmuth, in 12. Jenæ 1678.

Jonas Hebr. & Chald. V. *Idem Polyglottus* 1656.

Idem Hebraicè. V. *Idem Polyglottus* 1607.

Idem Hebraicè cum Analyſi. V. *Georgii Mayr Inſtitutiones Hebraicæ*, in 8°. Lugd. Batavorum 1672.

Idem Hebr. Chald. cum Maſora, Comment. Rabbin. & explicatione Friderici Alberti Chriſtiani, Judæi converſi, in 8°. Lipſiæ 1683.

Joël & Abdias Hebraicè & Chaldaicè. V. *Iidem Polyglotti* 1657.

Malachias Hebraicè & Latinè cum notis Joannis Iſaac, in 8°. Coloniæ 1563.

Idem Hebr. V. *Idem Polyglottus* 1601.

Idem Hebr. cum Comment. Rabbinorum & explicat. Samuelis Bohl, in 4°. Roſtochii 1637.

A CHETUVIM. *i.e. Pſalmi, Proverbia, quinque Meghilloth, Job, Daniel, Eſras, & libri Paralipomenon.* V. *ſupra Prophetæ omnes* 1623.

PSALMI, Proverbia, Job & Daniel cum Comment. *Kàſi*, in fol. Theſſalonicæ 5275. (1515.

Pſalmi, Proverbia, Eccleſiaſtes & Canticum Canticorum Hebraicè cum verſione Latina Ariæ Montani, in 8°. Genevæ, Cephæ Elon, *abſque anno.*

Pſalterium Hebr. & Lat. tam ex vul- B gata Latina, quam ex verſione S. Hieronymi, ſtudio Conradi Pellicani Ord. Minorum. V. *Ejuſdem ſancti operum tom.* VIII. in fol. Baſileæ, Amerbachii 1516.

Pſalterium Hebraicum. V. *Idem Polyglottum* 1516. 1518.

Pſalterium cum brevi præfatione Hebraiça Conradi Pellicani Ordinis Minorum & Seb. Munſteri Franciſcani, in 18. Baſileæ, Joan. Froben. 1519.

Pſalmi Hebr. cum Comment. Radak &R. Joſeph Hhivan, in fol. Theſſaloni- C cæ 5282. (1522.

Iidem Hebraicè, *ſecunda editio*, in 24. Venetiis, typis Danielis Bombergi 282. (1522.

Iidem Hebr. in 12. Baſileæ, Joan. Froben 1523.

Iidem Hebraicè, *tertia editio*, in 18. Venetiis, typis Danielis Bombergi 284. (1524.

Iidem Hebraicè, in 16. Baſileæ, Joan. Froben 1532.

Idem Hebr. & Latine. V. *Appendix* 7. D *tomi operum S. Hieronymi*, in fol. Pariſiis, Chevallon 1533.

Iidem Hebraicè, in 8°. Lipſiæ 1533.

Iidem Hebraicè, *quarta editio*, in 18. Venetiis, typis Danielis Bumbergi 297. (1537.

Iidem Hebr. in 16. Baſileæ, Joan. Froben 1538.

Pſalmi Hebraicè cum Commentario R. Davidis Kimhhi, in folio. Iſnæ 302. (1542.

Iidem Hebraicè, in 18. Venetiis, ty- E pis M. Antonii Juſtiniani 306. (1546.

Iidem Hebr. & Lat. ex verſione ſancti Hieronymi. V. *Ejus operum Appendix tom.* VII. in folio. Pariſiis, Carolæ Guillard 1546.

Iidem Hebr. in 16. Baſileæ, Joan. Froben. 1547.

Iidem Hebr. in 8°. Baſileæ 1548.

Iidem Hebraicè cum Comment. R. Salomonis F. Sem Tob Arhiah ex Raſi, Radak, aliiſque Interpretibus collectis, in fol. Venetiis 309. (1549.

Iidem Hebraicè, in 16. Baſileæ, Froben 1556.

Iidem Hebraicè, in 32. Sabionettæ 316. (1556. 1558.

† *Extant in Bibl. Leidensi, Catalogi pag. 251. num. 44.*

Iidem Hebraicè cum Comment. Germanico *Kan Venaki*, in 4°. Mantuæ 322. (1562.

Iidem Hebraicè, in 16. Basileæ, Froben 1563.

Iidem Hebraicè cum Latina versione atque Commentario Joannis Calvini, in fol. Genevæ 1564.

Idem Hebraicè, in 16. Parisiis, ex officina Roberti Stephani *filii* 325. (1565. *Hæc editio mendosa & priori anni 1546. minùs accurata.*

Psalmi Hebraicè ex recensione Hieronymi Opitii, declaratis in fine dictionibus quæ aliter leguntur quàm scribuntur, in 8°. Wittebergæ 1566.

Iidem Hebraicè cum Commentario Davidis Kimhhi, in 8°. Venetiis 326. (1566.

Iidem Hebraicè & Lat. in 8°. Basileæ 329. (1569.

Iidem Hebraicè, in 32. Mantuæ 331. (1571.

Iidem Hebraicè *sine punctis*, additis Canticis veteris Testamenti. in 24. Antverpiæ, Plantini 334. (1574. *Eadem est editio ac Bibl. Hebraicorum anni 1573.*

Iidem Hebr. *sine punctis*. V. *Psalterium in carmen conversum à Bened. Aria Montano*, in 4°. Antverpiæ, Plantini 1574.

Iidem Hebr. curâ Hieron. Opitii, in 24. Wittebergæ 1574.

Iidem Hebr. cura Hieron. Opitii Junioris, in fine declaratæ sunt dictiones quæ in Psalmis alirer leguntur quam scribuntur, in 8°. Wittebergæ Cratonis 1576.

Iidem Hebraicè & Latinè cum Commentario Calvini, in fol. Genevæ 1578.

Iidem Hebraicè, in 24. Romæ, Zanetti 1581.

Iidem Hebraicè, in 24. Antverpiæ, Plantini 341. (1581.

Iidem Hebr. in 16. Antverpiæ, Plantini 1584.

Psalmi Hebraicè, novâ typorum formâ, studio Eliæ Hutteri, in folio. Hamburgi 1586.

Iidem Hebraicè cum Commentario R. Abdiæ Sphorno, in 4°. Venetiis 5346. (1586.

Iidem Hebraicè cum Commentario R. Meir Aramah, in 4°. Venetiis 350. (1590.

Iidem Hebraicè, in 24. Leidæ, Raphelengii 1592.

Iidem Hebraicè, in 16. ex officina Plantiniana 1595.

Iidem Hebraicè, in 16. Venetiis, Joan. de Gara 1596.

Iidem Hebraicè, in 16. Francofurti ad Oderam, Hartmanni 1596.

Psalmi Hebraicè cum Commentario R. David Kimhhi, in 8°. Venetiis 356. (1596.

Iidem Hebraicè cum Commentario Germanico *Kan Venaki*, in 4°. Cracoviæ 358. (1598.

Iidem Hebr. in 32. Venetiis, Joan. de Gara 358. (1598.

Iidem Hebraicè, in 4°. Cracoviæ 361. (1601.

Iidem Hebraicè, studio Eliæ Hutteri, in folio. Hamburgi 1602. *Eadem editio ac anni 1586.*

Iidem Hebraicè cum Commentario R. Mosis Alsik, in 4°. Venetiis 365. (1605.

Iidem Hebr. in 24. Venetiis, Joan. de Gara 368. (1608.

Iidem Hebraicè studio Henrici Opitii, in 8°. Wittebergæ 1615.

Iidem Hebr. cum Commentario *Kan Venaki*, in 4°. Hanoviæ 376. (1616.

Iidem Hebr. in 12. Leidæ, Joan. Maire 1622.

Iidem Hebr. in 8°. Parisiis, Seb. Cramoisi 1632.

Iidem Hebraicè, studio Manasse Ben-Israel, in 16. Amstelodami, Henrici Laurentii 1634.

Iidem Hebraicè, ejusdem studio, in 24. Ibidem, iisdem typis 395. (1635.

Iidem Hebraicè, eleganti, nova, utili, maximeque necessaria typorum formâ, quâ primo statim intuitu singularum vocum literæ radicales à servilibus discernuntur. Editi in gratiam Ecclesiarum & Scholarum, ut Ebræa sancta lingua multo feliciter auxiliante Spiritu sancto nunc quàm ante disci atque doceri possit. Auctore Elia Huttero, in folio. Hamburgi, ex Bibliopolio Frobeniano 1638. *Hæc non nova est editio sed vetus anni 1586. cui præfixus est fastuosus hic titulus.*

Iidem Hebraicè, in 12. Leidæ, Joan. Maire 397 (1637.

Iidem Hebr. in 32. Amstelodami, Eliæ Abouhab 1644.

Iidem Hebr. in 32. Veronæ, Abrahæ F. Tsevi 404 (1644.

Iidem Hebraicè cum Versione Latina Joan. Cocceji, in 18. Franekeræ, Jo. Arcerii 1646.

Iidem Hebr. in 4°. Pragæ 1646.

Iidem Hebraicè & Latinè Pagnini, in 12. Basileæ, Konig 1648.

Psalmi Hebraicè cum notis Antonii Hulsii, Editio nova priore (*anni forsan 1637.*) emendatior, in 12. Leidæ 1650.

Iidem Hebraicè cum Commentario

Mosis Israël de Marcado, in 4°. Amstelodami 413. (1653.

Iidem Hebraicè & Latinè Pagnini, in 12. Basileæ, Konig 1662.

Iidem Hebraicè, studio Joannis Leusden, in 12. Amstelodami, Josephi Athias 426. (1666.

Iidem Hebraicè & Latinè Pagnini ejusdem studio, in 12. Ibidem, iisdem typis 426. (1666.

Iidem Hebraicè & Belgicè, ejusdem studio, in 12. Ibidem, iisdem typis 426. (1666.

Psalmi Hebr. cum versione, paraphrasi & annot. Hispanicis R. Jacobi Judæ Leonis, in 8°. Ibidem 5431. (1671.

Iidem Hebr. & Lat. Pagnini, in 12. Basileæ, Konig 1675.

Iidem Hebraicè & Latinè, studio Joannis Leusden, in 12. Trajecti ad Rhenum 1680.

Iidem Hebr. in 12. Amstelodami, sumptibus R. Sabtai 1682.

Iidem Hebraicè & Belgicè, studio Joan. Leusden, in 12. Trajecti 1683.

Psalmi Hebraicè, studio Guilielmi Robertson, in 12. Cantabrigiæ 1685.

Iidem Hebraicè, in 4°. Pragæ 446. (1686.

Psalmi Hebraicè, opera Manahem Mendes, in 12. Pragæ *absque anno*, at imperante Leopoldo Romano Imperatore.

Iidem Hebraicè & Latinè Pagnini, studio Joan. Leusden, in 12. Ultrajecti, Water 1688.

Ex præfatione. » Vides hic versionem » Latinam magna ex parte novam. Retinuimus quidem multa ex antiqua interpolata Pagnini; sed pro meo arbitrio » multa mutavi, addidi, ademi; ita tamen » ut semper Latina Hebraicis quàm accuratissimè conveniant. «

Iidem Hebraicè & Anglicè, ejusdem studio, in 12. Amstelodami 1688.

Iidem Hebr. & Lat. Pagnini, in 12. Basileæ 1691.

Iidem cum Comment. R. Mosis Alsix, in 4°. Amstelod. 455. (1695.

Iidem Hebraicè, studio Salomonis F. Joseph Propes, in 16. Amstelodami, in domo Eliezer Hhazon 463. (1703.

Iidem Hebraicè & Germanicè cum libro Synagogæ rituali, in 8°. Dyrenfurti 1705. *Ex illa Typographia plus vice simplici variis formis emissi fuerunt.*

Psalmi Hebr. cum duplici Comment. Rabbinico, uno R. Mosis Alsik, altero R. Isaac, Inquilino Cracoviensi, in 12. Ibidem 1707.

Iidem Hebraicè & Germanicè ex dialecto Judaica editi cum libro precum Judaicarum, in 16. Francofurti ad Mœnum, Andreæ 467. (1707.

Psalmi Hebraicè, in 16. Amstelodami, Salomonis F. Joseph Propes 468. (1708.

Iidem cum באזני צרך, in 8°. Francofurti 469. (1709.

Iidem Hebraicè cum excerptis Comment. Rabbinicorum, studio Henrici Jacobi van Bashuysen, in 12. Hanoviæ 1710.

Psalmi XXIV. priores Hebraicè & Latinè Agathii Guidacerii, in 8°. Parisiis in Collegio Italorum 1541.

Psalmi XV. Graduum ex Comment. Mosis Ben Israel, in 4°. Willendertii 1712.

Psalmi X. Hebraicè. V. *Iidem Polyglotti* 1690.

Psalmi VII. priores Hebraicè singulari modo editi, in 4°. Holmiæ 1706.

Psalmi VII. Pœnitentiales Hebraicè cum Latina versione Joan. Reuchlini, in 8°. Tubingæ 1512.

Psalmi V. Hebraicè cum versione Latina Agathii Guidacerii, in 4°. Parisiis 1531.

Psalmi IV. Hebraicè & Latinè cum Targum & Commentario R. Davidis Kimhhi, ex versione Joannis Bourdelotii, in 4°. Parisiis 1619.

PROVERBIA, Job & quinque *Meghilloth* Hebraicè, in 12. ex officina Raphelengii 1608. in 8°. Ibidem 1615.

PROVERBIA & Ecclesiastes, & Canticum Hebr. in 24. Venet. Bombergi 1522. 1524. 1544.

Eadem Hebr. & Lat. Munsteri, in 8°. Basileæ 1524.

Eadem Hebr. edita à Schadæo, in 24. Argentorati 1591.

Eadem Hebr. in 8°. Parisiis, Seb. Cramoisi 1632.

Proverbia & Jobus Hebr. in 12. Francofurti ad Oderam, apud Hartmannos 1596.

Proverbia Salomonis quinque *Meghilloth*, Daniel, Esdras, libri Chronicorum cum Commentario R. Emmanuel F. Jacob, in 4°. *Neapoli*, *absque anno*.

Eadem Hebraicè cum Commentario *Kau Venaki*, in folio. Thessalonicæ 5282. (1522.

Eadem Proverbia Hebraicè cum Versione Latina & annotat. Munsteri & præfatione Conradi Pellicani, in 8°. Basileæ 1524. (*Præfatio saltem hunc annum indicat*) 1548. 1567.

Eadem Hebr. in 16. Leidæ 1590.

Eadem Hebr. cum versione Italica literis Hebraicis, in 4°. Venetiis. *Erant in Bibliotheca Jo. Buxtorfii.*

QUINQUE MEGHILLOTH *seu quinque parva volumina, i. e. Canticum Canticorum, Ruth, Threni, Ecclesiastes &*

Eſther. V. *Pentateuchus Hebraicus ad ann.* 1527. *bis*, 1530. 1543. 1544. 1546. 1548. *bis*, 1551. 1561. 1563. 1566. 1567. 1583. 1587. 1588. 1590. 1597. 1607. 1614. 1621. 1631. 1640. 1646. *bis*, 1670. 1671. 1676. 1683. 1688. 1693. *bis*, 1701. 1704. 1706. 1710. 1712.

Eadem Hebraicè & Chaldaicè cum Comment. Raſi, in folio. Venetiis, Bombergi 1524.

Eadem Hebr. in 4°. Pariſiis, Caroli Stephani 1555.

Eadem Hebraicè, in 8°. Witteb. 1587.

Eadem Hebraicè cum Commentario R. Moſis Alſik, in 4°. Venetiis 301. (1601.

Eadem Hebraicè, in fol. Pragæ 370. (1610.

CANTICUM CANTICORUM Hebraicè cum verſione Latina Munſteri, in 8°. Baſileæ, Froben 1525.

Idem Hebraicè cum verſione Latina Agathii Guidacerii, in 4°. Pariſiis 1531.

Idem cum verſione Latina vulgata, ejuſdem ſtudio edita, in 4°. Pariſiis, in Collegio Italorum 1539.

Idem Hebr. in 4°. Pariſiis, Martini Juvenis 1574.

Idem Hebraicè cum Commentario Germanico R. Moſis Sartalan, in 4°. Pragæ 372. (1612.

Idem Hebr. cum Targum, cura Jo. Franciſci Serrani, in 8°. Amſtelodami 443. (1683.

LIBELLUS RUTH & Threni Hebraicè, ſtudio Auguſtini Juſtiniani, in 4°. Pariſiis 1520.

Ruth libellus ex editione Jo. Iſaac Levitæ in 8°. Coloniæ 1558.

Ruth libellus Hebraicè cum Maſora, in 4°. Pariſiis, Roberti Stephani *filii* 1563.

Idem Hebraicè. V. *Idem Polyglottus* 1592. 1599.

Idem Hebraicè cum Comment. R. Samuëlis de Uzeda, in 4°. Giſmi prope Conſtantinopolim 357. (1597.

Idem Hebr. cum Maſora ad marginem & ſuccincta expoſitione Petri Vignalii. V. *Institutiones Hebr. Quinquarbôres*, in 4°. Pariſiis 1609.

Libellus Ruth Hebr. & Lat. cum Comment. Rabbinicis & obſervationibus Maſoreticis. V. *Relandi Introductio ad Grammat. Hebr.* in 8°. Trajecti ad Rh. 1710.

THRENI Hieremiæ Hebraicè, in 4°. Pariſiis, typis Martini Juvenis 1552.

Iidem Hebraicè cum Commentario R. Samuëlis de Uzeda, in 4°. Venetiis 5360. (1600.

Iidem Hebraicè cum punctis & ſine punctis, ſtudio Guil. Robertſon, in 12. Cantabrigiæ 1685.

ECCLESIASTES Hebraicè cum verſione Latina Seb. Munſteri, in 8°. Baſileæ 1525.

Idem Hebr. cum verſione Latina vulgata, ſtudio Agathii Guidacerii, in 4°. Pariſiis 1539.

Idem Hebr. in 4°. Pariſiis, Mart. Juvenis 1569.

Idem Hebraicè cum verſione Italica R. David de Pomis, in 8°. Venetiis, Piletri 1571.

Idem Hebraicè cum Commentario R. Iſaac Moſis F. Arvio, in 4°. Theſſalonicæ 357. (1597.

Idem Hebraicè cum verſione Latina & Commentario Sebaſt. Schmidii, in 4°. Argentorati 1691.

ESTHER libellus Hebr. cum Commentario R. Iſaac Aramah, in 4°. Conſtantinopoli 5278. (1518.

Idem Hebraicè cum Commentario R. Eliezer F. Eliæ, in 4°. Cremonæ 336. (1576.

Idem Hebraicè cum Commentario R. Salomonis Alkabets, in 4°. Venetiis 5345. (1585.

JOB & Daniel Hebraicè, in 16. Baſileæ 298. (1538. in 24. Venetiis, Dan. Bombergi 304. (1544.

Job Hebraicè cum Commentario R. Iſaac Cohen, in 4°. Conſtantinopoli 305. (1545.

Idem Hebraicè cum Commentario R. Meir F. Iſaac Aramah, in 4°. Rivæ Tridenti 322. (1562. ſecunda editio, in 4°. Venetiis 327. (1567. 5363. (1603.

Jobus in lingua ſancta & in lingua Romanica *ſeu Barbaro Græca* charactere Hebræo, ex verſione R. Moſis F. Eliæ Pobian cum ejus præfatione, *liber rariſſimus*, in 4°. Conſtantinopoli, in domo Joſeph Jabets 5336. (1576. *Extat in Bibl. Oratoriana Præfatio ex verſione doctiſſ. Abbatis Ludovici du Four de Longuerüe.*

Hæc ſunt verba ſapientis R. Moſis, F. ſapientis, perfecti, gloria Doctoris noſtri M. R. Eliæ Pobian; (memoria ejus ſit ad vitam futuri ſeculi.)

Cùm animadverterem quanta foret «
imperitia aut imbecillitas quorumdam «
(*linguæ ſanctæ*) Magiſtrorum, qui paſſim «
in ſingulis urbibus reperiuntur, etiam in «
iſta regione, necnon in hac urbe ma- «
gna, ſapientibus & ſcribis, ſive ſacræ «
Scripturæ peritis referta, quod imparati «
prorſus eſſent, nec ſufficerent ad docen- «
dos diſcipulos ſuos Scripturæ ſacræ inter- «
pretationem, ob impedimenta varia, non «
minus quàm per ſuam ipſorum indiligen- «
tiam, contra quam Hiſpani ſolcant, quo- «
rum operibus Deus remunerationem & «
integram mercedem retribuat; cùmque «

„ intereà, attentus custodiæ meæ instarem, A
„ ministerio sacro fulcicet, excitavit Deus
„ spiritum meum ad interpretandum librum
„ Job & Proverbia, linguâ Barbaro-Græ-
„ câ. Festinet ad eleganter loquendum lin-
„ gua eorum. Et sanè auribus nostris hodie
„ jam audivimus, & oculis nostris vidimus
„ à quibusdam ex cœtu nostro, populi sci-
„ licet filiorum Israël, si quando filius eo-
„ rum aliquis studium adhibuerit ad per-
„ veniendum ad interpretationem sectionis
„ alicujus sacræ Scripturæ, non amplius
„ perplexus erit de via rectâ assequenda, B
„ cum illius (*interpretationis*) beneficio,
„ non magni momenti futurum sit in ocu-
„ lis ejus, si quid ab ipso peccatum fuerit.
„ Itaque seriò incubui in istud opus, ut plu-
„ rimos demererer, quod Israëlitis utile sit,
„ illud meditentur, gestent in sinu suo, iter
„ agentes, aut domi sedentes, aut in man-
„ sionibus suis otiosi; lætabuntur & exulta-
„ bunt in lectione illius, & non attendent
„ ad verba mendacii. Duorum verò libro-
„ rum istorum sacrorum uterque sufficien-
„ ter lectorem deducet ad assequendum se- C
„ mitas veritatis, cùm sit quasi hortus irri-
„ guus. Porrò diligenter scrutatus sum om-
„ nes Interpretes, selegique & perscripsi in-
„ terpretationem magis certam, & recep-
„ tam, quæque textûs sensui magis conve-
„ niret. Quibusdam etiam in locis, parcè
„ tamen & rarò vox aliqua translata est,
„ secundùm sensum (hoc est non planè
„ ad verbum) ut Scriptura in omnibus
„ etiam particulis eorum quæ continet justi-
„ ficaretur.

„ Statuto autem Domini nostri & Rab- D
„ bini nostri Principis scholæ Magistri Josuæ
„ Kadiumi (custodiat eum Deus misericors
„ & liberet eum) non imprimat ullus vir
„ libros memoratos linguâ Græcâ vulgari
„ ab hac die ad decem annos, & typotheta
„ & emptor erunt excommunicati triplicis
„ generis excommunicatione, ita ut non
„ sit illi venia: at pax omni congregationi
„ Israëlis.

„ Fuit initium operis, mirabilis, pulchri,
„ puri, purificati septempliciter, initium
„ mensis Elul anni quinquies millesimi tre- E
„ centesimi trigesimi sexti creationis (*h. e.*
„ *Christi* 1576.) Deus misericordiâ suâ di-
„ gnos faciat nos ad faciendum libros in-
„ numeros, ita ut nullus sit finis. Amen,
„ sic esto voluntas Dei. «

Job Hebraicè cum Commentario R. Simeon F. Tsemahh, in 4°. Venetiis 350. (1590.

Idem Hebraicè cum Commentario R. Mosis Alsik, in 4°. Venetiis 363. (1603.

Idem Hebraicè cum versione Latina Joannis Henrici Hottingeri filii, in 8°. Tiguri 1689.

DANIEL Hebraicè cum Commentario R. Samuel F. Judæ Valerio, in 4°. Venetiis 5346. (1586.

Idem Hebraicè cum Commentario R. Mosis Alsik, in 4°. Venetiis 352. (1592. Constantinopoli 5358. (1598.

Idem Hebraicè cum Commentario Jachiadæ & versione Latina Constantini Lempereur, in 4°. Amstelodami 1633.

Capita Chaldaica in Daniele & Esra occurrentia, unà cum versu Jeremiæ, Hebraicè translata, & in lucem edita à Joan. Leusden, (partim in calce tract. Talmudici *Pirke Avoth*, partim etiam alibi,) in 4°. Leidæ 1685.

TOBIÆ liber Hebraicè *fine punctis*, *editio rarissima*, in 4°. Constantinopoli 1517. *Bibliotheca Bodleiana.*

Idem Hebraicè *ex editione Constantinopolitana*, & Latinè ex translatione Pauli Fagii, qui etiam puncta dictionibus in studiosorum gratiam subjecit, in 4°. Isnæ 1542.

Idem Hebraicè cum versione Latina Sebast. Munsteri, in 4°. Basileæ 1542. 1549. in 8°. Ibidem 1556. & cum Grammatica Hebræa ejusdem, in 8°. Basileæ 1570.

Idem Hebraicè, Venetiis 365. (1605.

Idem Hebraicè & Latinè tam ex versione Fagii quàm Munsteri. V. *Biblia Polyglotta Londinensia* 1657.

Idem Hebr. cum figuris ligneis. Venetiis, Hieronymi Albrizzi 1707.

Extant libri Tobiæ Ebraicæ duæ Edi- «
tiones à Munstero & à Fagio vulgatæ; si «
modo duæ, non eadem, credi possunt, «
quæ in multis licet dissentientes, maxi- «
mam tamen inter se affinitatem habent, «
nec minorem cum tertia quadam, quæ «
manu scripta penes me est (inquit Dan. «
Huetius) quæque ad illam Munsteri pro- «
pius accedit quàm ad Fagianam. Mul- «
tùm illæ discrepant tum à Latina Hiero- «
nymi, tum & à Græca, quam pressius «
tamen affectantur; & si minus ab hac, ab «
aliis certe quæ ad illam accuratæ sunt «
propagatam credere dignum sit. Utcum- «
que est temerarium & falsum liquet quod «
à R. Davide Gans in Chronologii tradi- «
tum. (Scias autem (*inquit*) librum Tobiæ, qui inter nos extat linguâ Hebraicâ versum esse è lingua Latina in Hebræam operâ Sebast. Munsteri in urbe Basilea fermè centum ab hinc annis, prout intelliges ex stylo hujus cum errore labiorum suorum (confecto,) adeò ut quilibet prudens primo intuitu animadvertat, compositionem ejus non esse à filiis Israëlis.)

Quod judicium quam vanum sit ex edi- «
tione Fagiana & exemplari nostro msc. «
intelligitur, sed Judæum puduit non inep- «
tire,

tere. *Ita clariss. Huetius propos. 4. de libro* A
Tobiæ, in Demonstr. Evangelica pag. 212.

» Falsò hæc asserit David Gans pag. » 170. *siquidem* eam Constantinopoli priùs » editam unà cum versione *Latina* Munste- » rus duntaxat recudit. Utrosque codices » Hebræos exercitationis gratiâ confictos » esse, non ita pridem doctiss. Junius, præ- » fatione in libros apocryphos, asseverat » meritò; adeò variant liberè & ab utra- » que Græca & Latina editione pro libitu » discedunt. Quin & tertiam editionem He- » bræam ad Munsteri editionem propiùs B » accedentem se habere doctissimus Hue- » tius *de claris Interpretibus pag.* 111. innuit. » Inter Latinam quoque & Græcam edi- » tionem discrimen immane, uri obiter con- » ferenti liquet. Quæ porrò in Anglicanis » Polyglottis extat Syriaca versio, cum » Græca editione potiùs quàm cum Latina » convenit «. *Jo. Henr. Heideggerus lib.* 2. *Enchiridii Biblici cap.* 4.

» Extat & tertia edirio Ebraica libri » Judith, sed à recentiori procul dubio » manu Judæi cujusdam «. *Augustus Pfeiffe-* C *rus pag.* 797. *Criticæ n.* 6.

NOVUM TESTAMENTUM Hebraicè, *ex versione Eliæ Hutteri annuo temporis spatio confecta.* V. *Novum Testamentum Polyglotton* 1599.

Idem. V. *Novum Testamentum Polyglotton* 1602.

» In hac editione nonnulla quoad ver- » sionem Hebraicam Hutterus mutavit & » emendavit «. *Leusden Dissert.* 7. *Philologi Hebræo-Græci pag.* 53.

Idem Hebr. *ex eadem versione*, nunc D autem in volumen portatu facile redactum, atque centenis quibusdam in locis, post diligentem ipsius recognitionem, emendatum atque castigatum; absque cœteris istis in editione Hutteriana linguis per sese separatim, & puro puto idiomate solummodò Hebraico publicatum, studio & operâ Guil. Robertson, in 8°. Londini, typis Th. Roycroft 1661.

» Robertsonus fini editionis suæ adje- » cit decem folia, in quibus annotat non- » nullas mendas, quas judicat esse, in priorè E » præsertim editione, emendandas. Licet » ipse Hutterus in secunda editione multa » correxerit, & tamen annotat ex priori » editione Robertsonus & vult illa secun- » dùm posteriorem emendationem esse » emendanda. Nonnulla etiam occurrunt » in utraque editione, quibus medicam » manum adhibet idem Robertsonus. *Leusden ibidem, ut supra.*

» † Hujus editionis exemplaria plera- » que in nupero incendio Londinensi sunt » Vulcano tradita, & penitus ferè consum- » pta «. *Idem ib. pag.* 57.

Quatuor Evangelia Hebraicè. V. *Eadem Polyglotta* 1610.

Eadem per Hutterum, in 4°. Norimbergæ 1660.

Quatuor Evangelia Novi Testamenti ex Latino in Hebraicum sermonem versa, à Joanne Baptista Jona, *cum prolixa ejus præfatione Hebraicè & Latinè Clementi IX. Pont. Max. dicata*, in folio. Romæ, typis S. Congregationis propagandæ fidei 1668. *Reliqua Novi Testamenti, quippe quæ nondum excusa, inter codices MS. retulimus.*

Epistola nuncupatoria sic incipit. » Plu- « rima fuere B. P. quæ me ad sacro-sancta « Evangelia Hebraicis verbis exprimenda « sollicitarunt. In primis mea erga Chri- « stianam religionem, cui ex animo semper « studere quantùm potui, conatus sum, « sincera fides tot annorum laboribus..... « constanter exantlaris contestata, & pla- « nè videbatur Christianæ Religionis digni- « tati, sanctitatique necessarium, ut hæc « primaria ejus instrumenta, Arabicis, Sy- « riacis, Græcis atque Latinis vocibus jam « expressa, etiam Hebraicis exprimeren- « tur, cùm præsertim instrumenti veteris « omnes ferè libri Hebraicâ linguâ conscri- « pti fuerint. Deinde iniqua & impia He- « bræorum mens in Christum, cujus glo- « riæ invidentes omnia ferè testimonia, « quæ de eo habentur, mutatis vel vocibus « vel significationibus corrumpunt, est enim « hoc cœcæ impietatis studium ea corrum- « pere, quæ non potest refellere. Hac au- « tem Evangeliorum versione in verum He- « braicum sermonem tantæ audaciæ occur- « rimus..... Profectò habeo aliquod meæ « audaciæ incitamentum quòd jusserit san- « ctitas vestra horum librorum impressio- « nem absolvi. «

EVANGELIUM secundùm Matthæum in lingua Hebraica, cum versione Latina atque succinctis annotationibus Sebast. Munsteri, ejusque epistola nuncupata Henrico VIII. Angliæ Regi, in fol. Basileæ, typis Henrici Petri 1537.

Ex præfatione Munsteri. » D. Matthæi « Evangelium in nativa sua, hoc est He- « braica lingua, non qualiter apud Hebræos « rum vulgus, lacerum inveni, sed à me « redintegratum & in unum corpus redac- « tum emittimus. «

Idem Hebr. & Lat. in 8°. Ibidem 1537. 1581.

Idem cum punctis, curâ Joannis Quinquarborei editum, in 8°. Parisiis, Juvenis 1551.

Ex præfatione Quinquarborei. » Contex- « tus Hebraici Evangelii quod D. Matthæi « nomine circumfertur, omnino sensu cum « Latino convenit Evangelio, quod tan- «

» dem Ecclesia probavit & recepit... Quod
» vero hoc ipsum sit Evangelium, quod D.
» Matthæus Hebraicè scripsit, ambigere
» quis possit; nam illud quod citatur ab ipso
» D. Hieronymo in capite Matthæi XII.
» diversum esse ab hoc deprehendet, &
» à plerisque (ait ille) Matthæi authenti-
» cum vocatur. Itaque tametsi Sebastianus
» Munsterus hoc mutilum & lacerum asse-
» rat se extorsisse à Judæis & pro sua virili,
» quod lacerum erat, resartùsse, nihil au-
» sim de eo aliud affirmare quàm quod
» opus esse putem meo judicio satis anti-
» quum; si tamen Munsterus, quæ in eo
» restituit vel de suo addidit, asterisco vel
» signo quovis alio notasset, multo certe
» meliùs nobis consuluisset: nam ita cognos-
» ceremus antiqui autoris stylum & phrases,
» meliusque de ipso auctore judicaremus. «

Evangelium Matthæi Hebraicum (*absque punctis*) Idem ex Hebræo fideliter redditum, in 8°. Parisiis, Juvenis 1555.

Joannes Mercerus auctor est translationis Latinæ. Præfixa est Epistola Joannis Tilii tunc Episcopi Briocensis, deinde Meldensis.

Ex præfatione Tilii. » Anno superiore
» (sc. 1553.) profectus in Italiam, hoc D.
» Matthæi Evangelium reperi, quod equi-
» dem ut non ausim affirmare de eo, quod
» suâ ille linguâ divinitùs conscripsit, ex-
» pressum, ita ex eruditorum hominum
» testimonio atque prædicatione possim as-
» serere à Rabinica dictione plurimùm ab-
» esse, eâque conscriptum orationis purita-
» te, quam nulla post desolatam hanc gen-
» tem scripta redoleant. Longè enim aliud
» ab eo est quod nobis Munsterus plerúm-
» que ineptum & barbarum obtrusit. Hoc
» nitidius est, præterquàm quòd phrases
» nobis Hebraicas multis in locis diluci-
» diores facit.... Itaque.... ut verbum de
» verbo religiosè converteretur, curavi, ad
» háncque rem sacram Joannis Merceri
» operâ sum usus. «

Ex præfatione Jo. Merceri. « Quum Mat-
» thæum Hebraicum nuper à Judæis Ro-
» manis extorsum operâ observandissimi
» Episcopi Briocensis sciebamus cum vul-
» gata & recepta editione multis locis dis-
» sidere; de ea re hîc te paucis admonere
» Lector, visum est. Scito ergo hîc omissa
» nonnulla.... pleraque addita & luculen-
» tius explicata, non pauca immutata &
» in diversum sensum expressa.... Ut ut
» sit, hæc satis purè scripta, si diligenter
» evolvas, nec à veteris instrumenti nitore
» procùl abesse, etsi nonnihil Rabbinismi
» interdum adjunctum comperies. «

» Illud quidem Hebraicum Evange-
» lium (*inquit Grotius initio annotationum*
» *in Matth.*) quod à Tilio & alterum quod
A à Munstero est editum, non esse Matthæi «
adeò certum est, ut nullis indigeat argu- «
mentis. «

» Hodiéque Hebraica Matthæi duplex «
extat editio (*ut scribit Heiddeggerus lib.* 3. «
Enchir. Biblici cap. 2.) quarum prior Seb. «
primùm Munsteri, atque iterùm Joannis «
Quinquarborei operâ in lucem venit, al- «
tera à Joanne Mercero Latinè explana- «
ta, Joannis demum Tilii beneficio publi- «
cata est. Utraque tamen à Judæis è La- «
tina interpretatione conversa creditur. « «

B » Incomptior est (*ait Huetius de claris* «
Interpretibus §. 12.) prior illa Munsteri «
editio, & aliquando etiam ubi lacerus de- «
ficeret codex, ab illo resarta; cultior al- «
tera Tilii & nitidior, sed levi tamen & «
exiguo inter eas discrimine. «

» Latebat hoc tempore (*anno* 1554. *in-* «
quit Jo. Millius pag. 127. *Proleg. in N.T.* «
Græcum) apud Judæos qui Romæ erant, «
inter alios libros Evangelium Hebraicum «
Matthæi, Munsteriano nonnihil dissimile, «
& ad codicem vitiosum expressum. In eo «
C nonnulla prætermissa erant incuria Scri- «
bæ: Addita erant plurima, & luculentæ «
adhibitæ explicationes: baud pauca plane «
immutata erant, & in alienum sensum «
expressa. Librum hunc à Judæis istis im- «
petratum edidit Jo. Tilius an. 1555. cum «
Lat. J. Merceri versione, in qua omissa, «
addita, mutata, in boc Evangelio suis «
quæque notulis designavit Interpres. Sed «
parum ad nos varietates istæ, vel enim «
errores Scribarum sunt, vel fortasse ip- «
sorum Judæorum assumenta. Certe Evan- «
D gelium ipsum expressum erat ad Latinum «
aliquod exemplar «. *Ita Millius.*

Evangelium S. Marci Hebraicè editum operâ Waltheri Herbst, in 8°. *Jo. Bapt. Ottius mentionem hujus facit in commentariis msc.*

S. Lucæ Evangelium Hebraicè ex versione Friderici Petri, in 8°. Wittebergæ 1574.

† Evangeliorum & Epistolarum Lectiones anniversariæ Hebr. ex versione El. Hutteri. V. *Eædem Polyglottæ* 1601.

E * Evangelia Anniversaria Hebraicè, studio & operâ Joannis Claii, in 8°. Lipsiæ 1578.

* Evangelia Anniversaria totius anni Hebraicè conversa per Fridericum Petri, in 8°. Antverpiæ, Plantini 1581.

Præfatio. » Habes, Lector, Evangelia «
Dominicalia & de Sanctorum festis ita «
Hebraicè conversa & emendata, ut ad «
primam editionem collata, pene nova «
videantur & ad Biblicarum historiarum «
locutiones proprius accedant, quantum «
fieri potuit & licuit phrasis perspicuitate «
& facilitate, & observata propria vocum «

» significatione, collatis scilicet verbis » Evangelistarum ad Græcam versionem » LXX. Interpretum. «

Epistolæ Anniversariæ Ebraicè ex Græco & Syro sermone, à Conrado Neandro. V. *Epistolæ Polyglottæ* 1586.

Epistola D. Pauli ad Romanos Hebr. in 4°. Leidæ 1616.

Epistola D. Pauli ad Hebræós Hebraicè cum Latina versione Alfonsi de Zamora. V. *Ejus introductio artis Grammaticæ Hebr.* in 4°. Compluti 1526.

Eadem Hebr. & Lat. *edita cum Evangelio S. Matthæi*, in 8°. Basileæ 1557. 1582.

Eadem ex Græco in purum idioma Ebræum verbotenus accurate translata à Friderico Alberto Christiano, quondam Judæo absque punctis, addita versione Latina. † *Cum Præfatione Jo. Bened. Carpzovii, qui hanc versionem ob styli elegantiam & insignem cum phrasi veteris Instrumenti convenientiam magnopere commendat*, in 4°. Lipsiæ 1676.

APPENDIX

PENTATEUCHUS Hebræo-Samaritanus.

PENTATEUCHUM *Hebræo-Samaritanum, seu Hebræum literis Samaritanis exaratum hic referre placuit; discrepat enim ab Hebræo-Judaico non solùm characteribus, verùm etiam multis identidem accessionibus, juxta quas facta est Samaritana interpretatio. An ille ante versionem LXX. Interpretum adornatam extiterit, an fuerit ex Hebræis, Græcisque codicibus conflatus, certi nihil fermè statui potest, cùm utrinque firmissimas pro sua opinione rationes videantur afferre, qui diversam ea de re sententiam amplectuntur; dicam tamen codicem hunc quibusdam in locis ad versionem Græcam LXX. Interpretum propiùs accedere quàm ad ipsum textum Hebræum.*

» Tanta diligentia codices suos conservarunt Samaritani, ut iidem plane hodie » sint quales antehac annis 1200. vel 1300. » Eusebii scilicet & Africani temporibus: ita » ut Simeon de Muis, acerrimus licet hu» jus Pentateuchi impugnator, dicat in cen» sura sua cap. 3. quod testimonia veterum » quæ à Morino afferuntur, probant tale » esse hodie Samariticum exemplar, quale » mille ante & amplius annos, id quod » ultrailli concedit «. *Waltonus Prolog. XI.* §. 14.

Pentateuchus Hebræo-Samaritanus. Hic codex in modum voluminis conscri-

A pti *servatur Sichemi apud Samaritas, ut ipsi referunt in suis ad Jobum Ludolphum epistolis anno Christi 1685. pagina enim 4. 13. & 29. hæc aiunt:* » Possidemus etiam « codicem Legis à temporibus gratiæ, quem « scripsit Abisa filius Pinchasi (*sive Phinees, legitur enim*) scriptum in eo. *Ego Abisa filius Pinchasi, F. Eleazaris, F. Aaronis sacerdotis, scripsi in Atrio Tabernaculi conventionis in Monte Garizim anno decimo tertio à reversione filiorum Israel in terra Chanaan (&) in fines ejus circumcirca. Laudo* «

B *Dominum, &c.* pag. 24. nota Ludolphi « in hunc locum. » (*Temporibus gratiæ seu benevolentiæ*) Tempora florentissima Reipublicæ Israeliticæ intelligere videntur, « qualia fuerunt circa XIII. annum reversionis Filiorum Israel ex Ægypto, post « tantas à Chananæis victorias reportatas. « Quomodo autem fidem tantæ antiquitatis facere velint codici suo, ab *Abisa* pronepote Aaronis scripto sane conjicere non « possum «. *Idem, ibidem pag.* 25. Retulit « mihi Jacobus Tomerita, *Pentateuchum*

C *Samaritanorum* in modum voluminis, ut « apud Judæos, conscriptum esse & sacratissimum haberi, ut nemo attingere eum « audeat præter Sacerdotem summum. «

» Samaritani in singulis ferè literis ad « Th. Marefchallum per aliquot annos « scriptis superbè gloriati fuerant, apud « ipsos servari vetustissimum Legis exemplar, quod scriptum fuerit ab Abisha Sacerdote, pronepote Aaronis, & illius « manu signatum: verum nugas esse, & « mera mendacia quæ hac de re proferunt, «

D Rob. Huntingtonus ex oculari inspectione « deprehendit, & ipsos hujus vanæ gloriationis abundè convicit «. *Acta Erudit. Lipf. anni* 1705. *pag.* 221. *ex Epist. Huntingtoni pag.* 49. & 56.

At vero hujus vetustissimi codices inspiciendi causâ Sichimam cum adiisset Rob. Huntingtonus, aliter prorsus cum eodem comparatum esse intellexit. Nam librum decantatum in Synagoga ipso revolvente atque explicante, Samaritæ præcipui, qui tunc aderant, metuentes ne ad umbilicum usque illum evol-

E *veret, ultro fassi sunt, verba illa modo memorata, olim quidem fuisse inscripta, sed à male feriato lacerata nunc esse & penitus excerpta. Unde nugas esse & pura puta mendacia, quæ de hoc codice Sichemitæ tradunt, affirmat Huntingtonus; è cujus Epistolis ad J. Ludolfum scriptis, pag. 49. & 56. hæc omnia excerpsi. conf. Th. Smith. de vita Huntingtoni pag.* 14.

Pentateuchus Hebræo-Samaritanus. » Codex iste (*inquit Joannes Morinus pag. 6. Exercit. in Pentat. Samarit.*) pulcherrimè & literis majoribus olim descriptus fuit. Primùm pertinuit ad Phinæam «

» quemdam filium Ithamar, Damasci Samaritanorum Sacerdotem magnum, ut adscriptum est in fine Geneseos literis jam usu & vetustate attritis, & nonnunquam obliteratis. Antea enim quidam Abraham filius Jacob eum descripserat, ut ipse eodem atramento & charactere, nulla addita temporis æra in fine libri annotavit. Postea Raban Joseph illum sibi comparavit quadringentis argenteis per manus servi sui anno Ismaelitarum 782. qui est Christianorum 1404. (*vel potius* 1380. *juxta Ulug-Beigum*) ut ad finem Exodi in spatio vacuo adscripsit servus ille, scriptura longe minus exactâ quàm præcedens & multò recentiore. «

Idem Epist. 38. *Antiq. Eccl. Orient. ad Th. Cromberum pag.* 198. *de hoc codice ita scribit* ; » sunt mihi quatuor exemplaria msc. codicis Hebræo-Samaritani. Primùm integerrimum in vitulina pelle majoribus & elegantissimis characteribus descriptum. In fine Exodi scriptum est *quadringentis argenteis Damasci emptum esse anno Arabum* 782. In fine Geneseos, literis maxime attritis & alia Exodi adscriptione longe antiquioribus scribitur, *ad summum Damasci Sacerdotem pertinuisse* Sacerdos ille istum codicem aut retractavit & emendavit ipse, aut id fieri curavit, ante annos quadringentos existimo (*Hæc Morinus scribebat anno* 1633. *proinde initio seculi XIII.*) » non serius exaratum existimo «. *Obtinuit illum Damasci Petrus à Valle Nobilis Romanus ac insignis Viator mense Maio anni* 1616. *pro Domino de Sancy Gallorum Regis in Aulam Ottomanicam Legato, jamque illi miserat, ut ipse testatur in Epist.* 13. *tom.* 1. *p.* 176. *Itinerarii sui Gallicè versi, scripta Aleppi* 15. *Julii ejusdem anni. Idem in Epist. ad Tengnagelium quæ extat tom.* 1. *Comment. Lambecii de Biblioth. Cæsariensi pag.* 185. *loquens de Pentateucho Hebræo-Samaritano, ait hoc exemplar* » ex Syria Domino de Sancy se dono misisse. «

» Hunc codicem (*inquit Joannes Morinus in præfatione de Pentateucho Samaritano quæ Bibliis Polyglottis Parisiensibus præfixa est*) curavit Congregationis Oratorii Presbyter (*à Petro à Valle nobili Romano anno millesimo* 627.) emi sibi Damasci Doctissimus & Illustrissimus Episcopus Macloviensis Achilles Harlæus, *Dn. de Sancy*, cùm antequam Ecclesiæ nomen daret, Constantinopoli apud Turcarum Imperatorem legatione pro Rege Christianissimo fungeretur. Hunc codicem cum permultis omnis generis Rabbinicis libris cusis & manuscriptis Oratorianæ Bibliothecæ (*in qua religiosè asservatur cod.* 60.) donavit Illustrissimus ille Præsul, quo nobilissimo sodali & symmistâ gloriatur nostra Congregatio. Hic est ille codex quem in editione nostra *Bibliorum Polyglot.* fideliter & ad amussim expressimus, quemque latinitate donavimus «. *Ita Jo. Morinus.*

» Editione *Parisiensi* jam peractâ (*pergit ibidem Morinus*) tres Pentateuchi Samaritici codices nobis supervenerunt ab amplissimo viro Peirescio.... ad nos missi ; sed eorum nullus integer erat. «

Omnium antiquissimus, ut vel ex ipsis membranis & detrito charactere non est difficile judicare, cœteris est minore formâ ; sed desunt ab initio Genesis prio ra septemdecim capita, & à fine totum Deuteronomium, exceptis sex prioribus capitibus & septimi initio, una etiam aut altera lacuna alibi sed multò minùs hiante. *Morinus ibidem*, in 4°. *Extat in Bibl. Regia, cod.* 311.

De codice isto ita scribit Isaacus Vossius cap. XXIX. Dissert. de 70. *Interpretibus circa finem pag.* 96. » Codex Mazarini (*qui nunc est in Bibliotheca Regia*) antiquior est quàm sit ullum exemplar Judaicum, quod quidem notum sit. Et tamen non desunt qui adfirment longè etiamnùm vetustiores esse illos codices qui penes Samaritas in Oriente asservantur. «

A. » Secundus codex (*pergit in eadem præfatione anteà laudata Morinus*) est trilinguis, *at charactere Samaritano exaratus* ; in medio est Arabica versio, à lateribus Hebræus textus, & Samariticus. Sed ingentibus lacunis (seu multorum foliorum dilacerationibus) passim scatet ; textus qui superest, magna cum diligentia & eleganria exaratus est. Ab initio pessimè mutilatus est XXXIV. capitibus & alibi sœpissimè duobus, tribus aut pluribus.... Æra scriptionis ad finem Exodi notatur, annus Ismaëliticus sexcentesimus vigesimus quartus, mensis Rabie alter, hoc est annus Christi 1227..... Eadem æra rursùs annotatur in fine libri Numerorum «. *Morinus ibidem. Bibl. Regia cod.* 310. Emptus fuit hic codex Damasci anno Christi 1631. pro Nicolao Fabri de Peiresc, *ut ipse refert in Epist. ad Jo. Morinum pag.* 187. *Antiq. Eccl. Orient.*

» Tertius codex in amplo folio descriptus recens est (*circa annum Christi* 1560. *exaratus juxta ipsum Peirescium.*) In fine Exodi varia sunt notaricè scripta, in quorum fine luculenter satis docetur scriptus fuisse Damasci anno Gentium 967. post trilinguem annis Arabicis trecentis quadraginta duobus integris (*hoc est circa annum Christi* 1559.) Propè integer est ille codex, unâ paginâ ab initio malè mulctatus, quæ tamen alterius substitutione non ineleganter descriptæ resarcitur ; alibi

est una aut altera non ingens lacuna «. *Ita Morinus ibidem.* Hic codex recenter scriptus est ante annos circiter 70. eleganti & magno charactere, *inquit idem anno 1633. in epist. ad Th. Cromberum quæ extat in Antiquit. Ecclesiæ Orientalis pag.* 198. Fuit testamento legatus Cardinali Barberino ab ipso Nicol. Peirescio *juxta Gassendum in ejus vita, pag.* 286. *Editionis Hagiensis.* Missus fuerat Gabrieli Sionitæ à Joanne Galaup de Chasteüil (*ut narrat Marchety auctor ipsius vitæ*) & allatus ex Oriente à Theophilo Minuto ex Ordine Minimorum qui hunc codicem in his plagis acquisivit, illumque tradidit Peirescio, &c.

De his quoque codicibus ita etiam scribit Joan. Morinus Petro à Valle Epist. 51. *inter Antiquitates Eccl. Orient. pag.* 261. » Editione peracta supervenerunt mihi ab amplissimo Dn. Peirescio msc. codices tres, quorum unùs trilinguis erat, Hebræo-Samaritanus, Arabicus & Samaritanus; sed à tuo non sensu sed verbis admodùm diversus, ita ut si non alia versio videretur, tota esset interpolata, verùm codex ille variis in locis, ferè quintâ sui parte mutilatus erat. »

Pentateuchus Hebræo-Samaritanus. Codex in 4°. majori, membranaceus, antiquus, mutilus quidem variis in locis, sed charta papyracea in ipsis Orientis regionibus resarcitus. Plurima ad calcem cujusque libri occurrunt Samaritanorum testimonia, eorum ritus ac leges spectantia. *Parisiis Bibliotheca Sangenovefeana. Hujus codicis forsan meminit Catalogus librorum Jacobi Lescot Episcopi Carnotensis pag.* 19. *in qua legitur.* » Pentateuchus Samaritanus msf. 1378. in 4°.

Pentateuchus Hebræo-Samaritanus. Codex membranaceus, in folio magno. *Extabat Parisiis in Musæo clariss. Dn. Nolin, viri sacrarum literarum amantissimi, nunc servatur in Bibliotheca Oratoriana.*

Pentateuchus Hebræo-Samaritanus. Exemplar vetustum, quod fuit olim Jacobi Usserii, à quo Bibliothecæ Cottonianæ datum (ut refertur p. 40. Catalogi editi) *cujus inscriptionem donationis propria ipsius manu exaratam hic juvat apponere ex ejus vita exscriptam pag.* 40.

» Pentateuchum Samaritanum à decem Tribuum reliquiis post regni Israëlitici excidium primò acceptum à Dositheo Samaritanorum Pseudo-Propheta, temporibus Apostolorum postea interpolatum, ab Ecclesiasticis scriptoribus (Eusebio, Diodoro, Hieronymo, Cyrillo, Procopio, Anespero, Georgio *Syncello* Chronographo) identidem citatum, atque à Cuthæis hodiernis demum redemptum,

A Bibliothecæ Cottonianæ (quæ amicissimi Domini summâ humanitate semper mihi patuit.) L. D. M. Jacobus Usserius Armachanus, Hiberniæ Primas. «

» Ex Librarii notatione ad calcem Geneseos colligimus exemplar hoc sexcentis siclis (hoc est libris Anglicanis 75.) emptum fuisse mense Rabie anni 792.) regni Ismaëlis (circa Martium mensem anni æræ nostræ Christianæ 1390.) «

De hoc & altero codice hæc ait Jo. Seldenus ad calcem libri de successionibus in bona
B *defuncti ad Leges Hebræorum.* » Codicibus Samaritanis usi sumus binis; altero è libraria supellectile Guill. Laudi Archiep. Cantuariensis, quo Academiam Oxoniensem nuperrimè ditavit (*cod.* 624.) Alter est κειμήλιον Bibliothecæ Cottonianæ. Exemplar utrumque est quidem vetustum. Cottonianum autem descriptum est ante annos 270. aut circiter. Quantùm ab initio Geneseos ad initium capitis VI. Levitici intervenit, manu Ithamar Ben Aaron, Ben Ithamar, Sacerdotis primarii
C in Damasco. Quæ sequuntur ad finem Deuteronomii, exaravit Abraham Ben Abi Nitzaion (nomine seu auspiciis Semoki Tobi Isaac Ben Semoki Selomoh Ben Jacob, ex familia Isburiana, summo in agro Damasceno principatu insignis, *ut refert Thomas Smith. pag.* 61. *vitæ Jac. Usserii.*) Uti ipse annotavit ad extremum Numerorum ejusdem codicis msc. *Ita absoluta est Lex sancta* (totum Pentateuchum innuit) *anno. septingentesimo sexagesimo quarto regni Ismaëlis* (seu Hegiræ) incidit
D annus ille in vulgarem Christi 1362. *Ita Joan. Seldenus.*

Thomas Smith. pag. 15. *de vita Rob. Huntingtoni* » de codicibus Samaritanorum sacris observar, quòd si ex codicibus in Anglia obviis judicium ferre liceat, Cottoniano nempè, Bodleiano, & Huntingtoniano, nuperrime à se in Hiberniam ad Episc. Armachanum transmisso, nullus eorum CCCC. quingentorumve annorum ætatem supergrediatur. «

Pentateuchus Hebræo-Samaritanus.
E *Bibliotheca Vaticana.*

De hoc codice ita scribit Hieron. Aleander Joan. Morino Epist. 5. *inter Antiq. Eccl. Orient. pag.* 143. » Ac scias velim esse hîc quoque in Vaticana Bibliotheca aliud Pentateuchi exemplar iisdem Samaritanis literis scriptum, quod quinque abhinc annis (*anno sc.* 1623.) piæ memoriæ Scipio *Cobellutius*, Cardinalis sanctæ Suzannæ tunc Bibliothecarius CCC. aureorum pretio comparavit, atque is quidem codex etsi characteres habeat Samaritanos, Hebraicâ tamen linguâ, uti & vester confectus est. «

Pentateuchus Hebræo-Samaritanus. Co- A
dex in folio, in principio & in fine mu-
tilatus, quo usus est Jo. Seldenus. Guill.
Laudus Archiepiscopus Cantuariensis il-
lum cum pretiosa suppellectile libraria
Academiæ Oxoniensi dono dedit. *Biblio-
theca Bodleiana cod.* 624.

Pentateuchus Hebræo - Samaritanus.
Codex sat pulcher, quem sibi in Oriente
comparaverat Jac. Usserius. Liber ipsa
ferè in forma folii vel quarti majore ita
fuit exaratus, ut non versibus usitatis seu
pericopis potius longioribus pars quædam B
comprehenderetur, & relicto spatio di-
stinguerentur singulæ ferè paginæ tribus
ejusmodi vel pluribus pericopiis. Hujus
codices copia facta est Thomæ Crombe-
ro, qui differentias conferendo annota-
vit quas cum Joànne Morino communi-
cavit. *Epist. Cromberi ad Morinum p.* 195.
*Antiq. Eccl. Orient. Bibliotheca Bodleiana
cod.* 3127.

Pentateuchus Hebræo - Samaritanus.
Codex acephalus & valdè lacerus, in fol.
minori, *ibidem cod.* 3129. *Hi duo codices* C
postremi fuerunt Jac. Usserii.

» Jacobus Usserius Archiep. Armacha-
» nus si non primus, certè inter primos
» erat qui magnis sumptibus exemplaria
» Samaritica Pentateuchi in Europam intu-
» lit; hic enim exemplaria varia msc. ex
» Palestina comparavit. . . . Unum horum
» Pentateuchum integrum pulchre exara-
» tum habet, aliud in quibusdam lacerum &
» imperfectum, utraque vero ita accurate
» scripta ut vix per integrum folium unius
» literulæ differentiam observare licuerit; D
» tertium versionem habet Arabicam, unà
» cum textu Samaritano, ipsam quoque
» accurate factam «. *Walton Prolegom. XI.*
§. 10.

Pentateuchus Hebræo - Samaritanus;
fuit olim Eduardi Pocockii, in 12. *Ibidem
cod.* 5328.

» Ad Samaritanam Pentateuchi edi-
» tionem jam accedo (*inquit Usserius*) quam
» primus, vel certè inter primos nostris
» temporibus in Occidentem intuli. Cùm
» enim *Christianæ pietatis homines paulò hac* E
» *in se negligentiores hactenus fuisse*, ex lib. 7.
» Scaligeri de emendat. temporum didicis-
» sem: non priùs destiti, quàm ex Syria &
» Palæstina quinque vel sex exemplaria
» mihi comparavissem; cùmque ab Eusebio
» Cæsariensi, Diodoro Tarsensi, Hierony-
» mo Stridonensi, Cyrillo Alexandrino,
» Procopio Gazæo & aliis citatum invenis-
» sem, apud Photium in Bibliotheca cod.
» 230. (*col.* 883. *edit. Rothomag.*) decreti
» Synodici Eulogii Patriarchæ Alexandrini
» in Samaritanos editi argumentum expo-
» nentem, tandem reperi librorum Mosai-

corum à Samaritis receptorum deprava- «
torem fuisse Dositheum illum (*de hoc non* «
conveniunt viri eruditi) cujus in lib. 1. con- «
tra Celsum Origenes meminit «. *Hæc ille
in Epist. ad Lud. Capellum ad calcem Syn-
tagm. de* 70. *Interpr. pag.* 215.

Pentateuchus Hebræo - Samaritanus.
Codex antiquissimus, in 12. *Bibl. Ambro-
siana, de Montfaucon pag.* 11. *Diarii Ita-
lici.*

Pentateuchus Hebræo - Samaritanus.
Codex Damasci in pergameno exara-
tus, quem Jacobus Golius ex Oriente ad-
vexit; hunc operâ Antonii Dorati Mer-
catoris Veneti obtinuerat. Exemplar ele-
gans, omnibus καλλιγραφίας numeris abso-
lutum, *juxta Hottingerum p.* 128. *Biblio-
thecarii quadripartiti, ubi plura de hoc co-
dice refert. Bibl. Leidensis cod.* 6. *p.* 409.
Catalogi in folio.

Pentateuchus Hebræo - Samaritanus.
Bibl. Vindobonensis, *p.* 188. *Antiquit. Eccl.
Orient. Hunc ibi frustra se quæsivisse scribit
Lambecius p.* 114. *lib.* 1. *Comment. de hac
Bibliotheca.*

» Joh. Morinus primus nostris tempo- «
ribus (*inquit Brianus Walton Proleg. Bi-* «
blici XI. §. 10.) de Pentateucho Sama- «
ritano aliquid publicavit præfat. in edi- «
tionem τῶν ό Parisiensem 1628. (*in qua* «
sect. 6. *asserit* se Pentateuchum suum Sa- «
maritanum purum putum Mosis Penta- «
teuchum, *& ipse se alibi explicat Animad.* «
in censuram exercit. Samar. cap. 7. nil «
aliud voluisse his verbis quam exemplar «
illud non esse spurium vel suppositiitium) «
. . . . . contra quem calamum strinxit Si- «
meon de Muis (*qui in censura cap.* 4. «
Exercit. in Pent. Samar. Morinum sic allo- «
quitur: Hæc argumento esse videntur, «
factitium & fictitium esse exemplar tuum «
Samariticum, ad componendas nempe «
difficultates arte atque industria, jam inde «
antiquitus, accommodatum.) Jo. Henr. «
Hottingerus in Exercit. Anti-Morinianis, «
Bootius etiam & Taylerus scripto acu- «
leato «. Muisii sententiam ambabus *ulnis
amplexus videtur Joannes Harduinus qui
eam p.* 6. *Chronologiæ Vet. Test. edit. Pari-
siensis confirmat his verbis*: » In hoc Penta- «
teucho ita temporum ratio digeritur, ut «
neque cum Hebræo congruat, neque «
cum Græco. A quibus autem inducti in «
fraudem hodierni Samaritæ fuerint, (si «
tamen eodem illi in Samaria exemplari «
utuntur, ac non Hebræo potius puro ac «
sincero, sed suis, arabicisve characteri- «
bus) qui sint hujusmodi recentis Penta- «
teuchi primi conditores, ariolari fortassis «
videbimur, si rem esse nobis exploratam «
dicamus. Illud interim in confesso est, «
vetustissimum exemplar Pentateuchi Sa- «

» maritani, quod Motinus vidit, manu exaratum fuisse anno Christi 1404. Morino ipso teste, nec ullum aliud extare multo vetustius. Samaritanos codices, qui nunc habentur, dum Grotius affirmat factos ex Græco Justiniani Imp. ævo; de re ipsa sat recte pronuntiat, de tempore, longe aberrat «. *Hæc Cl. Harduinus, qui utinam hujus fraudis auctorem licet ariolando nobis indicasset. Verum quod eodem Samaritani in patria exemplari utantur, dubitare non sinit ipsorum codicis inspectio, ut testatur Huntingtonus in epist. suis: major sane est dubitandi locus de æra exemplaris quod Harduinus vetustissimum vocat, licet* anno Christi 1404. *putet* exaratum, teste ipso Morino. *Ipse tamen Morinus* nullam additam esse temporis æram in fine libri adnotavit, *refert tantum* Josephum quemdam hunc codicem sibi comparasse anno Ismaëlitarum 782. qui est Christi 1404. *sed rectius juxta Ulug-Beigum A. Chr.* 1380. *vetustior quoque illo servatur codex Arabico-Samaritanus Pentateuchi in Bibl. Regia num.* 310. *qui Anno Ismaëlitarum* 624. *Christi* 1127. *descriptus est.*

Editiones typis vulgatæ.

PEntateuchus Hebræo-Samaritanus juxta codicem Oratorianum jussu Eminentiss. Cardinalis Berulli edi cœptus an. 1630. at absolutus anno 1632. & Pentateuchus idiomate Samaritano, studio & operâ Joannis Morini cum una utriusque versione Latina. V. *Tom.* v. *Bibliorum Polyglottorum Parisiensium anni* 1645.

Joan. Morinus in Epist. ad Hieron. Aleandrum pag. 140. *Epist.* 4. *scripta anno* 1628. *inter Antiq. Eccl. Orient. hæc ait:* » Editionem Pentateuchi Samaritani jussu illustrissimi Cardinalis Berulli meditor «. *Idem Epist.* 49. *ibidem pag.* 253. *ad Cardinalem Barberinum scripta* 4. *idus Februarii an.* 1637. *addit:* » Ante quadriennium (*hoc est anno* 1632.) excudi curavi in corpore magnorum Bibliorum duplicem Pentateuchum Samaritanum cum Latina versione, Hebræo-Samaritanum & ejusdem in linguam Samaritanam versionem; utrumque excusum hac hyeme relegi ac recensui, & quæ à typographo errata fuerant, adnotavi; Hebræo-Samaritanum verò excusum cum IV. antiquis mss. comparavi, & varias lectiones exscripsi; Samariticam verò versionem, quæ Judæorum Chaldaicæ respondet, permultis sed brevibus annotationibus, (*quæ non fuerunt hìc editæ sed seorsim anno* 1657. 12.) illustravi «. *Hæc ille.*

Idem cum eadem versione Latina, *editio emendatior, licet ab omni sphalmate non immunis*, ex tribus codicibus Usserianis. V. *Biblia Polyglotta Londinensia* 1657.

Geneseos IV. prima capita Hebræo-Samaritana & Latina, studio Georgii Othonis. V. *Eadem Polyglot.* 1702.

SECTIO SECUNDA.

TARGUMIM seu PARAPHRASES Chaldaicæ.

LINGUA Chaldaica seu Aramica vigebat olim in Assyria, in regione Babylonica, in Mesopotamia, Syria & Palæstina, quâ etiamnum scripti sunt in Oriente libri Nestorianorum & Maronitarum Ecclesiastici. *Eus. Renaudot.*

» Meritò primam (*inquit Bonav. Cornelius Bertramus præf. in Comparationem Grammaticæ Hebr. & Aramicæ*) & præcipuam Aramicæ linguæ dialectum facimus *Babylonicam*: in qua edoctus Daniel, item & Hezras, in ea aliquot suorum scriptorum paginas exararunt. Secundam ejus dialectum appellamus *Chaldaicam* seu Syriacam: quâ priores Bibliorum paraphrastæ usi sunt, quales sunt Onkelos in Legem & Jonathan in utrosque Prophetas tam priores quàm posteriores. Tertiam dialectum constituimus *Jerosolymitanam*, quâ scriptæ sunt posteriores paraphrases in Legem & librum Esther. Atque hæc ita Jerosolymitana dicta videtur, quod vulgus Israelitarum reducum ex Babylonico exilio, multa vocabula Ammonitica, Moabitica, Persica & Græca, linguæ Chaldaicæ permisceret. Quartam Aramicæ linguæ dialectum facimus mediam quandam inter Chaldaicam illam secundam, & tertiam hanc Jerosolymitanam: quâ scriptæ sunt paraphrases seu Targumim in quinque volumina, quæ vocant: in Psalmos, Proverbia & Job. Atque ex hac superiorum dialectorum Aramicarum differentia, duplex Targum constituitur ab Hebræorum doctoribus, Babylonicum & Hierosolymitanum. Utrumque videlicet ita vocant, non quod illud linguâ Babylonicâ conscriptum fuerit, hoc verò Jerosolymitanâ, sed quod illud puriore stylo constet, hoc impuriore. Quintam addimus Aramæorum dialectum, nimirum *Talmudicam* quæ mixta videlicet est non ex superioribus solis, sed & ex Hebraica ejusque idiotismis, & vocabulis Latinis, Græcis, Arabicis & Barbaris aliis audaciùs paulò assumptis. Sextam & postremam Aramicæ linguæ dialectum constituimus *Syram* Antiochenam seu Comagenam, seu etiam Maroniticam. Illam sexto «

» & postremo loco ponimus non quod ve- A
» limus post alias illas omnes ortam fuisse,
» sed quod omnium postrema usum suum
» constanter retinuerit, atque omnibus illis
» successerit, omnesque illas antiquaverit.
» Illa enim est cujus usus fuit non solum in
» Ecclesia illa Antiochena, ut & in reli-
» quo illius regionis agro; sed & tandem
» in toto Patriarchatu qui illi Ecclesiæ ali-
» quando adjudicatus est. «

» Chaldaicæ universæ Paraphrases
» voce communi Targumim dicuntur,
» Targum enim idem est apud Chaldæos, B
» ac interpretatio. Postquam è Captivi-
» tate Babylonica reduces fuerunt Judæi,
» qui per id tempus linguæ suæ obliti, Ba-
» byloniorum linguam didicerant, tum ne-
» cessarius fuit apud eos Chaldaicarum ve-
» teris Testamenti Paraphrasium usus. Es-
» dras itaque cum Legem coram populo le-
» geret, alios adhibebat interpretes qui eam
» Chaldaicè explicabant. Facta libri Legis
» in quinquaginta sectiones divisione, ut
» singulis hebdomadis una saltem legere-
» tur sectio, tunc post lectionem textûs C
» Hebraici sequebatur Chaldaica ejusdem
» interpretatio; ita ut populus textum He-
» braicum & Chaldaicum alternis versibus
» audiret. Inde nati sunt Targumim, qui
» hisce temporibus tum ad solamen inter-
» pretum quam ad familiarum utilitatem
» concinnati sunt. Pentateuchus primùm
» in Chaldaicam linguam conversus est, ut
» potequi solus tum in Synagogis legeba-
» tur; sed post persecutionem Antiochi
» Epiphanis cœpit fieri lectio Propheta-
» rum, & facta est subinde Chaldaica eo- D
» rundem interpretatio.

» Plurimi erant antiquitus apud Ju-
» dæos Targumim, quorum octo duntaxat
» super sunt scilicet triplex in Legem, On-
» kelosi, Pseudo-Jonathanis & Hierosoly-
» mitanum; Targum Jonathanis in Pro-
» phetas; Targum in quinque Meghilloth;
» Targum alterum in volumen Esther; Tar-
» gum in librum Job, in Psalmos & in Pro-
» verbia; denique Targum in libros Chro-
» nicorum «. *Hæc excerpta sunt ex Humfredi Prideaux Historiæ Judaicæ libro 2. sicut & quæ inferius allegantur de uno quoque Targum.* E

» Scito, (*inquit Elias Levita præfat. in*
» *Meturgaman ex versione Richardi Simon*)
» in nihilo discrepare linguam paraphraseos
» Onkelosi à lingua paraphraseos Jonathâ-
» nis, quia utraque lingua Babylonica est,
» pariter tanquam Danielis & Esræ; sed
» hujus lingua longè purior est ac nitidior
» quàm cæterorum Targumim. Valdè au-
» tem Targum Hierosolymitanum differt
» à Babylonico, idque quia illud conflatur
» ex pluribus linguis, Babylonicâ videlicet,

Græcâ, Romanâ & Persicâ..... Verùm «
tempus quo scriptum est Targum Hiero- «
solymitanum in Legem & Agiographa «
nobis est incognitum; utrum scilicet fue- «
rit ante vel post Talmudis Hierosolymi- «
tani compositionem. Adducor ut credam «
Targum Hierosolymitanum non extare «
nisi in Jobum, Proverbia & Psalmos, non «
verò in quinque volumina; quia non «
idem est orationis character, licet in his «
multæ sint voces ex Targum Hierosoly- «
mitano. «

» Jam ex his cognoscere est (*ut scribit* «
Rich. Simon cap. 13. *disq. crit. de variis* «
Bibl. edit. p. 100.) quàm parùm certa «
sint ea quæ de Scriptoribus Targumim «
afferunt Judæi; primò enim qui fuerint «
Onkelos & Jonathan, quâve ætate vixe- «
rint, compertum non habetur. De illo- «
rum antiquitate etiam disputant Christia- «
ni, dum alii, ducti potissimùm Judæo- «
rum testimoniis, illorum Paraphrases cir- «
ca tempora Christi confectas fuisse exi- «
stimant; alii verò has Origene atque «
Hieronymo posteriores esse affirmant, «
quod hi illarum nusquam meminerint. «
Fieri tamen potest, ut jam inde ab illis «
temporibus Judæis Babylonensibus fue- «
rint cognitæ, apud quos natæ esse viden- «
tur; sed nondum, in unum veluti corpus «
Paraphraseos redactæ, in vulgus abie- «
rant: quomodo etiam incidi in exem- «
plaria quædam Pentateuchi, quibus Gal- «
lica contextûs Hebræi expositio ad singu- «
las fere voces adjungebatur: Gallica ta- «
men Legis Mosaicæ Paraphrasis à nemine «
Judæorum hactenus laudata fuit. Verisi- «
mile est itaque Doctores quosdam scho- «
larum Babylonensium in usum gentis suæ «
dictiones Hebraicas Chaldaicè exposuis- «
se; ex quibus longo post tempore, inte- «
gra demum Paraphrasis composita fue- «
rit. Et ut ita sentiam, facit Chaldæus «
sermo purus & non inquinatus quo scri- «
ptæ sunt. Quæ quidem intelligenda sunt «
de Paraphrasi duntaxat quæ sub nomine «
Onkelosi extat in Legem Mosis, & de «
altera in omnes Prophetas quæ Jonathani «
tribuitur «. *Hæc ille.*

» Vulgò tribuuntur Complutensibus ca- «
stigationis punctationis Chaldaicæ exor- «
dia, quæ deinde ab Aria Montano ex- «
culta, demum à Joan. Buxtorfio in Bi- «
bliis Basileensibus perfecta fuerit; sed «
hæc longè adhuc perfectior apparet in «
exemplari msc. « (*de quo suprà inter codices mss. Hebræos cod. E.*) *Rich. Simon p.* 104. *Disquis. crit. de variis Bibl. edition. cap.* 13.

Targum in totum vetus Testamentum
ad primum candorem redactum juxta
exemplar msc. Syriacè conscriptum & La-
tinè redditum ab Andrea de Leon Zamo-
rensi,

rensi, *ut ipse scribit an.* 1628. *in Epist.* 3. A
Antiquit. Eccl. Orient. pag. 132.
Ex hac Epistola. » De Paraphrasi Chal-
» daica, quam Rabbini Targum appellant,
» quid loquar? vitiata & corrupta nimis,
» degenerans ab illo primo nitore & can-
» dore; plena Talmudicis fabulis, impie-
» tatibus sacrilegis fœdata, in quo conve-
» niunt omnes. Ipse Cardinalis Ximenius,
» ut in præfatione Complutensi, qui Pen-
» tateuchum tunc in lucem prodidit vin-
» dicatum à mendis & erroribus, reliquos
» libros post editionem Complutensem cor- B
» rigere & emendare fecit, quos vidi in
» Complutensi Collegio pergamenis char-
» tis exaratos, exactissimè correctos. . . . .
» exemplaria ista non obtinuit; imò neque
» vidit (recondita enim erant) Arias Mon-
» tanus, ut testatur Raphelengius in variis
» lectionibus. ... Inter præcipua & exactis-
» sima *Paraphrasis Chaldaicæ exemplaria*
» mihi occurrit exemplar Syriacè conscrip-
» tum, quod erat apud Joannem Baptistam
» Raimundum, *(quò devenerit ille singularis*
» *codex, rogantur ut indicent, penes quos est)* C
» traditum à Gregorio XIII. ad eum, inter
» plurima alia exemplaria ab Oriente mis-
» sa, ut testantur testimonia authentica
» quæ penes me sunt. Exemplaria ista sunt
» integra & incorrupta, quæ mala manus
» Rabbinica characteris ignara vitiare non
» potuit. *Idem ibidem pag.* 136. Universam
» Paraphrasim Chaldaicam veteris Testa-
» menti ad primum candorem redactam
» & Latinè redditam tradidi Paulo. V. *Sum-*
» *mo Pontifici.* .... Et cum hic minimè à
» veritate Hebraica discrepat textus, nec D
» à vulgata Latina Translatio; quibus om-
» nibus consideratis mihi facultas concessa
» fuit, ut typis mandaretur opus à me ela-
» boratum. »

Targum triplex in Legem Onkelosi, Pseudo-Jonathanis & Hierosolymitanum. V. *Biblia Polyglotta* 1657. V. *Pentateuchus Hebræus* 1590. 1614. 1640. 1646. *bis*, 1703. 1705.

Reuchlinus lib. 3. *de verbo mirifico ait*
» Babylonios circa Olympiadem LVI. sive
» tempore Isaïæ Prophetæ scripturam Chal- E
» daicè converti curasse. «

Targum Onkelosi in Legem codex in folio. *Bibliotheca Sorbonica cod.* 119.

Idem. V. *Biblia Polyglotta* 1517. 1572. 1599. 1645. 1657. V. *Pentateuchus Polyglottus* 1546. 1547. V. *Biblia Hebraica mss.* A. B. C. D. E. G. H. I. K. L. M. N. O. P. R. R². S. T. T². V. AA. *V. Bibl. Rabb. ad annum* 1518. V. *suprà triplex Targum.* V. *Pentateuchus Hebraicus* 1490. 1523. 1527. 1543. 1548. 1561. 1587. 1597. 1606. 1611. 1631. 1663. 1671. 1680. 1701. 1706. 1708. 1711. 1712.

» Targum Onkelosi in Legem anti- «
quitate sua cœteros præcellit, magis enim «
quam aliis ad Danielis & Esdræ purita- «
tem accedit. Onkelos non ubique para- «
phrasten agit, sed tantum quibusdam in «
locis, aliàs veritati Hebraicæ ferè ad «
verbum respondet. Ob hoc etiam aliis à «
Judæis præfertur, dum sua se diligentia «
Judæum prodit. Communis est opinio «
tam apud Judæos quàm apud Christia- «
nos hoc Targum extitisse ante Christum «
natum; nihil enim in eo reperitur quod «
hanc antiquitatem non sapiat, vocibus «
exoticis est prorsus immunis; ideo jurè «
creditur editus fuisse antequam Romani «
Judææ tanquam provinciæ potirentur. «
Vix tamen à trecentis annis ejus noritia «
ad Christianos pervenit «. *Humfredus Prideaux lib.* 2. *Hist. Judaicæ.* «

» Onkeloso paraphrasin in universum «
vetus Testamentum tribuit Galatinus de «
Arcanis Catholicæ veritatis lib. 1. cap. 3. «
quod tamen nullis idoneis testibus pro-
bare potuit «. *Jo. Henr. Hottingerus lib.* 1.
Thesauri Philol. cap. 3. *sect.* 1. *pag.* 255.

Quatuor priora capita ejusdem Targum cum versione Latina Pauli Fagii. V. *Ejus vers. Lat. Onkelosi*, in 4°. Isnæ 1542.

Targum Jonathanis *seu potius* Pseudo-Jonathanis in Legem. V. *Biblia Polyglotta* 1657. V. *Biblia MSS. L.* V. *Triplex Targum in Legem.* V. *Pentateuchus Hebræus* 1671.

» Targum secundum in Legem Jona- «
thani filio Uzielis tribuitur à quibusdam, «
sed perperam ob diversam ipsius & Para- «
phraseos in Prophetas cujus auctor meritò «
habetur, loquelam. Præterea plurimis sca- «
tet glossematibus, fabulis & additamen- «
tis; ac in eo fit mentio rerum ac nomi- «
num quæ post Jonathanem cognita sunt, «
verbi gr. Exodi 26: 4. sex ordinum Mis- «
næ, Num. 29: 19. urbis Constantinopoli- «
tanæ, & Num. 24: 24. regionis Lombar- «
dicæ «. *Prideaux ibidem.*

Joannes Morinus lib. 2. *Exercit. Biblicarum, Exercit.* 8. *cap.* 13. *putat.* » omnes «
Targumim multis seculis posteriores esse «
eo tempore, cui à Judæis & Christiano- «
rum permultis tribui solent; quinque «
enim aut sex seculis post Christum natum «
vixerunt illorum auctores, si quidem in «
Origene, S. Epiphanio & S. Hieronymo «
nulla eorum fit mentio, è contra hi Pa- «
raphrastæ meminerunt Misnæ, & fabu- «
larum Talmudis, Turcarum & urbis Con- «
stantinopolitanæ «. *Hæc postrema vera sunt de posterioribus Targumim, sed non de Targum Onkelosi in Legem, & Jonathanis in Prophetas.*

» A quo & quo tempore, pergit D. «
Prideaux facta fuerit hæc Paraphrasis in «

M

» Legem, penitus ignoratur: videtur etiam per plurima sæcula apud Judæos profundis obvelata fuisse tenebris; si quidem Elias Levita, qui præ aliis Judæis multus est in recensendis Targumim, nullam hujus mentionem facit. «

Idem confirmat Jo. Henr. Hottingerus dissert. 3. de translat. Bibliorum in linguas vernaculas pag. 93. his verbis. » Rabbini ipsi fatentur Jonathanis Targum in Legem non vidisse, dubii etiam utrum extaret. Galatinus de Arcanis lib. 1. cap. 3. affirmat se semel vidisse. Paulus Fagius & Mercerus de hoc altum silentium, nisi quod hic in Genesim 3: 21. ejus meminerit, affirmat tamen non extare. Burgensi videtur innotuisse in Lyrani additamentum. *Gen.* IV. 41. «

Typis tantùm prodiit Venetiis anno 1590. & ut celebrior redderetur Jonathanis nomen ei præfixum est.

» Hæc paraphrasis multum cum sequente stylo convenire observatur, imò alicubi eadem ferè verba habet; unde infert Jo. Drusius hoc Targum idem esse cum Hierosolymitano, quod quidem si de fragmentis Hierosolymitani quod nunc habemus, loquatur, à vero alienum esse puto «. *Walton Proleg. XI* §. 11.

Targum Hierosolymitanum in Legem. V. *Biblia Polyglotta* 1657. V. *Biblia Hebræa MS. P.* V. *Biblia Rabbinica ad annum* 1518. V. *Pentateuchus triplex in Legem.* V. *Pentateuchus Hebræus* 1671.

Additiones & variæ lectiones in idem, in fol. *Bibl Colbertina cod.* 610.

» Targum tertium in Legem, Hierosolymitanum dicitur eadem ratione qua Talmud ejusdem nominis, scilicet quod utrumque sit eadem dialecto Hierosolymitana conscriptum. Hujus auctor nescitur, & quo vixit tempore. Hæc quidem paraphrasis, non sicut aliæ textum integrum continet; quandoque unum duntaxat versiculum, vel etiam unius partem aliquam, quandoque duos consequentes versus exprimit; at integra quoque capita prorsus omittit; plurimis in locis Targum Pseudo-Jonathanis in Legem exscribit: multis etiam utitur locutionibus quæ leguntur in novo Testamento, quæ quidem tempore Christi & multò post fuerunt apud Judæos in usu «. *Prideaux ibidem.*

» Notandum est (*inquit Waltonus Proleg.* 12. §. 13.) illud Targum Hierosolymitanum, quod hodie habemus, haud integrum esse sed interruptum & mutilum, cum non continua serie, sed hic illic versus quidam transferuntur, imò sæpe in versu medio desinit & posteriorem ejus partem interpretatur; unde rectè aiunt multi fragmentum esse para-

A phraseos integræ quæ olim extabat. »

Targum Jonathanis in Prophetas. V. *Biblia Polyglotta* 1572. 1645. 1657. V. *Biblia Rabbinica ad annum* 1518. V. *Biblia Hebræa MS. L. P.*

» Jonathan Ben Uziel Targum tum in Prophetas priores, scilicet in libros Josuæ, Judicum, Samuelis & Regum, tum in Prophetas posteriores, vel Isaiam, Jeremiam, Ezechielem & duodecim Minores scripsit, minus purè quàm Onkelos, variisque glossematibus ex suo marte ad- B jectis opus suum inseruit & fœdavit; sed & plura hujusmodi glossemata in posterioribus Prophetis quàm in prioribus inveniuntur. Hunc solos interpretatum esse Prophetas vulgo creditur, Lex enim jam ab Onkeloso conversa fuerat. Utriusque Targum ejusdem est antiquitatis & auctoritatis; nam ut ait Waltonus Proleg. XI. § 16. apud Judæos æqualem cum textu Hebræo auctoritatem habent Targumim, præcipue Onkelosi & Jonathanis, unde nemo audet eis contradicere; apud Chri- C stianos verò minimæ sunt auctoritatis, alicujus tamen utilitatis. «

» De hac paraphrasi id potissimum teneas, vagam illam esse stylo inæquabili, imo mixto ex Syriasmo, Græcismo & Latinismo conscriptam.... Reperiuntur qui incertum esse existimant, quis genuinus translationis illius auctor existat, juxta illud R. Azariæ in *Meor Enaim pag.* 148. Targum Hagiographorum præsens auctorem habet nobis ignotum «. *Jo. Henr. Hottingerus pag.* 259. *Thesauri Phi-* D *lol. lib.* 1. *cap.* 3. *sect.* 1.

Targum in XII. Prophetas minores (*seu potiùs in Hoseam & Joëlem*) in 4°. Parisiis, Caroli Stephani 1557.

Idem cum versione Latina Joannis Merceri, in 4°. Ibidem, iisdem typis 1559.

Idem cum versione Latina Emmanuelis Tremellii, in 4°. Heidelbergæ 1567.

Idem in Hoseam, Joëlem, &c. cum versione Latina. V. *Prophetæ Polyglotti* 1656. 1657.

E Idem in Hoseam, in 4°. Parisiis 1554.

Idem in Hoseam, V. *Oseas Polyglottus* 1621. *& Hebr.* 1702.

Idem in Joëlem, Michæam, Zachariam & Malachiam. V. *Idem Polyglottus* 1565.

Idem in Joëlem cum versione Latina Gilberti Genebrardi, in 4°. Parisiis 1565.

Idem in Joëlem, in 8°. Helmstadii 1706.

Idem in Abdiam & Jonam, in 4°. Parisiis, Caroli Stephani 1557.

Idem in Jonam. V. *Jonas Polyglottus* 1524. 1656. *& Hebr.* 1683.

Idem in Michæam, Nahum, Sopho-

niam, Aggæum, Zachariam & Malachiam per Jo. Mercerum, in 4°. Parisiis, Caroli Stephani 1558.

Idem in Aggæum cum versione Latina Joannis Merceri, in 4°. Parisiis 1551.

Idem in Abdiam. V. *Abdias Polyglottus* 1673.

Targum R. JOSEPH Cœci in Psalmos, Job & Proverbia. V. *Biblia Polyglotta* 1572. 1645. 1657. V. *Biblia Hebræa L. M. N. CC.* V. *Biblia Rabbinica ad an.* 1718. Idem in folio msc. *Bibl. Colbertina cod.* 610.

Idem in Psalmos. V. *Psalmi Polyglotti* 1516. 1643.

» In *Hagiographa* duplex fuisse Tar» gum à quibusdam observatum. Illud qui» dem cujus hodie adbucdum habemus » usum, sive Josephum, ut plerique sta» tuunt, sive quemcumque alium habuerit » auctorem «. *Hottingerus ibidem p.* 94.

Idem in Proverbia, operâ Joannis Merceri, in 4°. Parisiis, Guillelmi Morelli 1561.

An desumpta sit Paraphrasis Chaldaica in Proverbia Salomonis ex versione Syriaca, an verò interpretatio Syriaca eorumdem ex Paraphrasi Chaldaica, vix definiri potest? Antiquior sanè de verbo ad verbum penè ab altera exscripta est, & tanta inter utramque reperitur convenientia, ut in solo duntaxat charactere, atque in quibusdam identidem verbis discrimen reperiatur.

Ea de re sic loquitur Rich. Simon in responsione ad Judicia quorumdam Theol. Batav. p. 173. » Libri quidam integri S. Scri» pturæ, veluti Paraphrases Chaldaicæ Ju» dæorum, publicati sunt, qui Syriacas » complectuntur versiones ab ipsis Syris » conscriptas... boc collatione inter utrum» que institutâ facilè probari potest.

Liber Job Cbaldaicè & Latinè *ex versione recognita à Bened. Aria Montano* cum notis Joan. Terentii, in 4°. Franekeræ Joan. Wallens 1663.

Ex præfatione. » In Cbaldæo textu de» scribendo secutus sum punctationem ol. » viri Jo. Buxtorfii prout illa in Bibliis Ba» sileensibus reperitur..... Latinam Para» phraseos versionem quod attinet, eam » planè novam adornaveram, Cbaldæo » textui è regione responsuram. At, quia » in translatione sæpe numero ad contex» tûs sensum magis quàm ad simplicem ver» botum metaphrasim attenditur, senten» tiam mutavi. Volens enim bac vice ves» træ tenuitati (*discipulos alloquitur*) suc» currere, pro mea antiquam illam, quæ » in utroque Regio opere necnon Angli» cano Polyglotto codice conspicitur, Chal» dæo textui è regione apposui. «

Targum in quinque *Meghilloth.* V. *Biblia Polyglotta* 1572. 1645. & 1657. V. *Biblia Rabbinica ad annum* 1518. V. *Quinque Meghilloth Hebr.* 1524. Idem cum explicatione Germanica vocum difficilium, auctore R. Jacob F. Bounam, in 4°. Friburgi Brisgoiæ *absque anno.*

» Hæc paraphrasis dialecto Hieroso. « lymitana ab incerto auctore fuit edita, « quæ ut omnium est postrema, sic fabulis « Talmudicis præ reliquis paraphrasibus « referta «. *Jo. Henr. Hottingerus lib.* 1. *Thesauri Philol. cap.* 3. *sect.* 1.

Canticum Canticorum & Ecclesiastes Salomonis, Chaldaicè & Latinè, per Erasmum Oswaldum Schreckbenfuchsium, in 8°. Basileæ 1553.

Targum in Canticum Cant. cum textu Hebr. in 12. Amstelodami, Tartas 143. (1683.

Targùm in Canticum Canticorum cum versione Latina Julii Bartoloccii. *Bibl. Vaticana. Bartoloccius part.* 3. *p.* 792. *Bibliotb. Rabbinicæ.*

Syriaca (*seu potius Chaldaica*) paraphrasis libelli Ruth cum versione Latina & Scboliis Joan. Merceri, in 4°. Parisiis 1564.

Targum in Ecclesiasten, emendatum per Joan. Mercerum, in 4°. Parisiis, Guill. Morelli 1562.

Targum duplex in volumen Esther. V. *Biblia Rabbinica ad annum* 1518. V. *Pentateuchus Hebraicus ad annos* 1590. 1614. 1640.

» In Cantico, Ecclesiaste & Esther Tar« gum maxime vagatur, præsertim in Es« ther, cujus alterum Targum omnium « recentissimum & fabulis refertum instar « prolixi commentarii esse possit «. *Jo. Buxtorfius in præfat. Lexici Chaldaico-Syriaci.*

» Targum in librum Job, in Psalmos « & in Proverbia, à quibusdam Judæis Jo« sepbo cœco tribuitur; at qua vixerit æ« tate non dicitur; alii & ejus autorem non « minus quam sequentium ignotùm asseve« rant. Hoc Targum sicut & Targum in quin« que parva volumina & Targum alterum in « volumen Esther quod in priori plus una « vice amplius est, impurissima dialecto Hie« rosolymitana conscripta sunt; at ultimi « stylus adeo est barbarus ut longe post « alios Targumim exaratum esse censendum « sit. In Targum quinque Meghilloth men« tio fit Misnæ & Talmudis, utique Baby« lonici, quod ad minimum seculo V. post « Christum natum prodiit in lucem «. *Prideaux ibidem.*

Targum in Chronica, seu binos libros Paralipomenon. V. *Biblia Hebraica MSC. C. L.*

Paraphrasis Chaldaica II. librorum Chronicorum, hactenus inedita & mul-

tùm desiderata : nunc verò è codice (*C. supra memorato*) msc. antiquo membranaceo Bibliothecæ Erfordiensis exscripta & juris publici primùm facta, curâ atque operâ Matthiæ Friderici Beckii, cujus etiam versio Latina & in illam notæ simul prodeunt, 2. vol. in 4°. Augustæ Vindelic. Typis Koppmaierianis 1680—1683.

Ex præfatione II. voluminis. » Textum » non κατὰ πόδα sequitur hic Interpres, ve- » rum passim extravagatur, plurimaque vel » de suo assuit, vel ex antiquiori cabala seu » traditione accersita addit. «

Eadem cum versione Latina Samuëlis Clerici & ejus manu exarata, 2. vol. in 4°. *Bibl. Bodleiana codd.* 3926—3927.

Selecta Targumim cum versione Latina & annotationibus Caroli Schaaf. V. *Ejus opus Aramæum*, in 8°. Leidæ 1686.

Paraphrasis Chaldaica in libros Chronicorum auctore R. Joseph Academiæ in Syria Rectore : nunc demum è manuscripto Cantabrigiensi descripta & cum versione Latina in lucem emissa à Davide Wilkins, in 4°. Amstelodami 1715.

APPENDIX.

Libri quidam S. Scripturæ Chaldaicè scripti.

Liber Tobiæ Chaldaicè, *de quo S. Hieronymus in præfatione sequenti.* » Præfatio in librum Tobiæ. Chromatio & Heliodoro Episcopis Hieronymus » Presbyter in Domino salutem. Mirari » non desino exactionis vestræ instantiam, » exigitis enim, ut librum CHALDÆO » SERMONE conscriptum ad Latinum » stylum traham; librum utique TOBIÆ, » quem Hebræi de catalogo divinarum » Scripturarum secantes, his, quæ Apo- » crypha memorant, manciparunt. Feci » satis desiderio vestro, non tamen meo » studio. Arguunt enim nos Hebræorum » studia : & imputant nobis, contra suum » Canonem Latinis auribus ista transferre. » Sed melius esse judicans Pharisæorum » displicere judicio, & Episcoporum jussio- » nibus deservire, institi ut potui. Et quia » vicina est Chaldæorum lingua sermoni » Hebraico; utriusque linguæ peritissimum » loquacem reperiens, *unius diei laborem* » *arripui : & quidquid ille mihi Hebraicis* » *verbis expressit, hoc ego accito Notario ser-* » *monibus Latinis exposui.* Orationibus ve- » stris mercedem hujus laboris compensabo, » quum gratum vobis didicero me, quod ju- » bere non estis dedignati, complesse. «

Liber Judith Chaldaicè. » Apud Ju- » dæos liber Judith (*inquit idem Sanctus præ-* » *fatione libri hujus*) inter Apocrypha legi- » tur : cujus authoritas ad roboranda illa quæ in contentionem veniunt, minùs « idonea judicatur. Chaldæo tamen ser- « mone conscriptus, inter historias compu- « tatur. . . . huic unam lucubratiunculam « dedi, magis sensum è sensu quàm ex verbo « verbum transferens. Multorum codicum « varietatem vitiosissimam amputavi. Sola « ea quæ intelligentiâ integrâ in verbis « Chaldæis invenire potui Latinè expressi. «

» Tobiæ & Judith libros, priúsque « Macchabæorum volumen Ebraico pri- « mùm, hoc est Chaldaico & Syriaco ser- « mone, conflata fuisse Origenes (*Epist. ad* « *Afric.*) & Hieronymus (*in Prol. præce-* « *denti*) prodidere; indè Græca, quam te- « rimus, Interpretatio, & vulgata Hiero- « nymi Latina ortæ sunt : utramque verò « si invicem contuleris, tanta apparebit « dissensio, ut vel è diversis eas profluxisse « exemplaribus, qualia multa suâ fuisse « ætate scribit Hieronymus, vel summâ al- « terutram libertate fuisse accuratam fatea- « re «. *Dan. Huetius de claris Interpret. p.* 111.

» Id vero apertum est multùm discre- « pare editionem Græcam, Syriacam & « Latinam, non parcitate verborum dun- « taxat, sed etiam differentia sensuum «. *Joan. Henr. Heiddeggerus lib.* 2. *Ench. Biblici cap.* 7.

Liber Esdræ à versu octavo capitis quarti usque ad versum undevigesimum capitis sexti; itidem à versu duodecimo capitis septimi usque ad versum vigesimum septimum ejusdem capitis linguâ Chaldaicâ conscriptus est. V. *Biblia Hebraica.*

Liber Danielis magna ex parte linguâ Chaldaicâ conscriptus est, scilicet à versu quinto capitis secundi usque ad caput octavum exclusivè. V. *Biblia Hebraica.*

Danielis textus Chaldaicus cum epistola S. Pauli ad Titum, Syriacè, in 8°. Hafniæ 1626.

Caput XIV. Danielis Chaldaicè à versu 27. ad versum 42. (sive ad finem capitis. V. *Cap.* 23. *& ultimum Pugionis Fidei à Raymundo Martini conscriptum & à Jos. de Voisin editum*, in fol. Parisiis 1651. Lipsiæ 1686.

Novum Test. Chaldaicè cum Epistolis Canonicis & Apocalypsi. *Horum meminit Andr. de Leon p.* 133. *antiq. Eccl. Orient.*

SECTIO TERTIA.

BIBLIA SYRIACA.

CODICES MANUSCRIPTI.

Distinguitur lingua Syriaca « in tres dialectos, quarum elegan- « tissima est Aramæa, quæ est lingua inco- «

»larum Edessæ, Haran, & Syriæ exterioris
»(*seu Mesopotamiæ*). Proxima illi est Pa-
»læstina, qua utuntur Damasci & Montis
»Libani & reliquæ Syriæ interioris incolæ
»(*Syriam propè dictam intelligit*). At omnium
»impurissima Chaldaica Nabathea, quæ est
»dialectus populi montium Assyriæ & pa-
»gorum Aracb. « *Georgius Barhebræus in chronico seu historia Dynatistarum edita à Pocockio.*

» Quamvis linguæ Syriacæ usus com-
»munis sit apud distinctas diversarum reli-
»gionum nationes, sacrorum tamen volu-
»minum integritas summa semper cum re-
»ligione servata est ab omnibus, ita ut nulla
»vel minima discrepantia in eorum Lectio-
»ne deprehendatur. Viget autem ea lin-
»gua primo apud Chaldæos, Mesopota-
»miæ populos Hæresi Nestorianæ miserè
»obligatos; tum apud Syros Jacobitas,
»qui Dioscoridis, Eutychetis & Jacobi falsa
»dogmata secuti Monothelitarum nomine
»dignoscuntur; tertio apud Maronitas
»nostros, etiam Syros, qui ab avita fide
»Catholica Romana nunquam descive-
»runt «. *Gabr. Sionita in præfat. Psalterii Syriaci.*

» Linguam Syram certè nondum usi-
»tatam fuisse Judæis Christi tempore ex
»multis apparet quæ nimis longum esset
»recensere. Hoc unum afferemus in para-
»phrasi novi Test. in Joan. 19: 13. pro
»גבתא λιτόθρωτος, aliis Aramæis usi-
»tato, esse גפיסתא septum: unde omnino
»videantur tunc Judæi secunda Aramæorum
»dialecto (quæ Chaldaica dicitur) usi, quâ
»Jonathan, qui 40. circiter annos vixit
»ante Christum, Judæis sui temporis ve-
»tus Testamentum exposuit. (*Duplex ibi
»error aliunde corrigendus.*) Tantum vero
»hujus linguæ antiquitatem argit para-
»phrasis in Novum Testamentum ut eum
»ausim Ecclesiæ illi Antiochenæ primum
»nascenti Christianisque illis primum in
»ea appellatis adscribere «. *Corn. Bonav. Bertramus præfat. in comparationem linguæ Hebr. & Aramææ.*

» Cum apud Syros nulli fuerint Maso-
»rethæ, qui sicut Judæi punctis vocalibus
»lectionem textûs determinaverint, non
»mirum est, quòd tanta sit in illorum exem-
»plaribus varietas. Ideò in quibusdam tan-
»tùm præcipua puncta notantur; in opti-
»mis verò & vetustissimis omnino absunt «.
Rich. Simon cap. 14. Hist. crit. version. Vet. Test. p. 175.

» Nullus est apud Syros Masoræ locus
»(*ut observat vir doctissimus*) à Notariis
»enim parum diligentibus orta est puncto-
»rum varietas. Nec verum est quod hîc
»affirmatur, puncta in vetustissimis codici-
»bus mss. omnino abesse: quidam antiqui
hæc habent, alii contra illis destituun- «
tur. «

Versio Syra, quâ vulgò Syri omnes «
utuntur, ex Hebraicô facta est, omnium- «
que versionum Orientalium antiquissima. «
In Polyglottis Parisiensibus & Anglicanis «
edita est. Altera ex Græco extat, sed in «
paucis omnino libris, cujus nonnulla re- «
periuntur in codice Colbertino, num. «
1037. « *Hæc accepi à doctissimo Abbate Eusebio Renaudot.*

Idem cap. 7. lib. 7. de perpetua Eccle-
siæ consentione circa sacramenta *p.* 537.
sic loquitur: » Vetustissima est ea veteris «
Testamenti ex Hebræo contextu Syriaca «
Interpretatio quâ utuntur Syri Ortho- «
doxi, Nestoriani & Jacobitæ. Juxta ean- «
dem conditæ sunt plurimæ versiones Ara- «
bicæ. *Idem p.* 538. Syri qui codices sacros «
ex Hebræo verterunt, exemplaria Maso- «
rethis antiquiora secuti sunt; pluribus «
enim in locis cum Hieronymiana aut sep- «
temvirali versione magis quam cum textu «
Hebræo Masoretbico convenit. *Idem* «
ibid. Syri translatione etiam ex Græco «
facta utuntur; sed cum hæc in officiis di- «
vinis nunquam fuerit usurpata, nullum «
ideo exemplar hujus versionis integrum «
totius sacri codicis textum continens in «
celeberrimis quoque Bibliothecis reperi- «
tur, dubitare tamen non licet quin exti- «
terit, cum sæpè laudetur à Mose à Bar Ce- «
pha & Dionysio Barsalibi, aliisque Syris «
Theologis, & partes quædam præsertim «
Psalterii in nonnullis codicibus manu- «
scriptis legantur. »

» Syris duplex est Bibliorum versio; «
ex Græco una facta est, & nondum in «
lucem edita; ex Hebræo altera, quam «
Polyglottorum opus continet, & hæc «
aliquid admixtionis ex Græca editione «
habere videtur; ista autem si paucissimos «
libros excipias, Ebraica verba ita pressè «
exprimit, ut à Judæo potius quam ab «
homine Christiano profectam fuisse cre- «
diderim. Suspicor illam olim in usum Ju- «
dæorum, qui in Synagogis suis Ebraicè «
& Chaldaicè S. Scripturam legebant, con- «
ditam fuisse & ab his ob Chaldaicæ & «
Syriacæ dialectorum affinitatem ad Syros «
transiisse «. *Ita Author Synopseos Nov. Bibliorum Polygl. p. 18.*

» † Syriacarum versionum haud una «
est. . . . Simplex altera & ex Hebræo sive «
Thaddæi sive Salomonis tempore facta; «
altera ex Græco LXX. Interpretum mul- «
to post N. C. tempore concinnata. Sic «
etiam Maraba magnus & Moses Bar Ce- «
phas sacrum codicem Syriacè transtulisse «
feruntur, nonnullasque editiones pro Scri- «
barum studiis & commodis, ex diversis «
versionibus contextas & interpolatas esse «

» Ecchellensis tradit. Itaque vix aliquam
» antiquarum versionum integram obtinere
» dabitur. Damus sane antiquissimis tem-
» poribus lectos esse sacros libros, sed no-
» stros eos esse, in quos e. g. Jacobus Syrus
» Nisibensis & Ephrem commentatus est;
» vel eos, quos Græci Latinique Patres
» citant, equidem non ausim affirmare, uti
» Walronus facit «. *Andr. Mullerus in Dissert. de Syriacis librorum sacrorum versionibus, &c. p.* 26. 27. 28.

Veteris Testamenti versio Syriaca tempore Salomonis Regis Israël, & Novi Testamenti tempore Apostolorum.

» Versionis Syriacæ antiquitas ea est
» (*inquit Gabriel Sionita in præfatione Psalt.*
» *Syriaci*) ut secundùm receptissimam Chal-
» dæorum & Syrorum traditionem, coæva
» sit Salomoni: Sic enim legimus in libro
» antiquissimo Soadedi (*alias Jesudadi*) E-
» piscopi Hadthensis (*vel potius Hadithen-*
» *sis*) veteri charactere in membranis exa-
» rato, qui inscribitur: *Locorum difficilium*
» *& vocum obscuriorum in sacris literis occur-*
» *rentium elucidatio:* sacrorum voluminum
» translatio hunc ordinem est adepta. Pen-
» tateuchon, Josue, &c. « *ut mox infrà ex versione Abrahami Ecchellensis in notis ad Catalogum lib. Chald. ab Hebed Jesu con-*
» *fectum.* » Salomon multorum Syrorum
» testimonio non solùm sacrorum librorum
» habetur Interpres exhortante Hiramo
» amico, verùm etiam characterum author.
» De sacrarum literarum translatione ita
» Jesudad Episcopus Hadithensis in eluci-
» datione locorum difficilium Geneseos:
» *Ad Syriacum autem idioma translatæ sunt*
» *Scripturæ juxta aliquos hoc modo: Penta-*
» *teuchus, Josue, Judices, Ruth, Samuel,*
» *David, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum*
» *Canticorum, & Job tempore Salomonis, Hi-*
» *ramo ejus amico deprecante. Reliqui verò*
» *libri veteris simul ac novi Testamenti tem-*
» *pore Abgari Regis Edessæ sollicitudine Adæi*
» (Thaddæi) *& reliquorum Apostolorum,*
» *quanquam alii aliter dicant, nempe quod*
» *ab uno Sacerdote ex iis quos miserat rex As-*
» *syrius in Samaritanum idioma conversi sint.*
» Samaritanum autem idioma idem est ac
» Chaldaicum «. *Ita Ecchellensis. Illud autem confirmatur à Gregorio Bar-Hebræo libro VI. Chronicorum.*

Isaac Vossius cap. XXVIII. Dissert. de LXX. Interpretibus p. 89. *&* 90. » In ver-
» sionis Syriacæ antiquitate adstruenda pla-
» nè delirant Syri, non tantùm cùm Hi-
» ramum hujus auctorem faciunt, sed etiam
» cùm insignem aliquam vetustatem huic
» adscribunt. Plurimis hæc interpretatio
» Græcis scatet vocabulis. ... Quod autem
» putant nonnulli versionis hujus Syriacæ
» mentionem fieri in catenis Græcorum

A Patrum, ac memorari nonnunquam à «
Theodoreto, Chrysostomo, aliisque, in «
eo omnino falluntur. Si quis loca, quæ «
à prædictis Patribus adducuntur, com- «
mittat cum hodierna versione Syriaca, «
plurimùm illam à veteri discrepare inve- «
niet. Hinc clarum fit, diversis tempori- «
bus, diversas quoque apud Syros extitis- «
se versiones. Hodiernum quod vulgò le- «
gitur exemplar, vix puto quinque aut sex «
seculis esse antiquius «. *Hæc ille.*

» Quicquid hîc Vossius adversus Sy- «
B riacæ versionis antiquitatem effutiat, id «
certè nullius est momenti; præterquam «
quòd enim ille hujus idiomatis cognitio- «
ne carebat, nullus ferè locus occurrit à «
SS. Patribus olim laudatus, quin etiam- «
num in hac versione legatur: v. gr. quæ «
S. Basilius juxta Syri cujusdam (S. E- «
phrem) sententiam hom. 2. in Hexaem. «
pag. 14. editionis Morellianæ refert «. *Eusebius Renaudot in suis observationibus ad me missis.*

Biblia Syriacè à Thoma Heracleensi
C conversa. *Pocockius in præfat. generali Comment. in Joelem, postquam antiquæ versionis Syriacæ fecisset mentionem, hæc addit:*
» Quandoquidem posterioris ævi aliam «
habeamus, eam à Thoma Heracleensi «
concinnatam esse haud injuriâ mihi per- «
suadeo. Id enim reperio in msc. quodam «
Syriaco « (*de quo nonnihil dictum est in præfatione posterioris epistolæ S. Petri Syr. Gr. & Lat. anno* 1630. *editæ.*) [*Hæc ibi scripserat:* » Alter ille Interpres qui Diony- «
sium nactus est Commentatorem, locum «
D hunc sic effert.] Ubi inter antiquam & «
recentiorem Thomæ Heracleensis probè «
distinguitur. Pari ratione versioni histo- «
riæ Suzannæ V. T. in codice quodam «
Syriaco MSC. præfixum invenio, eam «
esse *ex versione Heracleensis.* Binæ enim «
sunt hujus historiæ in eo codice versiones, «
quarum tamen neutram, antiquam eam «
esse simplicem, putandum. . . . Quo au- «
tem tempore Thomas Heracleensis vixe- «
rit, nondum mihi ex quodam certò scire «
contigit. (*Jam scripserat in præfatione libri* «
suprà allati hæc verba: à quo & quando «
E in linguam Syriacam translatæ sint hæ «
Epistolæ, supra vires meas disquisitio est.) «
Deinde addit quasdam quæ suam confirmant «
sententiam. Unum tamen monere liceat, «
Dionysium quemdam (ita se vocat) qui «
Commentariis Syris, has unà cum cœte- «
ris Canonicis & Actis Apostolorum nec- «
non Apocalypsi illustravit, in præfatione «
ad secundam Petri monere. *Epistolam se-* «
cundam Petri non fuisse versam in linguam «
Syriacam cum libris, qui in diebus antiquis «
redditi sunt, ideòque non inveniri nisi in «
translatione Thomæ Episcopi qui cognomina- «

» *tus est Heracleensis*, secundùm nomen Heracleæ civitatis suæ «. *Ex hujus versione refertur historia Suzannæ tomo* IV. *Bibl. Polygl. Londin.* A

» Thomas erat Episcopus Heracleensis, sectâ Jacobita vel Dioscorianus. Ex his quæ citantur locis nullo modo consequitur hunc alicujus esse versionis auctorem, sed duntaxat Ægyptum petiisse, ibique textum sacrum contulisse cum antiquis Græcis codicibus qui in Monasterio S. Antonii servabantur. Ad hanc correctam editionem Syri ferè omnes sua, B in primis Novi Testamenti, exemplaria conformarunt. Quæ verò laudati authores scribunt de nonnullis Veteris Testamenti libris qui in aliis Syriacis editionibus absunt, id quidem verum est de iis libris qui in Canone Hebræo non extant «. *Eusebius Renaudot in suis observationibus.*

Idem libro 4. cap. 2. de perpetuo consensu Ecclesiæ circa Eucharistiam, ait »Thomam Episcopum Heracleensem Jacobitam, qui seculo VII. florebat, in corrigenda C versione Syriaca juxta vetustos & Græcos imprimis codices operam impendisse; unde hæc Editio Heracleensis nuncupatur. »

Veteris Testamenti versio à Theodoro Syro concinnata. » Est & alius apud Syros Theodorus, converso abs se in Syriacam linguam de Hebræa vetere Testamento, clarissimus, quippe cujus interpretatione ut authenticâ omnes omnium Syrorum utuntur Ecclesiæ «. *Masius in proœmio comment. Bar Cephæ de paradiso.* D *Hæc scribebat anno* 1567. *nec ullam adducit veterum authoritatem ut suam opinionem stabiliat, de qua meritò dubitare licet.*

» Aberravit sane hoc in loco doctissimus Masius, hic quippe Theodorus, de quo loquitur, ipse est Episcopus Mopsuestenus, *Interpres* per *antonomasian* dictus, non quòd sacras transtulerit literas, sed quòd eas commentariis suis exposuerit. A Nestorianis inter Patres Græcos numeratur. Quando eum ab aliis Syris citatum Masius invenit, id profectò factum E est ob sua in sacros codices commentaria, quæ quidem Syriacè scripta non videntur, cùm Liberatus cap. 10. Breviarii sui afferat, ejus volumina in Syrorum linguam à Nestorianis fuisse conversa. Contraria est Nestorianorum traditio, quæ nullatenus Syriacas S. Scripturæ versiones ab eo factas memorat, sed tantùm exarata hoc idiomate illius commentaria «. *Eusebius Renaudot in suis observationibus ad me missis.*

Veteris Testamenti versio Syriaca à Mar. Abba confecta. *Hebed-Jesu in catalogo libr. Chaldæorum in 8. pag. 51. edit. Romanæ, hæc ait :* » Mar-Abba interpretatus est & exposuit totum vetus Testamentum ex idiomate Græco in idioma hoc Syriacum «. « Conjectari licet (inquit Assemanus Maronita pag. 493. Biblioth. Orientalis) Jacobum Episcopum Edessenum, cognomento commentatorem vel totam sacram Scripturam vel illius partem è Græco in Syriacum transtulisse. Id enim Syrorum complures præstitere, ut Philoxenus Mabugensis, Thomas Heracleensis, & Mar-Abba Chaldæus. »

Biblia Syriaca charactere qui dicitur *Estrangbelo.* Codex perantiquus, in fol. *Bibl. Ambrosiana, de Montfaucon p. 11. Diarii Italici.*

A. Biblia Syriaca cum scholiis Jacobi Syri, Jacobi Edesseni, Severi, Nili, Maximi, in fol. *Bibl. Colbertina cod.* 1037.

Biblia Syriaca, in fol. *Ibidem codd.* 722. 2841.

Biblia Syriaca veteris Testamenti integra. Codex elegantissimus & correctissimus, quondam erat Sergii Risii Archiepiscopi Damasceni, hunc ille cum cæteris bonis Abrahamo Ecchellensi ex testamento reliquit. *Idem Ecchellensis Epist: altera Apologetica p.* 128. *Bibl. Regia cod.* 283.

Biblia Syriaca veteris Testamenti. Codex in 4°. recens exaratus à Sergio Risio Archiepiscopo Damasceno. *Bibl. Vaticana, Assemanus p.* 573. *Bibliothecæ Orientalis Romæ anno* 1720. *editæ.*

Biblia Syriaca veteris Testamenti (*desunt Psalmi*) unà cum libris Deuterocanonicis. Codex in folio charactere pulcherrimo conscriptus anno Christi 1627. ex libro Ignatii Patriarchæ Antiocheni in monte Libano per quemdam Josephum Filium David. Hunc in Oriente sibi describi fecerat Jacobus Usserius, ad cujus marginem subinde aspersæ sunt variantes à Gregorio quodam (*nomine Barhebræo Mifriano, quo titulo gaudet inter Jacobitas in tractu Antiocheno secundus à Patriarcha*) Syro scholiaste quarumdam Scripturæ partium lectiones. *Bibl. Bodleiana cod.* 3130.

» Translatio hæc, *inquit Bootius*, admodùm exacta est & fidelis, & textus Hebraici vestigiis ubique ferè admodùm pressè insistit, exceptis libris Paralipomenon qui admodùm fœdè habiti; plurima passim omissa, superaddita, immutata ac detorta habent, sicuti Proverbiorum liber multis in locis à textu Hebraico longè abit. In cæteris libris magna fide versatus est hic Interpres, ita tamen ut in locis difficilioribus, itidem ac alii Interpretes plerique, à vero sensu aberret «

» haud raró, in quorum nonnullis ad Græcam versionem interdum se accommodat. .... Quanquam autem elegantissimè scriptus est hic liber, puncta tamen & interpunctionum notæ haud raró perperam se habent, sive id nostri hujus exscriptoris vitio factum, sive altiorem originem habet «. *Ita ille in indice auctorum initio Animadvers. sacrarum in vetus Testamentum.*

BIBLIA Syriaca veteris & novi Testamenti. *Bibl. Vaticana. Cornelius à Lapide in præfat. Comment. in Prophetas minores p. 5.*

Si Codex iste idem sit ac ille cujus meminit Andreas de Leon Epist. ad Mich. le Jay p. 133. Antiq. Eccl. Orientalis, non Syriacam veteris Testamenti versionem sed Chaldaicam paraphrasim literis exaratam Syriacis complectitur, cui adjunctum est novum Testamentum integrum eodem idiomate donatum cum septem Epistolis Canonicis & Apocalypsi.

BIBLIA veteris Testamenti Syriacè. Codicem hunc accuratè descriptum ex Oriente secum Pocockius advexerat. *Bibl. Bodleiana cod.* 5336.

BIBLIA veteris Testamenti Syriacè. Codex eleganti & peritâ manu scriptus, in membranis, initio & in fine suppletus, antiquus & bonæ notæ. *Florentiæ Bibl. Medicæa Palatina cod.* 3. *Al.* 323. *Renaudot.*

Vetus Testamentum usque ad Prophetiam Hieremiæ, Syriacè. *Ibidem cod.* 359. *Idem.*

» Vetus Testamentum Syriacum Jac. Usserius edere decreverat; qua de causa quemdam in Hollandiam ad coëmendos typos deditâ operâ misit: sed nescio an difficultate, an magnis sumptibus in magno isto opere impendendis, à proposito penitùs cessavit «. V. *ejus Epistola ad Lud. de Dieu in sylloge Epist. p.* 488.

Pentateuchus Syriacè. Codex membranaceus, in 4°. scriptus in Monasterio S. Eliæ prope urbem Mosul, anno Alexandri 1240. Hegiræ 317. (Christi 929.) *Bibl. Vaticana; Assemanus p.* 614. *Bibliothecæ Orientalis.*

Pentateuchus Syriacè. Codex in folio minori, vetustatis non contemnendæ, Geneseos enim in calce, (*inquit Herbertus Thorndicius in admonitione quæ reperitur tom.* VI. *Bibl. Polygl. Londin*) absolutus scribitur, anno Alexandri magni 1524. (*Christi* 1212.) Fuit olim Jacobi Usserii. *Bibl. Bodleiana cod.* 3131.

De codice isto hæc refert Th. Smith p. 62. *vitæ Jacobi Usserii.* » Pentateuchus Syriacus ex Ebraico textu versus, liber venerandæ antiquitatis, majoris æstimandus, eò quòd vix in Christiano orbe antea aut visus aut cognitus fuerit, quod olim Reverendissimi viri, Jesu Jabi, Patriarchæ Jacobitarum tunc temporis Amidæ urbis, magnæ in Mesopotamia celebritatis, ad Tigrim sitæ, residentis, erat peculium. «

Pentateuchus Syriacè. *Cantabrigiæ. Bibl. Collegii S. Benedicti cod.* 385. *num.* 1652. *catalogi editi.*

Libri Josuæ, Judicum & Regum, Paralipomena, Esdras, Esther, Judith, Tobias & Deuteronomium. Codex Syrus Andreæ Masii, *cujus meminit in Epist. nuncupatoria Commentarii in librum Josuæ, & in præfat. annotationum pag.* 123. *in qua legitur:* » Habeo ab interprete Syro etiam Judicum historias & Regum, præterea Paralipomena, Esdram, Esther, Judith, denique Tobiæ & Deuteronomii bonam partem. *Ibidem ante dixerat:* Habeo aliquot sacræ Scripturæ libros qui & conversi sunt in linguam Syriacam & scripti sunt Alexandriæ annò ab Alexandro Magno 927. (*anno Christi* 615.) hoc est ante hos nongentos & quinquaginta annos; sunt inquam conversi ad verbum de Græco exemplari, quod manu Eusebii ad Origenis libros, qui in Cæsariensis Ecclesiæ Bibliotheca asservabantur, fuerat emendatum, cùm huic ad eam rem adjutor fuisset suus Pamphilus. In quibus libris meis Syricis.... omnes ubique notæ *Origenianæ* summâ curâ atque incredibili diligentiâ sunt appositæ «. *Idem in præfat. Commentarii Bar-Cephæ de Paradiso, quem Latinè convertit, sic ait:* » Extant apud me præter alios nonnullos Vet. Test. libros, etiam quatuor libri de Regum historia è Græco exemplari, quod manu Eusebii Phamphili ad Origenis Hexapla, in celeberrima Cæsariensi Bibliotheca asservata, correctum erat, traducti in linguam Syriacam ante annos circiter mille; atque tam accuratè scripti, & obelis, asteriscis, limniscis, aliisque notis ex quibus LXXII. Interpretum tralatio germana possit agnosci, passim notati, ut nesciam an cujusquam industria exactiùs atque absolutiùs aliquid præstare posset. « Hic rarissimus codex repertus est inter codices MSS. Dn. Lentii Lingg. Orientalium Professoris «. *Grabe Prolegomena Bibliorum Græcorum tomo ult. cap.* IV. §. 9.

» Hic locus est omnium qui Orientales S. Bibliorum versiones spectant, difficillimus. Testimonium Masii, viri cætero quin probatæ fidei, & exquisitissimæ doctrinæ, in dubium vocari non posse videtur. Sed asteriscos aliasque Origenianas notas, in linguis ita diversis, Græca nempe & Syriaca, tanta accuratione, quanta in libro Josuæ Græce opera Masii

edito

» edito reperiuntur, fuisse conservatos, capere quis poterit? Cur hanc translationem literis Syriacis, quibus instructum erat Plantini typographeium, exarari non curaverit? quis unquam hunc codicem aut alium hujusmodi inspexerit«? *Eusebius Renaudot in observationibus suis msc.*

» Id facilè dijudicabit qui textum Græcum ab Hesychio recensitum cum editione textus Josuæ apud Masium contulerit, modò quid sibi velint Origenis obeli & asterisci, prius didicerit. Quid autem sibi velint, eorum quos legimus, solus Masius vidit nec videre non poterat, vir Græcè, Hebraicè & Chaldaicè eruditissimus, qui codicem Bibliorum Syrum ex Hexaplis Origenis ante mille annos versum cum adnotatis asteriscis, obelis, lemniscis & hypolemniscis, penes se habebat«. *Ita Joannes Morinus in Epist. 43. Antiq. Eccl. Orient. pag. 237. quæ scripta est ad Thomam Cromberum.*

Libri Ruth, Esther, Tobiæ, Judith, Baruch & Macchabæorum Syriacè, cum Latina versione Abrahami Ecchellensis, notis ac variis lectionibus, quas ipse collegerat, partim ex collatione textûs quondam Sergii Risii cum textu edito in magnis Bibliis, partim ex collatione eorum quæ ad ipsum Romam miserat olim Gabriel Sionita. *Extabant apud clariss. le Jay. Abr. Ecchellensis, epist. altera apologetica pag.* 150.

Prophetæ Majores & libri Deuterocanonici. Codex olim Thomæ Erpenii, † *qui eidem adscripsit:* Liber incomparabilis. *Item;* » Hic Prophetarum interpres textum Hebræum plerumque sequitur. e. g. Esai. XIII, 3. « *Ad calcem hujus codicis, etsi manu recentiori*, anno Græcorum 1485. (*Christi* 1173.) Mensis Conon posterioris quarto, feria VI. seu Parasceve scribi cœptum esse *annotatum est*, *Tom. VI. Polygl. Londin. pag.* 49. *variantium lectionum Syriacarum. Bibl. publica Cantabrigiensis, cod.* 2490.

A. PSALMI Syriacè & Arabicè. *Bibl. Bodleiana codd.* 5773. 5786.

Psalmi Syriacè. *Ibidem cod* 313. *cod.* 3132. *qui fuit Jacobi Usserii, cod.* 5345. *qui fuit Eduardi Pocockii, cod.* 5781. *qui fuit ejusdem.*

De his codicibus ita loquitur Waltonus Prolegom. XII. §. 8. » In Editione Psalterii Syriaci habuimus præter impressum Psalmorum Parisiense exemplar, aliud msc. Rever. Usserii, duo quoque Pocockiana, unum Jacobitarum, alterum Nestorianorum quæ cum priori conveniunt. »

Psalmi Syriacè. *Cantabrigiæ, Bibl. publica, cod.* 2489. *Bibl. Narcissi Archiepiscopi Dubliniensis nunc Armachani, num.* 1000. 1001. *Florentiæ, Bibl. Medicæa Palatina, cod.* 356. *Al.* 10. *Renaudot.*

Psalmi Syriacè, editionis quam apud viduam Hiericuntinam repertam. Origenes quintam vocat, inquit Gregorius Barhebræus, nec cum Hebræo, nec cum Græco convenit. Codex optimè scriptus charactere Maronitarum anno Alexandri Magni 1629. Christi 1317. ab Hausciab in Monasterio Kischia in monte Libano. *Florentiæ, Bibl. S. Laurentii pluteo* 1.

Quatuor codices msc. in Psalmos, unum in Bibl. publica Cantabrigiensi, secundum Florentiæ in Bibl. S. Laurentii, tertium in Collegio Maronitarum Romæ, quartum Parisiis, hos codices cum duabus editionibus Erpenii & Sionitæ contulit *in decaplis suis Joan. Viccars, ut ipse testatur initio præfationis.*

Psalmi Syriacè, charactere *Estranghelo.* Codex in 4°. *Bibl. Colbertina cod.* 4851. *Bibl. Dominicanorum in vico S. Honorati.*

B. Psalmi Syriacè, cum glossa Arabica, in 4°. *Bibl. Colbertina cod.* 6218.

Psalmi Syriacè addito centesimo quinquagesimo primo qui legitur in versione Græca. *Ibidem cod.* 6562.

Psalmi Syriacè. Codex in 16. recens scriptus cum punctis. *Biblioth. Oratoriana cod.* 1947.

Sapientia Salomonis Syriacè *sub hoc titulo:* Sapientia magna Salomonis. » Est liber Salomonis (*inquit Buxtorfius p.* 342. *Bibliothecæ Rabbinicæ*) qui inter libros Apocryphos (*seudeutero-Canonicos*) extat. R. Moses bar Nachman in præfatione Commentarii sui in Legem testatur se eum vidisse in linguam Chaldaicam, seu Syriacam translatum, & adducit illic aliquot versus ex eo, qui extant in libro Græco Sapientiæ cap. 7. v. 5. 6. 7. 8. & 17. 18. 19. 20. de Sapientia Salomonis. Dialectus autem in illis est pure Syriaca, unde recentior videtur esse illa translatio. «

Ecclesiasticus, seu Sapientia filii Sirach Hebraicè. » Probabile est (*inquit Cornelius à Lapide, cap.* 111. *Prolegom. ad eundem*) non puro sermone Hebræo, sed corrupto, quali utebantur Judæi post reditum è Babylone (sui enim ævi Judæis eum scripsit Syracides) putà Syriaco conscriptum. Ita Bellarminus lib. 2. de verbo Dei cap. 4 censet hunc librum primitùs Syriacè esse editum æquè ac Evangelium S. Matthæi & Epistolam ad Hebræos. Unde Widmanstadius & Guido Fabricius, qui nuper tam Evangelium hoc quàm Epistolam Syriacè ediderunt, censent illum ipsum Syriacum textum esse autographum. Pari ratione de Syriaca editione Ecclesiastici quis suspicari posset illam ipsam esse originalem, qua hic li- «

» ber ſcriptus eſt à Siracide. Verùm in præ- A
» fatione in Epiſtolam ad Hebræos, ex dia-
» lecto & idiotiſmis Syriacæ linguæ moder-
» næ valdè differentibus ab idiotiſmis lin-
» guæ Syriacæ tempore Chriſti, & multò
» magis tempore Siradicis, oſtendi id ip-
» ſum parum videri probabile; quare Sy-
» riacam verſionem puto eſſe recentiorem,
» præſertim quia illa in Eccleſiaſtico valdè
» differt à textu Græco & magis à Latino;
» eòque conciſior eſt Subinde etiam mul-
» ta addit paraphraſticè, quæ nec in Græco
» nec in Latino habentur, ut patet intuenti B
» caput primum.... Accedit quod Ephræm
» Syrus, qui Syriacè ſcripſit, aliter citet
» ſententias, quàm modò habeantur in
» verſione Syriaca. *Hujus rei quædam hic*
» *profert teſtimonia.* Plura talia ibidem &
» alibi habet S. Ephræm diverſa à moderna
» Syriaca quæ planè arguunt aliâ antiquio-
» re verſione Syriacâ eſſe uſum. «.

Scriptum hunc librum fuiſſe Chaldæo ſeu Hebræo ſermone conſtat ex præfat. S. Hieronymi in libros Salomonis, ubi hæc ait:
» Fertur & parænetos Jeſu filii Sirach C
» liber, & alius Pſeudepigraphus qui Sa-
» pientia Salomonis inſcribitur, quorum
» priorem Hebraicum reperi. Suſpicantur
» nonnulli (*ait Cornelius à Lapide ibidem,*
ut R. David Gans in Zemach David) He-
» bræum originale eſſe illud ipſum quod ab
» Hebræis colitur nomine Ben Syra, adeó-
» que Jeſum Sirach eſſe Ben Syra, cujus
» apud Hebræos extant cum ſcholiis Pro-
» verbia (*à Seb. Munſtero Hebr. & Lat. edita* 4. *Iſnæ* 1542. *Item excuſa Hebr. cum Comment. Venetiis* 1544. *& Amſtelodami* D
1661.) » Verum librum Ben Syra diver-
» ſum eſſe à libro hoc Eccleſiaſtici, liquet
» utrumque conferenti «. *Alias rationes quas profert, vide ibidem.*

Eccleſiaſticus ſeu Sapientia Jeſu filii Sirach, Syriacè. Codex recens ſcriptus à Metropolita Sidonenſi, nunc Saidæ. *Florentiæ Biblioth. Medicæa Palatina cod.* 387. *aliàs* 11. *Renaudot.*

Macchabæorum liber primus Hebraicè. « Librum hunc (*ait Heiddegerus*
» *Ench. Bibl. lib.* 2. *cap.* 17.) à ſe viſum E
» Hebraicè ſeu potiùs Syro-Chaldaicè teſ-
» tatur Hieronymus (*in prologo Galeato.*)
» Id ipſum etiam ex Hebraiſmo primorum
» libri verborum: *Et factum eſt*, colligimus.
» Sed interiiſſe editionem eam fatentur om-
» nes. Quæ enim editio Hebraica ſupereſt
» manuſcripta teſte celeb. Hottingero, cui
» ejus copia fuit, recentiſſima eſt. «

Novum Teſtamentum Syriacè verſum à B. Marco Evangeliſta. *Guido Fabricius Boderianus in præfatione Bibl. Polygl. Antverp. tomo* V. *præfixa hæc ait:*
» Syri conſtanter aſſeverant S. Marcum
A Latinè primùm ſcripſiſſe Evangelium ſuum.... Deinde linguâ patriâ, hoc eſt Galilæâ Syráve tranſtuliſſe, non modò Evangelium ſuum, ſed etiam cœteros omnes Novi Teſtamenti libros. Id mihi literis ſignificavit Guill. Poſtellus, affirmavitque ſe ita à Syris ipſis accepiſſe.... Illi verò rem ita ſe habere ex avita traditione affirmabant «. (*Hæc tantùm hiſtoricè narrat Boderianus, nullam iis fidem adhibens: ante hæc verba, dixerat:*) » quan- «
do & à quo facet iſte codex in Syrum ſer- «
B monem verſus ſit, nullius authoris teſti- «
monio, ſaltem quem legerim, demonſtra- «
ri poteſt. «

† *Moſes Mardenus, Widmanſtadii in N. T. Syr. Viennenſi editione adjutor, auctorem verſionis Syriacæ N. T. ſe ignorare faſſus eſt. Mullerus in Diſſ. de Verſ. Syr. pag.* 41.

» Etiamſi antiquiſſima ſit hæc interpre- «
tatio (*inquit Rich. Simon cap.* 13. *hiſt. crit.* «
verſionum Nov. Teſt. p. 162.) nullis tamen «
firmis rationibus probari poteſt illam eſſe «
C Latinâ Vulgatâ vetuſtiorem. Divinant «
qui aut aliquem ex Evangeliſtis, aut Chri- «
ſtianum quemdam Antiochenum hujus «
auctorem agnoſcunt, tunc enim tempo- «
ris vulgaris erat in civitate Antiochena «
lingua Græca. Quod certius eſt, maximæ «
illa eſt antiquitatis, omniáque Orienta- «
lis Eccleſiæ ſchiſmata præceſſit, atque «
ideò ab omnibus illis ſectis peræquè ſem- «
per æſtimata eſt. Verùm ſi conjectare li- «
cet, à Syris qui trans Euphraten dege- «
bant, conſcripta eſſe videtur, hi enim «
D cum Romanæ ditionis non eſſent, lin- «
guâ duntaxat Syriacâ utebantur. Eam «
ob rem, quò ſacra Scriptura ab omnibus «
legi & intelligi poſſet, hoc idiomate red- «
dita eſt «. *Ita ille.*

» Id conjectare licet, at probari non «
poteſt: vulgaris quidem erat Antiochiæ «
lingua Græca, verum non in tota Syria «
præſertim apud paganos & ruſticos qui «
idiomate tantum Syriaco utebantur: ſi- «
cut in Ægypto coloni Ægyptiace loque- «
bantur, licet Græcam linguam Alexan- «
E drini uſurparent. Nonnulli quoque Epiſ- «
copi linguæ Græcæ prorſus ignari v. gr. «
Beritenſis, actis longo poſt tempore Con- «
ciliis nomen ſuum Syriacè ſubſcripſe- «
runt «. *Hæc Doctiſſimus Euſ. Renaudot.*

Novum Teſtamentum Syriacum. Codex 2. vol. in 4°. in quo deſunt, Hiſtoria adulteræ mulieris, Joan. 8. & pericope ſeu verſus 7. cap. 5. primæ Epiſtolæ S. Joan. inſuper Epiſtola II. & III. ejuſdem S. Joannis; S. Petri II. & Epiſtola S. Judæ. *Hujus codicis mentio fit in Teſtimonio Colonienſium quod legitur initio primi voluminis Bibliorum Regiorum.* » Carolus

» Bombergers exemplar Novi Testamenti A
» Syriacâ linguâ, duobus voluminibus com-
» prehensum, miræ antiquitatis quondam
» Danielis Bombergers, patris sui bonæ
» memoriæ, impensis Venetias ex Syria de-
» latum, noluit Danieli fratri suo conce-
» dere, nisi, &c. *hujus quoque meminit Guido Fabricius Boderianus in præfatione Novi Testamenti Syriaci quæ extat initio tomi 5. eorumdem Bibliorum.* » Syrum Novi Testa-
» menti contextum à me literis Hebraicis
» descriptum diligenter recognovi, atque
» cum vetustissimo exemplari Syro jam ab B
» anno 1500. Alexandri Magni, à quo Syri
» annos suos numerant (*h. e. Christi* 1188.)
» manuscripto religiose contuli. Illud au-
» tem vetustissimum exemplar allatum fue-
» rat ex Oriente à Postello, sumptibus, ut
» ipsemet scribit, viri optimi & doctissimi
» Danielis Bombergi.... Cujus filii benefi-
» cio nobis commodatum est «. *Bibl. Leidensis cod. Werneriano* 1198. *pag.* 410. *Catalogi in folio.*

Codex sane idem est quo usus est Franciscus Lucas Brugensis in Catalogo librorum C *quos evolvit ad conficiendas Notationes in sacra Biblia, & quem* Coloniensem *appellat ex Orientis partibus allatum.*

Novum Testamentum Syriacè. *Bibl. Norfolciana cod.* 493. *n.* 3392.

† Novum Testamentum Syriacè, charactere Syro, in quo desiderantur 4. Epistolæ Canonicæ & Apocalypsis, ante nongentos annos (*teste Rutghero Spey apud Muller. Dissert. de vers. Syriac. pag.* 40.) scriptum, Heidelbergæ olim extitit in D Biblioth. Friderici III. El. Palat. hodieque Romæ in Vaticana asservatur. Ad hujus codicis pariter atque Viennensis editionis exemplum Novum Testamentum Syriac. edidit Imm. Tremellius.

B*. Novum Testamentum Syriacè & Arabicè, sed versio Arabica scripta est charactere Syriaco, qualis est multum in usu apud Christianos Antiochenos seu Syrianos, ut Maronitas, à quibus vocatur *Ghierschuni*. Codex optimè scriptus anno Christi 1611. ab Antonio Barpimno E Sionita ex tribus codicibus MSC. Collegii Romano Maronitarum, rogatu Joannis Bapt. Raymundi. *Florentiæ Bibl. Medicæa Palatina cod.* 11. *Barth. d'Herbelot, in catalogo msc. ab ipso confecto.*

C. Novum Testamentum Syriacè cum versione Latina Andreæ de Leon Zamorensis, *juxta ipsius verba in Epist. ad Mich. le Jay pag.* 139.. *Antiquit. Eccl. Orient.*
» Novi Testamenti textum Syriacum Pau-
» lo V. tradidi correctum, Latinè quoque
» redditum cum Apocalypsi, tribusque
» epistolis, & historia adulteræ, quæ desi-
» derantur in Bibliis Regiis: Pontifex verò
commisit hæc omnia Cardinali Bellar- «
mino. «

Novum Testamentum Syriacum, scilicet IV. Evangelia charactere Babylonico seu Nestoriano, qui dicitur etiam *Estranghelo*. Acta Apostolorum, Epistola Catholica Jacobi, I. Petri, & I. Joannis & XIV. Epistolæ S. Pauli. Codex in folio. *Bibl. Regia cod.* 284.

IV. Evangelia Syriacè. Codex membranaceus Chaldaicis seu Estranghelis ut vocant seu rotundis, vetustissimisque Syrorum characteribus nitidissime exaratus in urbe Edessa in Mesopotamia, mense Junio anni Græcorum 859. (Christi 548.) *Bibliotheca Vaticana*, *Assemanus p.* 561. *Bibliothecæ Orientalis, in fol. Romæ* 1719.

IV. Evangelia Syriacè charactere *Estranghelo* descripta capitalibus literis in pergameno cum harmonia Ammonii, & Eusebii Epistola ad Carpianum. *In fine nota Amanuensis.* » Finem habuit iste co- «
dex die VI. mensis Februarii, indictione «
quarta, anno octingentesimo nonagesimo «
septimo Alexandri (*id est Christi* 585.) «
scriptus & completus est hic in cœnobio «
sancto domûs Domini mei sancti Joannis «
in Zagba, in diebus Dei amantis Sergii «
Presbyteri & Abbatis «. *Bibl. S. Laurentii, Florentiæ cod.* 56.

De hoc codice hæc habet Langius in Catalogo librorum Orient. hujus Bibliothecæ.
» Hic codex verè inæstimabilis est, scri- «
ptus nitidissime & optime conservatus, «
unum tantum in principio folium deest. «

IV. Evangelia Syriaca sine punctis vocalibus ante annos nongentos viginti quinque scripta, nempe anno Alexandri 1038. id est juxta Epocham Syrorum vulgarem ad nostrum computum deductam, anno Christi 727. Codex pergamenus in folio. *Bibl. Medicæa, num.* 38. *Langius in Catalogo edito.*

IV. Evangelia Syriaca. Codex membranaceus Chaldaico seu Estranghelo charactere exaratus à Joanne in castro Urema sub Theodoro Episcopo, mense Septembri anno Græcorum 1047. (Christi 736.) *Bibl. Vaticana*, *Assemanus p.* 56. *Bibliothecæ Orientalis.*

» Eadem Syriacè. Codex majoribus li- «
teris exaratus & optimè conservatus. Edi- «
rio recentior quam Thomæ Heracleensi «
(Episcopo Germaniciæ) tribuunt quidam «
recentiores, Gregorii Abulfaragii Bar- «
Hebræi authoritatem secuti, qui in præ- «
fatione sui Thesauri sic scribit : *Novum* «
Testamentum ex Græco in Syriacum iterùm «
conversum est in urbe Mabug in diebus Phi- «
loxeni (Episcopi Hieropolitani seu Ma- «
bug) *à Thoma Charkel*; at Charkel non «
est Heraclea sed pagus in Mesopotamia, «

» & Gregorii testimonio testimonium ip- A
» sius Thomæ præferendum est, qui versio-
» nem sub Philoxeno adornatam tantùm
» se emendasse dicit, nunquam verò suæ
» versionis meminit. *Collatus est autem iste*
» *codex cum duobus codicibus authenticis. Con-*
» *versus est liber iste quatuor sanctorum Evan-*
» *geliorum ex lingua Græca in Syriacam pere-*
» *xactè & magno cum labore primùm quidem*
» *in urbe Mabug in diebus Domini mei Phi-*
» *loxeni Episcopi ejusdem urbis. Collatus est post*
» *hæc magna cum diligentia à me Thoma pau-*
» *pere cum tribus codicibus Græcis probatis &* B
» *authenticis in Alexandriæ magnæ civitatis*
» *sancti Monasterio Antonii, ubi etiam illum*
» *scripsi mihi ad utilitatem animæ meæ. Scri-*
» *ptus est autem & collatus in prædicto loco a.*
» *nongentesimo vigesimo septimo Alexandri*
» (*h. e. Christi* 615.) Amanuensis nota in
» fine : *Explicit codex iste Evangeliorum in*
» *civitate Orphæ quæ est in Mesopotamia in*
» *templo Apostolorum sanctorum in civitate*
» *Orphæ mense Decembri anni millesimi sexa-*
» *gesimi octavi Alexandri M. indictione duo-*
» *decima*, hoc est anno Christi 756. in quem C
» incidit hæc indictio ab Amanuensi nota-
» ta «. *Hæc exscripta sunt ex catalogo msc.*
Bibliothecæ S. Laurentii Florentiæ, (in qua
hic codex asservatur plut. 1. *cod.* 9. *) quem*
mihi commodavit D. Bernardus de Mont-
faucon.

» Confusa est profecto & erroribus sca-
» tens hæc nota, quæ ex codice Lauren-
» tiano excerpta est. *Charkel*, ut hoc voca-
» bulum auctor hujus notæ scribit, ipsa est
» urbs Heraclea ; *Mabug*, vel potius *Ma-*
» *bouge*, Hierapolis est, cujus Episcopus fuit D
» Philoxenus, celebris Jacobita. His quæ
» supra in additamentis ad pag. 95. allata
» sunt, & quæ ad pag. 102. referuntur, lu-
» cem possunt afferre «. *Eusebius Renaudot*
in observationibus suis.

IV. Evangelia, editionis ejusdem cum
superiore, Syro sermone & charactere
descripta cum canonibus Eusebianis. Li-
terarum majestas, Scripturæ vetustas,
operis forma superioris codicis ætatem
æquare videntur. *Ex eodem catalogo, ibi-*
dem cod. 58. E

IV. Evangelia Syriacè, seu codex Evan-
geliorum lingua Syriaca, quem dono de-
dit Athanasius Kircherus (*Duci Guelfer-*
bytano) antiquissimo charactere *Estrang-*
helo conscriptus. *Bibliotheca Guelferbyta-*
na, Struvius cap. 4. *Introduct. in hist. rei*
literariæ pag. 137.

IV. Evangelia Syriacè, charactere *Es-*
tranghelo, in 4°. *Parisiis Bibl. Dominica-*
norum in vico S. Honorati.

Eadem Syriacè. Codex optimæ notæ
charactere antiquissimo Nestoriano, in
4°. *Bibl. Colbertina cod.* 4497. *Bibl. Segne-*
riana p. 34. *Catalogi.*

IV. Evangelia Syriacè. Codex in Pa-
limsesto sub forma quarta scriptus. Jaco-
bus Fetzerus Damasci, anno D. 1622. à
Patriarcha Michaële Damasceno emp-
tum *Academiæ Altorfinæ* donavit. Habet
hic codex nonnulla quæ in reliquis exem-
plaribus non extant, & quæ refert Joan.
Henr. Hottingerus Dissert. *de translat.*
Bibliorum in linguas Vernac. pag. 175.

† *Ex hoc Codice Altorfino vetustissimo*
variantes lectiones, collatis inter se aliorum
editionibus, excerpsit Jo. Ern. Gerhardus, è
cujus Bibliotheca easdem in Matthæo &
Marco collectas edidit Jo. Albrecht, 8. *Jenæ*,
1666. *Prior majorque pars codicis antiquâ*
scriptus est literâ, atque à posteriore, quæ
incipit à Joh. cap. 11. *v.* 48. *uti chara-*
ctere ita chartâ quoque differt. Prior enim
MSti pars pergameno charactere Estrang-
helo *scripta, posterior autem papyro Turcica*
constat. Annum & locum scriptionis sequen-
tia indicant, quæ in calce recentiori exarata
manu Latinè ita vertuntur: Summa *sive*
consummatio hujus libri sancti Evangelii,
nempe venerabilis Messiæ Dei nostri, IV.
Evangelistarum sanctorum, facta est anno
1555. Græcorum, *hoc est anno Christi* 1243.
(*Quæ quidem verba de parte posteriori hu-*
jus codicis seu ejus complemento accipienda
sunt, cum prior illa, ut ex charactere colli-
gitur, longo temporis intervallo ante fuerit
scripta.) Scriptus autem est *liber* Pharaci,
loco sancto, qui locus est seu receptacu-
lum peregrinorum, (*Xenodochium*) per
manus peccatrices & corruptas hominis
peregrini & peregrinorum quidem infimi.
Ex Jo. Ern. Gerhard. Dispp. de N. T. Syr. &
Præf. Jo. Albrecht V. L. Syr. præfixa.

D. IV. Evangelia ex versione vulgata
Syrorum, adjectâ versione Arabicâ in pri-
mis sectionibus. Codex in folio scriptus
anno Alexandri Magni 1805. (*Christi*
1493.) *Bibl. Regia cod.* 285.

IV. Evangelia Syriacè elegantissimè
scripta Romæ ab Elia F. Abrahæ Maro-
nita, anno Christi 1521. Codex in folio,
ibidem cod. 286.

IV. Evangelia Syriacè. Codex mem-
branaceus in octavo scriptus, anno Græ-
corum 1267. (*Christi* 956.) *Bibl. Vati-*
cana ; Assemanus p. 614. *Biblioth. Orienta-*
lis.

Eadem Syriacè. *Bibl. Bodleiana codd.*
1865. 5337. 5338. 5784. † *Ex his duo codi-*
ces nempe 5337. *&* 5338. *fuere Pocockii,*
qui in præfat. ad IV. Epist. Syr. Petri,
&c. versionem IV. Evangeliorum Syriacam,
ab editis diversam, quæque textum Græcum
magis τῷ [illegible] *sequatur, se editurum promit-*
tit. † *Bibl. Ducis Urbini in Vatic. Posse-*
vinus.

E. IV. Evangelia Syriacè & Arabicè.

Bibliotheca Segueriana pag. 36. Catalogi. A
Eadem Syriacè à Mose Mardeno ex Mesopotamia scripta anno D. 1553. & ab eo Ferdinando Imperatori oblata. Hæc typis primus edidit Widmanstadius anno D. 1555. *Bibl. Vindobonensis cod. 258. de Nessel.*

† *Codicem, de quo N. T. Syr. Cæs. Ferdinandi liberalitate, & Mosis Mardeni industria Viennæ typis expressum est, in urbe Mozal ad flumen Tigrim à librario scriptum fuisse refert Masius in Dedic. Gramm. Syr.*

IV. Evangelia Syriaca. Codex elegan- B tissimus scriptus mense Decembri anno Græcorum 1888. (Christi 1576.) ad calcem hæc leguntur » scriptus fuit Liber » iste, collatus, & exaratus ex Archetypo » scripto manu patris nostri benedicti ac » beatissimi Mar Hebedjesu Metropolitæ » Sobæ & Armeniæ, qui librum Carmi- » num composuit. Archetypum autem suum » ille scripsit anno Græcorum 1596. (Chri- » sti 1285.) quum Segoræ & Arabiæ Epis- » copus esset «. *Bibliotheca Collegii Urbani de Propaganda fide, Romæ.* C

Evangelium secundùm Matthæum Hebræo seu potiùs Syriaco tunc Judæis usitato sermone. *Papias apud Eusebium lib. 3. hist. Eccles. cap. 39. sub finem de Matthæo sic habet :* » Matthæus quidem, *in-* » *quit*, Hebraico sermone divina scripsit » oracula. *S. Irenæus apud eundem lib. 5.* » *cap. 8. Idem lib. 3. adv. Hæres. cap. 1.* » Matthæus, *inquit*, apud Hebræos propriâ » eorum linguâ conscriptum Evangelium » edidit. *Origenes apud eundem lib. 6. cap 25.* » *& initio Comment. in Matthæum, ait*, Pri- D » mum scilicet Evangelium scriptum esse à » Matthæo. . . . qui illud Ebraico sermone » conscriptum Judæis ad fidem conversis » publicavit. »

S. Hieronymus libro de Script. Ecclesiasticis cap. 3. idem testatur his verbis. » S. » Matthæus Evangelium Christi Hebraicis » literis verbisque composuit, quod quis » posteà in Græcum transtulerit, non satis » certum est. Porrò ipsum Hebraicum ha- » betur usque hodie in Cæsariensi Biblio- » theca, quam Pamphilus Martyr studio- E » sissime confecit: mihi quoque à Nazaræis » qui in Berœa urbe Syriæ hoc volumine » utuntur, describendi facultas fuit. «

Idem scribit S. Epiphanius lib. 1. adversus Hæreses, Hæresi 30. num. 3. & 4. Idem Author Synopseos apud Athanasium. Quæ contrà opponuntur, doctè refellit Rich. Simon cap. V. Hist. crit. Textus Novi Testamenti Fragmenta ejus Evangelii hinc indè è scriptoribus vetustis collecta exhibet Hugo Grotius Annotat. in Matthæi caput I. & Joan. Saubertus p. 51. & seqq. Prolegom. in variantes Evangelii Matthæi lectiones.

» Autographum illud Hebræum, *in-* « *quit Tirinus argumento in hoc Evangelium*, « jam intercidit; nam quòd nuper Munste- « rus & Joannes Tilius nobis obtrusere, « spurium olet. Et Syriacum quod nunc « extat, longè recentius est sæculo S. Mat- « thæi. «

Evangelium S. Matthæi Syriacè. *Florentiæ, Bibliotheca Medicæa Palatina; D'herbelot in Catalogo.*

Evangelium S. Joannis Syriacè. *Bibliotheca Narcissi Archiepiscopi Armachani, num. 1002. Catalogi MSS. Hiberniæ.*

Acta & Epistolæ tam septem Canonicæ quàm quatuordecim S. Pauli Syriacè. Codex in folio scriptus anno æræ Græcorum 1836. Christi 1524. Juxtà hunc codicem primùm prodierunt anno 1630. studio Eduardi Pococki Epistola II. S Petri, II. & III. S. Joannis & Epistola S. Judæ. Fuit quondam Bibl. Bodleianæ, nunc *Bibl. Joan. Mori Epis. Norwicensis cod. 619. num. 9806. Catalogi editi.*

Acta Apostolorum & Epistola S. Jacobi, I. S. Petri & I. Joannis Syriacè. *Bibl. Colbertina cod. 4853.*

F. Epistolarum Pauli & Canonicarum Syriacè, charactere Babylonico, vetus editio cum versione Arabica ex Syro, in 4°. *Ibidem cod. 4973.*

Apocalypsis Syriacè, calligraphicè exarata. *Bibl. Leidensis cod. 10. Scaligeri p. 405. Catalogi editi in folio.*

Hunc codicem primus typis edidit Ludov. de Dieu anno 1627. » Libellus est « (*inquit in præfatione*) in octavo, chartâ « densâ ac politâ quæque à pergamenâ pa- « rùm distat, conscriptum manu eleganti ac « verè Syriacâ, sed ab hoc nostro chara- « ctere satis discrepanti. Maronitarum ma- « nus videtur, quâ in scribendis Epistolis « utuntur, &c. Vocales additas non inve- « nimus, nisi paucis in locis expressas re- « peries.... De antiquitate hujus versionis « nihil statuere ausim. ... Esse autem hanc « Syriacam è Græco translationem, nullus « dubito, & cuivis phrasin conferenti id « facilè liquebit. .... authorem versionis « ignoramus, scriptoris nomen in calce li- « bri reperimus, ubi se Casparum nuncu- « pat litera Syriaca כין אתרא רהנרויא tem- « pus vero scriptionis subticet «. *Ita Ludovicus de Dieu.*

Ad calcem hujus codicis legitur: Orate pro me, qui scripsit, Casparo (seu potiùs Casbaro) ex regione Hanravitarum *Indiarum. Ex Caspari nominè colligit Rich. Simon hunc non esse Maronitam sed Europæum.*

Versio Syriaca Apocalypseos Joannis. Amanuensis scribit se eandem ab autographo antiquissimo descripsisse, cujus

ætas anno Alexandri Magni millesimo octingentesimo septimo ad annum 960. pervenerat (*error hic irrepsit, si enim verus est annus Christi* 1582. *hic congruit cum anno Alexandri M.* 1894.) nempè anno Christi 1582. quo anno exemplar hoc fuit descriptum à Jacobo Hesronita Romæ. Autographum scripsit Thomas de Charkel, qui in prolegomenis Waltoni audit Thomas Heracleensis. *Florentiæ Bibl. S. Marci. Hæc ex authore hujus catalogi msc. quem mecum communicavit Bern. de Montfancon.*

BIBLIA SYRIACA typis edita.

BIBLIA Syriaca veteris Testamenti (*desunt libri Tobiæ, Judith, Esther, Epistola Hieremiæ & Baruch, fragmenta Danielis & liber II. Macchabæorum*) cum versione Latina *Gabrielis Sionitæ, præter libellum Ruth, quem vertit Abraham Echellensis, & quinque libros qui vulgò dicuntur Salomonis ex translatione Joannis Hesronitæ: & Novi Testamenti integri tam ex versione Guidonis Fabricii Boderiani, quam Eduardi Pocockii & Ludovici de Dieu.* V. *Bibl. Polyglotta Parisiensia* 1645.

» Hæc editio Gabrielis Sionitæ licet meritò ab omnibus suscipienda sit, negari tamen non potest multos & graves defectus ac nævos in editione ista occurrere tam ex msc. librorum quibus usus est Sionita, lacunis quam aliquando ex proprio ingenio, non est codice msc. supplevit, & aliquando ut invenit, reliquit, quam ex operarum erratis quæ nimis frequenter occurrunt, tum ex versione Latina quæ cum Syra ubique non exactè quadrat «. *Waltonus, Proleg. XII.* §. 8.

Quamvis hæc versio non sit eadem quam viginti quatuor vicibus ad minimum laudat Theodoretus in Comment. suo in Hieremiam & Jonam, sæpissimè tamen cum illa convenit, & vix quatuor aut quinque locis ab illa discrepat. Alias Patrum authoritates qui τοῦ Σύρυ subindè faciunt mentionem, à se collectas adducit Hottingerus, dissert. 2. *de Heptaplis Parisiensibus p.* 105. † *& Mullerus in Diss. de vers. Syriac. p.* 12. *Facta est hæc Syriaca translatio v. gr. Pentateuchi, ex Hebræo, quorundam aliorum librorum ex Græco.*

» Etsi verò omnium versionum ad textum Hebraicum hæc Syriaca propius accedat, quibusdam tamen hic illic observant quidam cum Jo. Henr. Hottingero codicem Hebraicum istius Interpretis à nostro discrepare, aliquando cum LXX. aliquoties cum Samaritano convenire. Unde Bootius nec ex Syro nbique lectiones varias vult colligi «. *Multa hic Waltonus Proleg. XII.* §. 8. *profert. Hottingerus de Hexaplis Parisiensibus* §. 11. *ait:* » ut textuum Originalium vestigiis pressius insistit Syrus Interpres quàm versiones aliæ; sic ob linguæ affinitatem, Hebræam magis emphaticè & propriè exprimit. «

» Veteris Testamenti versionem intelligo (*inquit Jac. Christoph. Iselius c.* 3. *speciminis observat. & conjecturarum ad Orient. Philologiam & critic. pertinentium* 4. *Basileæ* 1704.) antiquiorem illam quæ in Bibliis Polyglottis Parisiensibus & Anglicanis excusa est num. 2. Quod ad auctores & ad ætatem istius versionis attinet, satis id certum mihi videtur, auctores complures, & diversis temporibus huic operi manum admovisse. . . . Illud satis manifesto est indicio Pentateucbum & libros bistoricos cœteros non esse ab eodem interprete in linguam Syriacam conversos, quòd in Pentateucho voces Græcæ occurrant quàm rarissimæ; in cœteris verò eæ sint admodum frequentes; imo quod ea ipsa in iis versionibus Græcis vocibus exprimantur, quæ Interpres Pentateuchi Syriacis vocibus reddiderat.... Quædam Græcæ voces leviter solum in morem ac terminationem Syrorum inflexæ non rarò in his Syris versionibus, præsertim in Josue ac Judicibus occurrunt, quæ in Pentateucho Syriaco nusquam comparent, & interpretibus istis cum Syriacis Evangeliorum interpretibus magis sunt communes. Versio Chronicorum ideo mihi ab alio prorsus interprete facta esse videtur, quòd Hebræa quidem tam presse atque accurate non exprimat, ut illæ cœterorum librorum historicorum versiones Syriacæ, & è contrà vocibus Græcis, iisque magnam partem satis recenter in Chaldaicum atque Syriacum sermonem infarctis longe frequentius ntatur. Quotiescumque autem ab Hebræo textu & à Græca 70. Interpretum versione discedit, habet fere imitatorem Arabem, nam cum uterque perpetuo ferè iisdem in locis ab Hebræo in diversum abeat, & in iis quæ ab Hebræo diversissime comminiscantur, secum tamen invicem egregiè consentiant, & verò licet Arabs Interpres Interprete Syro sit posterior, necesse est ut in his locis Syrum sibi imitandum proposuerit.... Dein ista versio multa transponit quæ & diligens ipsius imitator Arabs confestim transponit. Alia in Syriaca versione omissa sunt, quæ rursus & Arabs omisit. Atque hæc omnia argumento sunt, auctorem istius Chronicorum versionis ab Interprete Pentateuchi & cœterorum quoque librorum historicorum esse diversum, quum nihil fere «

» tale in iis factitetur. Præterea isthæc Sy-
» riaca versio nomina propria locorum
» complura diversissimè à cœterorum om-
» nium librorum versionibus Syriacis red-
» dit. Accedit ad hæc quod in ista Chroni-
» corum versione voces Græcæ longè sint
» quàm in cæteris frequentiores.... Existi-
» marem autem ex iisdem his Græcis vo-
» cibus aliqualem conjecturam fieri posse
» de ætate quarumvis versionum ac eo quas-
» vis esse recentiores prout plures voces
» Græcas, si illæ ex versione 70. Interpre-
» tum non sint desumptæ, admixtas ha-
» bent. Unde conjicio Syriacam versionem
» Prophetarum & ab alio adornatam esse
» quàm qui libros historicos, at præcipue
» Chronica in Syriacum sermonem conver-
» tit, ac esse etiam iis versionibus paulo
» antiquiorem, & versioni Pentateuchi æ-
» tate propiorem. Solet tamen inrerdum
» fieri ut Græcas voces aut ex Græca ver-
» sione in suam transferant, aut eas ipsi sua
» sponte infarciant. «

» Exemplar illud versionis Syriacæ
» (*inquit Rich. Simon cap. 21. Disq. crit. de*
» *var. Bibl. edition.*) ex Hebræo contextu
» sumptum est, & quibusdam in locis ad
» Græcum LXX. reformatum, ita ut non
» omninò exhibeat antiquam illam versio-
» nem, quam Syri simplicem appellavere.
» Pene quidem ad verbum ex Judæorum
» codice hæc translata fuisse videtur, adeò
» illum in plerisque locis perfectè expri-
» mit. «

Eadem integra cum eadem versione
Latina, addita versione quorumdam li-
brorum, qui desunt in editione Parisien-
si, ab Edmundo Castello facta. V. *Biblia*
Polygl. Lond. 165?.

» Omnia (*quæ in Editione Parisiensi*
» *desiderantur*) in nostra supplere conati su-
» mus, non ex propriis conjecturis, sed se-
» cundùm exemplaria MSS. quorum quæ-
» dam antiquissima, reliqua ex authenticis
» apud Syros codicibus descripta sunt: un-
» de non tantum infinita vocabula quæ vel
» deficiebant, supplevimus, vel quæ depra-
» vata erant, restituimus; sed & in plurimis
» locis integros versiculos & capita inse-
» ruimus, qui in Parisiensi non extabant,
» videlicet librum Esther, Judith, Tobiam,
» 2. & 3. Machabæorum & quædam alia
» fragmenta, quæ in nostris lector inveniet.
» Duo exemplaria nobis suppeditavit Re-
» verendiss. Usserius, quorum unum solum
» Pentateuchum complectitur, aliud totum
» continebat vetus Testamentum exceptis
» Psalmis. Aliud etiam accuratè descrip-
» tum nobis communicavit Eduardus Po-
» cockius, in quo etiam omnes libri vete-
» ris Testamenti «. *Waltonus Proleg. XII.*

» Constat errores innumeros, quibus

A abundat Parisiensis editio *Heptaglotta* «
maximè in versionibus Syriacis & Arabi- «
cis, necnon in Latinis illarum interpre- «
tationibus, adhuc in Anglica eosdem «
conspici; neque etiam castigatos fuisse in «
animadversionibus criticis quæ in ulti- «
mum tomum rejectæ sunt «. *Rich. Simon*
cap. 27. sub finem Disquis. crit. de variis
Bibliorum editionibus.

Excerpta veteris Testamenti Syriaci
cum Latina interpretatione nova & an-
notationibus Christophori Cellarii, in
B 4°. Cizæ 1682.

Geneseos capita quatuor priora Syr.
& Lat. studio Georgii Othonis. V. *Eadem*
Polyglotta, in 4°. 1702.

Psalmi Davidis cum Canticis veteris
& novi Testamenti Syriacè & Arabicè,
sed charactere Syriaco minori (*qui scri-*
bendi modus vulgò Ghierschouni *appella-*
tur.) Præmittitur Epistola Sergii Risii Ar-
chiepiscopi Damasceni, in fol. Liber ex-
cusus in monte Libano in Monasterio S.
Antonii & S. Joannis Evangelistæ per
C Josephum F. Aminia Diaconum anno
Domini 1610.

Psalmi Syriacè *ex Hebræo sine punctis*,
nunc primùm ex antiquissimis codicibus
manuscriptis in lucem editi à Thoma Er-
penio, qui & versionem Latinam adjecit
(*editionem præcedentem non viderat*) in 4°.
Lugduni Batavorum, ex typographia Er-
peniana 1625.

Ex præfatione Th. Erpenii. » Accipe «
B. L. Psalmos Regii Prophetæ linguâ Sy- «
râ expressos ex duobus antiquis codici- «
D bus, quorum alterum ex Oriente attulit «
Joannes Borelius, alterum ego quoque «
inde sum nactus. Versionem addidi La- «
tinam, ad verbum ferè è Syro expres- «
sam, ut hujus linguæ minùs peritis con- «
sulerem. Vocalium notas visum fuit tex- «
tui non adjicere, quòd intellectâ analo- «
giâ Grammaticâ, haud difficile cuilibet «
futurum sit inter legendum eas addere, «
tum quòd exemplaria nostra iis destitue- «
rentur.... Cùm autem versio ista à textu «
Ebræo (ex quo procul omni dubio, ut «
E singuli versus clamant, expressa est) lon- «
giusculè inrerdum incedat, passus ego «
sum mihi ab amicis quibusdam persua- «
deri, ut calci operis notas quasdam ad- «
jicerem, &c. « *Sed morte præventus id*
præstare non potuit.

Liber Psalmorum Davidis *Syriacè cum*
punctis vocalibus ex idiomate Syro in La-
tinum translatus à Gabriële Sionita, *cum*
ejus præfatione & ad calcem adjecta diffe-
rentia lectionum è tribus variarum na-
tionum exemplaribus collecta, in 4°. Pa-
risiis 1625.

Ex præfatione. » Animus fuit Psalte- «

» rium ipsum cum versione Latina edere ex tribus codicibus msc. quorum unus à Georgio Maronito Nicosianæ urbis Archiepiscopo ad me missus est. Hæc enim prima est editio Syriacâ (*ignorabat sanè eam quæ in monte Libano fuerat excusa*) quæ tum ad germanum Psalmorum sensum assequendum tum ad vulgatam plurimis in locis tuendam maximè confert. Ubi sensus obscurior visus est, notulas adjeci marginales: imo plures ipsi textui voculas parenthesi clausas inserui, vim & energiam sermonis Syri indicantes. ... textum Syriacum, ut potuimus religiosissimè, salvâ latinitate, ex verbo ad verbum expressimus. Apices etiam seu vocales sine quibus impossibile est in ejusmodi linguis proficere, accuratissimè ubique adjecimus. «

Psalmi Syriacè. V. *iisdem Polyglotti* 1643.

Septem Psalmi pœnitentiales, in 8°. Romæ 1584.

Psalmi pœnitentiales Syriacè cum versione Latina Thomæ Erpenii & punctis vocalibus atque Latina interlineari expressione in usum facilioris & accuratioris lectionis instructi à M. D. H. V. *Henr. Opitii Syriasmus*, in 4°. Lipsiæ & Francofurti 1678.

Liber Baruc Syriacè. V. *Biblia Polyglotta* 1645. 1657.

» Syriaca hujus libri editio extat gemina; altera in Parisiensi & in Anglicano operè Polyglotto extans, à Græca & à Latina editione ita discrepans, ut alius liber videri possit: altera operi Anglicano ex MSC. Syriacis Usserii & Pocockii inserta propiùs cum Græca editione conveniens «. *Ita Jo. Henr. Heiddegerus lib. 2. Ench. Biblici cap. 5.*

Novum Testamentum Syriacè cum punctis vocalibus, quibusdam duntaxat in locis, scilicet Liber sacro-sancti Evangelii de Jesu-Christo Domino & Deo nostro. *Hoc volumen complectitur IV. Evangelia Syriacè cum præfatione Latina unicuique Evangelio præfixa. In secundo volumine reperiuntur* S. Pauli Apostoli Epistolæ XIV. S. Lucæ Apostolicæ historiæ à Jesu-Christi Ascensione usque ad annum Neronis IV. liber unus. *Denique* sanctorum Apostolorum Jacobi, Petri & Joannis, Transfigurationis Jesu-Christi spectatorum Epistolæ singulæ. » Reliquæ SS. Petri, Joannis & Judæ Epistolæ una cum Apocalypsi etsi extent apud Syros, tamen in exemplaribus quæ secuti sumus, *inquiunt Editores*, defuerunt «. *Hæc omnia ad duo vetustissima exemplaria expressa*, Div. Ferdinandi Rom. Imperatoris designati jussu & liberalitate, characteribus & linguâ Syriacâ..... scriptorio prælo diligenter

A expressa, curâ & vigiliis Jo. Alberti Widmanstadii, Mose Meredinæo ex Mesopotamia Catholico Sacerdote multam operam & studium navante. *Adjecta est initio Widmanstadii Epistola eruditissima Ferdinando I. dicata, † tum & aliæ ejus epistolæ tres, tribus Austriæ Archiducibus inscriptæ, ac prima quidem ad Ferdinandum II. Epistolis Pauli, altera ad Maximilianum II. Historiæ Lucæ Apostolicæ, tertia denique ad Carolum II. Epistolis Jacobi, Petri & Joannis præfixæ sunt. In calce autem ta-* B *bula Evangelic. & Apostolic. lectionum, sicuti eæ in Dominicos & festos dies anniversarios Ecclesiæ Syriacæ more distribuuntur, Syriacè & Latinè annexa est. † Editio prima N.T. Syriaci, eaque nitidissima,* 2. vol. in 4°. *Ad calcem secundi voluminis hæc leguntur:* In urbe Vienna, amplissimarum Orientalis Austriæ Provinciarum Metropoli florentissima, ad hunc exitum perductum est divinum hoc opus, annò à Christi Nativitate M. D. LV. 27. Septembris. Impensis Regiis. Caspar Craph- C tus Elvangensis, Suevus, characteres Syros ex Norici ferri acie sculpebat, Michaël Cymbermannus prælo & operis suis excudebat. *Post primam verò totius operis paginam legitur:* Viennæ Austriæ excudebat Michaël Zymmerman anno M. D. LXII.

Desunt in hac Editione Historia Adulteræ mulieris, Evang. Joan. 8: à v. 1. ad 11. *Pericope de tribus cœlestibus testibus Epist.* 1. *Joan.* 5: 7. *quæ in omnibus Syris codicibus desideratur; Epistola Petri II. Joannis II. & III.* D *Judæ una & Liber Apocalypseos.*

† *Historiam editionis Viennensis accuratè composuit Andreas Mullerus Greiffenhagius in pereruditа dissertatione de Syriacis librorum sacrorum Versionibus, (in cujus p. 27. negat* » se plane persuasum esse hanc *versionem* quam ex Antiochenis exemplaribus descriptam habemus, eandem ipsam esse in quam Jacobus Nisibiensis & Ephraïm Syrus commentati sunt «.) *deque Viennensi Antiocheni textus N.T. editione; quæ cum Mosis Mardeni & A. Masii Epistolis Syriacis, &c. prodiit Berolini, ex offi-* E *cina Rungiana an.* 1673.

† Exempla hujus codicis mille facta sunt. Atque ex iis 500. Ferdinandus Imp. ad se recepit, 300. duobus Patriarchis, Antiocheno & Maronitæ destinavit, Mosen vero Mardenum cum 200. exemplis dimisit. *Mullerus in Diss. modo citata p.* 30.

Guillelmus Lindanus lib. 2. de optimo genere interpretandi anno 1558. *excuso hanc editionem laudat.*

» Primus qui N. Testamentum Syriacis typis edidit, erat Albert. Widmanstadius.... cum enim quidam Moses Meridenæus

» ridenæus ex Mesopotamia Sacerdos ab A
» Ignatio Patriarcha Jacobitarum Antio-
» cheno, tum ob alias causas, tum ut N.
» Testamentum cujus msc. exemplar secum
» attulit arte typographica multiplicatum
» in usum Ecclesiarum suarum quæ inopia
» librorum laborabant, reportaret & fru-
» stra Venetiis ac Roma laborasset nemi-
» nemque qui opus hoc arduum & difficile
» aggredi vellet, invenisset, tandem ad
» Widmanstadium profectus est qui jussu
» Imperatoris Ferdinandi illud typis nitidis-
» simis imprimi curavit. Primus certè liber B
» qui excusus est characteribus Syriacis in
» Europa lucem viderit, cujus ad duo ve-
» tustissima exemplaria collati & impressi
» numerum magnum ad Patriarcham An-
» tiochenum Christiani Regiique muneris
» loco mitti curavit Ferdinandus Impera-
» tor religiosus «. *Walton Prolegom XII.* §. 8.

» Hoc teneo indubitanter (*inquit Franc. Lucas Brugensis præfat. in N. T. Comment. num.* 6.) Syriacum Novi Testamenti tex-
» tum vetustissimi exemplaris Græci & qui- C
» dem in primis, loco habendum ac vene-
» randum esse. «

» Antiquissimum illum N. T. para-
» phrastam Syrum, lectum à nonnullis ve-
» terum, ubi à fonte deviat, aut de suo
» aliquid addendo paraphrastica licentia
» exspatiatur, in Græcis quibusdam codi-
» cibus, marginalibus observationibus de-
» disse ansam, & has tandem pro variis
» reputatas, vero est simile; cum & ipsum
» omnium translatorum N. T. judicante Ja-
» cobo Martini Præf. in N. T. Syr. Trost. D
» primum & antiquissimum, lectum à mul-
» tis, & ab aliis Interpretibus consultum,
» prope extra dubium est «. *Joan. Saubertus pag.* 10. *Prolegom. variant. lect. in S. Matthæum.*

» Cum antiquissima sit Novi Testa-
» menti Syriaca interpretatio, textus Græ-
» cus, ex quo sat accurate confecta est,
» potest ejus ope pluribus in locis resarciri;
» in quibusdam tamen paraphrasin magis
» quàm versionem sapit. Verùm, præter-
» quàm quòd id rarò accidit, in his etiam E
» locis vera Græci contextûs lectio digno-
» scitur. Hæc est præcipua verorum sacri
» codicis translationum utilitas, quibus tex-
» tus Originales nobis exhibentur. *Rich. Simon cap.* 15. *hist. crit. version. N. T. pag.* 176. *& pag.* 187. *hæc addit.* In hac ver-
» sione rarò reperiuntur additamenta quæ
» codicis cujusdam Græci authoritate non
» fulciantur. Cùm id evenit, tum scribis
» potiùs quàm exemplarium varietati tri-
» buendum est.... Cæterùm hæc traductio
» non tantùm in Paulinis Epistolis, quan-
» tam in Evangeliis, simplicitatem habet;
» illarum enim stylus cum sit obscurus & «
perplexus, liberiùs ideò exspatiatur in «
his Syriacus Interpres, & à textu suo «
quandoque discedit «. *Hæc ille.*

» Syriaca ipsa Novi Testamenti versio «
quod attinet (*inquit Millius pag.* 128. *prolegom. in N. Testam. Græcum*) haud ea «
certe Græcis suis adeo accurate semper, «
& velut ad amussim conveniunt, ut ex iis «
intelligi possit quid legerit Interpres. In «
nonnullis pro versione exhibet Syrus Com- «
mentarium.... In aliis omittit textus Græ- «
ci non modo partes quasdam minutiores, «
sed & insigniora quandoque vocabula, «
seu quod ea superflua judicarit in versio- «
ne, aut quod etiam ipsa non intellexerit. «
In aliis inserit, addit, mutat varia, ube- «
rioris sensûs & claritatis gratiâ, ut in ver- «
sione sæpius videre est.... In aliis Græca «
reddit omnino perperam ac præter sen- «
tentiam loci.... Exceptis quæ supra no- «
tavimus, in reliquis certè originaria Græ- «
ca pressiùs insecutus est Interpres & ferè «
κατὰ πόδας, ita ut in universa propemo- «
dùm hac versione, velut in speculo quo- «
dam, textûs ipsius, unde expressa fuerat, «
faciem nativam, unaque etiam nævos, in- «
tueri liceat. Erat autem exemplar hoc ex «
antiquissimis iis, quæ textum sacrum ex- «
hibebant absque omni spirituum & distin- «
ctionum apparatu..... Textus in pleris- «
que adeò mirificè congruebat cum Græ- «
co *Vulgati*, ut uterque ex uno eodemque «
planè codice descriptus fuisse primâ fron- «
te videatur. Collatis certè his invicem «
convenisse hunc cum altero deprehendi- «
mus in lectionibus, etiam quæ ab excusis «
variant, plus sexaginta supra mille; è «
quibus quadraginta septuaginta octo ge- «
nuinæ sunt. «

Idem p. 129. *hæc addit:* « Quod Syrus «
aliique Interpretes cum *Vulgata versione* «
tam mirificè convenerint, haud ex eo fa- «
ctum est, quòd versiones suas ad hanc «
formarint; sed quòd in translationibus «
suis concinnandis exemplaria habuerint «
ad manum, quæ eundem in plerisque «
cum Vulgati codice textum exhiberent. «
In plerisque, inquam, neque enim in co- «
dicibus *Syri* & *Vulgati*, v. gr. tam omni- «
moda relucet ubique consonantia, quin «
ut, ex accuratiori utriusque collatione, «
ipsos in locis plus minus octingentis inter «
se discrepantes deprehenderis. Cùmque «
Codex Vulgati fuerit Syri codice multò «
purior & emendatior, ita ramen accidit «
haud rarò, ut hujusce textus veram & «
genuinam exhibuerit lectionem, ubi Vul- «
gati alter iste minùs rectè se haberet «.
Ita ille.

Novum Testamentum Syriacè (*juxta codicem Heidelbergensem*) charactere He-

braico cum omnibus punctis & versione A Latina Emmanuëlis Tremellii. V. *Novum Testamentum Polyglotton* 1569.

In hac editione eadem desunt quæ in Viennensi excepta pericope S. Joannis quæ ad marginem apposita est.

» Illud monere liceat Lector amice,
» longe distare à genuina linguæ Syriacæ
» legendæ ratione methodum qua Emma-
» nuel Tremellius in sua Grammatica &
» novo Testamento Syro Hebræis characte-
» ribus excuso, eam ad Hebraicæ vel Chal-
» daicæ analogiam extorquere conatus B
» est «. *Gabr. Sionita in præfat. Psalt. Syriaci.*

Idem Syriacè charactere Syro & Hebræo cum versione Latina & præfatione Guidonis Fabricii Boderiani. V. *Tomus quintus Bibliorum Polyglottorum Antverpiensium* 1572.

Ex præfatione sub finem. » Habes L. B.
» quæ ante Novi Testamenti Syriaci eos
» libros, qui ætate nostrâ, linguâ Syriacâ
» in lucem prodierunt, & à nobis in Lati-
» num conversi sunt, judicavimus præmit-
» tenda; quibus ad totius operis comple- C
» mentum & perfectionem Catholicæ non-
» nullæ Epistolæ & Apocalypsis Joannis no-
» bis defuerunt. Illa enim nec in antiquis
» exemplaribus, quæ Moses Mardenus Me-
» sopotamiæ Catholicus Sacerdos attule-
» rat, nec in vetustissimo alio exemplari
» msc. quod cum Viennensi contulimus,
» extiterunt; quamvis apud Syros reperian-
» tur, ac pro sacris & authenticis habean-
» tur.... Octodecim mensium spatio Novi
» Testamenri characteres Syriacos in cha-
» racteres Hebraicos mutavi & sermonis D
» Syriaci in sermonem Latinum conversio-
» nem ante annos tres, anno videlicet Do-
» mini 1567. absolvi.... Integram transla-
» tionem meam, Syrumque Novi Testa-
» menti contextum à me literis Hebræis
» descriptum, diligenter recognovi, atque
» cum vetustissimo exemplari Syro, jam ab
» anno 1500. regni Alexandri (*hoc est anno Christi* 1188.) manuscripto religiosè con-
» tuli. Illud autem vetustissimum exemplar
» allatum fuerat ex Oriente à Postello....
» quo emendatissimo codice msc. plurimùm E
» sanè adjuti fuimus, ejusque fidem secuti,
» loca plurima partim mutila & detrunca-
» ta, partim perperam & mendosè in Vien-
» nensi exemplari scripta restituimus....
» Cæterum in totius operis recogni-
» tione tam religiosè, ut par erat in tam
» religiosis libris, versati sumus, ut affir-
» mare ausim, Deúmque hac de re testem
» invocare, me ne unicam quidem literam
» aut minimum apicem, proprio arbitrio
» immutasse, & quicquid mutatum est, ex
» auctoritate & fide antiquissimi msc. exem-
plaris Syri cum Græco apprimè congruen- «
tis mutatum esse. Quæ porrò vel sic im- «
mutata, vel restituta, vel addita à nobis «
fuerunt, seorsim collegimus & in calce «
hujus operis imprimi curavimus. Cùm «
jam Epistolas Pauli recognoscerem, per «
literas nos monuit Andreas Masius.... «
de quibusdam erratis, quæ inter excuden- «
dum Viennense exemplar in Paulinas E- «
pistolas irrepserant, ea sustulimus atque «
emendavimus.... Joannes Harlemius plu- «
rimùm nos sublevavit, adjuvitque tùm «
in tralationis nostræ recognitione, tum «
etiam in universo Bibliorum opere ejusque «
appendicibus, &c.

» Egregia fuit Interpretis illius diligen- «
tia, adeò fides elucet in sententiis, & verba «
verbis consonant: si voculas solùm ali- «
quas, provocabula putà, articulos, ejus- «
ve generis minuta quædam eximas, in «
quibus retinendis parùm laboravit. *Dan.* «
Huetius de Claris Interpr. p. 101.

Novum Testamentum Syriacè characteribus Hebraicis *ex præcedenti editione, sine punctis, adjectis ad calcem variantibus lectionibus à Francisco Raphelengio collectis*, in 8°. Antverpiæ, Plantini. Idem, in 24. Ibidem 1575.

Idem Syriacè charactere Hebraico cum punctis, adjunctâ versione Latinâ Guidonis Fabricii Boderiani, & novâ ejusdem præfatione ad Henricum III. Gall. & Polon. Regem. V. *Novum Testamentum Polyglotton* 1584.

Idem integrum Syriacè charactere Ebræo (*juxta editionem Tremellianam adjectis quibusdam Epistolis & Apocalypsi*) studio Eliæ Hutteri. V. *Novum Testamentum Polyglotton* 1599.

» Textum illa Editio Syriacum exhibet «
characteribus Chaldaicis, omnino ut ha- «
bet Tremelliana. Addidit quoque de «
suo Hutterus Syriaca loca omnia in Mo- «
sis Meredeni msc. deficientia, historiam «
puta Adulteræ, II. Petri Epistolam «
Joannis II. & III. Epistolamque Judæ & «
Joannis Apocalypsin. *Acta Erud. Lipsiensia anni* 1708. *p.* 296. *Legitur in Epistola Hutteri ad lectorem initio* 2. *voluminis N.T. posita.* » Desunt Epistola II. Petri Joannis «
II. & III. & Epistola Judæ in Syriaca lin- «
gua (*hoc est in quibusdam codicibus mss.*) «
quæ nunc per Dei gratiam à nobis resti- «
tuta sunt, *Idem ibid.* Totus hic liber Apo- «
calypseos Syris defuit. Igitur eundem de «
novo transferre & restituere coactus «
sum. «

Idem charactere Syriaco cum versione Latina *Tremellii*, ex diversis editionibus diligentissimè recensitum. Accesserunt in fine notationes variantis lectionis ex quinque impressis editionibus collectæ à Mar-

tino Trostio, *qui hanc editionem curavit*, A cum præfatione Latina Jacobi Martini, in 4°. Cotbenis Anhaltinorum, typis *ejusdem* Martini Trostii 1621.

Huc usque in præcedent. editionibus N.T. Syriaci defuerunt 4. Epistolæ Canon. & Apocalypsis Joannis.

Ex præfatione. » Ingentes debentur » gratiæ Mæcenatibus qui operâ Martini » Trostii hanc novam Syræ versionis edi- » tionem eruditè correctam ac emenda- » tam, propriisque excusam typis, non sine » magno sumptu, cum Ecclesia communi- B » cant. Cæterùm in hac editione Trostius » secutus est editionem Widmanstadii, » Viennæ 1562. excusam, sed non solam. » Cum aliis enim quatuor editionibus, di- » versis locis impressis, summa cum diligen- » tia contulit; ita tamen ut nihil immutave- » rit, nihil addiderit, nihil omiserit, sed » omnia sanctè, & religiosè ponderaverit, » observaverit, retinuerit, uti id notæ ad » finem adjectæ abundè satis & evidenter » demonstrabunt. «

Novum Testamentum integrum *præter* C *historiam mulieris adulteræ*. Joan. cap. 8: 1—12. Syriacè, literis Syriacis, cum punctis vocalibus à Gabr. Sionita appositis & versione Latina Boderiani. V. *Biblia Polyglotta Parisiensia* 1645.

Idem integrum cum versione Latina Tremellii recognita à Sam. Clerico. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

† *Hæc editio præter 4. epistolas & Apocalypsin à Pocockio & Lud. de Dieu mss. editas, quæque in præcedenti editione Parisiensi jam additæ erant, historiam etiam adulteræ ex MSto Usseriano suppletam continet.* D

Novum Testamentum Syriacum *juxta editionem Trostii*, *integrum tamen & recognitum*, punctis vocalibus animatum cum lexico & institutionibus linguæ Syriacæ. Accedunt notæ difficiliora Novi Testamenti loca explicantes; authore Ægidio Gutbirio, qui versionem Latinam Evangelii secundùm Matthæum *à Tremellio elaboratam* & præfationem adjecit, in 8°. Hamburgi, typis & impensis Auctoris E 1665. *Editio satis compta.*

Ex præfatione. » In hoc laboris genere » usus sum Martini Trostii Novo Testa- » mento Syriaco, quod cùm quorumdam » librorum, multarumque vocalium defe- » ctu laboraret, & conatibus studiosorum » minùs esset accommodatum, in eas de- » veni cogitationes ut integram paraphra- » sim Syriacam, post diligentem emenda- » tionem & castigationem, in hunc usum » formæ portatili includendam existima- » rim.... propriis meis sumptibus Syriacos » hosce characteres æri incidi & formari curaverim.... per aliquot autem annos « diligenter in hoc circo discurri «. *Idem* « *p.* 43. *Notarum att:* » Epistolæ I. Joan- « nis cap. 5. vers. 7. ex notis Tremellii in « aliis editionibus desideratum adscripsi- « mus. »

Idem cum Lexico Guthirii Ebraicis typis, *absque vocalibus*, studio Christiani Knorrii à Rosenroth, in 8°. Solisbaci 1684. Hamburgi 1694.

» Verbulo tantùm meminit *Rich. Simon* « editionis recentissimæ Ebraicis typis in « Germania excusæ. Undè dubium est, an « eam inspexerit, noritve perillustri Kab- « balæ denudatæ auctori Christiano Knor- « rio L. B. (*Libero Baroni*) à Rosenroth « in acceptis esse ferendam «. *Acta Lipsiensia anno* 1690. *p.* 97.

Novum Testamentum Syriacum cum versione Latina *Tremellii paulinum recognita*, cura & studio Joannis Leusden & Caroli Schaaf editum. Ad omnes editiones, *imprimis Viennensem*, diligenter recensitum, & variis lectionibus magno labore collectis adornatum, in 4°. Lugduni Batav. Jordani Luchmans & Jo. Mulleri 1708.

Ex præfatione. » Hanc decimam ter- « tiam N. T. editionem (*huc usque tredecim* « *recensitæ sunt, proinde præsens hæc Editio* « *Syra quartadecima numeranda est*) conjun- « ctis viribus initio aggressi sunt Leusde- « nius, Carolusque Schaaf; ast illo, cum » ad comma 20. cap. 15. Evangelii Lucæ « deventum esset, è vivis erepto, hic solus « coeptum opus perficere coactus est. Ut « autem hæc editio eo prodiret accuratior, « ad omnes editiones antea editas eandem « Schaafius diligentissime recognovit; N.T. « integrum repræsentavit; versionem Lati- « nam, ex Tremelliana imprimis, suoque « ingenio compositam textui Syriaco ad- « junxit; denique variantes lectiones ex om- « nibus editionibus magna industria colle- « ctas subnexuit. Quin & Lexicon Syria- « cum Concordantiale adjecit, in quo om- « nes dictiones, quotquot occurrunt in N. « T. Syriaco, additis quibusdam illustra- « tionis causa, vocibus ex Syra V.T. ver- « sione aliisque libris Syriacis depromtis, « exhibentur pariter atque explicantur. «

Novum Testamentum Syriacum juxta editionem anni 1708. V. *N. Testamentum Polyglottum* 1713.

Excerpta Novi Test. Syriaci cum versione Latina: auctore Christophoro Cellario, in 4°. Cizæ 1682.

Ex præfatione. » Missis annotationibus « solam versionem adjeci, sed ita Syrorum « adhærentem idiomati, ut neque ordine « verborum, neque numero dissentiat, nec « sensus proprietate unquam declinet; «

„ sed verbum de verbo exprimat. «

Passio Domini Nostri Jesu-Christi Syriacè juxta quatuor Evangelistas, in 16. Parisiis, Ant. Vitré 1635. 1672.

S. Matthæus Syriacè & Latinè, in 8°. Hamburgi 1621. & in 4°. Cothenis Anh. 1621.

Sylloge Canticorum Novi Testamenti Syriacè & Latinè, à Sebast. Schrottero edita, in 8°. Erfurti 1650.

Epistola D. Pauli ad Romanos, linguâ Syriacâ, *ex editione Viennensi desumpta*, operâ Christophori Crinesii Latina facta, in 4°. Wittebergæ 1612.

Epistola D. Pauli ad Galatas Syriacè literis Ebraicis cum versione Latina Ant. Cevalerii. V. *Ejus Grammatica Hebraica*, in 4°. Genevæ 1567. 1590. 1592.

Eadem Syriacè & Latinè, studio Tremellii, in 4°. Genevæ, Perrin 1570.

Eadem Syriacè. V. *Eadem Polyglotta* 1612.

Epistola D. Pauli ad Titum Syriacè, cum interpretatione Latina Christophori Crinesii, in 4°. Witteb. 1613.

† Eadem linguâ Syriacâ, in 8°. Hafniæ 1626.

Epistolæ ad Titum & Philemonem Syriacè cum versione Latina Balthazaris Scheidii, literis, vocalibus & ligaturis Syrorum, in 4°. *Argentorati* 1668.

Eædem Syriacè cum adjunctis versionibus Latinis, curâ Balthazaris Scheidii, in 4°. Argentorati 1700.

Epistola ad Hebræos Syriacè, *juxta hæc Matthæi Galeni verba in prolegom. enarrationum in hanc Epistolam.* » Curatum est non ita pridem à summo Pontifice Julio III. & Ferdinando Imperatore, quorum imperio nuper (*hæc Epistola*) elegantissimis typis excusa (*unà cum aliis ejusdem D. Pauli quatuor Evangeliis & Actis Apostolorum Viennæ anno* 1555.) teritur nunc passim studiosorum manibus. «

Quatuor Epistolæ Canonicæ Syriacæ ex versione Eliæ Hutteri. V. *Ejus N. Testamentum Polyglotton* 1599.

Epistola S. Joannis Syr. & Lat. in 4°. Lipsiæ 1632.

Eadem Syriacè charactere Syro & Hebraico cum versione Latina Emmanuelis Tremellii, studio Martini Trostii, in 4°. Cothenis 1632.

† Eadem juxta editionem Trostii, per A. Sennertum, in 4°. Witteb. 1652.

Epistolæ quatuor Syriacè, Petri secunda, Joannis secunda & tertia, & Judæ una ex Bibl. Bodleianæ msc. exemplari depromptæ, *charactere pulcherrimo Syriaco & Hebraico*, textu Græco & versione Latinâ, notisque quibusdam insignitæ, operâ & studio Eduardi Pocockii, in 4°.

A Lugduni Batavorum, ex officina Elzeviriorum 1630.

Ex præfatione. » Syra, *inquit Editor*, ad msc. codicis exemplar fideliter descripsi. Eadem Ebræo, annexis insuper ubique suis vocalibus, charactere expressi.... Latina uti Syriacis ad verbum ferè responderent, curavi. Versionem nostram cum ista quam olim dedit Etzelius, (frustrà diù quæsitam, Serrarii tandem operibus insertam reperio) contuli, à qua num sine causa longiùs alicubi dissen- B tiam, si notas consulere placuerit, æstimabis. «

† Epistola II. Joannis Syriacè, cum interpretatione Latina E. Pocockii. V. *C. Cellarii Porta Syriæ*, in 4°. Cizæ 1677.

Apocalypsis S. Joannis Syriacè: Interprete Elia Huttero. V. *Ejus N. Testamentum Polyglotton* 1599.

Apocalypsis S. Joannis Syriacè ex msc. exemplari Bibliothecæ Josephi Scaligeri edita, charactere Syro & Ebræo, cum versione Latina, *textu Græco*, & notis, C operâ & studio Ludovici de Dieu, *editio prima & nitidissima*, in 4°. Leidæ è typographia Elzeviriana 1627. Eadem. V. *Ejus operà*, in fol. Amstelodami 1693.

Ex præf. » Jam verò ad laborem nostrum quod attinet, quem celandum minimè censeo, textum Syriacum charactere faciliori, qui typographo notus esset descripsi; eundem literis Hebraicis, additis vocalibus in gratiam tyronum expressi; versionem Latinam servatâ, quantùm potui, phrasi Syrâ, addidi; atque ut hæc cum textu authentico conferri quàm facillimè D possent, Græcus quoque ut adesset curavi. Textum Syriacum fideliter descripsi, descriptum contuli, relictis etiam mendis quæ occurrebant, quæ tamen, ne lector alicubi ostenderet & hæreret, hujusmodi signo † notavi, & in charactere Hebræo ad idem signum, nisi fallar, emendavi... ubi verba quædam ad sensum perficiendum deessent, id hujusmodi signo [ ] spatio aliquo vacuo relicto indicavi, & in charactere Hebræo ex Græco supplevi. « E

SECTIO QUARTA.

PENTATEUCHI VERSIO Samaritana.

LINGUA Samaritana, etsi ex Hebraica & Chaldaica ortum ducit, mixtione tamen & proprio ipsius Samaritismo, in tertium quid ab ambabus diversum degenerasse arbitror. Dictiones verò Chaldæis & Syris tantopere inso-

» lentes non absurde suspicari licet Arabi- » cas esse ; nam ab Arabismis non puto Sa- » maritanos abhorrere, quippe qui hodie » Arabico sermone pro vulgari utuntur «. *Petrus à Valle in Epist. 15. Antiq. Eccl. Orient. p. 174. Verum ratio quam affert, non invicte probat, Arabicam nunc linguam usurpant, ut pote in his regionibus omnium vulgatissimam.*

» De auctore versionis Samaritanæ ni- » hil alicubi est, nec apud ipsos Samaritas, » nec apud Judæos vel alios quos videre » licuit Scriptores, ut nec de tempore » quando facta est «. *Waltonus Proleg. XI.* §. 20.

» Versio Samaritanorum juxtà quos- » dam, *inquit idem ibidem*, triplex est, Sa- » maritana, Arabica & Græca. «

» Prima facta est de textu Hebraico » in dialectum Samaritanam, sive in lin- » guam Chaldæo-Samaritanam. «

Pentateuchi Samaritani Samaritana versio. Codex in folio, integer, splendide compactus, & nitidè in charta sericea scriptus. *Bibliotheca Vaticana, Assemanus p. 587. Biblioth. Orientalis.*

» Pertinuit hîc codex ad Sacerdotes » Samaritanos à quibus recensitus & emen- » datus fuit. Petrus à Valle Patricius Ro- » manus eum Damasci reperit, & sibi com- » paravit (*anno D. 1616. mense Maio ut le- » gitur in epist. 13. voluminis 1. ipsius itinera- » rii p. 176. versionis Gallicæ*) tandemque » post varias in Persidem & universum » Orientem peregrinationes Romam pa- » triam suam anno 1626. detulit. Libri Scri- » ba ad calcem adnotavit scriptum à se » fuisse pro Sacerdote Damasci anno Re- » gni Ismaëlitarum 910. hoc est Christi » 1542. (*vel potiùs* 1514.) decimâ mensis » Elul ; neque literarum nitor, oculi & » gemmæ, antiquiorem arguunt «. *Ita Joan. Morinus Exercit. 4. in Pentat. Samarit. p. 370. & in Epist. ad Petrum à Valle, quæ est in Antiq. Eccl. Orient. Epist. 21. p. 195. hæc refert.* » Legi prætereà quæ in fine à » Scriba addita sunt. . . . sensus autem ad- » ditamenti istius hic esse mihi videtur : » *Scripsit hanc Legem sanctam servus, &c. » & tradidit eam Josepho filio Justitiæ, filio » Josephi Sacerdotis in Damasco, & correxit » eam Abraham de filiis Matar anno nongen- » tesimo & vigesimo Regni Ismaëlitarum, de- » cimâ mensis Elul.* Itaque anno Christi 1542. » (correctiùs 1514. «) *scriptus est* : chara- » cter & Papyrus alteram ætatem non vi- » dentur arguere.

» Multa contuli cum nostro qui mul- » tis seculis antiquior est ; deprehendi exa- » ctissimam esse & verborum tenacissimam » Hebræo-Samaritani textus interpreta- » tionem. *Idem ibid. p. 195. & deinde.* » Ab » Hebræo propius abest, magisque phra- « sim & genium Hebraicæ linguæ sapit Sa- « maritica versio quæ nobis præ manibus « est, quam Chaldaicæ Paraphrases, Ju- « dæorumque alii libri Chaldaici. . . . Nu- « dius tertius tamen Pentateuchum tantùm « accepi, tum primum contuli cum nostro, « id est Hebræo ; interpretationem depre- « hendi literæ adeo mordicus adhærentem « ut hac in parte omnes Interpretes supe- « rare videatur. «

De hoc codice sic scribit Petrus à Valle ad Jo. Morinum epist. 14. inter Antiq. Eccl. Orient. p. 160. » Pentateuchum Samari- « tanum, qui apud me est, cùm primùm « in Syria reperi, semper ea fui mente, ut « publicæ utilitati in lucem emitterem. . . . « *Hunc* absque versione typis mandare in- « fructuosum putavi. . . . Cùm nulluma liud « exemplar quàm istud Pentateuchi Sama- « ritani in Europa habeamus, & ex Asia « adducere difficillimum sit, ne dicam ferè « impossibile, illud in itinere alicui peri- « culo objicere imprudentis esset «. *Hæc scribebat anno 1630.*

Petrus à Valle de eodem codice hæc habet in epistola Romæ scripta anno 1628. ad Tengnagelum quæ legitur, p. 185. Tom. 1. Comment. Lambecii de Bibl. Vindobon. » Alius « verò Pentateuchus, linguâ & characte- « ribus Samaritanorum exaratus, omnium « librorum meorum facilè est apex ; præ « terquàm quòd in Europa fortasse hujus « generis est Phœnix. Duo alii reperiuntur, « quod sciam, alter in Bibl. Vaticana ter- « centum quadraginta aureorum pretio non « multò ante (*sc. anno* 1623.) comparatus ; « alter in Gallia quem ipsemet ex Syria ad « Dominum Harlæum de Sancy, Regis « Galliarum tunc temporis Constantino- « poli Oratorem, dono misi : Ast hi Sa- « maritano tantùm charactere, linguâ verò « Hebraicâ sunt scripti ; meus autem cha- « ractere & linguâ Samaritanorum, quod « pluris æstimo, etiamsi non in membra- « nis, ut illi, sed in simplici charta ante « annos ducentos exaratus. Cardinalis de « Berulle, ut audio, dat operam, ut ille, « qui in Gallia est, typis mandetur. »

» Codex Petri à Valle ita parum accu- « ratus est, ut cum versus 27. & 28. capitis « XII. Deuteronomi duntaxat cum meo « conferre voluissem, octo vel decem verba « & ampliùs reperi, in quibus literæ erant « vel omissæ, vel transpositæ, unde sensus « multum detrimenti patiebatur «. *Peiresc Epist. 36. p. 185. Antiq. Eccl. Orient.*

Eadem versio. V. *Pentateuchus Polyglottus cod. A. qui fuit Domini de Peiresc.*

» Utriusque codicis præcedentis versio « originaliter ut ita dicam & fundamenta- « liter eadem est ; multis tamen dictionibus «

» sed in eundem sensum conspirantibus » prior à posteriore differt; in cœteris verò » dictionibus nonnunquam varietas conspi- » citur «. *Jo. Morinus in 2. præfat. Bibl. Polygl. Parisiensium.*

Hanc sanè versionem non viderat Nicolaus Serrarius cùm scripsit Prolegomena Biblica, ideòque illam cap. XV. *quæst. 6. cum Targum Hierosolymitano confundere absque temeritate non potuit.*

» Hæc versio Samaritana, licet Hebræi textûs vestigia premat, non semper » tamen illum exactè exprimit. Affirmat » Jo. Morinus ità pressè textum Hebraicum ubique sequi, & verbum de verbo » reddere, ut unam translationem utrique » textui sufficere judicaret, quòd quidem » ut plurimùm verum est, non tamen ubique, cùm in multis locis textum deserat «. *Waltonus prolegom. XI.* §. 10.

» Multorum in ore (*ait Dan. Huetius*) » ea est Pentateuchi interpretatiò quam Samaritæ condiderunt; hujus propter crassissimam Gentis inscitiam auctorem vulgò ignorabilem esse ferunt; neque verò » de ejus antiquitate quicquam posse definiri. Ante Christum quidem confectam » plerique jactitant; quin & à temporibus » Esdræ Nehemiæque ætati proximis eam » arcesserunt nonnulli. Id verò rei caput » est laudabilem interpretis fidem esse ac » integritatem, cùm ferè par utrobique » verborum numerus cum sententiarum » consensione apparear. . . . Composita est » hæc interpretatio ad Pentateuchi Samaritanum exemplar «. *Hæc ille in libro de claris Interpretibus.* §. 26.

» Samaritanus Interpres ferè ad verbum exprimit contextum Hebræo-Samaritanum, à quo in paucissimis discessit, » maximè in fluviorum, urbium, regionumque nominibus, &c. » *Richard. Simon in disq. crit. de var. Bibl. edit. cap. IX. p.* 88—89.

Pentateuchi versio Samaritana cum interpretatione Latina quæ & Pentateucho Samaritano congruit, à Joanne Morino concinnata. V. *Biblia Polyglotta Parisiensia* 1645.

» Samaritica Hebræi textus translatio » textum primogenium κατὰ πόδας sequitur, » atque ex eo verbum è verbo expressa est; » ideo duplici Latinâ versione opus fore » non judicavimus «. *Joan. Morinus in 2. præfat. Bibl. Polygl. Parisiensium.*

Eadem cum ejusdem interpretatione Latinâ. V. *Biblia Polyglotta Londinensia.* 1657.

Horæ Samaritanæ, hoc est excerpta Pentateuchi Samaritanæ versionis cum Latina interpretatione nova & annotationibus perpetuis, studio Christophori Cel-

A larii, in 4°. Cizæ, Bielckii 1682. 2. editio in 4°. Ibidem 1705.

Geneseos quatuor priora capita Samaritanè & Latinè. V. *Eadem Polygl.* 1702.

Secunda versio est Arabica, literis Samaritanis. V. *Pentateuchus Arabicus MS. cod.* A. B. C. D. E. F.

Tertia versio est Græca juxta Jo. Morinum: *ita intelligit Samaritani Pentateuchi Græcus Interpres* cap. 1. Exercit. 3. in Pentat. Samarit. pag. 219. *Idem in Epist.* 38. *pag.* 202. *Antiq. Eccl. Orient. ad Th.*

B *Cromberum.* » Consentit antiqua Pentateuchi Samaritani versio Græca, cujus « vestigia nonnulla deprehenduntur in scholiis quæ citantur in editione 70. Interpretum Sixtiniana «. Et Joan. Henr. Hottingerus: *per Samariticum codicem intelligitur versio Græca, ex Samaritanorum codice Hebræotranslata.* Exercit. Antimorin. pag. 28. Uterque citat his in Exercitationibus quædam Scriptorum Ecclesiasticorum loca, in quibus de codice Pentateuchi Samaritani mentio fit, & hæc sunt. Euse-

C bius Cæsariensis lib. 1. Chronicorum integra & satis prolixa fragmenta profert; Diodorus Tarsensis Numerorum 24: 7. S. Hieronymus Quæst. in caput IV: 8. Geneseos, & præfat. comment. in Lib. Regum: S. Cyrillus Alexandrinus ad Geneseos IV: 8. Procopius Gazæus in Deuteron. 1: 6. & 9. pag. 435. & Scholiastes Græcus antiquus sæpe laudatus à Flaminio Nobilio & in scholiis Græcis ad editionem Romanam LXX. Interpretum. Hi omnes linguæ Samaritanæ im-

D periti vertendo in Græcum Pentateucho ipsimet pares esse non potuerunt, proindeque quæ ex illo laudant, ex versione Græca sanè excerpta sunt. *Hæc verò collecta sunt à Morino & ab Hottingero locis citatis.* V. *Walt. Proleg. XI.* §. 21. *Rich. Simon de var. Bibl. edit. cap. XI. p.* 89. *ità scribit:* » Fuit quoque Samariticis versio « Græca, in usum Samaritarum, quibus lin- « gua Græca erat vernacula, composita «. *De hac versione Græca vide ea quæ referuntur cap. sequenti, sect. 3. num.* 15.

E *In Actis Eruditorum Lipsiensibus, anno* 1698. *p.* 77. *leguntur hæc verba:* » Monitus Joan. Frickius post publicatam *Bibliorum Græcorum Lipsiæ* 1697. *editorum* « præfationem à quodam amico est, fortè « Symmachi Samaritæ versionem Græcam « ipsum illud esse τὸ Σαμαρειτικὸν quod apud « veteres toties allegatum legitur, nec aliâ « ratione nomen Samaritici textûs illi impositum fuisse quàm versioni Aquilæ no- « men textûs Hebræi apud Justinum, aliosque Patres. De qua conjectura alii judi- « cent. «

Amicus ille sanè fuit Illustriss. & Doctiss.

Joan. Frid. Mayerus qui p. 207. *Differt.* A *de notis veterum Bibliorum, ea de re mentem suam iisdem penè verbis explicat.* » Accuratiùs itaque perpendenti mihi quæ Julius Africanus apud Eusebium in Chronico pag. 3. 9. 10. ac Syncellus p. 80. 82. 85. & 88. edit. Regiæ, tum alii veteres sparsim ex Samaritano codice producunt, in mentem venit sententia, *num Samaritani codicis nomine, veteribus veneris versio Symmachi, eo quòd auctor Samarita fuerit, & versionem ex codice, quali Samaritæ utebantur, composuerit.* Judicent me doctiores, utrum ex vero fuerim suspicatus. Confirmat conjecturam meam quod Aquilæ versio passim Hebraici codicis nomine apud veteres laudetur, & LXX. opponatur Interpretibus «. *Hæc Mayerus p.* 207. *hist. vers. Germ. Lutheri.*

Verùm hanc destruere conjecturam facile est testimonio Procopii Gazæi ad Exodi XXIII. 16. hic enim Interpres comment. in Deuteronomium circa initium, postquàm semel & iterum laudasset Samariticum exemplar, statim in eadem pagina Symmachi testimonium adducit. Hinc unum ab alio distinxisse manifestum est; videatur Jo. Morini exercitatio 3. in Pentat. Samarit. p. 232. ibi duplex producit exemplum discriminis saltem quoad verba inter Samariticum codicem & Symmachum. Si rem attentiùs consideremus, nulla est difficultas: Authores Græci linguam Hebraicam non callentes, quæ explicanda volebant, exquirebant à Samaritanis ipsis; v. gr. erant Gazæ plurimi Samaritani, à quibus quæ adduxit Procopius, discere potuit. Idem dicendum & de aliis Scriptoribus, qui exemplaris Samaritici, non verò versionis Samaritanorum loca proferunt. Verùm cum plurima ea de re à doctiss. Bern. de Montfaucon in præfatione Hexaplorum Origenis adducantur testimonia, quibus invictissime probat fuisse olim Græcam Samaritici Pentateuchi translationem, meam nunc depono sententiam, & antiquam libenter amplector.

SECTIO QUINTA.

BIBLIA ARABICA.

» VERSIO veteris Testamenti Arabica duplex est apud Christianos Orientales in usu; una dicitur Syriaca sive Antiochena; altera Ægyptiaca sive Alexandrina. Ambæ à Christianis ex Græco LXX. Interpretum traductæ. Utriusque versionis exemplar in Bibliotheca Vaticana & Medicæa extare testatur Corneliùs à Lapide in argumento Commentariorum in Prophetas Minores. *Ita Waltonus prolegom.* 14. §. 18.

» Distinctionis illius versionum Antiochenæ & Alexandrinæ vix ulla occurrit apud Orientales Christianos memoria. Alexandrina Ecclesia Græca utitur in sacris officiis, linguâ Græca & versione LXX. Interpretum; privatim, cum pauci Græcè sciant, legitur versio Arabica secundùm eosdem. Antiocheni similiter Græci seu Melchitæ Syri utuntur in sacris versione Syriacâ, privatim Arabicâ, quæ ad eam atque ad Hebræum textum, ex quo facta est, magis accedit. Cornelius B à Lapide hæc nesciebat, & Waltonus ipse alienâ potiùs fide quàm suâ scripsit. Versiones hujusmodi quæ totam Scripturam continent, non sunt ab eadem manu, sed collectæ à Librariis, qui diversas sæpè conjunxerunt, & valdè interpolarunt «. *Hæc ad me scripsit Eusebius Renaudot, vir multijugi doctrinâ, multiplicique in primis peritiâ linguarum orbi litterato notissimus.*

» Christianum quædam Aleppensem, sectâ Melchitam, conquerentem aliquan- C do audivi (*inquit Eduardus Pocockius præfat. in variantes lectiones Arabicas tomo VI. Bibl. Polygl. Angl.*) non reperiri penes ipsos Arabicè exemplar Bibliorum quod æquali filo contextum partibus inter se congruis apteque dispositis constaret. «

» Minoris auctoritatis esse videntur translationes Arabicæ quæ leguntur hodie à Christianis qui degunt in Oriente; nec tantam præ se ferunt antiquitatem quantam Syriacæ; pleræque enim illarum apud Syros, tùm Jacobitas & Maronitas, D tum Nestorianos, ex eo potissimùm tempore vulgatæ fuerunt, quo lingua Syriaca non ampliùs ipsis fuit vernacula, postquam scilicet sub ditione Saracenorum fuerunt, qui linguam Arabicam in illorum regiones introduxere «. *Rich. Simon, cap. 2. Disquis. crit. de variis Bibl. editionibus p.* 176.

» Versiones Judæorum Arabicæ sunt aliquot, (*inquit Hottingerus Differt. 3. de Transl. Bibl. in ling. Vernac. p.* 110.) vix tamen ulla vel ante Abulfedæ ætatem li- E teris expressa est Arabicis. Hic autem auctor (natus an. Hegiræ 672. *Christi* 1223.) de Judicibus ac Regibus Israëlis acturus scribit: Judæis sunt libri 24. antiquitùs apud ipsos per manus accepti, *qui nondum Arabici facti sunt, verum lingua Hebraica exarati* «. *Floruit anno Christi* 1300.

Desumpsit hæc verba Hottingerus ex præfatione Pocockii supra laudata quæ ibi secus explicantur. » Docent (*inquit Pocockius*) hæc magni authoris verba nullam tum temporis reperiri potuisse textus Hebraici versionem, literis Arabicis exaratam; neque enim aliter intelligenda sunt quæ «

» scribit, viginti quatuor Judæorum libros » nondum Arabicos factos fuisse, cum mul- » tis ante annis à R. Saadia, (forsan & » aliis) versi fuerint, sed uti Judæis adhuc » etiam in more est, suis tantum depicti » characteribus quo minus à diversæ pro- » fessionis hominibus legerentur «. *Quænam præterea ratio habenda est in hoc argumento Mohammedani, cum plurimæ S. codicis Abulfedæ vetustiores in Bibliothecis extent versiones Arabicæ.*

» Ismael filius Hali, Abulfeda, est » Amæ Satrapa, ex Yubidarum Stemmate, » opere Geographico suo notissimus. . . . . » in rebus Muhammedanorum tractandis » satis diligens & acuratus est & in vetustis » originibus quæ Hegiram antevertunt ni- » hil habet unde reliquis præferatur. Tanta » autem illius fuit rerum peregrinarum » ignorantia, ut veteris Testamenti libros » Arabicè conversos nesciret, quod viro » doctissimo Eduardo Pocockio fraudi fuit, » dum ex illius testimonio de antiquitate » versionis Arabicæ conjecturam facit «. *Eusebius Renaudot p. 77. Hist. Patriarch. Alexandr. Idem tom.* 1. de perpetuæ Ecclesiæ consensu circa Eucharistiam *p.* 545. *ait.* » Pocockium ex quodam loco Abul- » fedæ ab ipso malè intellecto existimasse » Scripturam sacram non fuisse Abulfedæ » tempore, hoc est ante annum Christi » 1345. in Arabicum idioma conversam, » qua nihil falsius, siquidem plurimi etiam- » num servantur in Bibliothecis codices » mss. hoc anno antiquiores. «

VERSIONES SUPPOSITITIÆ aut dubiæ fidei.

ARABICA librorum quorumdam sacræ Scripturæ, in primis libri Job versio tempore sancti Hieronymi. *Auctor præfationis Bibliorum Polyglottorum Parisiensium loquens de versione Arabica in iis contenta, hæc ait:* » Hinc maximam mu- » tuatur commendationem, quòd S. Hie- » ronymi seculo quidam è sacris literis hac » linguâ (*Arabica*) scripti reperirentur, » quorum auxilio librum Job in septingen- » tis fermè & octingentis versibus, ut ex » præfixa huic libro præfatione manifestum » est, restituit. «

En S. Hieronymi verba: » Hæc autem » (*nostra*) translatio nullum de veteribus » sequitur Interpretem; sed ex ipso Hebrai- » co, Arabicóque, & interdum Syro, nunc » verba, nunc sensus, nunc simul utrumque » resonabit. «

» Non loquitur hic Sanctus illo loco » de versione aliqua Arabica, licet ejus » verba primo aspectu tale quid innuere » videntur; loquitur enim ut verba ejus

A penitiùs intuenti liquet, de translatione « sua Latina, quam ex Hebræo traduxe- « rat, & hoc tantùm innuit, in libro Job « Hebraico vocabula multa Arabica occur- « rere, &c. « *Ita Waltonus prolegom.* 14. §. 17.

Arabica veteris & novi Testamenti versio à Joanne Episcopo Hispalensi adornata circa annum Christi 717. *Joannes Vasæus scribebat anno* 1551. *Hispaniæ Chronicon, cujus hæc sunt verba ad an.* 717. *pag.* 698. *tomi* 1. *Hispaniæ Illustratæ.* » Hispali « B Joannes Episcopus, qui ad doctrinam po- « sterorum sacram Scripturam in linguam « Arabicam transtulit «. *Huic consonat Joannes Mariana (qui scripsit anno D.* 1600. *) lib.* 7. *cap.* 3. *de rebus Hispaniæ ad annum* 737. » His æqualis Joannes Hispalensis « Præsul divinos libros linguâ Arabicâ do- « nabat. . . . ejus interpretationis exemplaria « ad nostram ætatem conservata sunt, ex- « tántque non uno loco in Hispania «. *Cur ergo saltem ex eis unum non indicavit, nisi quòd aliorum relatione hæc scripserit?*

C *Vasæus & Mariana ut opinionem stabiliant suam, his duntaxat verbis Roderici Ximenii Toletani Archiepiscopi, qui obiit* 1208. *nituntur:* » Et in isto medio fuit « apud Hispalim gloriosissimus & sanctissi- « mus Joannes Episcopus. . . . qui etiam sa- « cras Scripturas Catholicis expositionibus « declaravit, quas in formationem poste- « rorum Arabicè conscriptas reliquit «. *Ita Rodericus lib.* 4. *cap.* 3. *hist. Hispanicæ.*

D *Audiendus est ea de re Nicolaus Antonius lib.* 6. *Bibliothecæ veteris Hispanæ cap.* 9. *paragrapho* 211. » Animum tamen « cogitatio subit, affirmaveritne Roderi- « cus fecisse Joannem Scripturarum versio- « nem, an expositiones in Scripturas. Verba « enim illius in æquivoco laborare quis non « videt «? *Fortè Joannis fuit hoc propositum ut expositionibus Bibliorum Arabicè conscriptur Christianis Arabizantibus opitularetur.* » Ad translationem quod attinet (*pergit* « *idem auctor*) ejus exempla ad nostram « ætatem conservata fuisse atque non uno « E loco in Hispania extare, Joannes ait Ma- « riana. Hispalensis Ecclesiæ armariis con- « signatam agnoscit Paulus Espinosa in hu- « jus urbis historia. (*lib.* 7. *cap.* 3.) Vellem « tamen eos nobis dixisse, quibusnam Ara- « bicæ linguæ peritis auctoribus, hanc in- « terpretationem in schedis istis repertam, « Joannis illam neque aliam esse, ab im- « pressis ei notis, aut nomine interpretis, « asserere non dubitaverint. «

Vetus Testamentum ex Hebræo in Arabicum translatum à R. Saadia Gaon. *Erpenius præfat. in Pentat. Arabicum:* » R. Saadias Gaon Judæus usquequaque do- « ctissimus & celeberrimus omnes veteris « Testamenti

» Testamenti libros in gratiam popularium suorum longè,latéque per universum imperium Saracenicum, in Asia, Africaque dispersorum, in sermonem transfudit Arabicum «. *Idem aiunt Guido Fabricius Boderianus Præf. in Nov. Test. Syriacum, & Eduardus Pocockius Specim. Arabic. p.* 362. *qui hunc omnes veteris Testamenti libros in linguam Arabicam transtulisse asserunt. At Aben Esra ait, ipsum Legem linguâ & scripturâ Ismaëliticâ* (i. e. Arabicâ) *interpretatatum fuisse. Ghedalias quoque Legis tantùm meminit, in Schalschelet Hakkabala pag.* 38. *Ita etiam Morinus in Epist.* 38. *ad Th. Cromberum p.* 203. *Antiq. Eccl. Orient ubi hæc ait :* » Saadias apud Judæos celeberrimus, ante sexcentos & quinquaginta annos (*hæc Morinus scribebat an.* 1633.) Legem κτ' λέξιν transtulit quæ Thessalonicæ (*imo Constantinopoli*) charactere Hebræo excusa. «

CODICES MANUSCRIPTI.

» Christiani Turcico Imperio subjecti, quibus tam Chaldaicum seu Syriacum quàm Arabicum idioma est familiare, quales sunt Maronitæ nostrates, (*inquit Gabriel Sionita p.* 46. *Grammaticæ Arabicæ Maronitarum*) Jacobitæ, Nestoriani, Melchitæ, cum aliquid Arabicè scribunt, Chaldaicis (*seu Syriacis*) ferè semper utuntur characteribus (*quem scribendi morem vulgo appellant Ghersciuni*) Reliqui vero Christiani, quibus lingua Syriaca est ignota, Arabicâ vernaculâ *scribunt*, ut Alexandrini omnes, Coptitæ, nuncupati. «

Biblia *Arabica seu* » Veteris Testamenti versio Arabica secundùm LXX. Interpretes, cujus auctor Harethus filius Senan, & ea est quæ apud maximam Christianorum Orientalium partem legitur in Ecclesiis, & à Theologis citari solet. Illius tamen tot sunt quodammodò editiones, quot codices; tanta est inter eos, qui in Parisinis Bibliothecis & qui in Vaticana sunt, diversitas; quia scilicet dum quicumque in alium incidit, suum emendare conatus est, cùm diversissimæ sint apud Arabes veteris Testamenti translationes Arabicæ. Illæ autem quas mox dicemus, aut reperiuntur, aut extitisse eas certissimum est diversorum authorum testimoniis. Præcipua est omniumque antiquissima Harethi filii Senan, quamvis aliam antiquiorem commemoret anthor anonymus Bibliothecæ Colbertinæ, sed à quo facta fuerit, ignotum esse fatetur : imò & tertiam omnes ex Græco τῶν septuaginta. Extant aliæ diversæ in Commentariis ex Basilio, Chrysostomoque conversis. Ex Hebraico exemplari factæ sunt versiones Saadiæ Fiumensis : anonyma quæ edita est Lugduni Batavorum ab Erpenio solius Pentateuchi. Extant & aliæ aut saltem eædem sed cum summa exemplarium diversitate scriptæ characteribus Hebraicis; sed earum authores ignorantur. Ex Samaritano codice duæ diversæ reperiuntur, extantque in Bibliotheca Regia. Ex Syriacis Exemplaribus aliæ; cumque Syriaca versio sequitur Hebraicum codicem, eidem quoque respondent Arabicæ illæ plures ex Syriacis factæ. Hæc observanda visa sunt, quod viri apud Anglos eruditissimi, qui Polyglottorum Bibliorum prolegomena aut notas conscripserunt, non videantur diversitatem illam versionum Arabicarum satis agnovisse, aut de illis rectè judicasse «. *Ita cum summa harum rerum cognitione differit doctissimus Eusebius Renaudot in catalogo librorum Orientalium MSC. Bibliothecæ Medicææ, quæ asservatur Florentiæ in Palatio quod vulgò dicitur* de Pitti.

Biblia Arabica, in fol. *Bibl. Colbertina cod.* 900.

» Ex hoc codice in Ægypto exarato, anno 1585. aut 1586. exscripta est Arabica Editio Polyglottorum Bibliorum Parisiensium & Londinensium. Initio hujus voluminis legitur auctoris quidem ignoti sed periti Præfatio, in qua, postquam omnes veteris Testamenti versiones Arabicas plurimis laborare defectibus asseruit, accuratam illarum revisionem aggressum esse dicit. Deinde addit se adhibuisse ipsum contextum versionis Arabicæ Rabbani Cheïk Saïdi, vulgo Fiumensis dicti (idem est ac Saädias Gaon Ægyptius ex urbe Fiumi,) tanquam hujusce revisionis fundamentum. Observat postea se hunc contextum cum Hebræo, Judæo quodam erudito sibi exponente, & cum aliis versionibus Arabicis, contulisse. Hæ illæ omnes hîc summo studio recensentur, 1°. quæ à Judæis factæ sunt; deinde versio Hareth; filii Senan & aliæ ex Græco expressæ; 3°. versio Aboulfergi Ebn el Taïb, Nestoriani ex Syriaco : 4°. versio duplex Samaritanorum, una in Hebræo, altera ex Græco : denique versiones illæ quæ in Commentariis Arabicis in Scripturam sacram aut laudantur aut inseruntur. Si opus suum ignotus hic auctor ad umbilicum perduxisset, plurimùm sane profuisset ad cognoscendas omnes sacrorum Codicum interpretationes Arabicas, tam calamo quam typis exaratas; sed Exscriptor tria duntaxat capita libri Geneseos notis suis illustravit; quæ quidem pauca quæ supersunt, probant versionem «

» Sadianam nec ad usum Ecclesiarum nec » à Syris Christianis linguâ Arabica urentibus unquam fuisse usurpatam, sed solummodo ad studium sacrarum literarum » esse utilem. Qui vero illam versionem » legebant, plurima quæ in ea obrepserant » vitia, quoquo modo sæpè pessimo, corrigebant; unde, inquit idem autor, tot ac » tantæ in hujusmodi versionibus depravationes ortum ducunt «. *Eusebius Renaudot tom.* 1. de perpetuo Eccl. consensu circa Eucharistiam *pag.* 540.

BIBLIA Arabica. *Romæ Bibl. Barberina, Jo. Morinus in Epist.* 58. *Antiq. Eccl. Orient. p.* 298.

BIBLIA Arabica. Codex complectens vetus Testamentum, nuper operâ Cardinalis Ant. Carafæ & impensis Gregorii XIII. Pont. Max. in Oriente scriptus ab aliquo Græco vel Melchita, Romæ Collegio Maronitarum emptus. *Georg. Amira in præfud. de linguæ Syr. antiquitate initio Gramm. Syriacæ. Bibl. Vaticana, Cornelius à La .de præfat. Comment. in Proph. Min. p.* 5.

» Hic est forsan Codex quem mutuo » acceperat Francisc. Savari de Breves apud » Paulum V. Regis Christianissimi Legatus, antea apud Turcarum Imperatorem; » cujus versio, juxta Erpenium præfat. » Pentat. Arabici anno 1622. editi, elegans » est & antiqua, etiam apud Christianos » Arabes nata, in qua vertenda in Latinum » sermonem occupari tunc intelligebat Gabrielem Sionitam & Joannem Hesronitam. «

BIBLIA Arabica à tribus Capucinis Missionariis in Aleppo Syriæ, ex Græco & Latino, quæ Romam miserunt ad S. Congregationem de Prop. fide anno 1633. *Dionysius Genuensis in Biblioth. Capucinorum ab ipso edita.*

Pentateuchus Arabicus ex LXXII. Interpretum versione per Hareth (*sive Aretham*) filium Senan, in fol. *Bibliotheca Regia cod.* 369. scripto anno Hegiræ 891. (Christi 1486. *Bibl. Colbertina cod. in* 4°. 4980. *Bibl. Vaticana.* Codex accurate scriptus, *& Bibl. Medicæa Palatina.*

Hos quatuor codices vidit & examinavit Eusebius Renaudot, de quibus loquens tomo 1. de perpetuo Ecclesiæ consensu circa Eucharistiam *p.* 540. *hæc ait:* » Omnium » versionum Arabicarum hæc est antiquissima, eaque textum Græcum exprimit; » cuidam Harethæ, aliàs ignoto, in his » codicibus tribuitur. Cum autem hoc nomen legatur in plurimis exemplaribus » licet inter se diversis, nullum dubium est » quin erraverint hi qui titulum eis præfixerunt. *Idem ibidem.* » In contextu horum codicum tanta est variarum versionum mixtura, ut, quibus hi codices constent versionibus facile non possit dignosci: licet enim se prodat fere semper facta « ex Græco interpretatio; assutæ sunt tamen plurimis in locis laciniæ versionum « ex Hebræo, quandoque Sadianæ, quandoque alterius interpretis. Initio volumi- « nis apposita est Præfatio, in qua primùm « fat amplè disseritur de omnibus antiquis « versionibus Græcis, de Origenis Hexaplis, de Asteriscis, aliisque notis quibus « distinguebatur mixta editio Græca; deinde de successione Pontificum Legis Judaicæ necnon Rabbinorum veterum magnæ « Synagogæ, juxta Judaicas traditiones; « adeo ut nulli dubium sit, quin ea ex « Judæorum libris aut ex præfatione versionum Judaicarum excerpta sint: quæ « quidem indigesta tam varii argumenti « congeries non potest nisi exscriptorum « incuriæ tribui. «

Idem Pentateuchus ex Græco; *sic inscriptus:* Lex prout eam transtulerunt septuaginta Seniores, quam vertit in linguam Arabicam Harith Ibn Sina, anno Hegiræ 891. (Christi 1486.) *Bibl. Scoralensis: Jo. Henr. Hottingerus lib.* 1. *Thesauri Philolog. cap.* 3. *sect.* 3. *Idem in dissert. de transl. in linguas vernac. p.* 201. » Exemplaria *hujus versionis* mss. tum in Bibliotheca Oxoniensi (Walton præfat. Inst. «, pag. 46.) tum in Sionensi Londinensi; « tum etiam in Waltoniana privata. «

Idem in Exercitat. Antimorinianis de Samaritano Pentateucho *scribit*, » hanc versionem maxima ex parte ex Græca ver- « sione expressam esse; ubi verò à Græca « recedit, videri sequi paraphrasim ipsam « Arameam, Chaldaicam vel Syriacam « Christianorum, vel translationem ali- « quam Græcam ex Bibliis Syriacis expressam. «

» Facta est (inquit Waltonus Proleg. « XIV. §. 19. hæc versio ab aliquo Christiano, ut videtur, quia in Exodum scribit ex quorumdam Interpretum sententia arcæ longitudinem & latitudinem « fuisse quinque cubitorum, ut indicaret « annos 5500. ante adventum Messiæ; hunc « vero computum annorum à mundo condito ad Christum natum sequuntur Christiani Orientales secundùm septuaginta. «

Idem Pentateuchus. Codex Laudianus 147. vel 180. in folio. *Bibl. Bodleiana cod.* 446. *vel* 481. Hic codex à Cyrillo Leucari Patriarcha Constantinopolitano, Cantuariensi Archiepiscopo Guillelmo Laudo donatus, cujus munificentiâ pulcherrimum hoc exemplar in Ægypto exaratum possidet Academia Oxoniensis, quod quidem » limniscis, asteriscis, obelis, cœterisque ab Origene excogitatis «

» notîs, & variantibus subinde è codd. Judæorum & Samaritanorum lectionibus ornatum est. Interpretatio ista ab Al Haretho Senani filio concinnata præfatione luculentâ (*cujus fragmentum de versionibus Græcis Latinè redditum à Pocockio, extat ad calcem Hist. Aristeæ de 70. Interpretibus Oxonii anno 1692. editæ*) conspicua est, in qua non sui tantum operis, sed & multorum quæ ad Græcos, & è Græco Syros codices spectant, rationem reddit «. *Eduardus Pocockius præfat. eadem superius allata.*

Pentateuchus Arabicus. Codex scriptus anno Hegiræ 637. (hoc est Christi 1239.) *Bibl. Leidensis cod.* 377. *Wernerii p.* 409. *Catalogi in folio.*

Pentateuchus Arabicus ex Græco. Codex in fol. scriptus anno Hegiræ 683. Christi 1284. *Bibl. Oratoriana cod.* 1394. Idem. V. *Pentateuchus Copticus B. D. Bibl. Bodleiana codd.* 3199. 3489. 5813.

Pentateuchus Arabicus ex Græco. Codex in folio ad usum Coptarum scriptus anno Martyrum 1047. (*Christi* 1331.) Finis codicis recentiori manu reparatus anno Coptico 1115. (*Christi* 1399.) *Bibl. Segueriana cod. Arabico A.* 1. Idem. Codex in 4°. *Ibidem cod. Arab. A.* 51.

» Vulgaris est opinio Arabicas sacrorum voluminum interpretationes quæ è regione Coptitarum appositæ sunt juxta easdem fuisse concinnatas; tamen in quibusdam mss. Codicibus optimæ notæ nonnulla sunt inter Copticum textum & versionem Arabicam discrimina, unde dignosci potest hanc versionem eandem esse quæ ex Græca 70. Interpretum translatione facta est. Quod eòdem redit, siquidem uterque textus ex versione Græca fuit expressus «. *Eus. Renaudot tom.* 1. *de perpetuo Eccl. Consensu pag.* 538.

» Pentateuchus Arabicus ex Græco. Codex in 4°. perquàm eleganter & splendidè scriptus à Thoma quodam Monacho, anno æræ Martyrum 1064. Christi 1348. & donatus Bibliothecæ Bodleianæ à Guillelmo Corderoy mercatore Londinensi. Hoc exemplar versionem à præcedente (*codicis scilicet Bodleiani* 481.) diversam exhibet «. *Pocockius ibid. ut suprà. Bibl. Bodleiana cod.* 5449.

Pentateuchus Arabicus ex Græco, cum Commentario. *Bibl. Bodleiana cod.* 1071.

Pentateuchus Arabicus » cum catena ex Hipolyto, Cyrillo, Joan. Chrysostomo, & è Patribus Syris, literis Syriacis, dialecto Arabicâ. Textum utrumque ab altero diversum, sed qui LXX. Interpretationem fontem habeat, præfert, uti ea loca, in quibus ipsa ab Hebraico

A longiùs recedit, videre est «. *Pocockius ibidem. Bibl. Bodleiana cod.* 5796.

Idem cum catena ex Ephremo, Dionysio, Jacobo Edesseno, Jacobo Episcopo Sarugi Joanne Chrysostomo, Hipolito. *Bibl. Leidensis cod.* 230. *p.* 409. *Catalogi in folio.*

Pentateuchus Arabicus, liber Samuelis, XII. Prophetæ & Evangelia. Hæc versio Arabica à vulgatis alus sæpè differt, &, ut Coptica, Græcum textum exprimit. V. *Idem Copticè cod. B.*

B Pentateuchus Arabicus, in quo aliquot nomina Coptica inter lineas notantur, necnon in capite & calce aliquot folia Coptica inseruntur, in folio. *Bibl. Bodleiana cod.* 445.

Pentateuchus Arabicus ex Hebræo Textu, interprete Saadiâ Gaone. Codex in folio scriptus feria 4. die 24. mensis Muharram anno Hegiræ 643. qui congruit diei 28. mensis Pauni anni Martyrum 961. (*Christi* 1245.) *Bibl. Medicæa Palatina cod.* 2.

C Idem ex eadem versione. » Codex literis Hebraicis exaratus anno æræ contractuum 1760. (i. e. Christi 1458.) initio mensis Nisan in urbe Hamah ad fluvium Marud (Orontem *in Syria*) sita, manu Eliæ filii Josuæ, filii Chalphon. *Eduard. Pocockius ibidem ut suprà*, ubi referuntur ex eo codice variantes lectiones «. *Bibl. Bodleiana cod.* 5814.

Idem ex eadem versione, *juxta hæc Petri à Valle verba in Epistola sua ad Tengnagelum p.* 187. *libri* 1. *Commentorum Lambecii de Bibliotheca Vindobonensi.*

D » Pentateuchus Arabicus quem habeo, Rabbi Saadiæ esse existimo, quamvis nullâ inscriptione constet «. *Bibl. Vaticana Assemanus p.* 587. *Biblioth. Orientalis.*

Idem ex eadem versione, *quem memorat Jo. Morinus in Epist. ad Thomam Cromberum scripta anno* 1635. *& edita p.* 203. *Antiquit. Eccl. Orient.* » Saadias Gaon apud Judæos celeberrimus ante 650. annos Legem τῷ λέξῃ transtulit quæ Thes-

E salonicæ (*aut potiùs Constantinopoli anno* 1546.) excusa est charactere Hebræo Exemplar penes nos est, estque Parisiis ejusdem translationis Exemplar Arabicis characteribus exaratum «. *At quo in Musæo servetur, non indicat.*

» Hæc translatio in Africa ubique legitur, eamque Hebræorum peritissimi sequuntur, & allegant tanquam authenticam, utpote ab homine literarum & traditionum atque rerum Hebraicarum peritissimo profectam «. *Rob. Wakfeldius in disput. de fratris uxore non ducenda, præfixa syntagmati de Hebræorum codicum incorruptione.*

» † » Saadias *in versione Pentateuchi* lon- A
» gius plerumque à verbis & phrasibus E-
» braicis recedit, & paraphrastem sæpius,
» quam interpretem agit «. *Th. Erpenius in Epist. dedicat. Pentateuchi Arabici.*

Hic Interpres modò Onkelosum, modò LXX. » Interpretes, modò etiam in-
» genium suum prorsus Judaicum, & ad
» Scripturæ genuinum sensum detorquen-
» dum natum sequitur «. *Jo. Henr. Hottingerus lib.* 1. *Thesauri Philol. cap.* 7. *sect.* 7.

» Ab Ebraicisne, an à LXX. an ab
» Onkelo traducta sit Saadiæ Interpretatio B
» dubitarunt nonnulli; ea est hominis in
» convertendo licentia & levitas, passim
» siquidem divagatur, & ultrà cancellos
» excurrit, ut Paraphrasten facilè, non In-
» terpretem possis agnoscere. Ad Ebraica
» tamen compositam esse editionem hanc
» nulli non attento fiet perspicuum «. *Dan. Huetius de claris Interpr. p.* 105.

» Hæc Saadiæ interpretatio paraphra-
» seos potiùs quàm versionis simplicis no-
» mine insigniri debet, quia contextûs sui
» verbis non ita pressè adhæret Interpres. C
» Mutat etiam interdum nomina propria,
» & ut ab omni antecepta opinione liber
» non erat, mentis suæ sensa potiùs quàm
» ipsummet contextum haud infrequenter
» exprimit.... Dictio illius etsi ad Hebrais-
» mos minùs accedat, quia paraphrastica
» est; non ita tamen Arabica est, quin lin-
» guæ Hebraicæ ingenio sæpiùs inserviat,
» ita ut ex ea hominem Judæum facilè
» agnoscas «. *Rich. Simon cap.* 14. *Disq. crit. de var. Bibl. edition. p.* 105.

» Omnes Arabicæ versiones Pentateu- D
» chi ex Hebræo factæ, vel sunt à Judæis
» vel à Samaritanis concinnatæ. Omnium
» celeberrima est quam composuit R. Saa-
» dias Gaon, Fiumensis, edita Constanti-
» nopoli anno 1546. literis Ebraicis. Ean-
» dem esse quæ in Bibliis Polyglottis Pari-
» siensibus & Londinensibus typis excusa
» est, plurimi licet rei criticæ periti, falsò
» tamen supponunt «. *Eusеb. Renaudot tom.* 1. *de perpetuo Consensu Eccl. p.* 540.

Pentateuchus Arabicus ex Hebræo quondam in Mauritania à Judæo Afri- E
cano factus. Codex in folio literis Hebraicis exaratus, optimæ notæ, licet mutilus, quem typis edidit anno 1622. Thom. Erpenius. *Bibl. Leidensis cod.* 236. *Scaligeri p.* 109. *Catalogi in folio.*

» Hanc versionem (*quæ juxta Samuë-*
» *lem Clericum non rarò in locis præsertim dif-*
» *ficilioribus Chaldaicam paraphrasim sequi-*
» *tur*) Scaliger in testamento, Saadiæ præ-
» fert, quod propiùs verbis Hebraicis insi-
» stit, & totidem ferè Arabicis exprimit,
» locis quibusdam exceptis obscurioribus,
» in quibus à verbis nonnihil recedit, sed
ita, ut magis ad sensum inclinet, eúm- «
que clariùs, exprimat «. *Waltonus proleg.* 14. §. 16.

Pentateuchus Arabicus charactere Atabum Mauritanico. Codex in folio lacerus. *Bibl. Leidensis cod.* 215. *Scaligeri p.* 409. *Catalogi in folio.*

Pentateuchus Arabicus ex Hebræo, cui præmittitur præfatio brevis de traditionis apud Judæos à Moyse usque ad excidium Hierosolymitanum continuatione doctorúmque successione partim ex Judæorum libris desumpta. *Bibl. Medicæa Palatina cod.* 1. *Eus. Renaudot.*

» Constat auctorem hujus præfationis «
(*inquit idem in catalogo à se confecto*) fuisse «
Christianum; versio ipsa differt multis «
in locis ab ea R. Saadiæ Gheonis, quæ «
olim Constantinopoli excusa est, ex qua «
interpolatæ versiones Arabicæ Pentateu- «
chi quæ in Bibliis Polyglottis Parisiensi- «
bus & Londinensibus prodierunt. Nam «
hallucinatos esse, qui utramque confun- «
dunt, & eandem esse arbitrantur, probat «
istud exemplar, & multa alia similia, tum «
Anonymi Arabis testimonium in codice «
Colbertino, qui docet eandem à Chri- »
stianis in suos usus descriptam multis mu- «
tatis; quia auctor versionis Saadias parùm «
fideliter sæpè sacrum textum interpreta- «
tus fuerat. Etsi verò ad exemplar Hebrai- «
cum versio facta sit, multis tamen locis «
emendata est ex aliis versionibus factis ad «
Græcam LXX. Interpretum «. *Hæc ille.*

Pentateuchus Arabicus ex Hebræo, Codex literis Hebraicis exaratus. *Bibl. Bodleiana codd.* 5349. 5792—5793. Idem. Codex scriptus à Christiano. *Bibl. Leidensis cod.* 220. *p.* 337. *catalogi editi.*

Pentateuchus Arabicus. Codex Bombicinus in folio. *Bibliotheca Vaticana*; *Assemanns p.* 587. *Bibl. Orientalis.*

A. Pentateuchi Samaritani versio Arabica literis Samaritanis. V. *Idem Polyglottus cod. A.*

B. Eadem. Codex in folio scriptus à quodam Helion circa annum Christi 1524.
» valde fragmentosus, defectu laborans «
non tantùm plurium sæpè integrorum «
capitum, sed & quorundam etiam libro- «
rum, Levitici scilicet totius, Numero- «
rum etiam «. *Edm. Castellus in præfatione animadv. tom. VI. Bibl. Anglic. & Waltonus Proleg. XI.* §. 11. *scribit.* » Multa «
quidem capita desunt, ex iis tamen quæ «
integra habentur, constat versionem hanc «
accuratam esse & sæpissime cum versione «
Arabica Pentateuchi Saadiæ convenire.... «
post ejus tempora (*hoc est post an. Christi* «
900.) confectam esse probabile est, eo «
quod multa habet cum illius versione «

» communia : fuit olim Jacobi Usserii «. *Bibl. Bodleiana cod.* 3128.

C. Eadem. Codex elegans, quem dono dedit Josephus Taylor Bibliothecæ Bodleianæ. *Ibidem cod.* 3133.

» Arabica Samaritanorum versio incerti itidem & authoris & ævi : à Chaldaica interpretatione raró quidem recedit ; nonnunqnam tamen ab illa abit, vel emphasim pressiùs urget, vel textui Hebræo propriùs accedit, vel Saadianam sequitur, vel obscurè Chaldæo-Samaritanum loquentem explicat, vel suo fretus judicio Interpres novam fundit versionem «. *Jo. Henr. Hottingerus pag.* 142. *dissert. de translat. Biblicis in linguas Vernac. num.* 41.

D. Pentateuchi Samaritani traductio in linguam Arabicam per Joseph Elsahebuesi de Issa, aliter Jaffa, facta in Damasco. Liber rarissimus in folio. *Bibliotheca Wittiana num.* 18. *lib. mss. p.* 45. 111. *partis Catalogi editi.*

E. Pentateuchus Arabicus ex Hebræo, interprete Abusaido Samaritano cum ejus notis & præfatione. Codex in folio literis Arabicis exaratus, antiquus & bonæ notæ ; præmittitur singulis paragraphis textus Hebraicus characteribus Samaritanis. *Legitur ad finem libri Geneseos :* Absolutus fuit liber primus, Deo juvante, octavo die mensis Dhulkada anni octingentesimi trigesimi sexti Hegiræ, (*hoc est Christi* 1432.) *Subjiciuntur literà Samaritanà, idiomate Hebræo mixto plurima Samaritanorum testimonia, quæ fidem codicis probant, & auctoritatem constituunt. Ex his patet ab anno Christi* 1432. *ad annum* 1595. *quo videtur à Samaritanorum manibus in Christianorum manus venisse, sub Abusaidi nomine lectum esse idque Neapoli,* (Naplouze) *quæ semper præcipua fuit, & nunc est solà Samaritanorum Synagoga. Bibl. Regia cod.* 368.

Præfatio Abusaidi doctoris Samaritani in interpretationem suam Legis & in notas ipsius marginales, *ex versione doctissimi Ludovici du Four de Longueruë Abbatis S. Joannis de Jardo ad Melodunum.*

» Qui sectatus est veritatem, in rectum ductus fuit, dixit servus qui indiget misericordiâ Dei altissimi, Abusaidus filius Abul-hacein filii Abusadi (faxit Deus inclytam esse propaginem ipsius.) Equidem ego postquam vidi versionem libri præcellentissimi Legis, qui præ manibus est sociorum nostrorum (quos multiplicet Deus) & ipsam eos correxisse corruptè, tametsi ipsis accurata videretur, corruptam non solùm specie tenus, sed re ipsâ propter illorum imperitiam linguæ Arabicæ, & aliquos existimare hanc versionem esse doctoris præstantissimi Abul-hacein Tyrii (cujus misereatur Deus) nec tamen ipsum authorem hujus esse ; non enim ille adeò absurdus erat, nt ipsam proferre potuisset, & præsertim interpretationem sectionis 15. lib. 2. ex qua eruitur blasphemia manifesta & alia huic similia ; quin imò hanc ipsammet esse versionem Alphiumensis, (*Saadiæ scilicet ex Phium urbe Ægypti, hunc bis expressè nominat in notis Abusaidus.*) Doctoris Judæorum, (cui adversetur Deus,) exegit negotium à me ut aggrederer interpretationem hujus codicis (*i. e. in hoc codice descriptam*) & illius qui hunc præcessit, & ejus quem scribam posteà, si voluerit Deus excelsus, interpretatione sincerâ & clarâ, ut eruantur inde libri qui deleant vanitatem tam Alphiumensis, quam illorum qui utcumque interpretationem ejus probaverunt. Ut fiat mihi laus eximia apud Deum, cui gloria & majestas, & apud sequaces veritatis in populo ejus, si voluerit Deus excelsus. «

F. Pentateuchus sermone & charactere Arabico ex eadem versione. Codex in folio sat eleganter & accuratè scriptus. *Bibl. Regia cod.* 370.

Versionem hanc præcedenti simillimam, imò & eandem, atque annotationes sibi vindicat quidam Abulbircat, etiam & præfationem quam mutilam & mancam exhibet hoc modo : » Dixit servus, pauper, sperans veniam scelerum à Deo, Abulhircat filius Said Bassorensis Syrianus (ignoscat ipsi Deus.) Cùm vidissem interpretationem hujus libri præcellentissimi, & quidem quod ipsi correxerant, corruptum esse in lingua Arabica, & etiam ex iis nonnullos arbitratos hanc versionem esse doctoris præstantissimi Abul-hacein Tyrii (misereatut ejus Deus) attamen non esse ipsius, sed tantùm esse (*Saadiæ vulgò dicti*) Phiumensis doctoris Judæorum, (qui peccavit in sinceritate interpretationis vocum præcipuè) exegit negotium ut interpretarer hunc librum præcellentissimum ex lingua Hebraica & Syriaca, translatione sincerâ, ut ex ea describantur exemplaria & derelinquatur id quo innixus fuit Phiumensis, & ut fiat mihi honesti nominis bonum, juvante Deo excelso. Notæ marginales quæ sunt super ipsius libri ora, omnes sunt productio mea, prout assequi valuit diligentia mea, & pleræque earum sunt circa significationes vocum Arabicarum. «

Non tanta ubertas testimonia occurrunt in hoc codice, quanta in altera, nullum enim reperitur præter unum pessimo charactere exaratum ; apparent tamen ibi Ciffri Coptici, quibus colligi potest scriptum fuisse in Ægy-

pto, vel ad Samaritanos Ægyptios pertinuisse.

Utramque præfationem ex versione ejusdem Abbatis de Longueruë, utpote nondum typis commissam hic transcripsi, quo judicet lector prudens & eruditus, cujusnam sit genuinus hic fœtus. In ultimo codice decurtata præfatio videtur non absque sensûs detrimento; versionis Syriacæ cujus ibi meminit Abulbircat ne verbum quidem facit præfatio Abusaidi, aut annotationes quæ in utroque codice extant.

Genesis & Exodus Arabicè ex Græco, cum commentario allegorico & morali. *Bibliotheca Medicæa Palatina cod. 5. d'Herbelot.*

Liber Geneseos Arabicè ex Græco cum Commentariis Arabicis. *Apud me extat, inquit Jac. Usserius libr. de sacris & script. Vernaculis pag.* 219. *Hujus quoque meminit cap. II. Syntagm. de 70. Interpr. pag.* 20.

Libri Josue, Judicum, Regum, Ruth, Esther, Judith, Paralipomenon & Job. Codex in folio majori scriptura vetustissima exaratus, annus tamen non notatur.

» Liber autem hic rarissimus est, & vix
» possunt ejusmodi S. Scripturæ Libri Ara-
» bicè manuscripti hoc tempore reperiri, *ut scribit author Catalogi Arabici Bibl. Seguerianæ in qua hic codex asservatur cod. Arab. A.* 19.

Libri Josue, Judicum, & I. Regum. *Ibid. pag.* 29.

» Libri Josue, Judicum, Regum. Co-
» dex in 4°. Judæus, qui libros in linguam
» Arabicam vertit, Anonymus; alium à
» Saadia stylus indicat; Interpres optimus
» cujus versionem Saadiæ præfert «, *Pocockius pag.* 362. *notarum in specimen hist. Arabum, penes quem fuit hic codex. Bibl. Bodleiana cod.* 5369.

Liber Samuelis Arabicus. V. *Idem Copticus B.*

Libri Paralipomenon Arabicè ex versione R. Jamin. *Bibl. Seguerianæ pag.* 22. *Catalogi editi.*

Idem. Codex exaratus in Insula Cypro anno Græcorum seu Alexandri Magni 1839. Christianorum 1527. *Bibliotheca Medicæa Palatina cod.* 10; *d'Herbelot in Catalogo hujus Bibl. msc.*

Esdræ liber I. & II. Tobit, Jesus filius Sirach, Arabicè per Christianum quemdam in Ægypto. *Bibl. Bodleiana cod.* 3066.

Libri Job duæ versiones Arabicæ. *Bibl. Bodleiana cod.* 5938.

Psalmi Arabicè literis Hebraicis. *Ibid. cod.* 5884.

Iidem Hebraicè & Arabicè cum scholiis. *Ibid. cod.* 5352.

Psalmi Arabicè charactere Syro. *Bibl. Th. Erpenii. Hottingerus pag. 25. appendicis Bibl. Orientalis.*

† *Hic codex una cum reliquis Erpenianis Bibl. Cantabrigiensi publicæ illatus est. v. Catal. cod.* 2449. *In cujus fronte hæc inscripta leguntur:* » Versio Psalmorum Arabica satis vetusta, nondum typis excusa; Ex collatione enim cum editione Psalterii Arabica Augustini Nebiensis & cum Bibliis Polyglottis constat nec Antiochenam nec Alexandrinam esse translationem. Deficit exemplum ab initio usque ad Psal. 22. Adjectæ sunt ad finem libri Pericopæ variæ ex Vet. Test. cum canticis juxta LXX. Interpretes.

Psalmi Arabicè. Codex in 4°. vetustissimus. *Bibl. Segueriana cod. Arab. A.* 3. Iidem Arabicè, in 8°. *Ibidem cod. Arab. A.* 6.

Psalmi Arabicè. *Bibl. Bodleiana codd.* 306. 329. 522. 776. 3217. 3222. 3223. 3293. 3540. 4038. *Florentiæ Bibl. S. Marci. Bibl. Hiberniæ num.* 1250.

Psalmi Arabicè & Syriacè. *Bibl. Regia cod.* 285. *Bibl. Bodleiana codd.* 2070. 5773. 5786.

Psalmi Arabicè ex versione Melchitarum juxta LXX. Interpretes. Hanc adornavit Theodulus Aben Alfathl Diaconus Antiochenus quingentis ab hinc annis. *Bibl. S. Laurentii pluteo* 1. *cod.* 23.

Psalmi cum Canticis X. ex Græco in Arabicum sermonem translati à Diacono Abdalla Alphadli filio. Codex chartaceus in 4°. nitidissime exaratus. *Bibliotheca Vaticana, Assemanus pag.* 634. *Bibl. Orientalis.*

Psalmi Arabicè. Codex 300. aut 400. annorum. Juxta hunc codicem Editionem suam Romanam adornavit Gabriel Sionita an. D. 1614. *Bibl. Collegii Maronit. Romæ, Viccars in præf. Decapl.*

Psalmi Arabicè ex Græco. Juxta hunc codicem suum edidit Psalterium Augustinus Justinianus. *Tiguri Bibl. Carolina, Hottingerus dissert. de translat. Bibl. in ling. Vernac. pag.* 210.

» Video (*inquit Guill. Eyrius in Epist.* «
ad Usserium in calce Syntagm. ejusdem de 70. «
Interpr. pag. 222.) Arabicam illam Psal- «
morum versionem *ab Augustino Justiniano* «
editam, non Hebraicam veritatem, sed «
ubique, ni fallor, vel Græcam, vel (quæ «
plerumque eodem redit) vulgatam La- «
tinam expressisse. «

Psalmi Arabicè ex Græco. *Bibl. Dominicanorum in vico S. Honorati. Bibl. Leidensis cod.* 51. *Scaligeri p.* 282. *Bibl. Bodleiana cod.* 5798. *Londini Bibl. Sionensis. Bibl. Norfolciana cod.* 3388.

Psalmi Arabicè cum Canticis V. & N.

Test. & variis lectionibus ad marginem adscriptis. *Florentiæ, Bibl. Medicæa Palatina cod.* 9. *Renaudot.* Idem Arabicè. *Ibidem cod.* 28. *d'Herbelot.*

Psalmi Arabicè, sed valdè interpolati per paraphrasim sœpè absurdam, adeò ut à Mahumetano facta sit hæc versio, aut corrupta videatur. *Ibidem cod.* 159. *Renaudot.*

» Psalmorum versiones Arabicæ plures sunt, quarum duas impressas babemus, unam Romæ an. D. 1614. quæ plerumque cum Græca τῶν ό convenit. Alteram in Bibliis Parisiensibus ut & in nostris quæ à priori discrepat. Tertia nondum excusa est cujus varia vidi exemplaria; unum in Collegio Sionensi Londini, duo alia mss. ipse habeo ejusdem versionis quorum unum omnium quos unquam vidi librorum msc. pulcherrimè descriptum est, sœpè etiam quibusdam literis aureis exaratum una cum versione Latina interlineari etiam nitidè descripta. Alterum vero babeo etiam codicem vetustissimum, qui cum priore plane consentit in omnibus. Quando vero vel à quo scriptus sit, in exemplari non exprimitur, ex Græca tamen 70. factam esse hanc versionem constat, quam ubique fere exprimit.... Fortasse hæc versio facta est apud Maronitas postquam Rom. Ecclesiæ se adjunxerunt «. *Walton Proleg. XIV.* §. 20.

Psalmi Arabicè cum Latina versione Athanasii Kircheri. *Bibl. Reginæ Sueciæ cod.* 882. *in Vaticana.* Iidem Arabicè. V. *Iidem Copticè cod.* E. Iidem Arabicè. *Bibl. Scoraliensis, Possevinus.* †. *Bibl. Gudiana, Catalogi p.* 344.

Parabolæ Salomonis, Sapientia, Ecclesiasticus, Canticum Canticorum, Tobias, Additamenta ad Danielem, Esræ liber, Historia Macchabæorum, Arabicè ex codice Græco, ut videtur. Versio eadem quæ in Polyglottis Parisiensibus & Londinensibus. *Florentiæ Bibl. Medicæa Palatina cod.* 8. *Renaudot.*

Proverbia Salomonis & Ecclesiastes Arabicè. Codex vetustissimus, in 4°. *Bibl. Segueriana cod. Arab. A.* 8.

Liber Sapientiæ complectens Ecclesiasticum, Sapientiam, Canticum Canticorum, & quandam narrationem eorum quæ acciderunt inter Salomonem, & mulierem Jesu filii Syrachi. Hi omnes libri Sapientiales raro inveniuntur Arabicè scripti. Codex in 4°. *Ibidem cod. Arab. A.* 7.

Sapientia Salomonis Arabicè ex versione Harethi filii Senan, qui S. Scripturam Arabicè primus, ut videtur, interpretatus est ex codice Græco septuaginta Interpretum. *Florentiæ Bibl. Medicæa Palatina cod.* 322. *Renaudot.*

† Prophetæ sacri, cum vitis eorum; & epitome librorum Esdræ Arabicè, manu antiqua. *Bibl. Bodleiana cod.* 5812.

† *Hic codex olim fuit Roberti Huntingtoni, ac sæpius à Pocockio in Commentariis Angl. ad Prophetas quosdam minores allegatur. » De eo in præf. generali ita loquitur :* Nomen translatoris in hoc codice expressum haud extat. Num is fuerit R. Saadiah Haggaon, fermè dubito, propterea quod versio Esaiæ, quæ est in hoc codice, differat ab illa, quæ alibi sub nomine Saadiæ reperitur. Tum vero certissime constat, plures Judæos Scripturam integram, vel partem ejus in Arabicum sermonem convertisse. Sed cujuscunque demum sit bæc versio, antiqua omnino esse videtur. «

Prophetæ Majores & Minores, Arabicè ex Græco. Codex scriptus à Christiano Copticæ Ecclesiæ Alexandrinæ anno Martyrum 1064. (*Christi* 1348.) *Bibl. Medicæa Palatina cod.* 10. *Renaudot.* Iidem. Codex in folio cujus scriptura Turcicam magis quam Christianam manum redolet. *Bibl. Segueriana cod. Arab. A.* 2.

Prophetæ Majores Arabicè, versio præstantissima quæ plerumque sequitur textum Hebræum, illumque exprimit, aliquando cum versione LXX. Interpretum concordat. Codex hic vetustissimus magno nobis usui fuit cum Propbetas excudimus in nostris Bibliis conferendo cum Parisiensi, quod mancum & valde lacunosum est : cum enim non tantùm versus quam plurimi deessenr variis locis in exemplari Parisiensi, sed & interdum integra capita; quidquid deerat, ex hoc exemplari supplevimus, & uncis inclusimus cum his literis *ms. Oxon Walton Prolegom.* 14. §. 22. Codex iste fuit olim Seldeni. *Bibl. Bodleiana cod.* 3200.

Prophetæ XII. Minores & Daniel, Arabicè. V. *Iidem Copticè cod.* B.

» Cùm nullum sit idioma in regionibus Orientalibus Arabico vulgarius, idcirco plurimæ Novi Testamenti versiones reperiuntur in hac lingua à variis sectis conscriptæ; Coptæ *ex Coptico sermone*, Melchitæ *ex Græco*, Syri qui in Nestorianos, Jacobitas & Maronitas dividuntur, *ex Syro* textu Arabicâ translatione utuntur «. *Rich. Simon cap. XVIII. hist. crit. versionum N. T. p.* 206. *Extant in variis Bibliothecis codices Syriaco-Arabici & Coptico-Arabici, sed nullos Græco-Arabicos præter Lectionarium Bibliothecæ Leidensis invenisse se scribit ibidem idem Auctor. Lectionarium hoc sic inscribitur :* Series Lectionum Græco-Arabicæ ex Evangeliis & Psalmis. Exemplar nitidissimum & octingentis fortè, ut è Græco charactere col-

ligebat Scaliger, ab hinc annis ſcriptum. *Bibl. Leidenſis p.* 281. *Catalogi editi.*

Novum Teſtamentum Arabicè. Codex ſcriptus in deſerto ſancto in Monaſterio D. Joannis, anno Diocletiani 1059. id eſt Chriſti 1343. In Actis, Epiſtolis, & Apocalypſi accuratiſſimè annotatæ ſunt variæ lectiones ex alio codice mſc. à Franciſco Raphelengio; atque ex hoc exemplari ſuam Novi Teſtamenti Arabici anni 1616. Editionem expreſſit Erpenius. Codex in folio. *Bibl. Leidenſis cod.* 7. *Scaligeri pag.* 279.

Ex præfatione Erpenii. » Cœterùm verſionis hujus authorem & antiquitatem quod attinet, vetuſtas codicum antiquiſſimam eam eſſe arguit. Ac Evangelia quidem è Græco mihi vertiſſe videtur *Neſjulaman* filius *Azalkefati*; id quod ex ſequenti codicis mei clauſula colligo: *Abſoluta eſt hujus libri deſcriptio die* 16. *menſis Bauni, anni nongenteſimi octogeſimi octavi Martyrum Juſtorum* (*hoc eſt Chriſti* 1272.) *Deſcriptus autem eſt ex emendatiſſimo exemplari, cujus deſcriptor ait ſe id deſcripſiſſe ex alio exemplari emendato, exarato manu Joannis Epiſcopi Coptitæ: qui Joannes dicit, ſe ſuum deſcripſiſſe ex exemplari emendatiſſimo, quod ediderat D. NESJULAMAN F. AZALKEFATI.* «

An ex his verbis rectè concludat Erpenius hunc eſſe verſionis ſaltem Evangeliorum authorem, criticorum examini ſubjicio; rectiùs infert inde Rich. Simon cap. 28. *hiſt. crit. verſionum Novi Teſt.* » Hanc verſionem ex Copticis proindeque ex interpretatione Coptica potiùs quàm ex contextu Græco emanaſſe. Viſa eſt tamen illi magis conſentanea verſioni Arabicæ, quæ adjicitur mſc. Syriacis, quàm ei, quæ mſc. Copticis correſpondet. «

» Cœterùm an idem (*pergit Erpenius ibidem*) reliquos etiam libros verterit, haud ſatis ſum certus. Non puto: nam & phraſi nonnihil ab Evangeliis diſcrepant, & Syro contextui quàm Græco pleriſque in locis videntur eſſe viciniores. «

Novum Teſtamentum Arabicum *præter Apocalypſin*, à verſione præcedenti diverſum. *Oxonii in Bibl. Collegii Reginenſis cod.* 19. *num.* 943. *Catalogi editi.*

Novum Teſtamentum Arabicum. V. *Idem Copticum.*

Novum Teſtamentum Arabicè & Syriacè ſcriptum elegantiſſimè in Monte Libano Romæ, curâ Joannis Bapt. Raymundi viri doctiſſimi. *Florentiæ, Bibl. Medicæa Palatina cod.* 12. *Renaudot.* V. *N. Teſt. Syriacum mſ. B.* 2.

Evangeliorum liber verſum in linguam Arabicam à Joanne Epiſcopo Hiſpalenſi, qui floruit 731. *Sic legitur in vetuſto codice,*

A *qui aſſervatur in Bibliotheca Scoralienſi cod.* 197. (*an manu antiquâ an recenti non dicitur.*) *Nic. Antonius tom.* 1. *Bibl. veteris Hiſpanæ lib.* 6. *cap.* 9. §. 221.

IV. Evangelia ex lingua Chaldaica (*ſeu potiùs Syriaca*) in Arabicam converſa per Pharaonem Hebræum. *Bibl. Scoralienſis cod.* 17. *Hottingerus part.* 3. *Bibl. Orientalis p.* 3. *& Poſſevinus in catalogo hujus Bibliothecæ.*

IV. Evangelia Arabicè. Codex vetuſtus, fuit olim Nicolai Clenardi, *de quo* B *hæc ait in Epiſt. ultima libri* 1. *Epiſtol. pag.* 103. » Nunc convolo ad Evangelia Arabica, de quibus aliquid tibi narrare libet. Nactus ſum codicem deſcriptum & verſum abhinc annis ſexcentis. Habeo & aliud exemplar ex eadem tranſlatione deſcriptum. Reperio pleraque omnia ſic ſe habere, ut hodie legimus in Græcorum codicibus, quos ſecutus eſt Eraſmus «. *Hæc ſcribebat anno* 1536. *in quas manus hic codex inciderit, nullus indicat.*

IV. Evangelia Arabicè ſcripta anno C Mundi 6687. (id eſt Chriſti 1199.) *Bibl. Leidenſis cod.* 14. *Scaligeri p.* 279.

Paraphraſes Evangeliorum Arabes diverſas tres habeo, (*inquit Joſ. Scaligeri lib.* 4. *de Emend. temp.*) hunc ſcilicet cod. 14 alterum cod. 7. (*de quo ſuprà*) & tertium cod. 12. (*de quo infra*) *Bibl. Leidenſis cod. Scaligeri* 217. 223. *&* 225. *p.* 420. *Catalogi in folio.*

IV. Evangelia Arabicè. Codex ſcriptus à Chriſtiano Coptita ad uſum Eccleſiæ Alexandrinæ decimo ſexto menſis D Pauni anno Martyrum 988. (Chriſti 1272. *Bibl. Medicæa Palatina cod.* 14. *d'Herbelot.*

IV. Evangelia Arabicè in Ægypto ſcripta ad uſum Coptarum. Codex olim Joannis Seldeni, *de quo ita loquitur, libro* 3. *de Præfecturis & Synedriis Hebræorum p.* 374. » Ad calcem Evangeliorum exemplaris penes me Arabicè antiquitùs in Ægypto perpulchrè conſcripti (abſoluti nempè 8. die Muſre, menſis Coptici, id eſt 1. Auguſti Juliani, anno æræ Marty- E rum 1002. ſeu Chriſti 1286.) reperitur, &c. « *Bibl. Bodleiana cod.* 3201. *aut* 3202.

Eadem. V. *Evangelia Coptica infrà cod. B.* G. H. I. K.

Eadem ad uſum Coptarum Alexandrinorum cum concordantiis ad marginem quæ correſpondent Canonibus Euſebianis qui ad calcem codicis reperiuntur. Codex in folio ſcriptus anno Martyrum 1037. Chriſti 1321. *Bibl. Oratoriana cod.* 2394.

Eadem ſecundùm vulgatam Coptarum verſionem cum præfationibus & notis marginalibus ex emendatiſſimis codicibus

Syris,

Syris, Græcis, in 4°. *Bibl. Colbertina cod.* 5828. A

Eadem desumpta ex vetustissimo Exemplari scripto Syriacè, Græcè & Copticè. Codex in 4°. *Bibl. Seguerіana cod. Arab. A.* 4.

IV. Evangelia Arabicè, adjunctis Evangelistarum vitis, & variis ex textu Syriaco, Ægyptio & Græco lectionibus ad marginem adscriptis. Antiquus, rarus & magni pretii Codex in 4°. magno; fuit olim Sebast. Tengnageli. *Bibl. Vindobonensis num.* 43. *Lambecius p.* 171. *lib.* 1. *Ex* B *hoc codice prodierunt illa Petri Kirstenii opuscula, sc. vitæ Evangelistarum quatuor, & notæ in Evangelium S. Matthæi fol. Breslæ* 1611.

IV. Evangelia Arabicè, elegantissimè scripta. *Florentiæ Bibl. Medicæa Palatina cod.* 15. *Renaudot.*

IV. Evangelia Arabicè. *Bibl. Vaticana, Philippus Labbe p.* 249. *Bibl. novæ librorum msc.*

IV. Evangelia Arabicè, bis. Codices in folio nitidissimè exarati. *Bibl. Vaticana, Assemanus p.* 634. *Bibl. Orientalis.* C

IV. Evangelia Arabicè literis Hebraicis. *Bibl. Bodleiana cod.* 5799.

Eadem Arabicè ex Monte Libano delata, elegantissimè descripta cum omnibus vocalibus, apicibus & aliquot prolegomenis; liber emendatissimus & integerrimus. *Bibl. Narcissi Archiepiscopi Dublinensis, nunc Armachani cod.* 260. *num.* 33. *Catalogi editi.* Eadem. *Ibidem cod.* 300. *num.* 1673.

Eadem Arabicè charactere Syro. *Bibl.* D *Bodleiana codd.* 5322. 5800. 5866. †. *Bibl. Cantabrig. publica cod.* 2448. *è MSS. Erpen.* V. *Hotting. p.* 25. *Append. B. Or.*

Eadem Arabicè charactere Arabico. *Bibl. Bodleiana codd.* 360. 5815. *Bibl. Norfolciana cod.* 494. *num.* 3393. *Bibl. Cantabrigiensis publica codd.* 1469. & 2470. † *Ex his Codicibus alter à Cyrillo Patriarcha Alexandriæ, linguæ Arabicæ studiosissimo Davidi de Willem dono datus est in Ægypto an.* 1618. *primò die Septembris, (quod ipse Cyrillus manu sua inscripsit,) alter cum figuris* E *IV. Evangelistarum fuit Michaëlis Mambre, interpretis Reipublicæ Venetæ.* † *Bibl. Seguerіana pag.* 36. *Florentiæ Bibl. sancti Marci.*

Eadem Arabicè satis luculento charactere cum Evangelicis concordantiis Eusebii. Codex in folio. *Bibl. Leidensis cod.* 323. *Scaligeri p.* 410. *Catalogi in folio.*

Eadem Arabicè ex Syro. *Ibidem cod.* 561. *Warnerii.*

Eadem Arabicè. *Ibidem cod.* 619.

Eadem Arabicè, 2. vol. *Ibidem codd.* 214. 255.

Evangelium Matthæi, Marci & Lucæ & Epistolæ S. Pauli Arabicè. *Bibl. Vaticana; Assemanus p.* 629. *Bibl. Orientalis.*

Evangelium Matthæi cum Commentario Abil Fargi, Arabicè. *Bibl. Leidensis p.* 342.

Idem Arabicè bis, Codices in fol. nitidissimi à Clemente Caracciolo, Neophito nuperrime exscripti. *Bibl. Vaticana; Assemanus p.* 634. *Bibl. Orientalis.*

Evangelium Marci Evangelistæ cum Commentario. *Bibl. Leidensis cod.* 218. *Scaligeri p.* 10. *Catalogi in folio.*

Evangelia Lucæ & Joannis Arabicè, adscriptis ferè ubique vocalibus. *Ibidem cod.* 52. *Scaligeri p.* 282.

Acta Apostolorum & Epistolæ Pauli & Canonicæ, Arabicè. V. *Eadem Copticè cod. L.*

Liber Epistolarum Pauli & Canonicarum & Actus Apostolorum Arabicè; quem præfatio asserit fuisse ex vetustissimo exemplari Syriaco Arabicè redditum. Codex in 4°. scriptus anno Martyrum 1330. (*Christi* 1614.) *Bibl. Seguerіana cod. Arab. A.* 5.

Acta Apostolorum & Epistolæ Pauli & Canonicæ Arabicè. Codex scriptus à Joanne Sacerdote Copita Alexandrino. *Florentiæ, Bibl. Medicæa Palatina cod.* 355. *Renaudot.*

Eadem Gherschiuni, id est Arabicè charactere Syro, ab impressis longè diversa, in folio. *Bibl. Narcissi Archiepiscopi Dublinensis, nunc Armachani cod.* 1249.

Acta Apostolorum & Epistolæ Pauli Arabicè. V. *Eadem Polyglotta cod. H.*

Acta Apostolorum & Epistolæ Catholicæ Arabicè. In Ægypto factæ & exaratæ versiones. *Bibl. Bodleiana cod.* 3203.

Acta Apostolorum cum excerptis ex Evangeliis Matthæi & Joannis, in linguam Arabicam conversa per Hareth, Arabem ante annum Christi 1555. *Thevet lib. X. Cosmogr. Universalis cap. IX.*

† Epistolæ Pauli, Petri & Joannis Arabicè, in ch. in fol. *Bibl. Gudiana, Catal. p.* 544. *n.* 1.

Epistolæ Pauli & Canonicæ ex Syro. *Bibl. Colbertina cod.* 4973.

Eædem Arabicè. V. *Eædem Copticè cod. M.*

† Epistolæ Pauli Arabicè, in charta in 4°. *Bibl. Gudiana. Catal. p.* 544. *n.* 3.

† Epistola Pauli ad Colossenses, Arabicè cum vers. Lat. Guil. Bedewelli. *Bibl. Publ. Cantabrig.*

† Epistola Pauli ad Philemonem Arabicè, cum versione Latina, in 12. *Bibl. Hinckelmanniana cod.* 150. *Catal. p.* 20.

S. Joannis Epistolæ tres Arabicè cum versione Latina Guill. Bedwelli, in 4°.

Bibl. Bodleiana cod. 369.

Apocalypsis Arabicè. *Bibl. Leidensis cod.* 251. *Scaligeri p.* 410. *Catalogi in folio. Florentiæ*, *Bibl. Medicæa Palatina cod.* 129. *Renaudot.*

Eadem Arabicè. V. *Eadem Copticè cod. N.*

BIBLIA ARABICA typis edita.

BIBLIA Arabica & Latina ex versione Victorii Scialac Accurrensis & Gabrielis Sionitæ Edeniensis Maronitarum edenda circa annum 1612. Romæ, auspiciis & munificentia Francisci Savary de Breves Regis Christianissimi à Consiliis, ejusque apud Paulum V. Pont. Max. Oratoris, &c. antea apud Turcarum Imperatorem Legati, & postea Serenissimi Ducis Andegavensis Gastonis, ejusdem Regis Christianissimi fratris unici Gubernatoris. *Quorum liber duntaxat Psalmorum prodiit*, *in* 4°. *Romæ ex Typographia Savariana* 1614.

Ex Epistola huic Psalterio præfixa & Regi Ludovico XIII. nuncupata. » Franciscus Savarius Dominus de Breves, Majestatis tuæ apud Paulum V. Pont Max. Legatus. . . . apud se statuit ad opitulandum miseris illis gentibus (*Orientalibus*) nihil efficacius, & ad eas ex impio superstitionis, errorisque mancipio liberandas, ac deinceps ad Ecclesiæ gremium traducendas.... fore nihil quàm si de fidei Christianæ præceptis atque mysteriis, libri quamplurimi vernaculis illarum linguis excuderentur, quibus errorum suorum falsitatem aperte dignoscerent, agnitamque detestarentur, ac penitus ejurarent. Ergo rem magno animo aggressus, omnibus eò pertinentibus sedulo comparatis, ac in primis illarum sermonis atque rerum scientiæ peritis hominibus advocatis, nullis neque sumptibus, neque laboribus parcendo, eam omni studio & industria promovere non cessar. Ex quo sane factum est, ut quemadmodum non ita pridem Catechismum Illustr. Cardinalis Bellarmini in gratiam illarum gentium in Arabicum sermonem transferri curavit; ita nunc ad Europæorum Christianorum commodum & utilitatem, sacrorum Bibliorum Arabicam & Latinam Interpretationem promulgare decreverit. «

BIBLIA Arabica, (desiderantur libri Tobiæ, Judith, Esther, liber I. & II. Macchabæorum. Vetus Testamentum ex codice Francisci Savary de Breves cujus Pentateuchus ex Hebræo translatus fuit ut creditur à R. Saadia Gaon, reliqui libri partim ex Hebræo vel Syriaco, partim ex Græco; proindeque è diversis fontibus, diversis temporibus, & à diversarum sententiarum hominibus profecta est hæc versio, juxta Pocockium. Liber II. ut falsò vocatur Macchabæorum ex Hebræorum translatione ut in calce capitis 8. legitur, neque textui Syriaco, neque Vulgatæ editioni Latinæ consonat, neque tandem qualis est inter libros Canonicos censendus est; si Barthol. d'Herbelot credimus pag. 523. Biblioth. Orient. ipsa est versio cujusdam partis Operis Josephi Ben Gorionis. Novi Testamenti quatuor Evangelia desumpta sunt ex editione Romana anni 1591. Reliqui tres libri ex codice Arabico Aleppensi quem asportavit R. P. Joseph Carmelita. Versio Latina Pentateuchi facta est à Joanne Hesronita, Libri Ruth ab Abrahamo Ecchellensi, cæterorum librorum Vet. Testamenti à Gabriele Sionita, qui recognovit translationem Latinam IV. Evangeliorum olim à J. B. Raymundo, ut videtur, concinnatam, & reliquos libros Novi Testamenti ipse transtulit. V. *Biblia Polyglotta Parisiensia* 1645.

» Dolendum est (*inquit Waltonus Proleg. XIV.* §. 17.) quod de versionis hujus auctore & tempore, à quo & quando facta fuerit, sed nec de hujus utilitate ac usu & de ejus collatione cum aliis codicibus quicquam dixerint qui Parisiensi Editioni præfuerunt «.

» Si versio illa penitiùs introspiciatur admodùm imperfecta, mendisque & erroribus scatens. Ita licet in fine libri Jobi dicatur iste liber ex Hebræo conversus, ex Græco tamen & Hebræo, seu potiùs ex Syro mixtus conspicitur «. *Rich. Simon disquis. crit. p.* 177.

Ad calcem libri Job hæc leguntur: » Completum est, excelso Deo favente. Commemoravit autem author exemplaris, è quo hoc descriptum est, hunc librum è Syriaco sermone in Arabicum versum fuisse «.

BIBLIA Arabica cum eadem versione Lat. parumper recognita, *in quibus eadem desunt quæ in præcedentibus.* V. *Biblia Polyglotta Londin.* 1657.

Exemplar in Polyglottis Parisiensibus & Anglicanis editum (juxta Pocockium præfat. variant. lect. in Pentat. Arabic. tom. VI. *Bibl. Polygl. Londin.)* » ejusmodi est, quod è diversis atque inter se multùm discrepantibus laciniis contextum sit, sive id agente qui ipsum describeret, sive (quod magis verisimile) quod ipsi ad manum non fuerit omnium librorum ab uno aliquo concinnata versio, adeò ut necesse habuerit, quò integrum sibi corpus conflaret, partes parum sibi constantes, ut «

» pote è diversis fontibus, diversis seculis A
» & à diversarum sententiarum hominibus
» profectas connectere. Hinc factum ut li-
» brorum Veteris Testamenti alii eâ linguâ
» editi fontem Hebraicum, alii L X X I I.
» versionem, sive ex ea immediatè, sive
» (quod de plerisque forsan affirmandum)
» mediante Syriacâ derivati, referant. Non
» idem ergo de omnibus judicium fieri po-
» test, de singulis seorsim pronunciandum
» erit, unde & à quo translati fuerint,
» prout cuique se obtulerint codices qui In-
» terpretum vel nomina, vel ætatem præ se B
» ferant. Nobis impræsentiarùm de Penta-
» teucho privatim prima magni operis parte
» disquirendum erit, de quo quid rationi-
» bus, si non certis, neque omnino indubita-
» tis, satis tamen (ut mihi videtur) probabi-
» libus nixi sentiamus, in medium proferre
» liceat. Horum igitur librorum versionem
» Arabicam quæ hîc edita est, celebris Ju-
» dæorum Magistro R. Saadiæ Haggaoni
» originem suam debere autumamus, licet
» ab alio quopiam subinde interpolatam.
» Neque enim opera aliùs cujuspiam pri-
» vata, ex fonte Hebraico primitùs dedu- C
» ctam facile suadet ea quæ est inter hanc
» & illam, quæ R. Saadiæ esse ab omnibus
» pro concesso habetur, in iis passim locis,
» quæ paraphrastico more interpretandi li-
» centiam sumpsit, convenientia.... At ut
» qui nullis legibus adstricti, auctorem
» quempiam Paraphrasticæ libertate inter-
» pretentur iis in locis ubi maximè à verbo-
» rum sono abeant, eosdem sensus, easdem
» dictiones adhibeant, haud sine majori
» quam quod de 72. Græcæ versioni aucto-
» ribus narratur, miraculo fieri potest, fi- D
» demque plane exuperat. Quòd tamen in
» iis versionis Arabicæ exemplaribus, con-
» tigisse videmus. Non major alibi ferè inter
» ipsa discrepantia est, quam quæ inter diver-
» sa ejusdem scriptoris apographa & aliàs oc-
» currit: in locis autem non tam secundùm
» autoris verba, quàm Interpretum mentem
» expressis, ea quæ in diversorum Interpre-
» tum versionibus haud reperitur, vel reper-
» tum iri probabile sit, concordia. Quod si
» quis R. Saadiæ opus in manus sumptum sibi
» in aliquibus mutandum censuerit, non est E
» quod novæ versionis autor habeatur; ac
» talem quidem exscriptorem nactus vide-
» tur Haggaon iste, quem ut plagii, nisi
» aliunde constaret ipsum quæ Saadiæ erant
» pro suis venditasse, iisque nomen suum
» inscripsisse, minimè arguerim, ita nescio
» an ψευδογραφίας notam facile effugerit.
» Opus enim, cui manum admovit, con-
» sulto aliquoties immutasse constat, adeo-
» que in diversum à primo ejus autore
» abiisse, ut aliud plane ab ipso sensisse ac
» ἀντιλέγειν τῷ πρωτοτύπῳ prodat «. *Hujus rei*
profert plurima testimonia Pocockius, deinde addit:

Quis non alium hic, ac diversa plane «
sentientem operi Saadiano se immiscuisse «
sentiat? Cui interim sectæ ipsum adjudi- «
cemus, nondum in comperto est. Nam «
ut à Judæo prodire potuisse hæc non te- «
mere negaverim, cum ab Aben Esra dis- «
càmus esse inter eos qui Abrahamo non «
tres Angelos, sed tres Prophetas appa- «
ruisse statuant..... Samaritanorum for- «
san genium magis hæc spirant quorum «
hanc notat hæresin Morinus, ad Gen. 5. «
& Aben Esra ad Gen. 1. quod hominem «
ad Angelorum similitudinem creatum as- «
serant, quibusque ferè solemne esse ut «
nomen Angeli Tetragrammato vel sub- «
stituant vel addant.... sunt & quæ sua- «
deant, eum à quo navata est hæc opera «
si non Mohammedanorum partibus ad- «
dictiorem fuisse, studium tamen adhi- «
buisse, ut ipsis non ingrata esset; dictio- «
nes nempe & loquendi formulæ apud ip- «
sos præcipue in usu, atque in primis no- «
mina quædam propria aliis minimè usi- «
tata. Quis enim alius Jethronem *Shoai-* «
bum appellaret? ut taceam solemnem is- «
tam ex Alcorano formulam: *In nomine* «
Dei Miseratoris Misericordis libri fronti «
præfixam: (si à MS. sit) quam non te- «
mere adhibent vel Christiani vel Judæi, «
nisi iis in libris quos eo nomine Pseudo- «
Prophetæ istius asseclis commendatiores «
esse volunt: ac certe versionem istam, «
prout characteribus Arabicis, eaque quam «
videmus forma, expressa est (à quocumque «
tandem præstitum fuerit) in Mohamme- «
danorum præcipue gratiam adornatam «
fuisse, si quis asseruerit, minime me repu- «
gnantem habebit «. *Denique quæ ipsi con-*
jecturæ ansam præbuerit, Lectori proponit.

Quicquid hujus sit, non omnia prout «
nunc se habent à Saadia prodiisse cen- «
seat necesse est qui non ipsum aliis alium «
finxerit, aliaque suis, alia Mohammeda- «
nis obtulisse, quam versutiam ab Aben «
Esra operis istius censore non nimis beni- «
gno, haud impunè, credo, tulisset; at «
vero propius videtur, ut alium quempiam «
in messem Saadianam falcem misisse cre- «
damus, eumque ortu vel Judæum, vel «
Samaritanum. Neque enim Christianum «
(orthodoxum saltem) fuisse, vel à Chri- «
stianis gratiam captare voluisse res ipsa «
docet, neque ut versionem istam omnes «
Ecclesias Orientales maximopere vene- «
rari concedamus.... «

Quando primum literis Arabicis de- «
scripta ad Christianorum Orientalium «
manus pervenerit versio ista non est quod «
statuamus, aliter quam ex conjectura post «
Abul Fedæ demum tempora factum, ob «

» eas quas innuimus rationes: nec quam A apud ipsos autoritatem consecuta sit, cum in eas propensiores videantur, quæ 72. sequantur «. *Hæc Pocockius.* † *conf. Idem in præf. ad Comment. Michæ.*

» Duplicis sunt generis versiones Arabicæ quæ leguntur in Bibliis Polyglottis Parisiensibus & Anglicanis: Libri historici ex textu Hebræo, Prophetæ autem translati sunt ex Græco, qui cum codice Alexandrino convenit magis quàm cum Vaticano. Revera & Codex Alexandrinus & Codex Prophetarum Arabicus ex B Ægypto fuerunt asportati «. *Nota marginalis apud Rich. Simon lib. 2. hist. crit. Vet. Test. cap. 16. p. 282.*

BIBLIA Arabica, *punctis vocalibus destituta, integra tamen*, sacræ Congregationis de propaganda fide jussu edita ad usum Ecclesiarum Orientalium, additis è regione Bibliis Latinis vulgatis, cum præfatione Latina 3. vol. in fol. Romæ typis ejusdem sacræ Congregationis de propaganda fide 1671.

Versio hæc facta studio Sergii Risii Ar- C *chiepiscopi Damasceni Maronitæ sub Urbano VIII. Pont. Max.* (Paulus V. ad Europæorum Christianorum commodum & utilitatem sacrorum Bibliorum Arabicam & Latinam Interpretationem promulgare decreverat ante annum 1614. *Gabr. Sionita in præfat. Psal. Arab.*) *tantùm anno 1671. plurimum recognita in lucem prodiit.*

Ex præfatione. » Cùm sacrorum Bibliorum editiones pro multitudine nationum & linguarum multiplices fuerint; editio quoque Arabica olim satis celebris & in- D tegra habita est. .... Sed hæc ipsa non modicam jacturam passa est, ita ut pleraque ejus exemplaria perierint, & in paucis, quæ superfuerant, non pauca errata ac defectus inoleverint. Hoc animadvertens Illustr. & Reverendiss. Præsul Sergius Risius Archiepiscopus Damascenus Maronita. . . . nationis suæ necessitati pro suis viribus opem ferre decrevit: præsertim quia eodem tempore nonnulli Orientalium Ecclesiarum Pastores Apostolicæ sedi, cui tunc Urbanus VIII. præerat, E supplicaverant ut editionem Arabicam recognosci, corrigi, typisque vulgari ad suorum populorum utilitatem in alma urbe juberet. Quorum precibus cum Pontifex benignè annuisset, Eminentissimis ac Reverendissimis Dominis sacræ Congregationis de propaganda fide Cardinalibus rem totam commisit. Illi verò prædicti Archiepiscopi Sergii partes esse voluerunt, plures viros tam Ecclesiasticos, tam Laicos, sacræ Theologiæ, aliarumque scientiarum Professores, & præterea variarum linguarum præsertim Arabicæ, Syriacæ, Græcæ & Hebraicæ peritos, in suis ædibus congregare, atque una cum illis Arabicum textum corrigere, suæque integritati quantùm fieri posset, restituere. «

Anno igitur post Christum natum 1625. Illustriss. hic Præsul, cœterique viri eruditissimi tantum opus summo cum studio animique ardore aggressi sunt; & exemplaribus quotquot invenerunt Arabicis collectis, ex unoquoque emendatiora & sinceriora, & quæ ex Hebraicis Græcisque fontibus purius manabant seligentes; corrupta, & ea quæ in Arabicis codicibus desiderabantur, ex iisdem fontibus & ex Bibliis Latinis vulgatis correxerunt, vel ab integro reposuerunt.... Desunt porro in hac Arabica impressione eæ quas Arabes motiones, nimirùm vocales appellant, &c. «

» Anno 1624. (*ut refert Nazarius*) quidam Ecclesiæ Orientalis præsules, in primis Archiepiscopus Aleppensis & Patriarcha Copitarum in Ægypto ab Urbano VIII. magna supplicatione postularunt, ut Biblia typis Arabicis excusa in regiones suas mitterentur, quippe quia rarissima forent msc. exemplaria, eaque parùm sincera. Designati sunt à Congregatione de propaganda fide, cui ab Urbano demandata fuerat hæc provincia, Sergius Risius Archiepiscopus Damascenus, & Philippus Guadagnolus, ut huic versioni totos se darent. Absoluta Pentateuchi versio edita fuit typis præfatæ Congregationis, cui è regione adjecta est vulgata Latina. Mortuo autem Risio totum vetus Testamentum absolvit Guadagnolus anno 1647. Inceptum est statim novum, finitum verò anno 1650. Sed cùm Joannes Baptista Giattinus bonâ fide in præfatione sua fassus esset, hanc versionem vulgatæ Latinæ non prorsus correspondere, jussu prædictæ Congregationis decretum est, ut ab Abrahamo Ecchellensi, & Ludovico Maraccio susciperetur nova illius emendatio, quæ quidem postea ad vulgatam omninò exacta est, perfectaque anno 1664. Præfatio nova, copiosissimusque erratorum index ab eodem Maraccio anno 1668. confectus est. Opus tandem prodiit anno 1671. opus, inquam, quadraginta sex annorum, cui concinnando adfuerunt plurimi Cardinales, Prælati, Regulares & Seculares, è quibus multi erant linguarum Orientalium callentissimi «, *quorum nomina indicat, prælongámque ea de re texuit narrationem Abbas Nazarius in Diario Eruditorum Italico Romæ edito 29. Januarii 1672. è quo hæc carptim exscripta sunt.*

De hac editione ita loquitur ipse Guada-

gnolae in monito ad Lectorem Arabicis suis A *Institutionibus Romae anno* 1640. *editis praefixo.* » Sacra Biblia jam nunc Arabico » idiomate hîc cuduntur sub felicibus S. D. » N. Urbani Papæ VIII. imperiis & auspi- » ciis, qui ut universo orbi sacræ doctri- » næ alimenta paucis etiam paginis tribue- » ret, excogitavit duplici pariter idiomate, » Latino & Arabico sacra Biblia cudere, » recogitans nullam terrarum esse regio- » nem quæ vel Latinam vel Arabicam non » percipiat loquelam. «

» Hæc versio ad vulgatam Latinam B » omninò facta est, barbara & inepta, *ut* » *me monuit vir doctissimus*, cujus prima vo- » lumina cùm in Orientem missa essent, » magnas turbas excitaverunt, cùm vix in- » telligeretur, & Missionarii tanquam S. » Scripturæ corruptores accusarentur; ita- » que suppressa est per multos annos, tan- » dem perfecta prodiit. «

Biblia Arabica, curâ & studio Patriarchæ Antiocheni; *Alexander Helladius p.* 17. Status præsentis Ecclesiæ Græcæ *asserit.* » Libros Ecclesiasticos etiam in C » lingua Arabica anno 1700. una cum No- » vo & Vetere Testamento curâ Patriar- » chæ Antiocheni Ducurestii prodiisse «; in fol. *Ducuresti in Walachia* 1700.

Pentateuchus Arabicus charactere Hebraico ex versione R. Saadiæ. V. *Pentateuchus Polyglottus* 1546.

Quid de ea versione senserint viri rei criticae periti, vide supra ad Pentateuchum Arabicum ms. ex ejus versione.

» Opus hoc Constantinopoli dudum D » impressum, doctorum manibus teritur » quæ tamen editio passim mendis scatet, » exemplaris aliquando forsan vitio, aliàs » eorum, qui vocales apposuerunt, Gram- » maticæ Arabicæ, linguæque proprietati » minus consonas, sive imperitia vel negli- » gentia «. *Pocockius p.* 2. *ibidem ut supra.*

Pentateuchus Mosis, stylo & charactere Arabico, *studio Th. Erpenii cum ejus praefatione Latina*, editus, in 4°. Lugduni Batav. ex typographia Erpeniana, apud Jo. Maire 1622.

» In hac Editione observavi (*inquit* E » *Jo. Henr. Hottingerus Thes. Philol. lib.* 1. » *cap.* 3.) auctorem usum exemplari He- » bræo à communibus nostris diverso, *cu-* » *jus hic lectiones varias produxit....* In cæ- » teris multa habet Interpres singularis » εὐφυΐας & industriæ indicia luculenta. Erpe- » niana hæc Editio est magis literalis quam » Saadiana translatio, adeò ut non nisi He- » braicæ linguæ peritissimi eam intelligunt. » Judæus quidam Africanus, qui eam com- » posuit à Judæorum consuetudine non re- » cedit. Hi autem ut populo sese accom- » modent, vocesque singulas explicent, » solliciti sunt propriam earum sequi signi- » ficationem ex quo stylus rudis & barbarus » efficitur. «

» Hæc versio præsertim in locis diffi- » cilioribus Chaldæum Paraphrasten se- » quitur «. *Sam. Clericus initio Variarum lection. Chald. tom. VI. Bibliorum Polygl. Londin.*

Ex Epistola dedicatoria. » Cæterùm » cùm in manus meas venisset exemplar » Pentateuchi Arabici (*quod nunc asservatur in Bibl. Leidensi cod.* 33. *Scaligeri*) cha- » ractere Ebræo, in Mauritania jam olim » à Judæis editi.... Ego quoque id paulò » diligentiùs cum textu Ebræo & transla- » tione Arabica Saadiæ contulissem, com- » peri certè eam versionem accuratissimam » esse & palmam etiam eripere Saadianæ, » &c. «

Geneseos quinque capita Arabicè & Latinè ex Polyglottis edita, studio Georgii Christiani Burcklini, in 4°. Francofurti 1700.

Geneseos quatuor prima capita ex Polyglottis Anglicanis Arabicè & Latinè. V. *Eadem Polyglotta* 1702.

Libri Geneseos capitis XI. fragmentum Arabicè ex versione Samaritanorum cum interpretatione Latina Jo. Henr. Hottingeri. V. *Ejusdem Bibl. Orient. p.* 98. in 4°. Heidelbergæ 1658.

Psalmi Arabici ex Græco. V. *Psalmi Polyglotti* 1516.

Psalmi Arabici ex versione diversa (ab editione Romanâ.) V. *Psalmi Syriaci* 1610.

Iidem Arabicè ex Græco curâ & studio Gabriëlis Sionitæ sub auspiciis Illustrissimi Savary de Breves Regis Christianissimi quondam apud Turcarum Imperatorem Legati, in 4°. Romæ è Typographia Savariana. Excudebat Stephanus Paulinus 1614.

Iidem Arabicè & Latinè ex versione Victorini Scialac & Gabrielis Sionitæ, Maronitarum, in 4°. ibidem iisdem typis 1614.

Iidem Arabicè. V. *Psalterium Polyglotton* 1663.

Iidem Arabicè, in 4°. Aleppi sumptibus Athanasii Græcorum Antiocheni Patriarchæ 1706.

Septem Psalmi Pœnitentiales Arabicè, in 8°. Romæ typis Congregationis de propaganda fide 1642.

Canticum Canticorum Arabicè. V. *Idem Polyglotton*, in 4°. Leidæ 1656.

Novum Testamentum Arabicè, ex Bibliotheca Leidensi, *juxta codicem Scaligeranum*, edente Thoma Erpenio, in 4°. Leidæ è Typographia Erpeniana 1616.

Ex praefatione. » Versio IV. Evangelio- »

» rum authorem habet Nesjulaman filium » Azalkefari juxta Erpenium : cœtera transf- » lata ex Syriaco. «

IV. Evangelia Arabicè *absque punctis, at* cum figuris, in fol. Romæ, è typogr. Medicæa typis Dominici Basæ, qui primus tunc illos efformavit 1591.

» Hæc Editio licet cum Romana (*Evangeliorum anni* 1591.) plerumque conveniat, ita ut unam eandemque versionem » plerique arbitrentur ; in multis tamen » discrepant, ut conferenti patet, & utriusque collatione collectis varietatibus liquet, quæ omnes cum ex scribæ lapsu » oriri non possint, plane aliam indicant » versionem. Autores autem quicumque fuerint, unum alterius vitulo arasse videntur. » De antiquitate vero harum versionum » non certo constat, antiquissimas tamen » fuisse patet tum ex librorum ordine, cum » Epistolis Acta Apostolorum posposita sint » in codice mſ. Erpeniano quem ordinem » ut in aliis antiquissimis Græcis exemplaribus, sic in nostro vetustissimo mſ. Alexandrino observavi ; tum ex clausula » quam scribit Erpenius in suo codice repertam esse, viz. *absoluta est hujus libri descriptio die* 16. *mensis Baunæ anno* 988. » *Martyris Justorum (Christi* 1372. «) *Walton Prolegom. XIV.* §. 22.

» Evangeliorum Interpretatio Arabica » Romæ edita est, erudita quidem illa, ad » Græci Archetypi normam fabrefacta, at » non perinde accurata «. *Dan. Huetius de claris Interpr. p.* 106.

» De auctore hujus versionis Arabicæ, » vel cujus sit antiquitatis nil certum & exploratum habemus, nec quicquam dicunt, qui eam ediderunt. Doctum tamen » fuisse hunc Arabem interpretem quisquis » fuerit, (*alter alii putant*) fatetur D. Bochartus Geogr. Sacræ part. 2. lib. 1. cap. 1. » pag. 365. « *Walton Prolegom. XIV.* §. 22.

Eadem Arabicè & Latinè *ex versione, ut videtur Joannis Bapt. Raymundi* (versio Arabica recentior ex Latino nec multi æstimanda) cum figuris, in fol. Ibidem iisdem typis 1591. 1619. *Non duplex sed eadem est editio, ut patet ex tempore editionis ad calcem voluminis annotato.*

Anton. Possevinus lib. 9. *Bibliothecæ Selectæ cap.* 25. *postquam locutus est de libris Romæ in Magni Etruriæ Ducis Typographeo jam editis, subjungit,* » Qui vero hactenus sunt absoluti, bi sunt quatuor Evangelistæ Arabico omnes idiomate : Iidem » deinde cum Latina interpretatione interlineari.... Jam vero paratur Editio Actorum Apostolorum, Epistolarum Pauli, » &c. «

Joan. Baptista Raymundus in Epist. dedicat. ad Paulum V. præfixa Grammaticæ A *Arabicæ dictæ Tasriphi è Typogr. Medicæa anno* 1610. *editæ scribit :* » Cardinalem « Ferdinandum Medicæum, qui mortuo « Francisco, Magnus Dux Etruriæ fuit, « Evangeliorum Arabico-Latinorum tria « millia exemplaria excudi jussisse ut in « Orientem mitterentur. Mandavit etiam « ut in Evangeliis Arabicis Latinitate donatis ; omnis typographiæ cura atque « opera poneretur. Quorum quidem exemplarium tria millia excusa sunt, ne qua « mora esset quin ad Dei verbum in Orien- « B tis partes transmitti possent, quod sane & « maximâ celeritate & valde feliciter Deo « bene juvante factum est. «

Prima Evangeliorum Arabicorum edi- « tio cum versione Latina, & eadem absque illa versione Romæ facta est. Nulla « reperitur initio voluminis præfatio ; neque, unde desumpta sit hæc versio, an « ex Syriacis, an ex Copticis, an denique « ex Melchitarum exemplaribus, editores « indicant. Hanc tamen non puram esse, « imò ad editionem nostram Latinam quibusdam C in locis esse recognitam facile « est dijudicare. Versioni Arabicæ cum textu Syriaco conjunctæ satis consentaneam « inveni, unde illam arbitror ex Syris potiùs quàm ex Coptis suam habere originem.... Gabr. Sionita qui hæc Evangelia Arabico stylo non sat puro scripta esse « putabat, illa recognovit, ediditque iterum in Bibliis *Polygl.* Parisiensibus, quæ « & tertiò in suis Angli excuderunt «. *Rich. Simon cap.* 18. *hist. crit. Version. N. T. p.* 211.

D IV. Evangelia Arabicè, in fol. Aleppi, sumptibus Anastasii Græcorum Antiocheni Patriarchæ 1706.

Passio Domini secundùm Matthæum Arabicè cum Latina versione ad verbum juxta editionem Romanam, in 4°. (*Leidæ*) Ex officina Raphelengii 1613.

† Caput XVII. Joannis Arabicè, ex vetusto codice mſ. Cæsareo transſcriptum, cum interpretatione Latina Petri Kirstenii. V. *Ejusdem tria Specimina Charact. Arabic. p.* 3. in fol. Breslæ 1608.

Epistola D. Pauli ad Romanos, item E Epistola ad Galatas Arabicè, ex Bibliotheca Leidensi, *Thomæ Erpenii studio editæ, juxta codicem Scaligeranum* in 4°. Leidæ, in typographia Erpeniana 1615. *Hæc versio eadem quæ deinde in Polyglottis excusa est.*

Epistola D. Pauli ad Galatas Arabicè *ex MSto Bibl. Heidelberg.* & Lat. Rutgeri Spey, in 4°. Heidelbergæ 1583.

Epistola D. Pauli ad Titum Arabicè cum Joannis Antonidæ interlineari versione Latina ad verbum, in 4°. Ex officina Raphelengii 1612.

Ex admonitione Joan. Antonidæ ad Lectorem. » Consultum duxi Epistolam hanc » D. Pauli ad Titum, cum versione mea » Latina ad verbum evulgare. Eam ego » nactus sum beneficio doctissimi viri Matthæi Sladi. Acceperat autem ille Oxonia, » transcriptam à Josepho Abudacno viro » Ægyptio. Hoc itaque exemplar fideliter » hic in omnibus expressum habes, nisi » quod aliquot quæ deerant puncta vocalia, ad normam Grammaticæ supplevi. « A

Epistolæ Catholicæ SS. Jacobi, Joannis & Judæ, Arabicè. V. *Eædem Polyglottæ* 1654. B

Epistolæ Catholicæ omnes S. Joannis Arabicè, ante aliquot secula factæ, ex antiquissimo mſ. exemplari descriptæ & nunc demum Latinè redditæ, operâ & studio Wilhelmi Bedwelli, in 4°. Ex officina Raphelengii 1612.

In nota ad calcem Epistolæ I. S. Joannis. » *Interpres* Arabs transtulit Syriacum Testamentum, non Græcum, ut ex multis locis » conferenti apparebit. *Ideò* septimus versus cap. V. desideratur apud Arabes, quia » etiam apud Syros desideratur. « C

» Hæ omnes Epistolæ cum Erpenii Editione conveniunt, unde secundùm versionem Antiochenam (*seu Syriacam*) descriptæ sunt quod & Beduellus innuit, » cum scribat non Græcum sed Syriacum » Testamentum Arabem hunc transtulisse. » Unde quæ optime à Syro redduntur, ea » ab Arabe quoque ad verbum reddita sunt; » ubi hallucinatus est Syrus, ibi & Arabs à » scopo aberravit longius «. *Walton Proleg. XIV.* §. 23. D

Eædem Arabicè & Latinè Jonæ Hambræi, in 16. Parisiis Vitré 1630. 1672. *eadem forsan editio, sed diversa versio ab ea quæ legitur in Bibliis Polyglottis.*

Epistola S. Jacobi Arabicè cum versione Latina Nicolai Panecii, in 4°. Witteбergæ 1694.

Epistola S. Judæ *Arabicè & Latinè*, Petri Kirstenii, Vratislavienſ. ex MS. antiquissimo Heidelbergensi Arabico ad verbum translata, additis notis & textuum Græcorum & versionis Latinæ vulgaris collatione. Breslæ, typis Arabicis & sumptibus autoris, in officina Baumanniana, an. 1611. in fol. E

Apocalypsis Joannis Arabicè. Impressa. *Extat inter mſſ. codd. Bibliothecæ Bodleianæ cod.* 3485.

SECTIO SEXTA.

BIBLIA ÆTHIOPICA.

MOnitum. » Lingua Æthiopica in » quam tota Scriptura sacra pridem » translata est, non est quæ apud Æthiopes nunc est vulgaris, (Amharana hæc » vocatur) sed vetus Æthiopica relictâ » Axuma Tigrensium metropoli in usu vulgari esse desiit. Joannes Potken eam nominavit linguam Chaldaicam, & characteres Æthiopicos Chaldaicos: fortè ob » linguæ similitudinem id factum; quamvis cum Chaldaica non magis quàm cum » Hebraica aut Syriaca conveniat, Arabicæ enim maximè cognata ac ejus velut » propago est; iisdem penè regulis grammaticalibus comprehenditur «. *Hæc excerpta sunt ex Ludolfo lib. 1. cap. 15. hist. Æthiop. num.* 6. 10. 11. 20.

Æthiopica Bibliorum versio tempore Apostolorum confecta. *Petrus Victor Cajetanus paradigm. de lingua Æthiopica pag.* 160. *hæc ait:* » Ac primùm quidem de » illius antiquitate non est quòd dubitemus; quando jam inde usque à Christi » temporibus & Apostolorum erat Sacer » Prophetiarum contextus isto idiomate » Æthiopico in manibus Eunuchi illius Reginæ Candacis conscriptus «. *Quid ad hæc stabilienda Victoris Palmæ auctoritas mille & quingentos post annos quàm hæc gesta esse finguntur, asserentis!*

» Sacra Scriptura in linguam Æthiopicam ex versione LXX. Interpretum » translata fuit; idque secundùm exemplar » quoddam in Ecclesia Alexandrina usitatum, quod innumeræ variæ lectiones, » quæ ex tali exemplari Bibliis Anglorum » Polyglottis insertæ sunt, indicant; ubique enim cum illis congruit versio Æthiopica, præsertim in Exodi 35. & 39. » capp. quæ in aliis codicibus miſè sunt disturbata. † (Sed & in Novo Testamento, (*inquit Jo. Millius Proleg. p.* 121.) » mirificam quandam versionis istius cum » Alexandrino nostro consonantiam observavimus.) † Verisimile sanè est, Alexandrinæ Ecclesiæ coloniam codices sacros » Metropolis suæ secutam fuisse. (*Eusebius Renaudot cap. XI.* de perpetuo Ecclesiæ » consensu *p.* 92. *aliam adducit rationem*, » nempe versionem hanc ex Coptica, proinde ex Græca 70. Interpretum concinnatam fuisse.) De auctore & tempore » versionis nihil certi compertum habeo: » probabile tamen est eam tempore conversionis Habessinorum, vel paulò post, non » verò tempore Apostolorum, ut quidam »

tradiderunt, concinnatam fuisse, & quidem à diversis interpretibus; quia vocabula rariora & difficiliora, ut sunt gemmarum nomina, non uno modo in diversis libris exponuntur. *V. notam in ima parte paginæ.* Est qui scribat (*scilicet Vanslebius*) in Martyrologio quodam Æthiopico S. Frumentium, quem Abba Salama vocari diximus, autborem versionis haberi. Id priusquam videam, pro certo non affirmaverim «. *Ita Jobus Ludolfus lib. 3. hist. Æthiopicæ cap. 4. num. 2. 3. 4. 5. 6.*

» Æthiopica veteris Testamenti versio (*inquit idem Ludolfus in Epist. ad Hottingerum ad calcem dissert. Theol. Philol. pag.* 375.) non secundùm Hebraicum textum, sed secundùm Græcam versionem facta est, idque ex ipsa versionum collatione statim cognoscitur; nam sensus Græcorum ubique in Æthiopicis exprimitur; ordo capitum & in Psalmis inscriptiones servantur, & quod omnem tollit dubitationem, voces Græcæ difficiliores non explicatæ relinquuntur.... A quo autem & quando istæ versiones factæ fuerint, & ex qua potissimùm versione Græca, nondum cognoscere potui: (*doctior factus, ex LXX. interpr. translatione conditam scribit, ut supra allatum est.*) Diversos autem fuisse Interpretes, ex eo apparet, quòd res eædem diversis vocabulis reddantur, aliter in veteri, aliter in novo. «

» Certum est, (*inquit Eus. Renaudot in observationibus suis mss ad me missis*) ex quo Mohammedani Ægyptum occuparunt, Æthiopicam Ecclesiam Ecclesiæ Alexandrinæ Jacobitarum fuisse omnino subjectam, ab eaque libros Ecclesiasticos accepisse: qui quidem non erant Græce exarati (ibi enim tum deleta erat prorsus Græcorum memoria) sed Copticâ linguâ conscripti. Cum autem Coptici ex Græcis fuerint conversi, non mirum est quod Æthiopicæ sacri codicis translationes tantam habeant cum Græco convenientiam, nec ulterius quærenda est hujus ratio. «

Idem p. 541. *tomi* 1. de perpetuo Ecclesia consensu *hæc dicit* » Librorum sacrorum versionem lingua veteri patria quæ vulgò Gheez dicitur, expressam habere Æthiopes, quæ quidem versio licet cum Græco textu conveniat, non ideo juxta LXX. Interpretum translationem, sed ex versione Coptica concinnata est. «

» Novum Testamentum ex textu Græco versum quidem habent, sed nondum purum & integrum in Europam est invectum. Romana enim editio ex lacero & mutilo exemplari facta est, cujus lacunas Tesfa-Tseionus ex Græcis & Latinis exemplaribus explere coactus fuit. Hoc observarunt viri quidam eruditi, sed causam ignorantes putaverunt versionem Æthiopicam ex vulgata Latina factam fuisse «. *Idem Ludolphus cap.* IV. *lib.* 3. *hist. Æthiop. num.* 7.

» Tutò asserere possumus (*inquit idem p.* 297. *ejus comment. num.* 6.) duas diversas versiones Novi Testamenti in Æthiopia extare. «

» Novum Testamentum in *Æthiopicum* etsi Syriaco in multis propius accedat textui quàm fontibus Græcis, ex illis tamen verisimiliter illud derivatum, abit tamen sæpè à contextu Græco «. *Jo. Henr. Hottingerus, dissert* 3. *de translat. Bibl. in ling. Vernac. p.* 241.

» Quis verus autor fuerit Æthiopicæ Bibliorum versionis? Poëta *Æthiopis* Salamam habet, alii novem viros sanctos alibi à nobis memoratos. Deinde quis ille Salama fuerit? Metropolita Æthiopiæ vocatur, & tanquam Christianæ religionis instaurator describitur; quod soli *Frumentio* competit qui alio nomine Salama dictus fuit..... Multò magis consentaneum arbitror novem illos sanctos, Christianismi in Æthiopia propagatores, Biblia Græca Æthiopicè reddidisse, idque distributâ inter se operâ «. *Ludolphus p.* 296. *comment. hist. Æthiop.*

Æthiopica sacri codicis interpretatio ex lingua Arabica. » Scribunt *PP. Societatis in Epist. annuis* (*de annis* 1607. 1608. *lib.* 1. *cap.* 15. *pag.* 28.) quòd novem illi sancti, quorum supra mentio facta est, sacram Scripturam ex Arabica in Chaldaicam, *id est Æthiopicam* linguam transtulerint. Reperiuntur etiam carmina quæ de versione librorum (*ut puto*) sacrorum ex Arabica in Æthiopicam linguam facta testantur. *Hos legere quisque potest apud Ludolfum p.* 295. *Comment. hist. Æthiopicæ, ex quo hæc exscripta sunt.* Fateor, *pergit Ludolphus*, me hic non parùm hærere; equidem S. Scripturam hic intelligi verisimile est.... Attamen Æthiopica tam veteris quàm Novi Testamenri versio quæ in Europa habetur ex Arabica lingua nullo modo facta dici potest. Pentateuchus msc. Psalrerium & quotcumque libri Biblici impressi extant, contrarium planè evincunt. Omnes enim Græcam maximè codicis Alexandrini versionem pressè & κατὰ πόδα sequuntur. *Adductis quibusdam exemplis addit:* Hinc firmiter inferri potest quòd translatio Æthiopica non ex ista (Arabica) sed ex Græca potiùs concinnata fuerit... quibus omnibus benè consideratis asserendum censeo, per libros sacros ex Arabica lingua in Æthiopicam translatos non *Biblia*, sed *Constitutiones* & *Canones*, qui *Apostolorum* nomine «

apud

» apud Æthiopes æque ac apud nos ve- A
» niunt, intelligi debere «. *Idem ibidem p.*
296.

B I B L I A linguâ Tegranâ sive Tigren-
si, quæ *nunc vulgaris* Abyssinorum est dia-
» lectus. » *Franciscus* Alvares qui multis
» annis apud Æthiopes vixit, affirmat (*in*
» *libro cui titulus*: Vera informatio de Pres-
» bytero Joanne, *Lusitanicè scripto*) ipsos
» Scripturam legere linguâ Tegianâ quæ
» Abyssinorum est dialectus. .... in quam
» tam vetus quàm Novum Testamentum
» translata fuisse ex Chaldaica vel Syriaca B
» affirmat Sabellicus in suppl. Historiæ li-
» bro 8. « *Ita Hottingerus lib. 3. part. 2. cap.*
16. Bibl. Orientalis.

Ludolfus lib. 1. hist. Æthiop. cap. 15. hæc
habet. » *Lingua* Tigrensium olim verna-
» cula fuit, cùm Reges Axumam Tigræ
» Metropolim inhabitarent; ideóque ve-
» luti totius Regni & Aulæ palmaria, pri-
» mùm scribi cœpta. Illâ omnes omninò
» libri tam sacri quàm profani, in oratio-
» ne soluta & ligata, exarati fuerunt &
» etiamnum exarantur; in eam tota Scrip- C
» tura sacra pridem translata fuit. Quod
» verò aliqui scripserunt Habessinos legere
» Scripturam sacram linguâ Tegianâ, id
» mendosum est, pro Tegrana seu Tigrensi
» linguâ atque de Æthiopica nostra acci-
» piendum. »

CODICES MANUSCRIPTI.

» P E N T A T E U C H U S, Josue, liber
» Judicum, Ruth, quatuor libri Re-
» gum, Esaias Propheta, quatuor magnis D
» voluminibus continentur, quæ referente
» Gregorio *Æthiope Ludolphi magistro*, à
» Regibus Æthiopiæ olim Hierosolymam
» missa fuerant, quique nomina sua inscri-
» pserunt, nempè *Gebra-Meskel, Isaacus &*
» *Zer-à-Jacobus*. Indè Romam in hospitium
» Habessinorum, istis autem fato functis,
» ut audivi, in *Bibliothecam Vaticanam*
» translati fuerunt. In qua multi alii codi-
» ces mss. habentur, quorum catalogum
» amicus quidam mihi misit. Et sunt sequen-
» tes: *Psalterium. Novum Testamentum. Qua-* E
» *tuor Evangelia seorsim. Epistolæ SS. Pauli*
» *& Petri. Duæ Joannis, una Judæ, una*
» *Pauli ad Hebræos. Apocalypsis & officium*
» *B. Virginis* «. *Hæc Ludolfus p. 298. 299.*
Comment. hist. Æthiopicæ.

Pentateuchus, Josue, liber Judicum, Ruth & libri quatuor Regum, 2. vol. in 4°. Codex scriptus manu Joan. Michaëlis Vanslebii anno Christi 1666. fuit Ludovici Piques Doctoris Sorbonici, *qui illum cum suppellectile libraria Bibliothecæ Dominicanorum in vico S. Honorati ex testamento legavit.*

» Est magna pars veteris Testamenti «
Æthiopici (*inquit idem Vanslebius p. 20.* «
conspectûs Operum Æthiopicorum quæ ad «
excudendum parata habet, editi anno 1671.) «
videlicet: Quinque libri Mosis, liber Jo- «
suæ, &c. ... Esse porrò hanc Æthiopi- «
cam Bibliorum versionem antiquissimam, «
& S. Athanasio supparem, testatur Mar- «
tyrologium quoddam Æthiopicum msc. «
quod asservatur in Bibliotheca Excel. «
DD. Petri Seguier Franciæ Cancellarii, «
asserens eam esse factam ab Abbate *Selá-* «
ma Abyssinorum Apostolo, quem iidem «
Abyssini alio nomine *Fremonatos* & Mar- «
tyrologium Romanum *Frumentium* appel- «
lat, minùs verò rectè in Indiam aman- «
datum dicit, cùm in Æthiopiam à S. «
Athanasio Episcopus missus fuerit; testi- «
bus Abyssinorum traditione & duobus «
Martyrologiis, quæ penès me habeo «.
Hæc ille.

En verba Martyrologii supra allati, prout
referuntur à Ludolfo p. 295. Comment. histor.
Æthiopic. » Salutem Abba Salamæ codi- «
cis Interpreti; quem ex Arabica in Æ- «
thiopicam (*linguam*) compilando expo- «
suit. Metropolita fuit Æthiopiæ, cujus «
fines illuminavit, per spiritum sanctum «
manu sua cruce signans eam «. *Adducta*
est supra Ludolfi responsio ad hanc narratio-
nem, cui addenda est hæc ratio ejusdem ibi-
dem p. 296. » De Arabica lingua vanum «
esset id asserere, quia S. Frumentii tem- «
pore Arabica S. Scripturæ versio nondum «
extabat, nec lingua ipsa ante Mahum- «
medis tempora ullius pretii erat: »

Quidam scriptores non minoris fidei, quam
author à Ludolfo laudatus, putant Salamam
alium esse à Frumentio.

» Post Bibliothecam Vaticanam in Bi- «
bliotheca Segueriana Lutetiæ Parisiorum «
plures quam uspiam alibi libri Æthiopici «
reperiuntur, *inquit ibidem Ludolfus.* Cata- «
logum eorum rogantibus hæredibus ipse «
feci.... quorum recordari possum, se- «
quentes sunt. Genesis in 4°. Codex iste «
aliquot in locis discrepat à codice Penta- «
teuchi Vaticano «. *Bibl. Segueriana p. 31.*
Catalogi librorum msc. ejusdem Bibliothecæ.

Fragmentum Job & Danielis. *Ibidem p. 32.*

Psalterium cum Cantico Canticorum & Hymnis veteris Testamenti, bis in 4°. & bis in 8°. *Ibidem p. 32. & seqq.* Sex vel septem codices Psalterii una cum Cantico Canticorum, & Hymnis veteris Testamenti in hac Bibliotheca inveniuntur. *Ludolfus p. 299. commentarii hist. Æthiop.*

Idem codex quem primus edidit Joan. Potken. *Florentiæ Bibl. S. Laurentii plut. 1. cod. 25. Bibl. Leidensis cod. 17. Scaligeri p. 405. Catalogi in folio. Bibl. Thomæ Gale*

in Anglia codd. 449. 490. *num.* 6283. A
6334.

Idem codex membranaceus, in 8°. *Bibl. Vaticana*; *Assemanus p.* 632. *Bibl. Orientalis*. Idem *Berolini*, *Bibl. Brandeburgica*, *Ludolfus ibidem*. Idem codex in 12. fuit olim Pocockii, *Bibl. Bodleiana cod.* 5329. Idem Amstelodami, *Bibl. Petri Van Dam Societatis Indiæ Orientalis Advocati. Tribus hisce postremis codicibus usus est Ludolfus in editione Psalterii Æthiopici anno* 1701. *publicata, ut in præfatione testatur.* B

Hottingerus dissert. Theologico-Philolog. III. 239. *observat* » Æthiopicam hanc » Psalmorum traductionem fere semper exprimere versionem Græcam LXX. Interpr. interdum quoque Syram, nec raro » convenire cum Arabica; aliquando autem à reliquis versionibus omnibus recedere, non minus quam à textu Hebræo «. *Hæc etiam monet de Cantico.*

Novum Testamentum Æthiopicè. *Bibl. Vaticana*, *Ludolfus.*

Novum Testamentum Æthiopicæ ex C versione Ludovici de Azevedo S. J. » In » Æthiopicum seu Amaranum sermonem, » qui Curialis in Æthiopia est, transtulit » (*Lud. de Azevedo*) Testamentum novum, » illudque una cum Ludovico Caldeira re- » censuit, *Alegambe in Bibl. Scriptorum* » *Societ. Jesu p.* 307. Hic pervenit in Æ- » thiopiam anno Domini 1605.

IV. Evangelia, bis in fol. & semel in 4°. variæ versionis. Majus exemplar convenit cum codice impresso, minus vero cum msc. Matthæi & Marci Bibliothecæ D Regiæ, *Ludolfus pagina* 299. *Commentarii Hist. Æthiopicæ. Bibl. Segueriana.*

IV. Evangelia Æthiopicè. *Romæ*, *Bibl. Vaticana*, *& Bibl. Collegii Romani*, *Cornelius à Lapide*, *proœmio in Evangelia cap.* 3. *ubi hæc ait:* » Romæ in Bibliotheca » Vaticana & in nostra Collegii Romani » reperi Evangelia Copticè seu Ægyptiacè, » Æthiopicè & Persicè conscripta, illaque » vetusta.

Evangelia Matthæi & Marci. » Hæc, » *juxta Ludolfum*, plurimum differunt ab E » impressis ut vix versus unus cum altero » conveniat, nam paraphrasis magis est » quam versio «. *Bibl. Regia.*

Acta Apostolorum; XIV. Epistolæ; *bis*, VII. Epistolæ Canonicæ *bis. Bibl. Segueriana*, *Ludolfus.*

Acta Apostolorum & Epistolæ Pauli Æthiopicè. V. *Eadem Polyglotta cod. H.*

Epistolæ S. Pauli Æthiopicè. *Florentiæ*, *Bibl. Medicæa Palatina cod.* 393. *Renaudot.*

Epistolæ S. Pauli & S. Petri; duæ Joan. & una Judæ, & Apocalypsis. *Bibl. Vatic.*

Libri typis excusi.

GENESEOS capita quatuor priora, cum versione Latina duorum priorum, studio Theodori Petræi, in 4°. Lugduni Batavorum sumptibus authoris 1660.

Eadem Æthiopicè & Latinè, studio Georgii Christiani Burcklini, in 4°. Francofurti 1696.

Eadem Æthiopicè & Latinè, studio Georgii Othonis. V. *Eadem Polyglotta*, in 4°. 1702.

Eadem Æthiopicè & Latinè, studio Benedicti Andreæ Staudacheri, in 4°. Francofurti ad M. Martini Fulde 1707.

Liber Ruth, Æthiopicè ex vetusto msc. recens ex Oriente allato, & Latinitate fideliter donatus, nunc primum in lucem editus à Joan. Georg. Nisselio, in 4°. Leidæ typis authoris 1660.

Psalmi & Canticum Canticorum Æthiopicè, studio Joannis Potken cum ejus præfatione Latina, in 4°. Romæ 1513.

Iidem Æthiopicè. V. *Psalmi Polyglotti* 1518.

Iidem Æthiopicè cum notis Edmundi Castelli variisque lectionibus. V. *Biblia Polyglotta Londinensia* 1657.

Iidem Æthiopicè, cura Jobi Ludolfi, *juxta tres supra laudatos MSC. codices*, in 4°. Francofurti ad M. Martini Jacquet 1701.

Idem Æthiopicè & Latinè ex versione Joannis Henrici Michaëlis cum variis lectionibus & notis philologicis, cura ejusdem Ludolfi, in 4°. Ibidem, iisdem typis 1701.

Canticum Canticorum Æthiopicè. V. *supra Psalmi* 1513.

Idem è vetusto codice summa cum curâ erutum, à quammultis mendis purgatum, & nunc primùm Latinè translatum, cui apposita est versio Arabica cum versione Latina, ut & Symbolum S. Athanasii vocalium notis insignitum, à Joan. Georgio Nisselio, cum quibusdam Canticis veteris & Novi Testamenti Æthiopicè, in 4°. Leidæ typis auctoris 1656. *Hæc versio Latina juxta Ludolfum indocta.*

Idem Æthiopicè & Latinè ex versione Edm. Castelli. V. *Biblia Polyglotta Londinensia* 1657.

Idem Æthiopicè, cura Jobi Ludolfi, in 4°. Francofurti ad Mœn. Martini Jacquet 1701.

Prophetia Joëlis Æthiopicè, interpretatione Latina ad verbum donata & perbrevi harmonia vocum Hebraicarum & Arabicarum illustrata, labore & studio Theodori Petræi, in 4°. Leidæ, sump-

tibus authoris, typis Nisselianis 1661.

Prophetia Jonæ Æthiopicè & ex Æthiopico in Latinum ad verbum versa & notis atque adagiis illustrata, nunc primum publicata à Theodoro Petræo, in 4°. Ibidem, iisdem typis 1661.

Jonas vates Æthiopicè & Latinè, studio Benedicti Andreæ Staudacheri, in 4°. Francofurti 1607.

Prophetia Sophoniæ Æthiopicè summa diligentia ad fidem vetustissimi msc. codicis fideliter in Latinum versa, nunc primum cum reliquis Prophetis minoribus in Europam allata, & publici juris facta à Joanne Georgio Nisselio, in 4°. Leidæ, typis Nisselianis 1660.

Vaticinium Malachiæ Æthiopicè, Latino idiomate donatum, nunc primum publici juris factum à Theodoro Petræo cum septem commatibus cap. 56. Esaiæ, in 4°. Ibidem 1661.

Novum Testamentum cum concordantiis Evangelistarum Eusebii lingua *Gheez*, id est libera & quæ vulgo dicitur Chaldæa, (*verius Æthiopica*,) *scilicet quatuor Evangelia, Apocalypsis, Epistolæ Canonicæ, Epistola ad Hebræos & Actus Apostolorum*, quæ omnia Fr. Petrus Æthiops auxilio priorum sedente Paulo III. Pont. Max. & Clandio illius Regni Imperatore imprimi curavit anno salutis 1548. cum præfatiooe Latina, (*in qua auctor ait:* » Habes hic Chr. Lector, sanctum Evangelium » & cœtera novæ Legis opera Æthiopico » idiomate, Æthiopicis characteribus im» pressa) « in 4°. *Ad calcem*: Impressum est opus hoc Romæ per Valerium Doricum & Lndovicum fratres Brixianos anno Virginei partus 1548.

Ad calcem Evangelii S. Matthæi hæc leguntur: » Memores estote nostrum in » orationibus vestris sanctis, scilicet fratrum » vestrorum Tesfa-Sionis (*seu Petri Sioni*» *tæ*) Malhesini; Tensea-Waldi & Zaslas» xi: Petri, Pauli & Bernardini, quoniam » omnes nos filii (*sumus*) patris nostri *Tecla* » *Haimanoti* monasterii Romani *Mons Li*» *bani (dicti)* «. *Ex Ludolfo p. 194. Comment. hist. Æthiop.*

Ex Epistola quæ est ad calcem Evangeliorum. » Adverte, Lector, quod Epistola » ad Hebræos suo loco non est, posita est » autem à nobis ante Actus Apostolorum. » Hoc autem ideo factum est, quia cum » quatuor Evangelia, Apocalypsim, septem » canonicas Epistolas & Acta, typis jam » hinc biennio excudi fecerimus, Pauli Epi» stolas Italiæ non habebamus, nisi illam » quæ est ad Hebræos. «

In Epilogo Actuum Apostolorum. » Ista » Acta Apostolorum maxima sui parte versa » sunt Romæ è lingua Romana (*hoc est La-*

A *tina*) & Græca in Æthiopicam propter « defectum Archetypi; id quod addidimus & vel omisimus, condonate nobis, vos au- « tem emendate illud «. *Hæc ex versione Ludolfi, lib. 3. cap. 4. Hist. Æthiopicæ num. 11. † & in præfat. Lex. Æthiop. ubi hæc addit:* » Et verendum est, ne idem « in cœteris N. T. libris fecerint, quippe « Æthiops meus in multis eos differre aje- « bat ab exemplaribus mss. patriæ suæ. »

Æthiopes, qui hanc editionem curarunt, plures mutarunt libri frontispicium; primum B *enim insignibus Pauli III. Pont. Max. deinde Caroli V. Imperatoris, Gallicis tandem stemmatibus illud ornaverunt.*

Epistolæ XIII. Divi Pauli eadem lingua cum versione Latina Epistolæ Petri Æthiopis, in qua ait: (» Ego Æthiops « sum.... hic 14. Epistolarum Pauli finis « est.... præcipue vero ii qui in hoc opere « labores perpessi sunt, hi fuerunt, Petrus « *seu* Tesfa *Sionensis* Malezo filius Tecla « Haimanoth de monte Libano, in Mona- « sterio S. Stephani, quod, in Vaticano po- « C situm, Æthiopum est, & P. Paulus Gual- « terius Aretinus & Marianus Victorius Rea- « tinus in hoc & in aliis operibus adjutores « mei.... Anno Domini 1549. secundùm « vero Æthiopicam supputationem 6586. « anno Marci Evangelistæ, &c. »

Ex præfatione libri Masoreth Hammasoreth Eliæ Levitæ: » Cum degerem Ro- « mæ, vidi, & ecce tres viri Chaldæi (*Æ-* « *thiopes*) veniebant ex regno Presbyteri « Joannis, quos Papa Leo X. accersiverat, « qui cognitionem habuerunt Scripturæ « D ac linguæ Chaldæorum (*potius Æthio-* « *pum*).... Papa autem eos advocaverat « ut ex libris eorum codicem Evangelii La- « tina lingua conscriptum castigaret «. *Walton. prolegom.* 13. §. 8.

» Observandum est (*inquit idem prolegom.* XV. §. 3.) versionem hanc textum « satis fideliter plerumque reddere, verum- « que ejus sensum exprimere, obscura quo- « que loca illustrare, ita ut ex hujus cum « antiquis collatione mulrum lucis textui « oriri possit «. *Jam dixerat idem prolegom.* V. « E §. 5. » Hanc versionem in Novo Testa- « mento cum Vulgata Latina concordare, « non quod ex hac facta sit; sed quod utra- « que eosdem codices secuta sit. »

» Hæc editio plurimis mendis scaret, « *juxta Ludolfum ibid. ut supra num.* 12. 13. « Quin & statim in titulo libri Editor ve- « niam petit mendosæ editionis, ob imperitos adjutores, dicens: *O Patres mei &* « *fratres. Nolite sinistre interpretari menda* « *istius* (sc. edirionis); *qui enim impresserunt, nesciverunt legere: nos autem nescimus* « *imprimere. Itaque juverunt nos, & nos ju-* « *vimus illos, sicut cæcus cæcum juvat. Prop-* «

» *terea ignoscite nobis & illis.* Idem repetit & aliis in locis, quia satis vidit infinitis mendis scatere. Nihilominus eandem editionem denuo impresserunt Angli in Bibliis *Polyglottis*, quia aliam non potuerunt nancisci. »

Novum Testamentum Æthiopicè cum versione Latina *Dudleii Loftusii, ab Edmundo Castello recognita.* V. *Biblia Polyglotta Londinensia* 1657. *Ludolfus ait p.* 298. *Commentarii Hist. Æthiop.* » Præcedens exemplar denuo impressum fuisse Londini in opere Polyglotto, retentis mendis veteribus & novis superadditis, multis etiam in locis interpolatum, quia hiante & mutilo exemplari usi fuerunt Editores. »

Idem Æthiopicè cum eadem versione Latina. V. *Novum Testamentum Polyglotton* 1698.

» Æthiopica versio, qualis est in Polyglottis Londinensibus, tantis adhuc scatet mendis ut non caput perlegas, in quo non aliquod sed multa deprehendas menda, affirmat Jo. Henr. Hoener in observat. Philologico-criticis §. 2. Ubi & promittit se in illis mendis tollendis elaboraturum esse, eo vero loco causas tot errorum & specimina quædam affert «. *Wolphius in literis ad me datis.*

† *Jo. Potkenium, Præpositum Coloniensem, editionis Rom. N. T. curatorem male fecisse Imbonatus Bibl. Lat. Hebr. p.* 417. *observat. Fabricius Bibl. Gr. lib.* 4. *cap.* 5. *p.* 192. *similem ferè errorem deprehendit in Bibliotheca Koenigii, qui Potkenium Novum Testamentum Æthiopicum Romæ an.* 1513. *emisisse scribit, & in Catalogo Bibliothecæ Leidensis p.* 256. *num.* 40. *ubi IV. Evangeliorum versio Æthiopica Romæ an.* 1513. *per Potkenium curata recensetur. Nam Psalterium quidem Æthiopicum, supra commemoratum, Potkenius an.* 1513. *edidit, non vero Novum Testamentum; erratumque hac in re in Catalogo Bibl. Leiden. commissum fuisse, ex ejusdem collatione cum illo, qui in Appendice Bibliothechæ Orient. Hottingeri extat p.* 22. *&* 23. *manifestè patet.*

Epistolæ Jacobi, tres Joannis & Judæ, Æthiopicè & Arabicè cum punctis vocalibus & versione Latina studio Jo. Georg. Nisselii, & Theodori Petræi, in 4°. Leidæ, ex officina Elzeviriorum 1654.

Liber iste totus mendosus est, inquit ibidem Ludolfus, *& sphalmatis plenus.*

Joannes le Clerc, sive auctor Bibliothecæ univers. & histor. p. 431. *volum. I. Latinam N. T. Æthiop. à Nisselio & Petræo conditam versionem memorat. Quo in loco, quibusve fuerit typis excusa, tum libuerit indicabit? quasdam duntaxat ex Novo Testamento canonicas Epistolas Latinè versas reperimus.*

ARTICULUS SECUNDUS.

Biblia linguis aliis Orientalibus expressa, quæ nullam cum prioribus habent cognationem.

SECTIO PRIMA.

BIBLIA PERSICA.

CODICES MANUSCRIPTI.

PENTATEUCHI versio Persica, charactere Hebraico, adjecto etiam textu, sed alternis versibus. Alia est ab ea quæ Constantinopoli edita est, & Londini in Bibliis Polyglottis. *Bibl. Colbertina codd.* 2468—2469.

Ejusdem versio Persica. V. *Pentateuchus Hebraicus mss.* Y.

Pentateuchi versio Persica ex editione Constantinopolitana, charactere Persico cum punctis vocalibus ab Antonio Deusingio accurate descripta. *Auctor vitarum Professorum Groningensium p.* 214.

Eadem Pentateuchi versio, literis Hebraicis. Apographum Thomæ Mareschall è Bibliis Polyglottis descriptum. *Bibl. Bodleiana cod.* 8639 Liber Judith Persice, 4. *Ibidem cod.* 6405.

Josue, Judices, Ruth, Esdras & Nehemias Persice, charactere Hebraico. *Codex hic & sequentes qui asservantur in Bibl. Colbertina, Hebræa habent commata versioni præfixa. Bibl. Colbertina cod.* 4602.

Libri quatuor Regum & libri duo Paralipomenon Persice, charactere Hebr. *Ibid. cod.* 4601.

Liber Job Persice, charactere Hebr. Ter. *Ibidem cod.* 4606 4607. 4608.

Libri Salomonis, Esther & Ruth Persice. *Ibidem cod.* 4605.

Isaias & Jeremias Persice. *Ibidem cod.* 4609. 4610. Prophetia Danielis Persice. *Ibidem cod.* 4603. 4604.

Duodecim Prophetæ minores Persice. *Ibidem cod.* 4610.

Psalmi Persice. Codex in 4°. *Bibl. Bodleiana codd.* 437. 3928.

Iidem Persice. *Bibl. Vindob. cod.* 49. *de Nessel.*

Psalmi Persice ex Latino. *Oxonii in Bibl. Collegii S. Joannis codd.* 15. 16. *num.* 1753—1754.

Iidem Persice ex Vulgata Latina. Codicis hujus qui fuit Thomæ Gravii versio, à Joanne Lusitano Carmelita in civitate Spahanensi elaborata est, ut initio libri liquet; & in calce additur annus quo facta est, sc. annus Hegiræ 1028. (*Christi* 1618.) in 4°. *Bibl. Bodleiana cod.* 3776.

De hoc & sequenti codice num. 3044. *hæc ait Waltonus Prolegom. XVI.* §. 8. » Horum neutrum in Editione Anglicana exhibetur, quod licet diversæ plane sint versiones, uterque tamen valde recens. Unam studio cujusdam Fratris Carmelitæ, alteram à Jesuitis quibusdam factam, ut libri titulus indicat, deprehendimus; plurimis erroribus & solœcismis utraque scatet nec ex Hebræo fonte traductæ sed ex Vulgata Latina cujus vestigia exactè premunt. «

De hac versione ita scribit Thomas Hyde p. 26. *castigationis in Angelum de la Brosse Carmelitam, in fine tractatus Bobovii de Liturgia Turcarum editæ:* » Potuisset etiam consulere Persicam Psalmorum versionem in Ispahan Persiæ olim factam per prædecessorem suum Patrem Joannem conventus Carmelitarum ibi Præfectum, cujus quidem versionis possidemus (*in Bibliotheca Oxoniensi*) originale Exemplar authoris sigillo & ascripta manu munitum. «

Hujus sane meminit Ludovicus Jacob in Bibliotheca Magna Carmelitana quæ Parisiis msc. asservatur in Conventu Carmelitarum vulgo des Billettes. » Jo. Thaddæus à sancto Elizæo ante religionis ingressum Joannes Boldanus, Hispanus, Calaritanus, Carmelita Excalceatus in Perside Prior Aspahanensis jussu Abbas Regis Persarum è Latino in Persicum Psalmos Davidicos transtulit quos eidem Regi obtulit, *ex Petro à Valle Nobili Romano.* Is obiit anno D. 1634. «

Iidem Persice ex Latino à quibusdam Jesuitis, in 4°. *Bibl. Bodleiana cod.* 3044.

I. Psalterium Persicum, ex codice literis Hebraicis exarato, Persicis vero descriptum elegantissime; & variæ lectiones inter lineas ex duobus aliis exemplaribus, cura Joannis Baptistæ Vecchietti Florentini anno 1601. Harmuziæ. II. Isaias, Jeremias, Baruch charactere Persico. III. Parabolæ Salomonis, Ecclesiastes, Canticum Caoticorum, Esther, charactere Persico. IV. Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum Canticorum Persice, litera Hebraica, præmisso singulis versiculis textu Hebræo. V. Liber Esther Persice charactere Hebr. cum textu ut supra. VI. Tobias & Judith Persice charactere Hebræo scriptus liber anno 1912. Græcorum, Christi 1600. VII. Quatuor Evangelia Persice elegantissime scripta. *Hi septem codices sunt in Bibliotheca doctiss. Viri Eusebii Renandot, juxta quem* in Perside maxime floruisse gentem Judaicam probat versio integra S. Scripturæ in linguam Persicam.

» Insignis est præ cœteris Codex Persicæ Psalmorum ex Hebræo versionis de qua *Joannes Baptista Vecchietti Florentinus,* judicium ultimis foliis adjecit suum, ex quo intelligere licet, non eum modò vulgaris tunc linguæ, sed veteris etiam, stylique illius reconditioris poetarum peritissimum fuisse; quòd etiam notæ pluris codicibus adjunctæ palam faciunt «. *Eus. Renaudot in Epist. sua dedicatoria, Historiæ Patriarcharum Alexandrinorum Jacobitarum.*

Novum Testamentum Persice. *Bibl. Lambethana, Crowæus; forsan* IV. *Evangelia.*

Evangelium Persice. Codex hic ex originali transcriptus est anno 790. Maurorum, (*hoc est Christi* 1388.) sed originale ipsum longe est antiquius; & missus fuit à Hieronymo Xavier S J. ex civitate Agra ad Collegium Romanum, ubi illo usus sum, *ait Cornelius à Lapide capitul.* 3. *proœmii in Evangelia.*

IV. Evangelia Persice *ex Syriaco, Interprete Simone F. Joseph Al Tabrizi seu Taurinensi, Persa Christiano juxta Thom. Hyde.* Hæc versio quæ, *juxta Waltonum*, omnium antiquissima est & optima, inserta fuit tomo V. Bibl. Polygl. Londin. *Quandonam descripta fuerit, colligitur ex verbis quibusdam ad finem libri. Verba ex Persico tralata ita se habent.* Absoluta sunt quatuor Evangelia in urbe Christianis habitata Caffa die tertio septimanæ, nono mensis Tamuzi qui Latinè dicitur Julius, anno 1341. Christi Messiæ, per manum Simon Ibn Joseph, Ibn Abraham, Al Tabrizi.... & scriptum fuit per mandatum & consilium Domini & Regis sui Ibn Sahm Addaula, Ibn Scirana, cognominati Teflizi. Hic codex in 4°. fuit Eduardi Pocockii. *Bibl. Bodleiana cod.* 5453.

» Persicæ hujus interpretationis authorem, Syriacum non vero Græcum Evangeliorum contextum sibi vertendum proposuisse multis indiciis liquido constat. Hinc est quod Syriaca vocabula interdum retineat, eorumdem interpretationem illico adjungens.... Sæpissime vero sui ipsius Interpres est, h. e. Persicas & Arabicas voces (Persis familiares & receptas) aliis veluti notioribus reddit..... Interdum Syriacas voces haud satis animadvertendo, hallucinatur & impingit. ... Crebro liberius spatiatur & paraphrasten magis quam interpretem agit, multa de suo explicationis causa adjiciens.... Multa Evangelico textui assuit & adjungit, quorum in Græcis & Syriacis codicibus neque vola neque vestigium est. Illud quoque monendum est aliqua variis in locis prætermissa esse, quod plerumque

» non interpreti, sed ei potius qui eodicem exscripsit, imputandum censeo, cujus fidem & diligentiam hic sæpè desideramus «. *Ita Thomas Gravius præfat. in variantes lectiones Persicat tomo* VI. *Bibl. Polyglot. Londin. insertas.*

IV. Evangelia Persice oum expositione Latina. Codex iste fuit olim Joan. Bapt. Raymondi. *Labbe p.* 253. *Novæ Bibl. msc. quem in Biblioth. Vaticana non asservari me certiorem fecit Eusebius Renaudot.*

IV. Evangelia Persice. Exemplar charta pulcherrime descriptum quod cum versione sua Latina edidit Abraham Whelocus. *Cantabrigiæ Bibl. Collegii Emmanuelis cod.* 64.

Eadem Persice. Codex Guill. Laudi. *Bibl Bodleiana cod.* 395.

» Utriusque postremi codicis versio recentior est præcedenti, &, ut quidem videtur, ex Græco traducta «. *Gravius ibidem; aliter sentit Eusebius Renaudot.*

Eadem Persice, ter. *Bibl. Leidensis codd. Warnerian.* 291. 675. 701. *p.* 410. *Catalogi in folio.*

Evangelium Christi Persice, in 4°. *Bibliotheca Vindobonensis cod.* 49. *de Nessel.*

Idem. V. *Supra inter codices Eusebii Renaudot.*

» Evangeliorum quoque Persicæ quædam habentur Interpretationes quarum una præ cæteris celebratur; antiquam eam esse ferunt, ad Syriaca exactam & paraphrastice extra metas exspatiantem «. *Dan. Huetius de claris Interpr. p.* 108.

IV. Evangeliorum versio Persica, interprete Petro à Matre Dei Carmelita. *Hujus versionis mentionem facit Angelus de la Brosse, dictus à Sancto Joseph, in præfatione Pharmacopææ Persicæ p.* 38. *num.* 43. » Cum aliæ defuissent versiones quædam, opera & labore Theologorum nostratum, qui in Perside convenerant, castigatæ, inter quas celebratur Aspabani versio Rev. Patris à Matre Dei, linguæ Persicæ peritissimi, cujus exemplar hic exhibere valet celebris gemmarum Mercator D. Chardin Parisiensis, qui paucis ab hinc annis transcribendum illud procuravit ex autographo Bibliothecæ nostræ Aspahanensis «.

Evangelium S. Matthæi Persice. Codex recens pessime exaratus. *Biblioth. Medicæa Palatina cod.* 17. *d'Herbelot.*

Libri Editi.

PENTATEUCHI versio Persica *ex Hebræo, charactere eodem excusa*, interprete Jacobo filio Joseph Tavos seu Tawsensi Judæo *in usum Judæorum in Persia degentium.* V. *Pentateuchus Polygl.* 1546.

» Id scio Pentateuchum Persico sermone retulisse Jacobum Tawasium Judæum. . . . Archetypi Ebræi vestigia satis fideliter Interpretem hunc exequi; in nonnullis tamen, atque iis fere obscuris, lucis puto inferendæ causa, peregrina adsciscere, pauca tamen ad perfectæ interpretationis laudem superesse «. *Dan. Huetius de claris interpretibus p.* 107.

Eadem charactere Persico cum versione Latina Thomæ Hyde. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

Geneseos capita quatuor priora Persicè *Interprete Jacobo Tawoso*, & Lat. studio Georgii Othonis. V. *Eadem Polyglotta*, in 4°. 1702.

Geneseos capita duo Persicè, studio Ludovici de Dieu, in 4°. Amstelodami 1639.

Ex commonitione ad Lectorem, ad calcem Grammaticæ Persicæ: » Anno 1551. (*vel potius* 1546.) editum Constantinopoli à Judæis Pentateuchum cum Commentariis R. Salomonis Jarchi & triplici versione, Chaldaica Onkeli, Arabica R. Saadiæ, Persica R. Jacobi Tawusi filii R. Joseph Tawusi; verum omnia characteribus Hebræis, qui quoniam Persica non satis dextre interdum exprimunt, & ab iis quæ in Grammatica tradidimus variare videntur; duo prima versionis Persicæ Geneseos capita, Persicis literis & vocalibus exprimere & Grammaticæ nostræ subnectere visum fuit, quo facilior deinceps sit totius Pentateuchi Persicæ versionis, quæ contemnenda utique non est, usus majorque utilitas. «

Octo priores versus primi capitis libri Geneseos ex eadem versione literis Romanis expressi adjecta interlineari interpretatione Latina, studio Bonav. Vulcanii *edita p.* 88. *de literis & linguà Getarum seu Gothorum.*

IV. Evangeliorum versio Persica, ad verba & mentem Græci textus concinnata, & edita charactere Persico ex codice Cantabrigiensi cum Latina interpretatione & notis *in* 17. *priora capita S. Matthæi* per Abraham Whelocum, in fol. Londini editi cœpta 1651. & absoluta opera Pierson 1657. *Alius etiam titulus legitur:* Quatuor Evangelia Persice, ad numerum situmque verborum Latinè data, in fol. Londini 1652. *Evangelium S. Matthæi duntaxat editum est hoc anno, reliqua prodierunt.* 1657.

Ex præfatione. » Cum Evangeliis Persicis edendis D. Abraham Whelocus operam navasset, tres sibi msc. codices impetraverat, Oxoniensem, Cantabrigiensem & alterum Pocockianum, quorum uno descripto, cœteris collatis, fu-

» siorem in omnes commentarium destina-
» verat ; sed in medio seu potius initio ope-
» ris, præmatura morte ereptus, &c. . . .
» Post illius obitum integra prodierunt
» sumptibus viri optimi & de literis Orien-
» talibus bene meriti, Thomæ Adams ci-
» vis Londinensis «. *Walton Prolegom.* 16.
§ 9.

» Evangelia à Wheloco edita alte-
» rius versionis sunt, quam quæ in opere
» Polyglotto ; & adhuc differunt plerique
» msc. codices. Neque versio illa Wheloci
» ad Græcum facta : omnes ad Syriacum.
» Alia quoque diversa & paraphrasin sa-
» piens extat inter Persas Christianos, cu-
» jus fragmenta reperiuntur in Lectionario
» Colbertino elegantissime scripto «. *Ita Euseb. Renaudot in Epist. ad me missa.*

Idem p. 358. de perpetuo Ecclesiæ consensu *tom.* 1. » Christiani Persæ sacrum
» transtulerunt codicem ex Syra versione,
» quâ utuntur Nestoriani, at nulli codices
» præter Evangelia reperiuntur. Aliæ trans-
» lationes, sicut & ea quæ Constantinopoli
» & alibi edita est, Judæos habent aucto-
» res. «

IV. Evangelia Persicè, *interprete Simone F. Joseph Taurinensi* juxta codicem Pocockianum cum versione Latina Samuelis Clerici. V. *Biblia Polyglotta Londin.* 1657. *& Nov. Test. Polyglotton* 1698.

» Secundam *versionem Persicam* quam
» omnium antiquissimam & optimam judi-
» camus, tomo V. hujus operis *Polyglotti*
» inseruimus una cùm versione Latina Sa-
» muelis Clerici «. *Walton. in præfat.*

Quatuor Evangeliorum duplex apud nos (*inquit Sam. Clericus initio præfat. variant. lectionum Persicarum ibidem tomo* VI. *p.* 56.) » Persica versio habetur ; una
» recentior, ut quidem videtur, ex Græco
» traducta ; hujus exemplaria bina, ex utra-
» que Academia (Oxoniensi & Cantabri-
» giensi unum) nactus vir clariss. Abra-
» ham Whelocus in Latinum sermonem
» eam convertit, & prelo subjectam notis
» illustrare cœpit, sed morte præventus,
» opus imperfectum reliquit ; quod tamen
» viri splendidissimi *Thomæ* Adams Mæce-
» natis quondam illius munificentia haud
» penitus intercidit. Altera est quam hic
» damus, cujus licet unicum exemplar ex
» divire Eduardi Pocockii penu depromp-
» tum habuerimus, quia tamen ex Syriaco
» facta & priore antiquior visa est, eam non
» indignam judicavit Cl. D. Waltonus,
» operis hujus ἐργοδιώκτης, quæ in eo locum
» haberet.

» In ea Latino sermone donanda ita ver-
» satus sum, ut nec verborum proprietates
» negligerem, nec Persicæ phraseos, quoad
» fieri posset, vim enervarem ; sed mediam

A quandam viam ingressus, in iis quæ sæ- «
pius recurrunt locutionibus satis habui, «
in uno vel altero loco κατὰ πόδα, alicubi «
etiam minus forsan Latinè verba reddere, «
in aliis vero liberiore explicatione eorum «
sensum & interpretis mentem exprimere. «
. . . . Statueram quidem versionem totam «
recognoscere, & quasi ad incudem revo- «
care, ac plurimorum, quæ in ea occur- «
runt, rationem reddere ; sed cum aliis, «
quæ mei in hoc opere muneris fuerunt, «
distracto, festinante interim & urgente «
B prelo, id minime liceret, opportune hic «
subvenit vir doctissimus Thomas Gravius, «
cujus in hanc interpretationem exquisitæ «
animadversiones, quidquid à me hac in «
parte expectari, nedum præstari potuit, «
satis superque Lectori pensabunt «. *Hæc Sam. Clericus.*

De hac notat Hottingerus Dissert. 3. *de Transl. Bibl. in ling. Vernac. p.* 112. *& seq. quod* » etiamsi omnino ex Syriacis «
fluxerit rivulis, interdum tamen ab his «
non minus quam ab ipsis fontibus Græ- «
C cis recedat : *item*, quod alicubi magnam «
observet vocum & phrasium emphasin, «
liberior nonnumquam fit, & de suo multa «
addat, quæ nec in Græco nec in Syriaco «
extant contextu ; delectetur verborum «
æquipollentia pleonastica ; mutet nomina «
appellativa in propria & vice versa ; phra- «
sesque Mahummedicas referat ad Chri- «
stianismum «. *Hæc ille, quæ variis hic allatis exemplis demonstrat.*

D SECTIO SECUNDA.

BIBLIA TURCICA.

BIBLIA Turcica ad usum Judæorum «
literis Hebraicis. Judæi in Taurica «
Chersoneso Theodosiæ habitantes, Tur- «
cicè sacros libros legunt, ut Arabizantes «
Arabicè, & in Perside Persicè. Ubique «
tamen in peregrinis linguis exprimendis «
Hebraico charactère abuti consueve- «
runt «. *Ant. Legerus apud Buxtorfium p.*
E 78. *Bibliothecæ Rabbinicæ quartæ editionis.*

» Vetus Testamentum Judæi Taurici «
Turcicè legere dicuntur : sed qui in Tur- «
cia sunt Christiani, vel Syriacè vel Ara- «
bicè, vel Græcè, vel Ibericè, vel aliter «
legunt «. *Andr. Mullerus in Azizi Tartari fragmento* de cognotione Dei Hominis *num.* 11.

BIBLIA Turcica studio Joannis Ungnadii facta. » Joannes Ungnadius Son- «
nekius, cum antea Stiriæ & Carinthiæ «
sub Ferdinando (*I. Imperatore*) præfuis- «
set, religionis causa patriam reliquit, & «

» aliquandò Uraci (*in ducatu Wirtembergi-* » *co*) subſtitit : ubi cum incredibili propa- » gandæ religionis deſiderio arderet, im- » menſis quoque ſumptibus BIBLIA SACRA » & Theologorum aliquot ſcripta in lin- » guam Turcicam & Croaticam converti, » & ad gentes illarum linguarum peritas » transferri curavit «. *Jacobus Aug. Thua-* » *nus libr.* 36. *hiſtor. ad ann.* 1565.

BIBLIA Turcica ex verſione Ali Beigh Muhammedani in gratiam Levini Warneri facta. *Bibl. Leidenſis codd.* 390. *&* 391. *Warneri.*

Eadem. *Ibidem cod.* 1101. *p* 410. *Catalogi in folio.*

» Albertus Bobovius, patria dialecto » Bobowski, gente Polonus, ejurata Chri- » ſti fide, Ali Beigh vocatus, multa ſcrip- » ſit, præſertim Grammaticam & Lexicon » pro lingua Turcica; & circa annum 1653. » rogatu D. Baſire, Eccleſiæ Anglicanæ » catechiſmum Turcice vertit, & tota ſacra » Biblia in linguam Turcicam tranſtulit pro » Levino Warnero, qui, ut typis mandari » poſſent, tranſmiſit ea Leidam, ubi hodie » in Bibliotheca publica ſervatur mſc. » exemplar «. *Th. Hyde in præfat. libri Alb. Bobovii de Liturgia Turcarum*, 4. *Oxonii* 1690. *editi.* Pſalmos Davidis ipſius manu ſcriptos ipſe poſſideo.

† *Notandus eſt Cl. Fabricius, qui in Bibl. Gr. L. IV. cap.* 5. 202. *Bobovium & Ali Beigh diverſos auctores fuiſſe putans, utrumque Biblia Turcice vertiſſe ſcribit.*

BIBLIA Turcica. Codex membranaceus, in 8°. fuit olim Bibl. Monacbienſis. *Bibl. Vinarienſis.*

Pentateuchus, libri Joſue, Judicum, Samuelis & Regum Turcice verſi ex Hebræo, in folio. *Bibl. Leidenſis cod.* 386. *Warneriani p.* 409. *Catalogi in folio.*

Pſalmi Turcice ex verſione Bobowiski. Extabant penes Thomam Hyde. *Idem ibidem ut ſupra.*

Novum Teſtamentum Turcice redditum, opera Guillelmi Seaman, in 4°. Oxonii, Jo. Hall. 1666.

» Omnes & ſinguli Cæſaream, Ancy- » ram, Halepum, aliaſque Regiones Orien- » tales incolentes Chriſtiani aut Turcicâ » aut Arabicâ utuntur linguâ : adeoque » ſummas Anglis referunt gratias, quod » Novum Teſtamentum tam nitida lingua » Turcica edendum curaverint « : *Alexander Helladius cap.* 16. Status præſentis Eccleſiæ Græcæ pag. 289. *Idem ibidem in nota in fine paginæ.* » Novum hoc Teſta- » mentum non is qui edi curavit, in Tur- » cicam linguam tranſtulit; ſed & à Chri- » ſtiano quopiam hujus linguæ peritiſſimo » acceptum edidit, vel à Turca quodam » levi emit pretio. Sunt enim non pauci

A inter doctos Turcarum qui Novum Teſta- « mentum non tantum legunt, verùm & « meliorem interpretationem deſiderant. « *Idem Helladius jam cap. IX. p.* 137. *dixerat* : Hiſce (ſcilicet Cæſaream, Ancy- « ram, Trapezuntium, aliaſque urbes Orien- « tis incolentibus Chriſtianis) ſane gratiſſi- « mam rem Angli fecerunt, quod Novum « Teſtamentum in linguam Turcicam edi- « derint. Cum enim linguam Græcam igno- « rent, Græcæ tamen religioni addictiſſi- « mi ſunt, & ſacra Officia iis & Novum «
B Teſtamentum in Turcica lingua conſcrip- « tum cum in Aſia tum Conſtantinopoli & « in Parochia S. Conſtantini verſus ſeptem « Turres & Portam Hadrianopolitanam, « nunc in Valide-Chan, ubi plurimi mer- « catores, legi permiſſum eſt. «

Evangelia Matthæi & Joannis, lingua communi Turcica, literis & pronunciatione Gallica. Scripta Iſpahani per Dn. de Lauziere Nobilem Gallum & Nobiliſſ. Dn. Sparvenfeldio dono auctoris data Moſcuæ anno 1686. *qui hunc codicem in*
C 4°. *dono dedit Bibliothecæ Upſalienſi, ut fert p.* 48. *Catalogi librorum mſc. quibus hanc Bibliothecam ditavit.*

SECTIO TERTIA.

BIBLIA ARMENA.

ARMENICA lingua nec eſt Mater « Hebraicæ, nec ejus filia, ſi quidem « non ſcripturæ tantum diverſitate, ſed & «
D ipſis vocum radicibus, derivatorum for- « mis, variis componendi modis, item de- « clinatione, conjugatione, & conſtructio- « ne ab Hebraica toto cœlo differt «. Schroterus pag. 4. & 5. diſſertat. de antiquitate, ſatis, &c. linguæ Armenaicæ, in 4°. Amſtelod. 1711.

Armena Bibliorum verſio à S. Joanne Chryſoſtomo vel ejus ſtudio concinnata. *Sixtus Senenſis lib.* 6. *Bibliothecæ ſanctæ annotat.* 152. *dicit* » S. Joannem Chryſo- « ſtomum Novum Teſtamentum & Pſal- «
E mos Davidicos in linguam Armenicam « tranſtuliſſe «; *ſed è veteribus id refert nemo ante Georgium Alexandriæ Patriarcham qui claruit* 620. *Chryſoſtomus cum in Cucuſum Armeniæ oppidum exularet,* » invenit lar- « giente Deo quoſdam ex iis Græcè ſcien- « tes, quos Novum Teſtamentum & Pſal- « terium in vernaculam ipſorum linguam « convertere effecit, uti notitiam S. Scrip- « turæ obtinerent, &c. . . . . « *De vita S. Chryſoſtomi tom.* 8. *edit. Savillianæ* §. 59. *Verum ſcriptor iſte juxta Photium præter hiſtoriæ fidem narraſſe quædam viſus eſt. Conſtat etiam ex Palladii dialogo* de vita Chryſoſtomi

Chrysostomi » Georgium sua ut pluri- »mum fabulis intertextis descripsisse «. *Quænam igitur hujusmodi auctori, qui ducentis & amplius annis post Chrysostomi obitum res ab ipso gestas absque ullo veterum momento descripsit, fides est habenda?*

BIBLIA veteris & novi Testamenti ex Græco idiomate in Armenum translata à Moyse Grammatico, Davide Philosopho & Mampræo Armenis circa tempora Arcadii Imperatoris & S. Joannis Chrysostomi.

» Hac eadem tempestate (*scilicet Arcadii Imperatoris*) floruit etiam in Armenia celeber quidam Heremita, dictus » Mesrobus, vir planè eruditissimus & ingenio perspicax, qui cum Armenarum » tum Iberarum quoque literarum characteres accuratissime primus expressit, ac » posteris singulare hoc beneficium, quo » tot transactis seculis eorum majores expertes fuerant, dereliquit. Is igitur & » Isaac *Armenorum* Patriarcha plures in » Armenia erudierunt discipulos, quos & » Athenas ad Græcam linguam, aliasque » facultates adipiscendas miserunt. Inter » eos autem maximè omnium profecerunt » tres, videlicet MOYSES cognominatus » Grammaticus, DAVID Philosophus & » MAMPRÆUS, qui postea plerosque libros ac præsertim Bibliorum veteris & » novi Testamenti ex Græco idiomate in » Armenum transferendo, suam ipsorum » linguam mirum in modum locupletarunt, &c. *Ex historico carmine Niersesis Ghel de regibus Armeniæ num.* 490. *apud Clementem Galanum part. histor. Conciliationis Eccl. Armenæ cum Romana cap.* 7. *num.* 12.

Rem aliter narrat vitæ B. Mesropæ scriptor qui in titulo hujus vitæ vocatur CORIUN. Legitur circa initium, Mesropam » apud se statuisse viginti duos libros » veteris Testamenti transferre in Armeni- » cum sermonem, cui discipuli sui Joannes » & Joseph in eo auxilium dabant.... Illis » temporibus regnabat Theodosius Junior. » *Narrat postea quod* cogitaverint ambo » beati *Isaac Armenorum Patriarcha & Mesropa* suæ narrationis scripturam extendere » & augere interpretationes & scripta secundùm efficientiam Dei, propterea miserunt duos ex discipulis in urbem Edesæ » Eznac & Joseph, ut ex Syrorum lingua » sanctas scripturas interpretantes in linguam Armenicam literas commendarent » suæ regioni; illi autem euntes perfecerunt » jussa, &c. « *Hæc exscripta sunt ex codice Armeno Bibliothecæ Regiæ qui* Sanctologium *inscribitur, juxta versionem Oskan Vartabied, i. e. Episcopi Armeni anno* 1669. *factam.*

Eadem pene refert Moses Chorenensis lib. 3. *cap.* 53. *p.* 430. *Hist. Armenæ Amstelodami anno* 1695. *editæ, ex versione Schroteri* » Miesropus disposito Armeno alphabeto juxta illubricitatem syllabarum quæ « est in Græco, ulterius manum admovit « ad interpretationem, consultò initium « faciens à Proverbiis complevit illos & viginti duos revelatos *libros* & Novum Testamentum, transfundere in Haïcanum « (i. e. veterem Armenum) sermonem ipse « & discipuli ejus Joannes Ekelensis & Josephus Balnensis. *His omnino accensendus est* (pergit Schroterus) *ipse Moses Chorenensis Mesrobi quoque discipulus nulli secundus qui citato loco modestiæ ergo, nomen suum reticet, sed ad Isaacum, Bagratidem scribens se excusat* (ibid. cap. 65. pag. 446.) « quod prolixiorem Haïcanæ gentis historiam ei exhibere non potuerit, quia senex & valetudinarius & minime otiosus « ab interpretationibus & sanctioribus versis. *Id quod ineunte seculo V. mortuo Chrysostomo, circa annum* 410. *evenit. Hanc sententiam confirmat Theodoretus, versionem Armenam, suo tempore adornatam asserit, utpote qui anno Christi* 423. *ordinatus est Episcopus, & proinde versio illa adhuc superstes, attigit nunc ætatem* 1300. *annorum* « ita Schroterus. *Nullus est sane Theodoreti locus, si hæc dicuntur de iis quæ scripsit sermone* 5. *p.* 555. *Curationis Græcarum affectuum, ubi non agitur de S. Scripturæ versionibus, sed de dogmatibus Christianæ religionis ut videre est ad calcem præfationis hujus sacræ Bibliothecæ.*

Armena totius S. Scripturæ versio, ex Latino sermone à Bartholomæo Parvo, & Joanne Angelo ex Ordine Prædicatorum, Joanne & Jacobo Armenis anno Christi 1316. concinnata. » Bartholomæus « & Joannes Angelus Bononienses ex Latino idiomate transtulerunt in linguam « Armenicam Biblia sacra «. *Ita de Altamura cent.* 2. *Bibl. Ord. Prædic. ad ann.* 1333. Interea (*inquit Galanus ibidem ut supra cap.* 30. *num.* 14.) » Bartholomæus « & Joannes Angelus una cum Armenis « magistris Joanne & Jacobo ad translationem sacrorum librorum ex Latino in Armenum idioma sese totos dedere «. *Utinam vetustos ea de re laudassent authores, recentiores enim sunt,* (*prior scripsit anno* 1677. *alter vero* 1650.) *ut id solo duntaxat ipsorum testimonio credatur.*

Psalmi in linguam Armenicam translati, tempore Theodosii Magni. » Imperante Theodosio & regnante apud Persas Bramsapo « (*qui est Bahram alter filius Schabur, qui regnavit circa ann.* 376. *vel filius ejus Schabur tertius qui rerum potitus est circa an.* 380. *ut refert Ulmannus in serie Regum Persarum p.* 131.) » cum «

» nulli in Armenia reperirentur qui Romanam (*hoc est Græcam, hanc enim intelligit auctor*) linguam perſpectam haberent; extiterunt nonnulli, qui contra formam à magno Gregorio (*Armeniæ Epiſcopo*) præſcriptam, ſibimetipſis Armenica lingua, Pſalmos & literas & cantiones transſtulerunt. Quod audiens Theodoſius Imperator valdè ſuccenſuit Armeniis, quod traditionem à ſancto Gregorio acceptam violaſſent «. *Hæc Græce referuntur apud Jac. Gretſerum lib. 2. cap. 16. Defenſionis Bellarmini columna* 881. *quæ quidem ipſe legerat in relatione de origine errorum Armeniacorum ab ipſo reperta in quodam mſc. codice Græco Bibliothecæ Bavaricæ. De hoc auctore cujus nec nomen Gretſerus nec ætatem indicat, ferri judicium non poteſt: Ille verò quæ de Davide Philoſopho, Moſe Grammatico & Mampræo ſuperius ex Galano allata ſunt, circa librum ſaltem Pſalmorum confirmare videtur; hi enim circa illud tempus [illegible] clareſcebant.*

Codices Manuſcripti.

BIBLIA Armena *ex verſione Græca. Bibl. Vaticana, Ath. Kircherus cap. 5. Prodromi Coptici p.* 129.

» Res nota eſt (*inquit Gregorius Scholiaſtes Syrus apud Waltonum prolegom.* 13. §. 15.) quod etiamſi codices ex Græco tranſtulerunt Armeni, tamen cum Syriaco poſtea contulerunt ſuum exemplar, & illud ſingulis in locis concordare fecerunt. «

» Armena Bibliorum verſio, ut vulgo fertur, concinnata eſt ex Syra interpretatione quæ viget in Patriarchatu Alexandrino cui ſubjecti ſunt Armeni tam Catholici quàm Jacobitæ «. *Euſeb. Renaudot tom. 2. de perpetuo Eccl. conſenſu p.* 540.

Pſalmi Armenicè. Codex in folio ſcriptus à Matthia Moracca Armeno ex Ord. Prædic. Priore Carnenſi. *Bibl. Dominicanorum Pariſienſi in vico S. Honorati.*

Iidem, in fol. *Florentiæ Bibl. S. Laurentii pluteo* 1. *cod.* 10. In 8°. bis. *Bibl. Bodleiana codd.* 314. 315. *Bibl. Ludenſis cod.* 61. *Warneri p.* 408. *Catalogi in folio.*

Novum Teſtamentum Armenicè. V. *Idem Polyglotton F.*

Evangelium Armenicè. *Florentiæ Bibl. S. Laurentii plut.* 1. *cod.* 11.

IV. Evangelia Armenicè. *Bibl. Dudleii Loftuſii in Hibernia cod.* 2. *num.* 8[illegible].

Evangelia Armena. *Romæ, Bibl. Chigiana, de Montfaucon p.* 237. *Diarii Italici.*

Acta Apoſtolorum & Epiſtolæ Pauli Armenicè. V. *Eadem Polyglotta cod. H.*

Acta & Epiſtolæ Apoſtolorum & Apocalypſis Armenicè. V. *Eadem Polyglotta cod. I.*

Acta Apoſtolorum & Epiſtolæ Canonicæ Armenicè. Codex ſcriptus *anno Chriſti* 1301. *Bibl. Cardinalis Aſcanii Columnæ; Poſſevinus ad calcem Apparatus ſacri.*

Libri editi.

BIBLIA Armena *juxta verſionem LXX. Interpretum*, juſſu Jacobi Characteri Armenorum Proto-Patriarchæ adornata, & edita ſtudio Oskan Wartabied (*id eſt*) Epiſcopo Yuſchuavan in Armenia de dominatione Perſica (juvante Salomone de Leon ejus Diacono, *Chevillier p.* 271.) in 4°. Amſtelodami, æra Armenorum 1115. Chriſti 1666. *Hæc editio Armenis non fuit accepta.*

» A Mieſrobo & diſcipulis ejus adornata Codicis ſacri verſio tanta cura, tantaque veneratione à poſteris ſervata eſt ut religioni duxerint quotquot fuerunt & adhuc ſunt, Eccleſiæ Armenæ Antiſtites ac Doctores, vel verbulum antiquo textui addere aut demere, donec ea anno Chriſti 1666. ad mandatum Patriarchæ & Schmiadzenſis Domini Jacobi, indefeſſo ſtudio Archiepiſcopi Uſcani Erivanenſis, hîc Amſtelodami nitide typis mandata eſt, in forma ut loqui amant quarta majori. In hac editione ipſe Uſcan librum Siracidis ſeu Eccleſiaſticum à ſe è Latino Armenicè redditum, cœteris apocryphis (*ut aiunt Proteſtantes*) junxit. Libros ſacros V. & N. Teſtam. in capita & verſus diſtinxit, hiſtorias Biblicas laminis æneis ornavit, Parallela loca & differentias nonnullas Armenum inter & Latinum Vulgatum exemplar in margine notavit, præfationem duplicem volumini præfixit. Ex Hieronymo autem Epiſtolam ad Paulinum & librorum ſacrorum argumenta; Indicem triplicem locorum Veteris Teſtamenti de Chriſto in novo adductorum, nominum propriorum, atque rerum; item Carmen Haïtonis Minoris Armeniæ Regis qui in eodem ſe codicem ſacrum integrum deſcripſiſſe fatetur, anno Armenorum 744. (Chriſti 1295.) ad cujus autogr. hæc editio excuſa dicitur, nec non [illegible] duplicem, ad finem operis adjecit «. *Jo. Joach. Schroderus p.* 60. *diſſert. de antiq. linguæ Armenicæ.*

Exemplari quod Uſcanus Bibliothecæ Regiæ dono dedit, præfigitur Epiſtola Latina Ludovico XIV. Regi Chriſtianiſſimo ab eodem Oskan nuncupata, ejuſque ſtudio impreſſa, quæ ſic habet: » Siſtunt ſeſe, Sereniſſime Rex, aſpectui tuæ Regiæ majeſtatis longe ſplendidiſſimo ſacra hæc Biblia Armenica, à natione noſtra diu multumque deſiderata ac expetita, nunc

» vero primum in orbe Christianissimo no- A
» vis elegantibus typis excusa, magnisque
» sumptibus & summo labore & industria
» publicata, &c. Amstelod. 21. Maii 1669.
» Hæc summa fide in lucem remisit
» Uscanus juxta optimos quosdam msc. co-
» dices quos secum ex oriente attulerat,
» *inquit Rich. Simon lib. 2. cap. 16. hist. crit.*
» *Vet. Testamenti. Et addit ibidem* hanc in-
» terpretationem Armenicam, idque ex il-
» lius Episcopi Armeni ore didici, à Mose
» & Davide (*de quo supra*) sumptam fuisse
» ex Græca versione LXX. Interpretum «. B
† *Conf. Dn. de Moni seu idem Rich. Simon*
cap. 12. hist. crit. de religione & ritibus popu-
lorum Oriental. p. 137.
» Bibliorum Armenicorum recentissi-
» ma editio (quam num alia unquam ante-
» verterit, dubito) jussu Reverendiss. Do-
» mini Jacobi Armenorum Proto - Patriar-
» chæ juxta Dalmatiam adornata est, at-
» que anno Salvatoris M. DC. LXVI. æræ
» Armenorum M. CXV. Amstelodami, in
» forma, ut loqui amant, quarta majori,
» nitidissimis typis, charta purissima colum- C
» nisque divisa, historiis Biblicis pluribus
» figuris æneis repræsentatis, locisque pa-
» rallelis textui uberrimo adjectis, capiti-
» bus in certas suas partes distributis, di-
» stinctèque notatis versibus, prodiit: Novo
» Testamento singulorum librorum Bibli-
» corum argumenta subjiciuntur «. *Andr.*
Acoluthus in præfatione Obadiæ Armeni.
Idem ante dixerat » certum esse aucto-
» rem versionis sacri Codicis Armenicæ,
» quisquis ille fuerit, in veteris instrumenti
» interpretatione proto-typon, quod tunc, D
» præter Targumim, extabat unicum,
» L X X-viralem versionem elegisse, illam-
» que accurate plerumque expressisse; ita
» tamen, ut suæ ipsius libertatis non pror-
» sus fuerit immemor. «

Biblia Armenica studio Theodori
Petræi edita, in fol. Ibidem 1670. *Hu-*
jus editionis meminit Saubertus in prolego-
menis ad varias lectiones in S. Matthæum
p. 50. † *Extat in Bibliotheca Leidensi Ca-*
talogi p. 250. *num.* 16. Amstelodami *ex-*
cusa sunt opera » Uscani Erivanensis Bi- E
» blia sacra V. & N. Testamenti, in 4°.
» eadem quæ perperam Petræo adscripta «.
Schroderus p. 39. de antiq. ling. Arm.

Psalmi Armenicè, in 8°. Romæ 1565.
Venetiis anno Armenorum 1091. Chri-
stianorum 1642. Amstelodami 1661. in
4°. Ibidem 1666. in 24. Ibid. 1672. 1677.
in 8°. Massiliæ 1673. Constantinopoli,
Schroderus ibidem.

Obadias Armenus charactere Armeno
& Romano cum versione Latina & notis
Andreæ Acoluthi, in 4°. Lipsiæ 1680.
† *Textus Armenicus impressus est juxta*
modo laudatam editionem Amstelodamensem
anni 1666. cujus elegantissimum exemplum,
quo scilicet Acoluthus usus est, hodie in Bibl.
Sen. Lips. asservatur.

Novum Testamentum Armenicè, in
8°. Amstelodami 1668. Idem nitidissimis
& accuratissimis typis editum sumptibus
Thomæ Golthanensis Archiepiscopi Ar-
menorum ac diligentia summa Lucæ Nu-
rigianidis ejus ex fratre nepotis, in 8°.
Amstelod. 1698.

Illud neutiquam prætereundum (*ait* «
Jo. Millius p. 152. prolegom. in Nov. Test. «
Gr.) quod nos per literas monuit, in Ar- «
menica cœteraque omni literatura Orien- «
tali longe versatissimus Ludov. Pickius «
(*Doct. Sorbonicus.*) *Versio*, inquit, *Arme-* «
nica est antiquissima, & ex genio sua ita «
ἰλλωνίζει, *ut de verbo ad verbum Græca re-* «
ferat; unde ex ipsa jus est restituendi origi- «
nale Græcum, unde profluxit. «

SECTIO QUARTA.

BIBLIA GEORGIANA *seu* IBERICA.

Biblia idiomate veteri Georgiano,
de quibus hæc memorat Joannes Chardin
in Itinerario suo p. 131. editionis minoris
Amstelodamensis. Ex brevi Commentario Jo-
sephi Mariæ Zampi Mantuani ex ordine
Cleric. Minorum vulgo Theatinorum, qui 25.
annis in Mengrelia commoratus est. » Nul- «
lus est in gente tam rudi, tamque igna- «
ra, qui sacram Scripturam percipiat, vel «
etiam legat; paucissimi enim ex iis legere «
didicerunt, aut vetus idioma Georgia- «
num callent & intelligunt, in quod unum «
translatum habent sacrum codicem. Mu- «
lieres, hominibus paulo doctiores, histo- «
rias ex Evangeliis, quas memoriter tenent, «
quandoque narrant. «

Idem Chardinus ex eadem Zampi Rela-
tione cap. 19. Itineris Persici editi in 4°. p.
71. Tomi I. » Extant Officia Divina ac «
tota quoque Liturgia in veteri ac literali «
linguâ Georgiana, quæ à vulgari, quæ «
nunc est in usu, plurimùm differt. Varii «
quoque sunt characteres, quibus alii ad «
linguam vulgarem exarandam, iique in «
rebus civilibus sunt in usu; aliis verò «
characteribus textus sacer, officia divina «
& ea quæ religionem spectant, descri- «
buntur. Hinc pauci sunt qui linguam hanc «
calleant vel etiam intelligant. «

Idem ibid. p. 48. » Cholchensis lingua «
derivatur ex Iberica & Georgiana, quæ «
postrema è Græca ducit originem. Du- «
plex est literalis & vulgaris; paucissima «
reperiuntur idiomate literali exarata mo- «

» numenta, præter textum Biblicum aut » potius Novum Testamentum quod solum » occurritur & librum liturgiæ, qui qui» dem libri literis majusculis sunt exarati. » Hæc igitur lingua vetus jam penitus desiit, » studio ac labore duntaxat comparatur; » ideo illam nesciunt viri Ecclesiastici, licet » officium divinum quotidie recitare te» neantur. «

IV. Evangelia Ibericè. Codex membranaceus, in 4°. fuit olim Petri à Valle Patricii Romani. *Bibl. Vaticana; Assemanus p. 587. Bibliothecæ Orientalis.*

IV. Evangelia Ibericè. Codex bombicinus, in 4°. fuit etiam Petri à Valle. *Bibl. Vaticana; Assemanus ibidem.*

SECTIO QUINTA.

BIBLIA COPTICA

seu ÆGYPTIACA.

» LINGUA Coptica ea est ipsa vetus » quâ utebantur Ægyptii priusquam » sub Alexandri Magni successoribus idio» ma Græcum vulgare esset his in regioni» bus ac familiare; mixta quidem est plu» rimis dictionibus sive nominibus sive ver» bis, præsertim in rebus Liturgicis & in » Officiis divinis, at cum illæ sunt ad an» tiquæ linguæ genium & normam constru» ctæ, hæc ideo semper censenda est lin» gua Originalis «. *Eusebius Renaudot lib. 1. cap. 9. p. 71. de perpetuo Ecclesiæ consensu circa Eucharist. Gallicè scripto.*

BIBLIA lingua veteri Ægyptiaca conscripta tempore S. Antonii Abbatis, Ægyptii.

Tunc temporis aliquam fuisse in Ægypto sacri codicis scriptam lingua vulgari translationem nullus est dubitandi locus; sanctus enim Antonius sive in colloquiis diurnis, sive in paræneticis sermonibus infinita prope sacrarum paginarum loca frequentissime usurpabat. Unde merito sine ulla scientia literarum Scripturas divinas & memoriter audiendo tenuisse & prudenter cogitando intellexisse prædicatur, *ut scribit S. Augustinus proloq. libri de doctrina Christiana. Verum Græcè nesciebat:* Horum ergo verborum fui Interpres, (*inquit Palladius sub finem cap. 26. hist. Lausiacæ*) cum Beatus Antonius Græcè nesciret; *Proindeque sacras literas in linguam maternam id est Ægyptiacam conversas didicerat.*

» Copti sive Christiani, qui Ægyptum » incolunt, sua habuere Biblia scripta an» tiquo sermone Coptico, quæ adhuc reti» nent, sed quia perpaucis cognita erat lin» gua illa Coptica; novas versiones Ara-

A bicas concinnare, quæ ab omnibus intel- « ligerentur, necesse fuit; ita ut plerique « eorum libri qui Ecclesiarum usui inser- « viunt, Copticè simul & Arabicè descripti « conspiciantur.... Hæ versiones *Copticæ* « videntur esse melioris notæ, quam Ara- « bicæ; majorem enim illæ præ se ferunt « antiquitatem, & si P. Kirchero creda- « mus, ad tempora fere Concilii Nicæni « illas referemus «. *Ita Rich. Simon disq. crit. de variis Bibl. editionibus cap. 21.*

B » Quadringentis annis & amplius an- « tequam desueta prorsus fuisset lingua « Coptica, quædam extabant Arabicæ Bi- « bliorum conversiones «. *Eusebius Renaudot in observationibus suis mss.*

» Quo tempore sacrorum voluminum « in linguam Coptam facta fuerit transla- « tio huc usque cognoscere non licuit; « quantum tamen è Martyrologio Copti- « co, quod Arabicè scriptum in Maronita- « rum Collegio conservatur, colligere li- « cuit; ea facta est abhinc mille circiter & « trecentis annis, *id est anno Christi 336.* «

C (*hæc scribebat Kircherus anno 1636.*) quo « tempore, teste Nicephoro, studium sa- « crarum literarum in Thebaide, & per « totam passim Ægyptum, maxime flore- « bat; quod & dictum Martyrologium, in « prima prolusione mensis Thoth apertè « dicit, præcipuam Monachorum ejus tem- « poris occupationem fuisse sacra Biblia è « Græca, Chaldaica & Hebraica, in lin- « guam ipsis propriam, Coptam nimirum, « transferre; quæ prototypa deinde succe- « dentibus seculis, alii & alii identidem «

D describentes, numerum librorum pro « multitudine Cœnobiorum, Monacho- « rumque in immensum auxerunt «. *Ita Athan. Kircherus cap. VIII. Prodromi Coptici cap. 186.*

» Hic auctor rerum Copticarum non « fuit admodum gnarus, ejus proinde testi- « monio non facile credendum «. *Eus. Renaudot.*

Idem Abbas libro supra laudato p. 72. » Arabicæ sacrarum literarum translatio- « nes è regione Copticarum vulgo collo- «

E cantur, ut utriusque collatione Copticæ, « quarum lingua jam à mille annis non am- « plius vulgaris sola librorum lectione dis- « citur, à viris Ecclesiasticis possint intelligi « . Copticæ veteris Testamenti versiones ex « Græca LXX. Interpr. concinnatæ fue- « runt, nec ulla unquam juxta Hebraicam « veritatem facta, fuit apud Copticas in « usu. Vetustissima est sane Pentateuchi tra- « ductio, jamque à primis Christiani nomi- « nis temporibus confecta esse judicari « potest, siquidem Anachoretæ qui loca de- « serta Thebaïdos, Scetæ & Nitriæ incole- « bant, in assidua sacrarum Scripturarum «

» meditatione vitam agebant, imo & illas memoriter callebant, licet plerique in primis S. Antonius Magnus nec Græcè scirent, nec nisi interpretum ope cum alienigenis colloquerentur. Verùm quo tempore facta fuerit hæc versio nullo modo determinari potest «. *Hæc ille.*

» Lingua Coptica, (*inquit Ludovicus Pickeus*) quam legi in MSS. ante hos 500. annos scriptis, certo certius, est ipsa Pharaonica Abrahamo coæva, nisi quod non est pura sed corrupta. Versio autem certo est anterior Islamismo, seu usu linguæ Arabicæ per Ægyptum i. e. seculo VI. (*vel potius VIII.*) Jam ergo attingit Acephalorum & Jacobitarum tempora, imo & seculum quintum in quo mortuus est Hieronymus. Lingua sane tota sui juris est, plane singularis, sicut Hungarica inter tot Slavonicas. Versio non adhæret Græco ad verbum, sed sensum tantum refert, licet literas Græcorum, imo & verba ipsa adhibeat, non tamen magis Græca quam versio Muscovitica «. *Sic ille ad Joann. Millium qui hæc refert p. 167. prolegom in N. T. Gr.*

Hæc Coptica translatio (ut me monuit D. Abbas Renaudot) Græcum exemplar ad verbum sequitur.

» Coptica lingua (*inquit Jo. Harduinus p. 33. Chron. Vet. Test. editionis Parisiensis*) nec in usu uspiam terrarum est ab annis saltem ut in confesso est amplius quingentis, nec in libris quidem existit, nisi recentioribus & admodum dubiæ vetustatis ac fœdè corruptis (quales sunt interpretationes Veteris Testamenti ex Græco in linguas peregrinas;) & habet præterea voces plerasque omnes ex Græco Hebræoque deductas, deliberandum an ficta in otio censenda sit. (*Hæc sunt vestigia hominis delirantis*) nam Ægyptiaca veteris linguæ, saltem pauca quidem, eaque certissima manent vestigia in Hebraicis veteris Testamenti, in quibus & Josephi Patriarchæ cognomen, & Regum subinde nomina & nomina denique mensium in libro II. Regum Ægyptiaca sunt, Coptica verò lingua nusquam certè est in usu. «

A. Pentateuchus, Daniel & Novum Testamentum. *Extant penes D. Bernardum de Montfaucon qui de his libris hæc scribit cap. 5. Diarii Italici.* » Postremis istis otii Venetiani diebus, cum in bibliopolio quodam Biblia Coptica msc. quinque tomis offendissem, parvo ipsa ære coemi. In iis Pentateuchus, Daniel, qui rarus occurrit hac lingua, Novum Testamentum totum cum Apocalypsi, quæ haud frequens est; reliqua desunt. *p. 69.*

Idem de his codicibus ita loquitur p. 313. A *lib. 3. Palæographiæ Græcæ.* » Libri Coptici qui supersunt, non admodum vetusti sunt, nullumque hactenus vidi, qui annos plusquam quingentos præferret. Habentur autem in Bibliothecis variis, in Vaticana, Regia, Colbertina, &c. Quinque tomos Bibliorum hac lingua Venetiis emptos nos habemus, videlicet Pentateuchum, Danielem, omnesque libros Novi Testamenti cum Apocalypsi «. *Hæc ille.*

B. Pentateuchus, liber Samuelis, XII. B Prophetæ minores interprete quodam Judæo, & Evangelia ex versione cujusdam Jacobitæ aut Monophysitæ, Copticè; adjuncta est versio Arabica quæ à vulgatis aliis sæpè differt, &, ut Coptica, Græcum textum exprimit. Codex in fol. *Bibl. Regia cod. 326.*

De hoc codice Regio 326. & quatuor sequentibus sc. Psalmorum 327. Prophetarum min. 328. IV. Evangeliorum 329. Actuum & Epistol. Apostolorum 331 hæc scribit Franciscus Wilhelmus à Ramshausen cap. 2. Exercit. de Ecclesia Coptica, Jenæ anno 1666. C *edita.* » Relatum mihi memini à Dn. D. Præside (*Joan. Ern. Gerhardo*) ostensam sibi Lutetiæ Parisiorum ab illustri Gisberto Gaulmino versionem sacræ Scripturæ Ægyptiacam, lingua & literis Copticis, hoc est ad Græcorum characteres sive literas proxime accedentibus, in pergameno scriptam, quinque voluminibus in folio regali, quod opus ex Ægypto allatum quadringentorum coronatorum pretio suum ille fecerat. «

C. Pentateuchus Copticè, 3 tomis in D folio magno comprehensus Descripti fuerunt hi tres tomi, opera cujusdam Gabrielis filii Phanus, *sic enim in fine libri habetur:* » Descripsit autem hoc opus vigesimo tertio mensis Megori benedicti, anno 1115 SS. Martyrum; (*hoc est Christi* 1399.) det nobis Deus de benedictionibus eorum «. Est porro Pentateuchus hic præ reliquis singulari cura scriptus. *Bibl. Vaticana cod. 1. 2. 3. Ath. Kircherus ibidem ut supra p. 189.*

D. Pentateuchus Copticè & Arabicè. E *Bibl. Bodleiana cod. 5858.*

Idem cum Canticis Veteris & Novi Testamenti. Codex bombicinus in folio exaratus in Monasterio S. Antonii Sabbato die 14. Barmahat anno Martyrum 1102. (*Christi* 1386.) *Bibl. Vaticana; Assemanus p. 587. Bibl. Orientalis.* Aliud exemplar in fol. *Ibidem p. 617.*

Psalterium Davidis Copticè descriptum jussu venerabilis Domini Patriarchæ Gabrielis, 22. mensis Paophi anno Coptico 1082. (*Christi* 1633.) *Bibl. Vaticana cod. 8. Kircherus p. 193.*

Psalmi Coptice. *Bibl. Regia codd.* 317. A 333. *Bibl. Eduardi Bernard, Angli, cod.* 25. *num.* 7371.

Psalmi Coptice in pergameno manu antiqua. *Bibl. Bodleiana codd.* 5290. 5859.

Psalmi CLI. cum aliis hymnis & precibus, Coptice in folio. Codex vetus. *Ibid. cod.* 8630.

E. Psalmi Coptice & Arabice, in fol. *Bibl. Regia cod.* 318. in 8°. *Bibl. Bodleiana cod.* 8649. V. *Polyglotti* 1663.

Prophetæ XII. Minores & Daniel Coptice, in fol. *Bibl. Regia cod.* 318. & 316. B

Novum Testamentum Coptice. V. *Supra Pentateuchus Coptice, cod. A.*

F. Novum Testamentum totum conscriptum charactere & sermone Ægyptiaco, cum interpretatione ad verbum sermone simul & charactere Arabico. *Bibl. Vaticana, Phil. Labbe p.* 249. *Bibl. novæ librorum msc. Idem à Kirchero laudatum ut patet ex sequentibus.*

G. IV. Evangelia Coptice & Arabice. Codex in folio vetustus inter Huntingtonianos 115. ad cujus calcem legitur Cop- C » tice, » anno Martyrum Christi 790. (qui » est annus æræ Christianæ 1074.) mense » Mesouri « ita ut codex ille sit ante annos 642. conscriptus. *Bibl. Bodleiana cod.* 5861.

De hoc Exemplari & aliis duobus Huntingtonianis 5235. & 3860. *quæ in eadem servantur Bibliotheca memorat Th. Smith de Vita Huntingtoni p.* 17. » Quod hic » unum Kairæ, alterum in deserto Nitriæ, » tertium Hierosolymis reperit, D. Mares- » challo qui editionem Copticam Novi D » Testamenti tunc temporis moliebatur, » transmissa. «

H. Eadem Copto-Arabica. Codex scriptus anno 986. SS. Martyrum, hoc est Christi 1270. uti ex inscriptione patet: » Scripsit ille humilis Gabriel in Ecclesia » S. Mercurii in Ægypto (à Deo) custo- » dita, in Conventu S. Magni Antonii in » deserto Arabiæ, loco residentiæ supra » memorati doctoris in tertio Mensis Par- » mnthi anni 986. SS. Martyrum; qui » respondet quinto Rebebi Mensis jeju- » nii, anno Arabum 928. « *Bibl. Vaticana* E *cod.* 4.

In hoc codice prævie ad Evangelium S. Marci hæc habentur, *ut refert Guill. Bonjour p.* 15. *Exercitationis de rebus Copticis.* » Evangelium Patris nostri S. Apost. » & Evangelistæ & Martyris Marci. Unus » ex LXX. discipulorum Apostolorum » Latinè illud scripsit in magna civita- » te Romæ, illudque evulgavit in Ra- » coti (*seu Alexandria*) & finibus ejus, & » Ægypto & Pentapoli, & Africa & Æ- » thiopia.

Plura notatu digna habent præfatio- « nes in Evangelia, quæ extant in codice « mox laudato. Nonnulla inde exscribam, « quibus scilicet tempus designatur, quo « quilibet Evangelista scripsit Evangelium, « statuta pro annorum epocha Assumptione « Salvatoris nostri, seu ejus in cœlum As- « censione. Hæc autem epocha necessario « conjicienda est in annum æræ Christianæ « trigesimum tertium seu quartum, ducen- « tesimæ secundæ Olympiadis, cui affixit « Phlegon miraculosam hanc solis defectio- « nem, quæ tempore mortis Christi conti- « git. Id clare demonstrant hæc excerpta « ex laudatis præfationibus. «

In Evangelium secundùm Matthæum. Scriptum est hoc Evangelium lingua Hebraica in Palæstina, & promulgatum est in Jerusalem. Tum interpretatus est illud sanctus Joannes filius Zebedei, in Aspoli, anno primo regni Claudii, qui est annus nonus Assumptionis sanctæ.

In Evangelium secundùm Marcum. Pax in splendore Evangelii tui, quod tradidisti Marco Apostolo, lingua Romanorum Orthodoxorum. Et promulgavit illud in civitate Racoti *seu Alexandriæ* & omnibus finibus ejus, anno quarto Regni Claudii, post Assumptionem Salvatoris nostri anno duodecimo. Et inventum est in alio libro, quod scriptum fuerit lingua Assyria.

In Evangelium secundùm Lucam. Scripsit Antiochiæ Evangelium suum lingua Græca, anno duodecimo Claudii Regis, post Assumptionem Domini Jesu Christi anno vigesimo. Et inventum est in alio libro, quod scripserit eum Alexandriæ.

In Evangelium secundùm Joannem. Scripsit Evangelium suum Ephesi, lingua Græca, anno sexto regni Cæsaris (*Neronis*) Tarsos qui est annus tricesimus post Assumptionem D. N. & Salvatoris nostri Jesu Christi.

I. Eadem Copto-Arabica. Codex in folio, picturis ornatus, non vetustus sed pulchre scriptus. *Bibl. Regia codd.* 330. 336.

K. Eadem Coptico-Arabica. Codex scriptus anno SS. Martyrum 1303. hoc est Christi 1587. *Bibl. Vaticana.* Eadem absque nota temporis. *Ibidem cod.* 6.

Eadem Coptice cum titulis Arabicis & figuris. Codex in folio membranaceus, literis capitalibus eleganter exaratus à Michaele Metropolita Damietæ, pro Marco filio Zaraæ Patriarcha Alexandrino, cujus effigies initio libri conspicitur, quique ordinatus fuit anno SS. Martyrum 880. (*Christi* 1164.) *Bibl. Regina cod.* 329.

Eadem Copticè. Codex in folio ſcriptus anno Martyrum 946. hoc eſt Chriſti » 1230. ut patet ex hac Epigraphe: » Explicit Evangelium Joannis in pace Dei. Amen. Anno Martyrum 946. « *Bibl. Segueriana cod. Coptico* 7.

Eadem Copticè. Codex in folio inter Codices Thomæ Mareſchalli 3. ſcriptus anno SS. Martyrum 1214. hoc eſt Chriſti 1498. *Bibl. Bodleiana cod.* 5235.

Eadem Copticè in folio. *Bibl. Colbertina* 2913. *Bibl. Bodleiana inter Huntingtonianos codices* 114. *num.* 5860. *& inter codices Thomæ Mareſchalli* 6. *cod.* 8623. *Bibl. Collegii Romani*, *Cornelius à Lapide cap.* 3. *proœmii in Evangelia.*

Eadem Copticè 2. vol. in 4°. Hunc codicem deſcripſit Thomas Mareſchallus manu propria, qui tum temporis editionem Copticam Novi Teſtamenti magno & cum erudito apparatu elegantiſſimis typis ea de cauſa fuſis moliebatur. *Bibl. Bodleiana codd.* 8644. 8645.

» » Hæc verſio *Coptica Novi Teſtamenti* » non tantum profluxit ex fonte Græco, » ſed etiam expreſſa fuit ad Exemplar op» timum unumque è primævis aut certè ex » bujuſmodi aliquo deſcriptum, ut apparet ex variantibus lectionibus «. *Joan. Millius pag.* 152. *Prolegom. in Nov. Teſt. Græcum.*

» Evangelium S. Marci lingua Coptica » ab ipſo S.Marco Evangeliſta exaratum (*inquit Euſeb. Renaudot p.* 6. *Hiſt. Patriarch. Alexandr. Jacobitarum.*) » ſententia eſt » obſcuriorum quorundum Ægyptiorum » qui ex caritate erga Patriam opinati ſunt » Marcum, quandoquidem Copticis ſeu » Ægyptiis Evangelium prædicavit, Cop» ticè illud ſcripſiſſe: ita Abulbircat & » pauci alii. Hæc vero opinio nullo idoneo » teſte nititur, imò vel ex eo falſa eſt quod » Græca lingua Alexandriæ & in tota Æ» gypto vulgatiſſima erat, cum in Barca, » Pentapoli, aliiſque Provinciis, ubi tum » Eccleſias inſtituiſſe tradunt, nullus eſſet » eidem linguæ locus. «

Evangelium ſecundùm Joannem Copticè. *Pariſiis*, *Bibl. Collegii Societatis Jeſu. T.* 1. *cod.* 16.

Idem Copticè. Codex in octavo inter codices Thomæ Mareſchalli 99. In eo deeſt cap. 8. Hiſtoriæ Mulleris adulteræ. *Bibl. Bodleiana cod.* 5867.

Pars Evangelii ſecundùm Joannem Copticè. Codex Huntingtonianus 121. *Bibl. Bodleiana cod.* 8666.

Evangelium S. Joannis Copto-Arabicum. Codex bombicinus in folio exaratus, anno Martyrum 1062. (Chriſti 1346.) quem comparavit Petrus à Valle in Ægypto, anno Domini 1616. & cujus meminit Epiſt. 9. Itinerarii ſui. *Bibl. Vaticana*; *Aſſemanus p.* 587. *Bibl. Orientalis.*

Actus Apoſtolorum, XIV. Epiſtolæ Pauli & VII. Canonicæ, Copticè. Codex vetus in folio. *Bibl. Regia cod.* 331.

Actus Apoſtolorum & Epiſtolæ Pauli Copticè. V. *Iidem Polyglotti. H.*

Actus Apoſtol. Copticè. Codex in 8°. inter Huntingtonianos 116. fine & ætate carens, linguâ planè à reliquis mſſ. Copticis plane diverſa, eadem tamen cum fragmento Evangelii S. Joannis ſupra allato. Adduntur aliqua poſterioris S. Petri Epiſtolæ capita, à capite 2. Item tres Epiſtolæ Joannis & pars Epiſtolæ Judæ eadem lingua quâ Acta Apoſtolorum. *Wilkins Bibl. Bodleiana cod.* 5862.

L. Epiſtolæ Pauli IV. Canonicæ VII. Actus Apoſtolorum & Apocalypſis Copticè & Arabicè. Codex inter Huntingtonianos 119. ætatem ejus clauſula Arabica ſic exprimit, » finis fuit operis ejus inſi» gnis, benedicti, die ſecundo benedicto » (hebdomadæ) ſeptimo die menſis Thoth » benedicti anno 1399. Coptici Martyrum » ſanctorum «. Hic fuit annus Chriſti 1683. quo verſabat Huntingtonus in Ægypto, ibique illum deſcribi curavit. *Wilkins. Bibl. Bodleiana cod.* 5865.

Epiſtolæ XIV. D. Pauli, tres Canonicæ & Actus Apoſtolorum, Copticè. Codicis hæc eſt epigraphe: *Perfectus eſt liber ille in pace quæ à Domino*, die ſabbathi benedicti, 15. menſis Pharmuthi benedicti, anno SS. Martyrum 1220. Chriſti 1504. *Bibl. Vaticana cod.* 5. *Kircherus ibid. p.* 192.

Epiſtolæ Pauli, Canonicæ & Actus Apoſtolorum, Copticè. *Ibid. cod.* 71.

M. Epiſtolæ Pauli, Copticè & Arabicè, in fol. ætas non inſeritur, ſed multorum annorum eſſe primo intuitu patet. *Bibl. Regia cod.* 332.

Eædem Copt. bis. Hi duo codices inter Huntingtonianos 117. 118. lacunis pleni ſunt. *Bibl. Bodleiana codd.* 5863. 5864.

Epiſtolæ Canonicæ & Acta Apoſtolorum, Copticè. Codex in folio. *Bibl. Segueriana cod. Coptico* 2.

N. Apocalypſis Joannis Copticè & Arabicè, bis, in 4°. *Bibl. eadem cod. Coptico* 8. 9.

Eadem Copticè. In fine ponuntur ſequentia verba: Die Veneris 25. menſis Pharmuthi anno 1061. SS. Martyrum (i. e. Chriſti 1345.) & illa erat ſeptimana ſexta Jejunii ſancti. Det Deus de benedictione ſua, &c. *Bibl. Vaticana cod.* 7. *Kircherus ibid. p.* 193.

« Codices Novi Teſtamenti Bibliothecæ *Regiæ & Colbertinæ* eaſdem diſtinctiones, quæ ſunt in exemplaribus Græ- «

„ cis ex quibus facta est versio Coptica, „ conservant «. *Rich. Simon cap. 16. hist. crit. Version. N. T. p.* 291.

Libri Coptici editi.

PSALTERIUM Davidis Copticè. V. *Psalterium Polyglotton* 1663.

Novum Testamentum Ægyptium vulgò Copticum. Ex MSS. Bodleianis descripsit, cum Vaticanis & Parisiensibus contulit & in Latinum sermonem convertit David Wilkins, Ecclesiæ Anglicanæ Presbyter, in 4°. Oxonii, è Theatro Sheldoniano 1716.

Ex prolegomenis » Versionem Novi Te» stamenti in linguam Ægyptiacam primis » à Christo nato seculis scilicet vel secundo, » vel tertii initio factam esse nullus dubito » asserere. . . . Scriptores equidem illius ævi » alto silentio annum & auctores pii hujus » operis nobis haud detegunt, non obscuro » tamen argumento ex Athanasio & Palla» dio elici potest Novum Testamentum Æ» gyptium jam circa medium seculi tertii » extitisse «. Consule hunc locum. Cl. Editor codices mss. Copticos XI. Bodleianos, quibus usus est accurate describit, sicut & sex Romanos & quatuor Parisienses; versionem Latinam quantumcumque potuit, literaliter confecit.

APPENDIX.

De versione Psalmorum lingua Punica.

CUM ferme Punicus fuerit in usu apud quasdam duntaxat Africæ nationes, Punicam Psalmorum Davidis versionem, si quæ unquam fuerit, hic post Ægyptiacas versiones referre consultius mihi visum est.

Punica Psalmorum Davidis versio tempore S. Augustini. *Circa finem expositionis suæ in Psalmum* 118. *S. Augustinus hæc dicit:* » Omnes octonos versus in Hebrai» cis codicibus ab ea quæ illis proponitur, » litera incipere, ab eis qui illas noverunt » literas nobis indicatum est, quod nostri » vel Latinè, vel Punicè, quos ABECE» DARIOS vocant, Psalmos facere con» sueverunt. «

Hunc locum objiciunt plurimi, ut probent, Davidis Psalmos Punicè versos esse tempore Sancti Augustini. Verum, ibi non loquitur omnino hic Sanctus de Psalmis Davidicis, sed de Canticis seu Cantilenis Abecedariis. (Psalmum ejusmodi contra Donatistas à se conscriptum memorat ipse Sanctus lib. 2. *retract. cap.* 20.) *Præterea* » si tempore il» lius versio Punica Afris usitata fuisset, » mentionem ejus facere ille non intermi-

A sisset, cum in libris de Doctrina Christia- « na ex professo doceat, quæ præsidia sibi « comparare debeat, qui sacrarum litera- « rum intelligentiam consequi velit «. *Ita Gretserus lib.* 2. *defensionis Controv. Bellarmini cap.* 15. *p.* 814.

SECTIO SEXTA.

BIBIA MALAICA,
B *MALABARICA, seu DAMULICA, SINICA & FORMOSANA.*

GENESIS Malaicè, interprete Daniele Browerio, addita etiam versione Belgica juxta editionem anni 1637. Amstelodami 1662.

Evangelia SS. Matthæi & Marci Malaicè, literis Arabicis, ex versione Alberti Cornelii Ruyl & Belgicè, in 4°. Enchusæ 1619. Amstelodami 1638.

Evangelia SS. Lucæ & Joannis Malaicè
C ex versione Joannis Van Hasel. † recognita & emendata à Justo Heurnio, addita etiam versione Belgica, jussu & sumptibus Curatorum Societ. Indicæ Orientalis, in 4°. Amstelodami 1646.

Evangelia IV. Malaicè versa juxta translationem Belgicam anni 1637, & Actus Apostolorum Malaicè ex versione Justi Heurnii, cum versione Belgica, in 4°. Amstelodami 1651.

Eadem & Actus Apostolorum Malaicè ex eadem versione, cum præfatione An-
D glica Thomæ Mareschal (*in qua de his omnibus versionibus fuse differit*) in 4°. Oxonii, Henrici Hall 1677.

Novum Testamentum ex idiomate Græco, Latino & Belgico summa fide & cura in linguam Malaicam conversum, interprete Daniele Browerio, jussu & sumptibus 17. Curatorum Societatis Orientalis, in 4°. Amstelodami, typis Pauli Matthæi 1668.

Novum Testamentum D. N. Jesu-Christi, ex Originali textu in linguam
E Damulicam versum, in usum gentis Malabaricæ, opera & studio Bartholomæi Zigenbalg & Joan. Ernesti Grundleri, serenissimi Daniæ Regis Friderici IV. ad Indos Orientales Missionariorum, 2. vol. in 4°. Tranquebaræ in litore Coromandelino, typis Malabaticis impressit G. Adler 1714. 1715.

» Cum primis hîc commemoranda est « versio Novi Testamenti Malabarica, « opus est plane novum, sic, si usum spera- « veris, prorsus eximium, idque duobus « comprehensum tomis, quorum prior, IV. « Evangelia & Actus Apostolorum conti- « nens,

» nens, Tranquebaræ anno 1714. posterior verò, Epistolas Apostolicas, sanctamque complexus Apocalypsin, anno sequenti, uterque in forma quarta, ille majusculo Halensi, hic verò minore Tranquebarensi charactere, expressi sunt. Ipsum Novi Testamenti vertendi laborem non prius aggressi sunt Missionarii, quàm donec Damulicæ linguæ sufficientes sibi comparassent opes; quò quidem effectum est, ut stilus versionis non adscititius sit, sed nativus, accuratus ac Malabaricæ genti ad intelligendum facilis. Desudavit autem in ea concinnanda præcipue Zigenbalgius, perfecitque auxilio Dei opus die 31. Mart. 1711. quod die 17. Oct. 1708. occæperat «. *Acta Erudit. Lipsiensia, Junii* 1717. *p.* 251.

» In Vetere Testamento ad librum Ruth translatio pervenit; quæ, quamptimùm charta ex Europa Danis Missionariis missa fuerit, excudetur & minori anni spatio, quod veteris Testamenti restat, se lingua Damulica id est Malabarica sperant absolututos «. *Hæc scribebat ad me Joannes Bapt. Ottius* 20. *die Januarii* 1720.

Psalterium Sinice. *Pars Breviarii Romani à Ludovito Buglio in hanc linguam translata. Catalogus Patrum Soc. Jesu qui apud Sinas fidem Christi propagarunt p.* 24. *in* 4°. *Parisiis* 1686.

Evangelia & Epistolæ totius anni Sinice, interprete eodem Ludovico Buglio. V. *Missale Romanum lingua Sinensi ab ipso redditum. Ibidem p.* 24.

Evangelia Dominicalia totius anni Sinice, ex versione Emmanuelis Dias cum ejus commentariis, 14. vol. *Ibidem p.* 13.

Oratio Dominica, Sinice, *charactere Sinice, cum Latina versione & notis* Andreæ Mulleri Greiffenhagii, in 4°. an. 1676.

Orationem Dominicam » Sinicam hanc edo, scilicet ut specimen quoddam sit & omnium quas editurus eram, & cujuscunque peritiæ in literatura Sinica. . . . Præter hanc versionem nostram alia est, quam Angelus *Roccha in Bibl. Vatitana p.* 376. edidit, quamque ipse in *Comment. de Monumento Sinico* accentibus ornatam, at typographi culpa minus emendate, recudi feci. Præsentem autem versionem è Msto edo, & è Wilkii opere supra laudato. Ambæ hæ editiones ex amussi conspirant. Id quod tanto magis mirandum est, quod MSTum à Patribus Societatis Jesu sit, & Wilkii apographum è Catechismo Operariorum Reformatæ Religionis, &c. « *Hæc sub initio Notarum ab editore referuntur.*

Sententiæ S. Scripturæ & SS. Patrum in singulos anni dies Sinice, ex interpretatione Jacobi Rho. *Cat. Patrum Soc. J. p.* 23.

† Evangelia Matthæi & Joannis in linguam Formosanam translata, (cum versione Belgica) opera Dan. Gravii, cum ejusdem præfatione, in 4°. Amstelodami 1661.



CAPUT III.

BIBLIA GRÆCA.

SECTIO PRIMA.

ANTIQUÆ VETERIS Testamenti versiones ex Hebræo in Græcum sermonem, quarum sequens descriptio ex synopsi Scripturæ sacræ apud S. Athanasium, ex historia literaria Guill. Cave aliisque scriptoribus excerpta est.

PRIMA versio (*inquit autor Synopseos S. Scripturæ*) est Septuaginta duorum Interpretum. Hi cum Hebræi essent, electi sunt ex unaquaque tribu sex viri, & divinam Scripruram sub Ptolemæo Philadelpho Rege interpretati sunt, ducentis triginta annis ante Nativitatem secundùm carnem Domini Nostri Jesu-Christi. «

» Versio Græca LXX. Interpretum ita vocata est, quod à Magno Synedrio LXX. viris coacto fuerit approbata «. *Rich. Simon Hist. crit. Vet. Test. lib.* 2. *cap.* 2.

Cum multa sint (ut Joannis Pearsonii verbis utar initio præfat. Bibl. Græc. Cantabrigiens.) *quæ de versione septuaginta virali dici possent, in primis de illius dignitate & antiquitate, nihil tamen in præsenti dicemus, si quidem de hoc argumento viri docti multa præterito seculo scripsere, qui cum maxime inter se dissentiant, nihil adhuc certi & explorati videntur tradidisse.*

Tamen » non pretereundum (*inquit Jo. Alb. Fabricius lib.* 3. *Biblioth. Græcæ c.* 12. §. 4.) quod Aristeas & Josephus scribunt versionem hanc factam esse ex Hebraico, Philo & R. Azarias è Chaldaico, nonnulli apud Ghedaliam in Schalscheleth Hakkabala è Syriaco, è Samaritano denique Christiani doctores, Postellus & Seldenus «. *Ea de re ita scribit Waltonus Prolegom. IX.* §. 14. » Guillelmus Postellus primus (in Tab. XII. linguam) asseruit Septuaginta ex codicibus Samaritanis suam versionem confecisse. Alii verò è contra, Samaritanos ex Græca LXX. Interpretum versione Pentateuchum suum descripsisse, aiunt; in quam sententiam adducunt quidam Ludovicum de Dieu in Matth. xix. 5. & Joannem Seldenum «

T

» in Mare clauſo pag. 57. quorum tamen neuter hoc directè affirmavit. R. Azarias *lib. Maor Enaim* cap. 8. & 9. & paulo ante illum R. Ghedaliah dicunt, poſt Eſræ reditum Legem in linguam Chaldæam tranſlatam fuiſſe, in gratiam vulgi quod linguæ Hebrææ tempore captivitatis obliti, Chaldæam melius intelligerent, & hujus uſus duraſſet per totum tempus Templi ſecundi, ſed quia carebant Maſora, inter vulgus corruptam & depravatam fuiſſe, & ex hoc depravato codice Chaldaico Septuaginta ſuam feciſſe verſionem, hanc eſſe cauſam diſcrepantiarum inter eam & Hebræum, licet exemplari quod ſecuti ſunt, ad amuſſim reſpondeat «. *Hæc Waltonus.*

» ALTERA eſt Aquilæ, qui cum Sinope Ponti oriundus & Græcus eſſet, Jeroſolymis baptizatus eſt. Poſtea vero, reprobato Chriſtianiſmo, Judæis ſe conjunxit & ſacram Scripturam perverſa ratione ſub Hadriano Imperatore, tabe corporis laborante, trecentis triginta poſt LXXII. verſionem annis, interpretatus eſt «. *Autor Synopſeos S. Scripturæ.*

Hic (ut narrat Guill. Cave in hiſt. literaria num. 128. ſeculi Gnoſtici) *circa annum Chriſti* 128. *vel* 129. *novam Biblio-verſionem Græcam aggreſſus eſt, eo præcipue animo, ut LXXII. Interpretationem eluderet, & teſtimonia de Chriſto in ſcripturis prolata perverteret, atque aliter ederet: de eo ita Hieronymus ad Pammachium epiſt. de optimo genere interpretandi:* » Aquila proſelytus & contentioſus Interpres, qui non ſolum verba ſed & etymologias verborum transferre conatus eſt, jure projicitur. *Quanquam alibi de illo benignius loquitur, nempe* Aquilam non contentioſius, ut quidam putant, ſed ſtudioſius verbum interpretari ad verbum; *quæſt.* 2. *ad Damaſum tom.* 3. verborum Hebræorum diligentiſſimum explicatorem vocat, *Epiſt. ad Marcell. ibidem. Verſionem ſuam teſtante eodem Hieronymo in Ezechiel. cap.* 3. 16.40. iterata editione quam κατ᾽ ἀκρίβειαν nominant Judæi, perpolivit. *Hujus tranſlationis ſuperſunt hodie tantum particulæ, antiquorum ſcriptis hinc inde aſſutæ.* «

» Duas Interpretationes edidiſſe Aquilam exploratum eſt: primam liberiorem, ubi etſi verba ſingula Hebræa Græcè exprimere ſatageret, ſenſum tamen apte reddere curabat, neque tam ſcrupuloſè voculas omnes ſectabatur, ac cum ſeriem interturbaturas eſſe proſpiceret, repræſentare negligebat; quod verum erat Interpretis officium. Alteram deinde verſionem paravit, quæ κατ᾽ ἀκρίβειαν vocitabatur, id eſt ſecundùm accuratam vertendi rationem, ubi tanto ſcrupulo verba & voculas ſingulas Hebraicas reddere curabat, ut de ſtyli barbarie nihil cogitaret «. *D. Bern. de Montfaucon cap.* 4. *Prolegom. de Hexaplis Origenis.*

» TERTIA interpretatio eſt Symmachi. Hic cum Samaritanus eſſet, nec populo ſuo acceptus, quod primatum adfectaret, ad Judæos ſe recepit, ac ſecundo circumciſus eſt. Et ut Samaritanos ſubverteret, vertit & ipſe divinam Scripturam ſub Severo (*vel potius ſub Lucio Vero juxta Dion. Petavium in notis in Epiphan. p.* 398.) Imperatore, annis poſt verſionem Aquilæ quinquaginta ſex «. *Autor Synopſeos S. Scripturæ.*

» Duas Symmachum Editiones emiſiſſe certum videtur, ut teſtatur Hieronymus comment. in Nahum 3: 13 & in Hieremiam 20: 3. & 30: 32. Duæ etiam eæque diverſæ Symmachi lectiones adferuntur Iſa. 47: 2. Oſeæ 12: 11. Pſal. 109: 4. In libris item 1. & 2. Regum binæ nonnunquam ejus interpretationes aferuntur. Sed quia ejuſmodi exempla non ita frequentia ſunt, conjectandi locus eſt Symmachum non duas omnino diverſas Editiones emiſiſſe; ſed quam priorem emiſerat, aliquot in locis emendaſſe, verbaque alia identidem ſubſtituiſſe pro aliis. Alioqui ſi duas perinde ac Aquila, prorſuſque varias interpretationes concinnaſſet, quid cauſæ eſt, cur, cum longe elegantior & melior Interpres à multis habitus ſit quàm Aquilâ, tam paucæ tamen ex altera ejus editione lectiones adferantur, quando tot tantaque ex ſecunda Aquilæ editione ſuperſunt. Hæc conjectando ſolùm dicta ſint: res enim non ita explorata eſt, ut poſſimus ſententiam ferre. *D. Bernardus de Montfaucon cap.* 6. *proleg. ad Hexapla Origenis p.* 54. » Interpretatio Symmachi (pergit ibid. vir doctiſſimus) clariſſima & elegantiſſima omnium eſt. Res ille, ut plurimum apte ac dilucide exprimit: non verba ſingula ſcrupuloſe referre ſtudet, ut Aquila; non LXX. Interpretes preſſo veſtigio ſequitur, ut Theodotio; ſed vel in difficillimis locis ſenſum ita legenti exhibet, ut ſtatim intelligatur. Hebraiſmos raro ſectatur; ſummopereque curaſſe videtur, ne quidpiam in Græca ſerie poneret, quod Græcum lectorem Hebraicè ignarum offendere poſſet: ea tamen cautela, ut Hebraicum exemplar unicum, ſequendum ſibi proponeret, nec quidpiam ex editione τῶν ό ſibi cum Hebraico non quadrabat, in Interpretationem ſuam refunderet. «

Hæc tertia dicitur interpretatio juxta Origenis Hexapla in quibus tertio loco ponitur. » *Symmachus* (inquit Guill. Cave ibid.

» num. 201. seculi 3.) *à Judæis ad Christianos, saltem ad Ebionitas defecit; & ut popularium suorum interpretationes subverteret, simulque loca quædam de Christo, ad genealogiam præcipue spectantia, celaret, novam veteris instrumenti translationem Græcam condidit, quam secunda etiam editione perpolivit; in qua*, non ut Aquila verbum è verbo, *ut Hieronymus præfat. in Job innuere videtur, sed potius* sensum è sensu expressit «. *Franciscus Junius lib. 2. cap. 5. de Verbo Dei hunc* tertiâ vicè versionem suam æmulatione Theodotionis recensuisse *affirmat sed sine antiquo teste. Hæc leguntur in Bibliotheca seu Antiquitatibus Constantinopolitanis in 4°. Argentorati 1578. editis & alibi postea pluries.* » Symmachi Hebræi interpretatio in Psalterium David. Ejusdem interpretatio in omnia volumina veteris divinæ Scripturæ «. *Bibl. Rever. Domini Constantini Barini cod. 10. & 11.*

» Quarta Theodotionis Ephesii est. Hic cum primum hæresim Marcionis Pontici sequeretur, postea sectatoribus hæresis illius succensens, & ipse sacram Scripturam sub Commodo Imperatore, eo ipso tempore, ad subversionem prædictæ hæresis interpretatus est «. *Autor Synopseos.*

» *Theodotion fuit tempore post LXX. sacræ Scripturæ secundus Interpres; claruit, ut nos docet Epiphanius lib. de mens. & ponder. n. 70. sub secundo Commodo i. e. Marci Aurelii Veri filio circa annum 175. Hic gente Ponticus, Ephesinus ab Epiphanio & ab auctore Synopseos vocatus, forsan quia ibi habitavit, religionem Christianam deseruit & ad Judæos defecit. Ab iis literas Hebraicas edoctus, vetus Testamentum Græcè transtulit, LXX. Interpres præcipue secutus*, à quibus, *ait Hieronymus cap. 2. Comment. in Ecclesiasten*, simplicitate sermonis non discordat. *Hanc ob causam cæteris prælatus est; adeo ut Origenes, cum Hexapla sua conderet, quæ ex Hebræo deerant, ex Theodotione supplenda censeret, asteriscis notata. Quin & totam Danielis prophetiam non ex 70. sed ex Theodotionis versione & olim & hodie legit Ecclesia, unde & in codice Rupifucaldiano hunc titulum præfixum habet Danielis liber* Δανιὴλ κατὰ Θεοδοτίωνα. *Hanc translationem, quæ in Hexaplis Origenis quartum locum occupavit, edidisse dicitur Theodotion circa annum 182. vel 186. Paucula quæ supersunt fragmenta, cum Aquilæ fragmentis edita sunt* «. Ita Guill. Cave ibid. seculo 2. num. 175. *Ex ejus editione refertur historia Suzannæ in Bibliis Græcè editis.*

» *Duas olim fuisse Editiones Theodotioneas observavit hactenus nemo* (inquit eruditiss. Hody pag. 584.) nempe vir infinitæ lectionis non meminerat Huetii, qui hoc jam annotaverat lib. de Claris Interpr. « *Jo. Alb. Fabricius lib. 3. cap. 336. Bibliothecæ Græcæ.* » Theodotionis genus translationis mixtum est & temperatum, ita ut quemadmodum Aquila verbum è verbo, Symmachus sensum è sensu Hieron. præfat. in Job Vers. ex Hebr., &c. Theodotion ex utroque commixtum & medie temperatum translationis genus expresserit «. *Jo. Henr. Hottingerus dissert. de translat. Bib. in ling. Vulg. p. 108.*

Ado Viennensis in Chronico veram Interpretum horum ætatem designat; atque de tempore Hadriani Imperatoris loquens ait, » per idem tempus Aquila Ponticus Interpres secundus post LXX. oritur. Et sub Commodo Theodotion Ephesius Interpres tertius apparuit. *Idem sub Severo* Symmachus Interpres quartus agnoscitur. «

» Quinta interpretatio ea est, quæ abscondita in dolio inventa est sub Antonio Imperatore, Caracalla dicto, in Jericho, à quodam ex illis qui Jerosolymis literati erant «. *Ita author Synopseos.*

» *Complexa est hæc quinta Editio* (inquit Humphredus Hody, lib. 4. de Bibl. textibus original. cap. 1. pag. 590.) *Prophetas Minores, Psalterium, Canticum Canticorum & ut videtur Jobum. In Prophetis minoribus citatur haud rarò ab Hieronymo (in Hos. cap. 13. Joel 3. Annos 1 : 4. Mich. 5. Nahum 1 : 2. Habacuc 2.) In Psalmis à multis passim. In Cantico citatur ab Origene in Homil. In Jobo citatum non invenio : Olympiodorus tamen in Jobi caput ult. alium quemdam Interpretem adducit præter Aq. Th. & Symmachum.* «

» Christianusne an Judæus, Samaritanusne fuerit, qui Editionem quinram adornavit, nec ex veterum testimonio, nec ex ejus interpretatione colligi posse videtur; quisquis verò fuerit, multò liberiore quam Symmachus, interpretandi genere usus est; ita ut paraphrasten quandoque sapiat, ut videre præsertim est in XII. Prophetis minoribus, ubi frequentiora ejusdem fragmenta habentur «. *D. Bern. de Montfaucon cap. 7. Prolegom. ad Hexapla Origenis, p. 59.*

» Sexta Interpretatio & ipsa in doliis latens inventa est sub Alexandro Mammææ filio, Nicopoli ad Actium, à quodam Origenis familiari «. *Ita Synopseos S. Scripturæ Auctor.*

» *Comprehendit Editio sexta* (ait ibidem Humph. Hody) *Prophetas minores, librum Psalmorum & Canticum Canticorum. Utrum alios aliquos libros, mihi non satis constat. In Psalmis non rarò citatur; in Propheta Habacuc, ab Hieronymo ad cap. 2. & 3. In Cantico, apud annotationes Nobilianas*

» cap. 6. *Insigni errore asserit Salmasius. lib. de lingua Hellenistica nec Quintam nec Sextam ab Hieronymo unquam memorari. Sunt qui credunt has editiones Quintam & Sextam non fuisse proprie loquendo versiones, sed coagmentatas fuisse ex aliis illis versionibus LXX. Aq. Theod. & Sym. Verum hoc ex eo refellitur, quod aliquibus in locis ab omnibus illis dissentiebant.* «

» Sextam Editionem à Christiano viro concinnatam fuisse vel ex hoc uno ejus fragmento Habacuc 3 : 13. cujus versiculi Græca ex mss. eruuntur ; Latina ex Hieronymo qui addit Sextam editionem prodere manifestissime Sacramentum. Hic autem Interpres perinde atque præcedens paraphrasi gaudebat «. *D. Bern. de Montfaucon ibid. ut supra.*

» A Judæis fuisse (*Quintam & Sextam Editionem*) existimat Hieronymus lib. 2. adv. Ruf. circa finem. *Magnus, ut scio, sumptibus redemisti Aquilæ & Symmachi & Theodotionis, Quintæque & Sextæ Editionis Judaicos Translatores.* Sextæ vero auctorem fuisse Christianum apparet ex illius interpretatione versus 13. Orationis Habacuc, quam ipse profert Hieronymus. *Sexta Editio prodens manifeste Sacramentum, ita vertit ex Hebræo: Egressus es ut salvares populum tuum per Jesum Christum tuum* ». Hody ibid. ut supra.

» In Pentateucho Quintam & Sextam editionem locum occupasse suum testificantur exempla non pauca ; sic Genesis cap. 14. v. 15. ex codice Regio adfertur Quintæ editionis lectio, & cap. 35. v. 19. Ambrosius in Epistola ad Horantium ait. *Quinta autem Traditio* (seu Editio) Ephrata ipsa est domus Panis ; *hoc præteritum est in aliorum Traditionibus.* Et Levit. 11. v. 17. Sexta Editio memoratur, ejusque interpretatio adfertur. At mirum est Quintam & Sextam editionem à nemine veterum Græcorum qui in Pentateuchum tot commentaria ediderunt, memoratam uspiam fuisse. De Septima in Pentateucho nihil hodie : utrum vero olim adfuerit, ignoratur «. *Bern. de Montf. cap. 1. p. 17.*

» Quidam volunt (*inquit Hottingerus dissert. 3. de Translat. Bibl. in ling. Vernac. pag.* 108.) Authores utrosque fuisse Judæos, ut *Hieron.* lib. 2. contra Rufin. Alii utrosque Christianos esse existimant. Qnintam enim commendat *Athanasius*, ut à quodam, qui Hierosolymis precibus vacaverat, compositam, utramque *Hieron.* in Habac. c. 3. quod locum de Christo bene explicassent. In Sexta etiam Jesus Christus nominatur ut Salvator Mundi. »

Septima Editio laudatur ab Eusebio Cæsariensi hist. lib. 6. cap. 16. his verbis. » Quin etiam in Hexaplis Psalmorum exemplaribus, post insignes illas quatuor editiones (*sc. LXX. Interpr. Aquilæ, Symmachi & Theodotionis*) cum non Quintam modò, sed etiam Sextam & Septimam apponeret versionem, &c. Ex hoc autem Eusebii loco concludunt Valesius, Huetius & Vossius Septimam editionem Psalmos tantum habuisse. . . . . Tantum abest ut hæc editio fuerit Psalmorum duntaxat, ut non immerito dubitaveris, utrum Psalmos omnino complexa sit, licet id constare videatur ex verbis Eusebii. Certe eam non fuisse Psalmorum, (*pergit Humphr. Hody ibidem pag.* 593.) ex eo colligi posse videtur, quod ab Hieronymo nec in Epist. 135. ad Sunniam & Fretellam, nec 139. ad Cyprianum, nec 140. ad Principiam, nec 141. ad Marcellam, nec 145. ad Damasum, in quibus sæpè citantur sex aliæ Editiones Psalmorum, nominatur Septima. . . . Nec ab eo nec ab ullo Commentatore citatur usquam Septima. (*Hanc vero sentent. refellit D. B. de Montf. his verbis p.* 17.) In Psalmis quidem tres illas editiones adjunctas fuisse suadent frequentia singularum fragmenta quæ passim observantur *deinde addit :* in duodecim vero Prophetis minoribus, teste Hieronymo præter Aquilam Symmachum LXX. Theodotionem & Quintam, duæ aliæ Editiones appositæ erant videlicet Sexta & Septima ; Quintæ nempe frequentissima, aliarum vero rariora. In Canticis Canticorum Quintæ solum & Sextæ lectiones adferuntur ; Septimæ vero ne vestigium quidem habetur. «

» Septima Editio Christianine an Judæi Interpretis sit ex uno Habacuci Cantico judicari potest ; si tamen Septimæ sit Interpretatio Cantici totius, ibidem editioni τῷ ὁ subjuncta, quod sane plusquam verisimile arbitror.... Hic autem Interpres locum Habacuc 2 : 4. supra allatum quem Hieronymus queritur à Symmacho & Theodotione Ebionæo more versum fuisse hoc pacto : *Egressus es ut salvares populum tuum : ut salvares Christum tuum* ; Judaïco more convertit his verbis : *apparuisti super salute populi tui, ad liberandum electos tuos* ; quod sane vir Christianus non fecerit. Ex hoc item capite deprehenditur hunc Interpretem admodum περιφραστικῶς vertisse, ut quisquis videre possit. His itaque perspectis (*pergit pag. 60. D. Bern. de Montfaucon*) dicendum restat, tres illas superadditas Editiones, longe liberiori interpretandi genere concinnatas fuisse, quàm Editio Symmachi, qui tamen magis, quam Aquila & Theodotio, ab Hebraica litera deflectit. «

» Hanc Septimam (*dixerat Humphredus Hody, libro 4. cap. 1. pag. 591.*) etsi in Hexaplis Origenis extantem, ignorabant Epiphanius, Auctor Synopsis, Euthymius & Josephus Christianus. Equibus auctor Synopsis & Euthymius, quos vulgo sequuntur recentiores, pro Septima perperam recensent Editionem Lucianeam. *at p.* 594. Sixtus Senensis negat septimam Editionem in Origenis *Hexaplis* aut *Octaplis* locum habuisse. Quod refellitur non modo ex ipsius Eusebii verbis, si modo ea recte se habent, aliisque scriptoribus qui eum sequuntur: verum etiam ex Hieronymo in Catalogo; ubi ait Origenem *præterea Quintam, Sextam & Septimam Editionem quas etiam nos* (inquit) *de ejus Bibliotheca habuimus, miro labore reperisse, & cum cæteris editionibus comparavisse*, i. e. in Hexaplis. Idem comment. in Epist. ad Titum cap. 3. *Unde & nobis curæ fuit omnes veteris Legis libros, quos vir doctus Adamantius in exempla digesserat, de Cæsariensi Bibliotheca descriptos, ex ipsis authenticis emendare, in quibus & ipsa Hebræa propriis sunt characteribus verba descripta, & Græcis literis tramite expressa vicino, Aquila etiam & Symmachus, LXX. quoque & Theodotio suum ordinem tenent. Nonnulli vero libri & maxime hi qui apud Hebræos versu compositi sunt, tres alias editiones additas habent, quæ Quintam, Sextam & Septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus Interpretum consecutas. Editiones Quintam, Sextam & Septimam, licet quibus censeantur authoribus ignoretur, tamen ita probabilem sui diversitatem tenere, ut auctoritatem sine nominibus tenuerint*, testatur rursum Hieronymus Præf. Chronici Eusebii «. *Huc usque Humphredus Hody.*

Veterum Interpretum Græcorum Aquilæ, Symmachi & Theodotionis fragmenta ex antiquis veterum scriptorum libris collecta *à Petro Morino, ut patet ex ejus Epist. ad Antonianum Sylvium inferius adducenda.* V. *Biblia Græca, in folio Romæ* 1587. *& Latina, in fol. Ibidem* 1588. *Biblia Græca, in folio. Francofurti* 1597.

Eorumdem fragmenta collecta, additis nonnullis è propria Patrum lectione collectis, ex Latina omnium interpretatione, & notis illustrata à Joanne Drusio, in 4°. Arnhemiæ, Joannis Jänssonii 1622.

Eadem. V. *Biblia Græco-Latina studio Joan. Morini edita, in fol. Parisiis* 1628.

Eadem. V. *Biblia Græca*, in 4°. Londini 1653. *& tom.* VI. *Bibl. Polyglottorum Londinensium.* V. *Biblia Græca; in* 4°. *Amstelod.* 1709.

Eadem decuplo auctiora cum notis, studio Bernardi de Montfaucon, 2. vol. in fol. Parisiis 1712.

» Ex his sex prioribus interpretationibus (*ait Daniel Huetius libro* 3. *Origenianorum sect.* 4.) & Ebraico exemplari, Tetrapla sua, Hexapla & Octapla Origenes concinnavit. Ac Tetrapla quidem quatuor constabant editionibus per columnas dispositis, prima Aquilæ, secunda Symmachi, tertia Septuaginta senum, & postrema demum Theodorionis. Interpretationem τῶν ό tertio loco posuit, ut ad eam, quam omnium existimabat esse accuratissimam, reliquæ facilius exigi & examinari possent. (*Optimam hujusce ordinis rationem affert D. Bern. de Montfaucon.* Ideo, *inquit*, Aquilæ primum locum deputavit, ejusque editionem priorem posuit Origenes; quia illa scrupulosius quam cœteri omnes, Hebraicam scripturam verbum è verbo reddere studuerat. Post hunc autem Symmachum locavit, quia ille propius quam LXX. & Theodotio ad veritatem Hebraicam accedebat. Deinde LXX. præposuit Theodotioni, quia Theodorio LXX. Interpretes è vestigiis pene sequi videbatur.) Hexaplis hæ ipsæ interptetationes quatuor, totidem ordine collocatæ cum Ebraico exemplati, Ebraicis descripto literis, & eodem Græcorum characteribus exarato, contrinebantur. Prior occurrebat columna Ebraica Ebraicè descripta; at quæ contextum Ebraicum Græcis exaratum literis exhibebat, interpretarioni Aquilæ proxime conjungebatur. Sejuncta autem post sex illas columnas Hierichuntina edirione, quam Quintam appellavit Origenes, & numeri quinarii nota ε insignivit, & post Hierichuntinam Nicopolitana, quam vocavit sextam, & Ἐποίμα ς' notavit, Octapla existebant «. *Hæc fere Epist. lib. de pond. & mens. cap.* 18. *Idem confirmat S. Hieronymus cap.* 3. *comment. Epist. ad Titum supra laudato.*

» In illa variarum Editionum coagmentatione (*pergit Huetius ibidem pag.* 258.) aliqui libri quatuor duntaxat constabant editionibus cum Diplis Ebraicis, atque libri erant vere ἑξαπλοῖ. Sex vero habebant editiones Græcas, cum Diplis Ebraicis, alii libri per versus compositi, excepto Psalterio, nempe Proverbia, Ecclesiastes, Canticum; ac proinde erant ὀκταπλοῖ. At liber Psalmorum præter geminas Ebraici contextus columnas septem editiones continebat, meritoque librum illum ἐννεαπλοῦν diceres. (*Hanc sententiam oppugnat infra Humphr. Hody.*) Igitur opus istud Origenis partim erat Hexaplum, partim Octaplum, partim Ennea- «

plum (*qua voce nullus veterum cum de Origeniano illo opere agitur, usus est*).... Herir etiam Origenes (*in Græca catena in Threnos à Mich. Ghislero edita*) ab interpretationibus Aquilæ & Theodotionis abfuisse Threnos Hieremiæ, itaque liber fuit τετραπλοῦς.... Manifestum est unum idemque opus fuisse Hexapla & Octapla; sed à diversis quibus constabat partibus diversas appellationes habuisse. «

» Hexapla & Octapla (*inquit Humphredus Hody lib. 4 ut supra cap. 2. p. 595.*) idem opus fuere, in quo columellis variis è regione appositæ sunt Testamenti veteris 1. Textus Hebræus characteribus Hebraicis, 2. Textus idem literis Græcis, 3. Versio Aquilæ, 4. Symmachi, 5. LXX. 6. Theodotionis, 7. Quinta, 8. Sexta, 9. Septima. Quia vero editio septima comparuit tantum in libris Scripturæ paucissimis, ideo, quasi nulla istius habita ratione, volumina illa nominata fuot, non *Enneapla*, sed *Octapla* sive *Octaselida*. Et quia Quinta & Sexta non comparuere in prioribus libris, sed tantum in quibusdam ex posterioribus, idcirco ab aliis, idque frequentius (sive ab ipso etiam authore) appellata sunt *Hexapla*, i. e. Sextuplicia, à sex variis columellis quæ in libris prioribus conspiciebantur. In alio opere, columellis quatuor conjunxit Origenes tantum quatuor Editiones, Aquilæ, Symmachi, LXX. & Theodotionis; quæ volumina à quatuor columellis nuncupata sunt *Tetrapla* h. e. quadruplicia. En tibi jam vera descriptio ac ratio illorum voluminum celeberrimorum, de quibus reperiuntur tot & tantæ doctorum virorum hallucinationes. «

Idem pag. 603. » Origenem Tetrapla post Hexapla compegisse existimavit Valesius, assentiente Huetio... nempe putat Origenem cum animadvertisset Hexaplorum codices nimio sumptu ac labore indigere, Tetrapla, quorum usus foret facilior, edidisse. Mihi magis placet recepta ab Usserio, aliisque opinio, eum primo Tetrapla, & deinde adinventis Editionibus V. VI. & VII. Hexapla concinnasse.... Non enim verisimile videtur voluisse Origenem reliquas Græcas versiones in secunda editione omittere, tametsi Hebraicas fortasse colnmellas omittere voluisset. Neque quidem videtur volumina ista ab ipso Origene fuisse edita, sed aliquot annis post mortem ejus à Pamphilo & Eusebio publici juris facta fuisse. »

Idem p. 608. » Vulgo creditur Editionem τῶν ό quæ sub asteriscis suppleta, obelisque notata est, ab Origene elaboratam fuisse post Tetrapla & Hexapla sive Octapla. Sic statuunt Sixtus Senensis *Biblioth. sanctæ lib.* 4. Bellarminus *de Verbo Dei lib.* 2. *cap.* 5. Kemedontius *de Verbo Dei scripto lib.* 5. *cap.* 1. Joan. de la Haye, *Prolegom. Bibliorum Maxim.* Auctor Præfationis τῶν ό, ut etiam Rivetus, *Isag. cap.* 10. §. 19. Episcopius *Instit. Theolog. lib.* 4. §. 1. Heinsius *Aristarchi lib.* 1. *cap.* 10. *&c.* At vero in ipsis Hexaplis appositas fuisse asteriscorum, obelorumque, &c. notas, indiciis variis luculentissimis constat. En tibi testem Hieronymum apud Ruffinum Invect. 2. *sed & Origenes asteriscos fecit ex translatione Theodotionis asumens, ut componeret volumina, quæ appellantur Hexapla.* Scholion Græcum ad I. Regum 14. *Hæc in Hexaplo sunt annotata asterisco, quippe quæ ex Theodotione sint apposita* (hoc Scholion aliter haber in editione Latina, sic ibi legitur. Huc usque ad illud (& fortè capitur) in sola editione Theodotionis sunt posita, quamobrem sunt asterisco notata, tanquam posita in una aut secunda conjugatione ipsorum 70. non tamen in Hebræo.) Ad 3. Reg. 14. *Post hæc in Hexaplo ponuntur quæ pertinent ad morbum & mortem Abiæ filii Jeroboam, cum asteriscis.* Scholion. in Psalmos 131. *Hic versus non est positus in Tetraselido.... In Octaselido autem apud solos 70. positus est obelo notatus.* «

Idem pag. 618. » Hexapla autem & Tetrapla post Origenis obitum per annus circiter quinquaginta dilituisse videotur, donec tandem à Pamphilo & Eusebio ejus amico, Cæsariensi postmodum Episcopo, in Ecclesiæ Cæsariensis Bibliotheca, reperta sunt, & in lucem prolata vel illuc potius Bibliothecam instaurante Pamphilo, aliunde (à Tyro forte) translata. Origenis exemplaria autographa in Bibliotheca Cæsariensi reposita sunt, ubi ea pervolvit Hieronymus, & apographa inde descripta nactus est «. *Hactenus Humphredus Hody.*

» De Origenis Tetraplis, Hexaplis & Octaplis perquam diversa commentati sunt viri docti ex varie intellectis locis veterum Origenis, Eusebii, Epiphanii, Hieronymi. Mihi satis fuit (*inquit Jo. Alb. Fabricius lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 13. *Biblioth. Græcæ*) de tota re quæ verissima viderenrur, succincte exponere. Interim evolvat, conferatque qui volet *Andream Masium* præf. in Josuam. *Petrum Galesinum & Joan. Woverum* in suis de 70. Interpr. Commentariis, *Cæs. Baronium* tom. 2. Annal. Eccles. ad an. 231. *Dion. Petavium* not. ad Epiphanium pag. 404. *Jac. Bonfrerium* in Prolegom. Biblicis, *Eliam Ehingerum* in dispositione Bibliorum, *Jac. Usserium* cap. 5. Syntagm. de 70. Interpr. «

» *Lud. Capellum* pag. 337. Criticæ sacræ. » *Henr. Valesium* ad lib. 6. Eusebii cap. 16. » & in Epistola Eusebio subjecta ad Usse- » rium, *Brianum Waltonum* Proleg. Biblio- » rum 9. §. 21. *Jo. Morinum* pag. 81. Exer- » cit. Biblic. *Dan. Heinsium* pag. 796. Ari- » starchi Sacri, *Jo. Henr. Hottingerum* pag. » 288. Thesauri Philologici, *Alexand. Mo- » rum* in Causa Dei pag. 120. *Waltherum* pag. » 275. Officinæ Biblicæ, *Jo. Dorschæum* » Differt. Theologiæ Zacharianæ præmissa, » *Dionysium de Rivis* in Diatriba sua, *Dan.* » *Huetium* lib. 3. Origenian. pag. 254. *Kor- » tholtum* in tractatu de variis Bibl. Editio- » nibus cap. 32. pag. 374. *Rich. Simon* cap. » 18. disquisitionum criticarum & lib. 2. » cap. 3. Hist. Criticæ V. T. *Isaacum Vos- » sium* in Responsione ad objecta Criticæ » sacræ pag. 305. *Claud. Frassenium* pag. 263. » disquis. Biblicarum, *Lud. Ellies du Pin* » tom. 1. Prolegom. Biblic. pag. 183. *Guill.* » *Cave* in vita Origenis num. 18 & qui di- » ligentissime & fusius in hoc argumento » versatus est, *Humphredum Hody* lib. 4. » de Bibl. textibus Originalibus cap. 2. » pag. 595. «

Origenis Hexaplorum pars non minima Græcè ac Latinè in Tomo II. Operum S. Hieronymi collecta & adornata, studio Joannis Marrianay. V. *Eorumdem tomus 2. colum.* 830.

Hexaplorum Origenis quæ supersunt omnia, decuplo saltem auctoria quam hactenus visa sunt, cum notis, studio & opera Bernardi de Montfaucon, cum doctissima præfatione seu Prolegomenis & Lexicis Græcis ad calcem. 2. vol. in fol. Parisiis 1712.

SECTIO SECUNDA.

ANTIQUÆ LXX. INTERPRETum versionis Græcæ editiones.

QUINQUE (*aut sex*) omnino versionis LXX. Interpretum editiones diversæ colliguntur, juxta Morinum præf. in 70. *quibus præmittenda est vetus illa Origenis quæ emendationem præcessit & κοινὴ seu vulgata appellata est.*

» *Prima* est Origenis, qui Tetrapla & » Hexapla ex versionibus supra memoratis » per columnas digestis composuit, atque » etiam Octapla, addito Hebræo textu, » duplici charactere & columna exara- » to.

» *Aliam* seorsim 70. Interpretum edi- » tionem recensuit & edidit: cui ea, quæ » apud Hebræos abundant & apud 70. » deficiunt, ex Theodotione desumpta, sub » asteriscis, ne cum genuino textu confun- A derentur, supplevit; quæ vero apud Hebræos desunt, & apud LXX. reperiuntur, « obelo notavit. Istius editionis meminit « sæpius S. Hieronymus præfat. in Pentat. « in Josuam, in Paralip. & in Epist. ad Sunniam & Fretellam. (*Aliter sentit Humphredus Hody: in quo legitur:* » Breviter illud admoneo, ut sciatis aliam esse « editionem quam Origenes & Cæsariensis « Eusebius, omnesque Græciæ tractatores « κοινὴν i. e. communem appellant atque « vulgatam, & à plerisque nunc Λουκιανὸς « B dicitur, aliam 70. Interpretum quæ & in « Hexaplis reperitur & à nobis in Latinum « sermonem fideliter versa est & Hierosolymæ atque in Orientis Ecclesiis decantatur.... Κοινὴ autem ista, hoc est communis editio ipsa est quæ & LXX. Sed « hoc interest inter utramque, quod Κοινὴ « pro locis & temporibus & pro voluntate « scriptorum veterum corrupta editio est; « ea autem quæ habetur in Hexaplis, & « quam nos vertimus, ipsa est quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata « C 70. Interpretum translatio reservabatur. « Quidquid ergo ab hac discrepabat, nulli « dubium est, quin ita & ab Hebræorum « authoritate discordet. *Ita Hieronymus.* « Et quod (*ut scribit Humphr. Hody lib.* 4. « *cap.* 2. *num.* 19.) illa editio quæ obelis, « asteriscisque ob Origene signata fuit, non « fuit κοινὴ, sed purior illa quam Hieronymus sæpè τῶν ό nomine ab ea distinguit « ipse docet in plerisque locis ejusdem Epistolæ. «

» Cum priora Hexaplorum exempla- « D ria vetustate consumpta fuissent exscribendi negligentia totum opus in perniciem ivit. Id verò quandonam acciderit, « nullo scriptorum testimonio indicatur. « Certum quidem est Hexapla superfuisse « adhuc Justiniani ævo; quandoquidem Procopium Gazæum & Joannem Philoponum ea quæ manibus habuisse liquet ex « eorum Commentariis quæ supersunt. Indubitatum etiam videtur Hexaplorum « saltem partem maximam extitisse in Bibliotheca Apollinarii Cœnobiarchæ, quo « E tempore codex Prophetarum, nunc Collegii Ludovici Magni, descriptus fuit, ut « memoratur in nota ibidem, idque seculo « circiter octavo, ut ex charactere arguitur «. *D. Bernardus de Montfaucon ad calcem Prolegom. ad Hexapla Origenis.*

» *Tertia, pergit Morinus*, est Eusebii & « Pamphili, quos ait Hieronymus præfat. « in Paralipom. codices ab Origene elaboratos evulgasse.... his codicibus usæ sunt, « quæ Ægyptum inter & Antiochiam jacent Provinciæ «. *Hodius ibid. ut supra num.* 30. *de hac editione ita loquitur.* » Pamphilus & Eusebius conjuncta opera Edi- »

tionem LXX. asteriscis, obelisque in Hexaplis signatam emendarunt, indeque descriptam publici juris fecerunt, Ecclesiisque Palæstinis tradiderunt.... Unde Palestinæ nomine sortita est. «

» *Quarta, inquit Morinus*, Editio à Luciano Martyre condita est: quid autem præstiterit, docet Eusebius historiæ lib. 8. Editionem Septuaginta cum Hebræis codicibus comparavit, recensuit & emendavit.... Luciani codices Græciæ Asiæque minoris Ecclesiæ, Antiochiam usque, cœteris prætulerunt.

» *Quinta* Editio Hesychii fuit; hanc nihil aliud fuisse quam 70. translationem ab eo recognitam, satis superque docet S. Hieronymus, præfat. in Paralipom. cum de his tribus *ultimis* editionibus verba faciens ait; *Alexandria & Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem. Constantinopolis usque Antiochiam Luciani Martyris exemplaria probat. Mediæ inter has Provinciæ Palæstinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgarunt.* Quorum editionis & emendationis luculentum extat monumentum in codice Renati Marchalli (*qui nunc Rupifucaldinis dicitur & extat Parisiis in Bibl. Collegii S. J.*) *Ita Morinus.*

Auctor Synopseos apud S. Athanasium cum sex enumerasset Interpretationes Græcas ex textu Hebræo, de quibus in præcedenti sectione, hæc addit: » Septima & postrema interpretatio sancti Luciani magni Ascetæ & Martyris est, qui & ipse, cum in prædictas editiones & Hebraicos libros incidisset, & diligenter, quæ vel veritati deerant, vel superflua aderant, inspexisset, ac suis quoque propriis Scripturarum locis correxisset: interpretationem hanc Christianis fratribus edidit, quæ sane post ipsius certamen & martyrium, quod sub Diocletiano & Maximiano Tyrannis sustinuit, libro videlicet propria manu scripto comprehensa Nicomediæ sub Constantino Magno Imperatore apud Judæos in pariete turriculæ calce circumlito, quo custodiæ gratia posita fuerat, inventa est. «

De eadem Nicetas Metropolita Heracleensis in comment. Psalterii proœmio sic loquitur: » Sub Diocletiano & Maximiano Tyrannis sanctus Martyr Lucianus, vir non minus in Judæorum quam in nostrorum scriptis exacte versatus, illorum libros in nostram dialectum optime atque accuratissime transtulit. Nos vero ejusmodi editionem venerantes, eam quæ est LXX. maxime præferimus; quia divisim dialecti translationem facientes, unam in omnibus sententiam & dictionem reddiderunt. «

A » Ac si (*inquit Jac. Usserius p. 71. Syntagm. de 70. Interpr.*) Lucianæa illa plane nova fuisset versio, atque ab ea, quæ 72. Interpretum habebatur, prorsus diversa. . . . sane Lucianus *tantum in literarum studio laboravit, ut usque nunc quædam exemplaria scripturarum Lucianæa nuncupentur*, inquit, in catalogo de Scrip. Ecclef. Hieronymus cap. 57. Sed, *pergit Usserius*, Κοινὴν seu vulgatam τῶν ό eam fuisse editionem quæ à plerisque Λουκιανὸς (seu Λουκιανείος) dicebatur, ostendit Hierony-

B mus (Epist. ad Sunn. & Fretell.) & quidem post Origenis emendationem alio modo ab ipso interpretatam. (idem Epist. ad Chromatium.) Quo in genere & Lucianum & Hesychium majorem quam Origenem licentiam sibi sumpsisse, & minore cum successu, ex illo loco Hieronymi in præfatione Evangeliorum ad Damasum colligitur: *Prætermitto eos codices, quos à Luciano & Hesychio nuncupatos paucorum hominum asserit perversa contentio: quibus utique nec in toto veteri instrumento*

C *post LXX. Interpretes emendare quid licuit, nec in Novo profuit emendasse; quum multarum gentium linguis scriptura ante translata doceat falsa esse quæ addita sunt.* Unde & à Gelasio, cum Romana LXX. Episcoporum Synodo, Evangeliorum ab eis factam emendationem hac censura videmus notatam. *Evangelia quæ falsavit Lucianus, Apocrypha. Evangelia quæ falsavit Hesychius, Apocrypha* «. Hæc Usserius.

» Unam igitur (*inquit Masius*) hujus-

D modi interpretationem, veluti aptam ex duabus mistamque, cum sic Adamantius concinnasset, ut per appositas, quas dixi, notas, ipsa illa vetus Interpretatio LXXII. senum, cujus auctoritatem Ecclesia Christianorum jam tum comprobaverat, tanquam integra & intacta videretur conservata; mox usque adeo placere illa cœpit omnibus, ut in ipsa etiam templa atque in sacros cœtus, ad preces lectionesque admitteretur. Neque vero id mirum est; cum ea una instar Hexaplorum, at-

E que Octaplorum illorum esset: qui libri, nisi sumptu & labore maximo, parari à nullo potuere; & insuper in illa, non item in his, quid Hebræum haberet, quidque non haberet, dijudicatum conspiceretur. «

Itaque cum hanc interpretationem omnes describerent, hac una contenti essent, brevi cœteræ omnes neglectæ jacuerunt, atque paulatim intercciderunt etiam; usque adeo, ut Hieronymus absque dubitatione dixerit, sua memoria, in omnibus Ecclesiarum Bibliothecis vix unum atque alterum inventum iri potuisse librum,

» librum, in quo illa LXXII. Interpretatio simplex & absque asteriscis, hoc est, non suppleta Theodotionis verbis, superesset. Verùm enim vero illæ notæ, etsi utilissimæ essent, tum ad germanam τῶν ό versionem, tum ad ipsum Hebræum textum plane repræsentandum; tamen librariorum pigritia, &, ut opinor, minorum etiam sumptuum gratia, non ita diu post apponi prorsus desierunt; ut earum etiam memoria prope jam aboleverit. «

» Hæc igitur ea est interpretatio, quam ego in meis annotationibus mistam voco, atque hujus exemplar secuti sunt in sua editione Complutenses: quanquam non planissime ubique. At altera illa Græca apud omnes pervagata, & sœpè typis edita in vulgus, (*Aldina est & quæ illam imitantur Argentoratensis & Basileensis*,) est illa quidem simplicis interpretationis LXXII. seniorum exemplum, sed haud purum, neque ab omni admistione verborum Theodotionis liberatum. Hoc enim facile intelligit, quisquis eam cum codice Varicano, multo sane integriore exemplari, confert, de quo dicam opportuno loco «. *Hæc Andreas Masius, in præfat. annot. suarum in Josuam p.* 123.

» Ex editionibus ante dictis Origeniana, Lucianæa, & Hesychiana promanarunt, quotquot extant, versionis Græcæ exemplaria integra hodierna. Nullum tamen reperitur, quod unam aliquam editionem puram atque sinceram exhibeat, sed omnia mixta sunt partim ex illis, partim ex κοινῇ editione; nonnullis etiam ex aliis istis versionibus Aquilæ, Theodotionis, & Symmachi, &c. subinde admixtis. Libens tamen agnosco editionem, quæ hodie superest, Græcam quoad partem longe majorem, eandem esse cum illa, quæ Patrum antiqnorum temporibus pro LXXvirali habebatur «. *Hody lib.* 14. *ut supra p.* 634.

» Quod ad Hesychii & Luciani Martyris ediriones attinet, (*inquit Isaacus Vossius in Epist. ad lectorem præfixa Appendici ad librum de* 70. *Interpr.*) illæ non sunt accensendæ novis versionibus; hi enim in eo potissimum elaborarunt, ut versionem LXX. Interpretum, quantum fieri posset, à nævis expurgarent, nihil interpolantes, aut immutantes absque fide exemplarium. Cum utraqne Editio etiamnum supersit, non est ut de eo ulterius dubitemus. Hesychianam editionem exhibet exemplar Alexandrinum, quod in Anglia asservatur.... Lucianea vero etiamnum extat in multis Orientis Ecclesiis; hujus quoque exemplar habet Serenissima Christina «. *Ex his quædam probatione indigent.*

» Nova LXX. Senum Græca editio à sancto Hierônymo adornata, *si credimus Guillelmo Cave ad an.* 378. *Hist. literariæ de script. Eccles. cujus hæc sunt verba:* » Quin etiam Græcam τῶν LXX. versionem ex melioris notæ exemplaribus correctam atque emendatam in studiosorum usum edidit. *Revera sanctus ille Doctor in epist.* 28. *ad Lucinium ita scribit:* » Septuaginta Interpretum editionem & te habere non dubito, & ante annos plurimos diligentissimè emendatam studiosis tradidi «. *Hæc autem dicta esse de LXX. Interpretibus ab ipso Latinè redditis manifestum est ex variis S. Hieronymi locis, v. gr. lib.* 1. *Apolog. adv. Ruffinum:* » Egone contra LXX. Interpretes aliquid sum locutus, quos ante annos plurimos diligentissimè emendatos meæ linguæ studiosis dedi «. *Et lib.* 2. *ejusdem Apologiæ:* » Mihi non licebit post LXX. editionem, quam diligentissime emendatam ante annos plurimos meæ linguæ hominibus dedi, &c. »

Alia adhuc refertur septuaginta Interpretum editio à Joanne Josepho confecta. » In dissertatione MSC. Theodoreri (*cujus fragmenta quædam laudat Jo. Phelippæus præf. comment. in Oseam p.* 19. 20.) proferuntur notulæ, quales fere reperias designandis variis Interpretibus in Eusebiano codice apponi: Ἰςέον δὲ ὅτι ὅπου τὸ ō μετὰ γραμμῆς διαςτολῆς εὑρεθῇ, τῶν ἑβδομήκοντα ὑπάρχει ἔκδοσις. ὅπου δὲ τὸ ī μετὰ τοῦ ω̄, Ἰωάννου Ἰωσήπου. &c. *Sciendum est autem, ubi reperietur* ō, *una cum diductione lineolæ oblique inscriptæ, significari editionem* 70. *Interpretum.* ... *& ubi* ī *cum* ω̄ *jungitur, editio quædam est Joannis Josephi* «. *Hæc Phelippæus ibidem.*

Exemplar cujus meminit Georgius Syncellus, qui claruit 780. » Alter tamen codex ob summam tum accentuum tum propriorum cuique dictioni characterum integritatem commendatus & ex Cæsariensi Bibliotheca ad manus meas delatus, cujus insuper præfixa inscriptio libros priores, ex quibus exscriptus fuerat, à magno Basilio comparatos ad invicem & correctos defert argumentum «. *Hæc ille in Chronographia pag.* 203. *editionis Regiæ.*

SECTIO TERTIA.

ALIÆ VERSIONES GRÆCÆ quarum pleræque videntur fictitiæ.

I. GRÆCA sacræ Scripturæ versio ante Alexandrum Magnum adornata. » Aristobulus, celebris è Judæorum gente Peripateticus, cum incredibile «

ipsi videretur è sola conversatione tam multa de Judæis manare ad Ethnicos potuisse; jam dudum ante Græcorum regna conditam legis Mosaicæ versionem aliquam Græcam fuisse suspicatus est. Hæc sunt verba ejus apud Eusebium lib. 13. Præparat. Evangelicæ num. 12. *Satis constat*, inquit, *legum nostrarum instituta sequutum esse Platonem, & singula earum capita diligenter & studiose perlegisse. Nam etiam ante Demetrium illum Phalereum, adeoque ante Alexandri ac Persarum imperium, ea jam omnia Græcè ab aliis conversa fuerant, quibus illa Hebræorum popularium nostrorum ex Ægypto migratio, tum eorum series, quæ cœlitus ipsis evenere, promissæ regionis occupatio & universæ Legis expositio continetur: nemini ut dubium esse possit, quin suos in libros laudatus inde Philosophus pleraque derivarit.* «

» Quemadmodum Aristobulus (*pergit auctor novæ Bibl. Græcorum editionis anni* 1697.) diserte Pentateuchum jam tum esse translatum non scribit, sed & ita potest accipi, ut è libris Hebræorum historiam gentis ejus, legumque enarrationem desumptam dicat; ita plerique alii doctorum Josephi, Philonis & Aristeæ testimoniis subnixi haud immerito versionem illam inter fabulas ablegant, potuitque sane in totum falli sua conjectura Aristobulus, quod affirmare non dubitant Lud. Capellus Crit. sacr. L. 4. cap. 1. p. 212. Waltonus Prolegom. IX. §. 10. Rich. Simon hist. crit. V. T. L. II. cap. 2. « *Ita Joan Frickius.*

» Si credimus commentariis quæ olim ferebantur sub Aristobuli nomine, extitit olim quædam Pentateuchi versio Græca, non modo ante LXXviralem, sed & ante Persarum imperium. Aristobuli testimonio acquiescunt Bellarminus, Gretserus, Serrarius, Possevinus cum multis aliis. Genebrardus existimat eam factam fuisse sub Manasse Rege Judæorum..... Rugerius de libris Canonicis cap. 38. eam ante ipsos Homerum ac Hesiodum extitisse arbitratur, quoniam illi quoque, ut ait, ex Judaicis scripturis nonnulla hauserunt....., Eam mere fictitiam esse, & Aristobulum finxisse quandam ante LXXviralem extitisse, quo probabile fieret Platonem aliosque veteres Græcorum Philosophos è Lege Mosaica quædam desumpsisse, mihi res videtur certissima & minime dubia. Non modo SS. Patribus omnibus, verumetiam Josepho, Philoni, atque ipsi Pseudo-Aristeæ, ignotam fuisse istiusmodi versionem, constat. Qui omnes de LXXvirali tanquam omnium prima loquuntur «. *Hæc Humphr. Hody lib. 4. ut supra p.* 570.

» Judæus quidam nomine Aristobulus qui se Regis Ptolæmei præceptorem dicit, asserit fuisse quandam sacr. librorum versionem Græcam, antequam Alexander Magnus Asiam invasisset. Cur & à quibus facta sit hæc Græca versio? an à Judæis qui hanc linguam non callebant præsertim his in regionibus? an pro Judæis qui illam non intelligebant «? *Memoriæ Trevoltianæ, Septembr.* 1718. *p.* 406.

II. Græca Bibliorum ex Chaldæo sermone translatio à LXX. Interpretibus facta, & auctoritate Philonis Judæi comprobata, *sic enim loquitur libr.* 2. *de vita Mosis circa medium:* » Talis Princeps (*Ptolemæus Philadelphus*) captus Legis nostræ amore ac desiderio, in Græcam linguam è Chaldaica eam transferendam curavit «. *Hanc difficultatem ita solvit Isaacus Vossius cap.* VI. *Dissert. de LXX. Interpretibus.* » Futile est illud quod dicunt, Interpretes LXX. non ex Hebræo codice, sed ex Chaldaica paraphrasi versionem suam adornasse, ac si ulla isto tempore vel paraphrasis vel versio Chaldaica extitisset. Nempe quia Philo scribit versionem Græcam factam esse ex Chaldaico, ideo putant eum de versione aut paraphrasi quadam intellexisse. Sed insigniter falluntur: Philo linguam Hebraicam & Chaldaicam pro eadem ubique accipit, Hebræumque codicem passim Chaldæum appellat, tum quod Hebræorum aborigines è Chaldæa, ac proinde Hebræi sæpè Chaldæi vocentur, tum quod Philonis seculo non amplius Syriacis, *sive Chananæis*, sed Chaldaicis literis esset exarata. *Ita Vossius. Hoc quoque probat, quod ante Philo dixerat:* Lex antiquitus scripta fuit lingua Chaldaica, mansitque longo tempore in ea, quamdiu Legis ipsius pulchritudo non est intellecta externis hominibus. «

» Omnes Judæi uno Asaria (*de Rossi in libro suo quem inscripsit Meor Enaim*) excepto, Legem à LXX. Interpretibus ex Hebræo textu verbum è verbo translatam fuisse testantur; hic Assarias solus è libris Chaldaicis charactere Samaritano descriptis translationem factam fuisse opinatur «. *Joannis Morinus Epist.* 38. *ad Th. Cromberum p.* 203. *Antiq. Eccl. Orient.*

III. Græcæ Bibliorum versiones sub Ptolemæo Lago & sub Herode » Duæ istæ versiones ab uno & solo Calvinista Junio (*ait Serrarius cap.* 16. *Prolegom. Biblic. quæst.* 3.) effictæ sunt, & quidem ex solo novitatis studio aliqua cum imperitia conjuncto. Nam quem pro *Lagiana* citat, Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum clare loquitur de ea quæ est Septuaginta. Justinus vero, quem pro *Hero-*

» *diana* profert, mendosus est; ita ut, quemadmodum etiam Novatorum quidam observarunt Langius & Sylburgius in Apologiam Justini secundam, pro *Herode* Rege legendus sit *Eleazarus* Pontifex, cum de sola Septuaginta versione sermo ipsi sancto Justino sit. «

Jos. Scaliger animadvers. Eusebian. pag. 122. » Certum est (*ait*) eos falli qui à Ptolemæo Lagida curatum volunt, ut Hebræorum sacra instrumenta in Græcum sermonem converterentur. «

B » Franciscus Junius lib. 2. contra Bellarminum de Verbo Dei cap. 5. Sq. & Samuel Petit cap. 28. var. lectionum, suspicati sunt Pentateucbum sub Philadelpho: at libros veteris Testamenti Propheticos & Psalmos sub Herode Rege demum translatos, & ab Essenis quidem, ut conjicit Petitus, in Græcum idioma fuisse. Alii sub Herode concinnatam volunt totius veteris Testamenti versionem novam Græcam, priore scilicet 70. Interpretum deperdita. Verùm non alium C habent hujus sententiæ suæ fundum, quam locum Justini Mart. Apologia I. pag. 72. in quo nisi lateat error Librarii, necesse est optimi doctoris paracbronismum confusamque temporum rationem excusare «. *Ita Jo. Alb. Fabricius lib. 3. cap. 12. num. 5. Bibliothecæ Græcæ.*

IV. Græca sacr. voluminum versio ex Hebræo ab Origene condita. » Non defuerunt inter recentiores (*inquit Huetius lib. 3. cap. 4. sub finem p.* 300.) qui Origenem ex Hebræo versionem novam D instituisse credidere, quod quæ deerant ex Hebræo, juxta Theodotionem inseruerit, eaque asteriscis illucescere fecerit«. *Idem ibidem lib. 4. p. 618. de hac prætensa versione sic scribit.* » Origenes ob illustrem hanc operam in edendis Hexaplis, versioneque LXX. emendanda atque supplenda, inter ipsos Interpretes à nonnullis male recensetur. Jacobus de Valentia prol. in Psalmos: *In quibusdam Ecclesiis Græcorum legebatur traductio Origenis, & in aliis traductio Luciani.* Origenem scripturas ex Hebræo transtulisse, ait *Pesse-* E *vinus* Appar. sacro V. Biblia. Sic quoque *Lutherus* præfat. Comment. de ultimis verbis Davidis, & *Abulensis. Comestor* ait illum *primo sub Alexandro LXX. correxisse cum asterisce & obelo; postea transtulisse sine istis.* Eadem babet Hugo Cardinalis. Alii illum auctorem fuisse versionum sextæ & septimæ dictarum tradidere, ut Hugo de S. Victore: *Sextam & Septimam Origenes fecit, cujus codices Eusebius & Pamphilus vulgarunt.* «

» Quod autem (*inquit Petrus Sutor cap. 2. de tralat. Bibliæ*) nonnulli putant Ori- A genem vetus Testamentum de Hebræo in Græcum traduxisse, ipsi viderint. Aliter enim sentit Ruffinus hoc pacto dicens: Ego illius nec ullam lineam ex Scripturis divinis de Hebræis invenio tralatam. «

V. Græca sacræ Scripturæ versio ex Hebræo à Theodoro Antiocheno concinnata. » Salmasius de Hellenistica comment. pag. 177. hæc ait: *Photius de Theodoro Antiochensi, quem tradit novam translationem Bibliorum molitum esse post septua-* B *ginta Interpretes, post Aquilam & Symmachum*, &c. «

» Longe fallitur Cl. Salmasius (*inquit Jo. Frickius in præfat. Bibl. Gr. Lipsiens.*) cum eam in rem Photium testem Theodoro id operis tribuentem allegat. Sane si Photius evolvatur (*cod.* 177 *de Theodoro Antiocheno*) nequaquam is Theodoro novam versionem S. Scripturæ tribuere deprehenditur, sed potius ipsiusmet Theodori indignabundi querelam exprimit, qua in Aramum (hoc nomine decurtato Hiero- C nymum intelligit) quemdam Occidentalis Ecclesiæ doctorem invectus vitio ei inter alia vertit, quod rejecta divina vetere τῶν LXX. versione novam ipse condere ausus esset, neque tamen Hebræam linguam satis edoctus nec sensum Scripturæ tenens, sed ignobile Hebræorum quorumdam terræ filiorum mancipium. Hæc ibi apud Photium Theodorus, qui tantum abest, ut novam versionem in se susceperit, ut potius ex eo capite Aramum graviter reprehendendum existimarit.... D Hæc vero cum ita sint, quivis facile videt, nec Theodoro tribuendam cum Salmasio versionem Scripturæ sacræ, nec omnino illam, quam Aramo adscriptam à Theodoro diximus, Græcis esse annumerandam «. *Hæc ille.*

VI. Græcæ sacri codicis versiones ex Hebræo à Patrophilo & ab Eusebio Cæsar. concinnatæ. » Librorum omnium veteris Testamenti, qui in canone Hebræorum sunt, in Græcam linguam *facta est ab Eusebio Cæsariensi* translatio, cujus recorda- E tur Socrares hist. Eccles. (*lib. 2. cap. 9. non*) libro 1. & Sozomenus historiæ Ecclesiasticæ lib. 2. (*vel potius* 3.) « *Ita Sixtus Senensis lib. 4. Bibl. sanctæ.*

Idem ibidem: » Patrophilus Scythopoleos Palestinæ Episcopus in prima Nicæna Synodo clarus omnem Hebraicam Scripturam Græcè vertit anno 300. Meminit hujus translationis Gregorius (*seu potius Georgius*) Laodicenus in vita Eusebii Emisseni apud Socratem. «

Hæc sunt ejus verba ex versione Henrici Valesii: » Quisnam porro iste (*Eusebius Emisenus de quo in hoc capite loquitur*) fue-

rit, docet Georgius Laodiceæ Episcopus, qui Concilio huic etiam interfuit. Nam in libro quem de ejus vitâ conscripsit, ait illum ex viris nobilissimis Edessæ in Mesopotamia generis sui originem duxisse: & à puero sacris literis institutum, Græcas postea disciplinas à quodam magistro, qui tunc temporis Edessæ degebat, percepisse: τέλος δὲ ὑπὸ πατροφίλῳ καὶ εὐσεβίῳ τὰ ἱερὰ ἡρμηνεύθη βιβλία. Tandem vero sacrorum voluminum expositionem ex Patrophilo hausisse atque Eusebio. «

En verba Sozomenis lib. 3. cap. 6. » Eusebius quoque cognomento Emissenus à puero juxta patriam consuetudinem sacras Scripturas didicit. Postea vero in Gentilium disciplinis institutus est à Magistris, qui tum in ea civitate morabantur. ὕστερον δὲ ἐξηγηταῖς εὐσεβίῳ τῷ παμφίλου, καὶ πατροφίλῳ τῷ προεστηκότι σκυθοπόλεως, τὰς θείας βίβλους ἠκρίβωσε. Tandem vero interpretibus usus Eusebio Pamphili & Patrophilo Scythopolitano Episcopo, ad summam sacrorum voluminum notitiam pervenit «. *Quibus verbis nihil aliud hi auctores significatum voluerunt, quam hunc sacrarum literarum intelligentiam à Patrophilo & ab Eusebio Cæsariensi didicisse.*

VII. Græca sacri codicis versio à *triginta hominibus* facta, *quam memorat Philastrius Episcopus Brixiensis hæresi post Christum* 91. » Est hæresis, quæ iterum post Aquilam triginta hominum interpretationem accipit, non illorum beatissimorum LXXII. qui integre inviolateque de Trinitate sentientes, Ecclesiæ Catholicæ firmamenta certissima tradiderunt interpretantes Scripturas. Isti triginta in multis Aquilam sunt secuti, unde ab Ecclesia Catholica & istorum non suscipitur interpretatio; quæ continetur in libris authenticis. «

» Nec ab ullo scriptore (*inquit Humphredus Hody lib. 4. de Bibl. text. origin. pag.* 632.) præter Philastrium, memoratur ista triginta hominum translatio. Visne, quid ipse sentiam, scire? paucis accipito. Cum Luciani editionem in Bibliorum Græcorum marginibus sub litera Λ & λ (quæ non modo illius nominis initialis est, sed & numeri 30. nota) citatam invenit, triginta quorumdam hominum interpretationem designari putavit.

» VIII. Meminit idem, illeque solus interpretationis aliùs *sex virorum. Est hæresis*, inquit, *quæ iterum sex virorum interpretationem postea editam vult sequi, non illorum primorum sanctorum qui LXXII aliis modis interpretari desiderant, & non parvum errorem incurrit, diversa iisdem sentiens de fide Catholica.* Et hoc quoque esse erro-

A rem non dubito, ex eo nimirum exortum, quod in marginibus Bibliorum editionem sextam sub episemo ϛ citatam (quod fieri solet) repererat.

IX. Editionis Heracleensis, è qua historiæ Suzannæ Syriaca versio confecta est, mentionem habemus ante editionem Suzannæ Syriacam. *Scribimus præterea librum Danielis parvuli; historiam Suzannæ ex editione Heracleensi.* Designatur, ni fallor, Editio Theodotionis, qui Ponticus fuisse dicitur, ubi sita est Heraclea.

B Atque hoc ex eo fit magis probabile, quia monet quoque Hieronymus in principio versionis Latinæ vulgatæ, se eam transtulisse ex Theodotionis editione «. *Hæc Hody.*

X. *Idem ibidem pag.* 633. » Galesinus de 70. Interpr. pag. 53. inter eas versiones quæ ex LXX. derivatæ sunt, enumerat *Macedonicam*. Quænam autem fuerit, viderint alii. Galesini certe cerebelli fœtus est «. *Hæc eadem est quæ ante Alexandrum Magnum adornata narratur.*

C XI. Græca Bibliorum versio ab Apollinario juniori confecta. » Apollinarium Apollinarii filium Episcopum Laodiceæ Editionem quandam mixtam Bibliorum, ex Interpretum omnium versionibus conflatam, elaborasse existimant eruditi, inducti testimoniis quibusdam Hieronymi. *Prætermitto* (inquit lib. 2. adv. Ruff.) *Apollinarium, qui bono quidem studio, sed non secundùm scientiam, de omnium translationibus in unum vestimentum pannos assuere conatus est: & consequentiam scripturæ non*

D *ex regula veritatis, sed ex suo judicio texere.* Idem comment. in Ecclesiasten XII. *Symmachus nescio quid in hoc loco sentiens, multo aliter interpretatus est. . . . cujus interpretationem Laodicenus secutus, nec Judæis placere potest nec Christianis, dum & ab Hebræis procul est, & sequi LXX. Interpretes dedignatur.* Baronius Ann. Eccles. n. 377. *Conatum fuisse Apollinarium divinorum librorum translationes omnes in unum assuere tradit S. Hieronymus qui tamen opus minime probavit.* Idem refert Possevinus

E in Appararu sacro. Sixtus Senensis Bibl. sancta in Apollinario: *Secutus est autem in expositionibus suis aliquando Symmachi versionem, aliquando vero editionem quandam ex omnibus editionibus à se ipso conflatam, de qua Hieronymus lib. 2. contra Ruffinum.* Huetius de claris Interpretibus pag. 95. *Novam quoque ex aliis omnibus editionem conflare ausus est Apollinarius: Symmacho tamen sese pressius adjungens, &c.* His etiam accedit Usserius, ut alios missos faciam. Sed falluntur omnes; loquitur enim Hieronymus, non de ulla Bibliorum editione ab Apollinario confecta, «

» sed de illius tantum Scripturarum explanationibus, in quibus *sine ullo judicio* translationes omnes commiscuerat, secutusque fuerat. Et intelligi tantum illius explanationes, confirmant hæc verba ad cap. 4. Eccles. ubi de aliis commentatoribus cum verba fecisset: *Laodicenus* (inquit) *Interpres res magnas brevi sermone exprimere contendens, more sibi solito etiam hic locutus est: de commutatione, inquiens, bonorum in mala, Ecclesiastæ sermo est.* Neque talem Bibliorum editionem tacuisset Hieronymus in illustr. virorum catalogo, ubi commemorat illum scripsisse in S. Scripturas fere innumerabilia «. *Hody ut supra p.* 631.

XII. Græca utriusque Testamenti ex Hebræo translatio à S. Hieronymo condita, *juxta Epistolam quæ extat sub nomine S. Augustini* de magnificentia S. Hieronymi: » Ridicule scribit author ille *S. Hieronymum utrumque Testamentum ex Hebræorum lingua in Græcam pariter & Latinam transfudisse.* Nec multo melius auctor carminis in ejus laudes «, *pergit Hody ibid. pag.* 359.

Tu vetus atque novum duo Testamenta labore
Ingenti variis purgans erroribus illa
Vertisti in linguam sacro de fonte *Latinam*
Hebraico *quæ nunc traductio vera tenetur.*

Quasi vero tempore S. Hieronymi extitisset aliqua Novi Testamenti Hebraica translatio quam deinde sanctus hic doctor Latinè reddiderit.

XIII. Græca totius sacri codicis versio ex Latino S. Hieronymi à Sophronio confecta. *Idem Hody ibidem p.* 630. *hæc scribit:* » Hieronymi versionem Latinam fuisse totam à Sophronio Græcè translatam crediderunt nonnulli, ut Genebrardus in Chronologia, quibus Huetius etiam assentiri videtur. At vero non totam, sed tantum Psalmorum & Prophetarum versionem à Sophronio fuisse in linguam Græcam traductam testatur ipse Hieronymus in catalogo script. Eccles. cap. 134. Non desunt, qui arbitrantur versionem, quam è Græco τῶν LXX. elaboravit Hieronymus, è Latino fuisse iterum Græcè redditam. Huetius libro de Claris Interpr. pag. 95. *id asserit, ipsumque laudat Hieronymum* lib. 2. in Ruffinum. In hoc clariss. viro minime accedo, sed gravissime certe fallitur. Loquitur enim ibi Hieronymus de interpretatione sua ex Hebræo derivata, nimirum de illis libris, quos exinde in Græcum traduxerat Sophronius. *Unde mihi putabam bene mereri de Latinis meis & nostrorum ad dicendum animos concitare,* « *quod etiam Græcè versum de Latino post tantos Interpretes non fastidiunt.* «

XIV. Græca totius veteris Testamenti conversio, interprete Hugone Broughtono: » Promiserat Hugo Broughtonus novam translationem Græcam ex Hebræo textu propius expressam, sed morte ipsius incubuit illud opus in spongiam. *Gisb. Voetius lib. 2. Biblioth. studii Theol. cap.* 4. *p.* 509. V. *Ejusdem Broughtoni.* Oratio brevis ad Electorem Moguntinum de Veteri Testamento converso recens Græcè de Hebræo, &c. in 8°. Francofurti 1610.

XV. Græca Pentateuchi Samaritani translatio à multis auctoribus laudata, *de qua in sect. 4. capitis præcedentis, cui hæc adjicienda sunt.* » Christiani scriptores (*inquit Jo. Alb. Fabricius lib. 3. cap. 12. num. 10. Biblioth. Græcæ*) quemadmodum Aquilam fere innuunt, quando provocant ad Hebraicum, ita quando Σαμαρειτικὸν laudant, respicere ad hanc Symmachi Samaritæ versionem, à quo Pentateuchum ex Samaritano translatum mihi persuadeo; neque enim Symmachi meminisse simul solent veteres, quando inter diversas interpretationes Samariticum laudant (*his contraria superius p. 110. allata sunt*) neque Samariticè callebant antiqui Patres Græci vel Latini plerique, ne Origene quidem excepto, ut ex ejus commentario ad Ezechielem 9: 4. observat Huetius pag. 29. Origenian. Græca autem si extitisset diversa à Symmachiana interpretatione Samaritici Pentateuchi versio Origene antiquior, cur, quæso, eam Origenes in Hexaplis omisisset? quod si non omisit, ut visum est Isaaco Vossio Resp. ad objecta Criticæ sacræ p. 305. quare veteres scriptores de Hexaplis Origenianis agentes hoc ad unum universi tacent? superest igitur, ut operi Origeniano inserta fuerit sub Symmachi nomine, vel ex Origenis Hexapla sit lecta «. *Hæc ille.*

Joan. Henr. Hottingerus scripsit Græcam versionem Pentateuchi ex Samaritico codice confectam fuisse circa Alexandri magni tempora, proindeque ante LXX Interpr. sic enim p. 28. Exercit. Antimorinianæ §. 25. postquam attulit quemdam S. Cyrilli locum, subdit: ubi per Samariticum codicem intelligitur versio Græca sine dubio circa tempora Alexandri Magni, vel paulo post introducta, & ex Samaritanorum codice Hebræo translata «. *Idem pag. 302. Thesauri Philologici lib. 1. cap. 3. sect. 3. hæc ait:* » Factum est ut Samaritanorum aliqua versio Græca, sive Symmachi, sive etiam alterius Samaritani, paulatim incaute irreperet.... Sicque duplex versio «

» Græca, quarum altera ex Hebræo, altera ex Samaritano contextu, coaluit in unum, &c. » *Ita Hottingerus.*

» Nonnulli versionem aliquam Græcam (*inquit Isaacus Vossius cap.* 29. *de* 70. *Interpr. pag.* 96.) ad fidem Samaririci exemplaris factam fuisse contendunt, & seorsim editam, unde istæ (*ante allatæ*) lectiones promanarint. Verum hæc opinio nulla vel ratione vel auctoritate nititur. *Idem ait Hody libro laudato p.* 633. Hæc sine idoneis argumentis affirmantur; potuerunt Patres nonnulli, qui Samaritica allegant, ab ipsis Samaritis de illis edoceri «. *Confer quæ supra dicta sunt in fine sect.* 4. *capitis præcedentis p.* 111.

XVI. Psalmi & Prophetæ à Sophronio, S. Hieronymi coætaneo, ex versione Latina ejusdem sancti Græcè versi. » Opuscula mea (*inquit S. Doctor cap.* 134. *de script. Eccl.*) in Græcum sermonem elegantissime *Sophronius* transtulit; Psalterium quoque & Prophetas, quos nos de Hebræo in Latinum vertimus. «

XVII. Liber Sapientiæ Salomonis Græcè ex lingua Syriaca conversus. » R. Moses Nahhman (*teste R. Asaria in Meor Enaim pag.* 175.) statuit compositum esse hunc librum à Salomone lingua Syriaca, ut mitteret eum ad aliquem regem ad fines Orientis habitantem «. *Hæc mera sunt Rabbinica somnia, nullamque refutationem merentur.* » Convenientia autem locorum à Ramban citatorum cum editione Syriaca Bibl. Polyglot. Londin. conjecturam facit, non originale utique exemplar lingua Syriaca scriptum fuisse, sed Græci textus originalis duntaxat conversionem, Syriacam fuisse editionem «. *Ita sensit Jo. Henr. Heideggerus lib.* 2. *cap.* 2. *Enchiridii Bibl. num.* 8.

XVIII. Idem Græcè ex Hebræo translatus. *Heideggerus ibidem ea de re sic loquitur:* » Idiomate liber hic ab auctore scriptus est Græco. Falluntur enim haud dubie, qui primitus Hebraicè scriptum tradunt. Ipse namque stylus & constructio prodit nunquam fuisse scriptum Hebraicè ab authore, sed ab Hebræo aliquo rarius Hebraizante, Græcè. «

† *Contra ea Jo. Alb. Fabricius Bibl. Græcæ l.* 3. *c.* 29. *p.* 736. *ubi librum Sapientiæ incerti auctoris esse docuit, de lingua ejus originali hæc addit:* » A Philone Presbytero Græcè conversum ait Is. Vossius libro de LXX. Interpr. pag. 396. neque ex Hebræo conversum esse abnuerim, etsi stylus Græcam eloquentiam redolere visus est Hieronymo, qui suo jam tempore nullum se Ebraicum exemplar reperire potuisse est testatus «. *Conf. idem in prolegomenis ad librum Sapientiæ.*

XIX. Ecclesiasticus ex Hebræo sive Syriaco in Græcum sermonem conversus à Jesu filii Sirach nepote, *ut ipse innuit in prologo. Idipsum confirmat S. Epiphanius libro de ponder. & mensuris num.* 4. † *& Hieronymus, qui præf. in Proverbia ipsum codicem Hebraicum vidisse se testatur.*

† Libri Tobiæ & Judith è Chaldæo idiomate Græcè translati: *quippe quos Chaldaicè primitus scriptos fuisse ex Hieronymi verbis, &c. colligitur.* V. *supra pag.* 92.

XX. Novum Testamentum nove versum Græcè reliquit Georgius Mayr prælo paratum probatumque. *Sotvel in Biblioth. script. Soc. Jesu.*

XXI. Evangelium secundùm Matthæum Græcè ex Hebræo *vel potius* ex Syro-Chaldaico sermone conversum à Jacobo Apostolo, vel à Joanne, vel à Barnaba. *Ex his quæ cap.* 2. *sect.* 3. *p.* 101. *retulimus, patet hoc Evangelium Syriaco-Chaldaicè fuisse primitus conscriptum; à quo autem in linguam Græcam translatum non satis constat. Auctor Synopseos apud Athanasium sub finem asserit* hunc librum à Jacobo fratre Domini fuisse translatum. *Theophylactus vero præfat. in Matthæum.* » Joannes, *inquit*, hoc ex Hebraica lingua in Græcam, ut ferunt, interpretatus est «. *Sunt qui opinantur Barnabam Apostolum Matthæi Evangelium ex Hebræo in Græcum transtulisse, inter quos est Sixtus Senensis. Anastasius Sinaita lib.* 8. *Hexaëmeron dicit* » Lucam & Paulum reddidisse idem Evangelium Græcè. «

» † Matthæus Evangelium suum Græcè scripsit, non Chaldaicè, vel Hebraicè, ut post Papiam multi veteres, de Græco interprete S. Jacobo vel Paulo vel denique Luca & Joanne mirum in modum diversa inter se tradentes, affirmarunt «. *Jo Alb. Fabricius Bibl. Gr. lib.* 4. *cap.* 5. *conf. Jo. Henr. Heideggerus Enchir. Bibl. lib.* 3. *cap.* 2. *& Gottfr. Olearius in Observat. ad Matth. VI.* 9. 10. *qui quidem Matthæi Evangelium Græcè primitus conscriptum, attamen ipsis Apostolorum temporibus Hebraicè conversum publicatumque fuisse ex Patrum testimoniis optime colligit.*

XXII. Evangelium secundùm Marcum Græcè ex Latino factum. *Baronius in Annal. Eccl. ad an.* 45. *affirmat* » S. Marcum Romæ suum scripsisse Evangelium, proindeque lingua Romana, puta Latina «. *Ita quoque Syrus in fine hujus Evangelii hæc diserte addit:* » Finit Evangelium sanctum, Evangelium Marci, quod locutus est & evangelizavit Romæ Romane «. *Idem legitur ad calcem versionis Arabicæ & Persicæ. Verum nullius sunt authoritatis hujusmodi inscriptiones quæ ad caput*

vel ad calcem codicum sacrorum præsertim in Orientalibus versionibus leguntur. † *Accedit, quod Seldenus Comment. ad Eutych. Observat. 28. notat, à Syro cæterisque Orientalibus per Romanam linguam etiam Græcam quandoque intelligi.* † *Præterea Marcum Græcè scripsisse asserit S. Hieronymus præf. in Evangelia.* » De novo, *ait*, loquor testamento, quod Græcum est, excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Judæa Evangelium Christi Hebraicis literis edidit «. *Idem expresse docet S. Augustinus lib. 1. de consensu Evangelist. cap. 2.* » Matthæus, *inquit*, Hebræo scripsisse perhibetur eloquio, cœteri Græco. Idem fuit communis veterum & recentium sensus, *juxta Cornelium à Lapide præfat. in Marcum, cui assentitur Maldonatus præfat. in 4. Evangelia cap. 5.* » Constantissima apud omnes veteres fuit opinio, cœteros quidem Græco, Matthæum vero Hebraico scripsisse sermone «. *Ita Maldonatus.*

XXIII. Epistola D. Pauli ad Romanos Græcè ex Latino conversa. » Idem de Epistola ad Romanos (*inquit Alphonsus Salmeron proleg. 36 in Evangel. p. 433.*) per Tertium amanuensem Latinè scripta cogitari potest. Cum enim illud nomen Tertii, sive, ut alii legunt, Teruntii, Latinum sit, cujus opera & ministerio usus Paulus fuit: nihil mirum esse debet, si postquam Epistola illa ex Latino sermone, in quo primum scripta extitit, in Græcum fuit transfusa atque conversa, &c. « *Huic opponitur alter Jesuita, nempe Jacobus Tirinus qui præfat. in eandem sic scribit:* « Ut aliæ, ita & hæc Epistola Græcismis abundat. Unde patet, Græcè à S. Paulo conscriptam. Et hic videtur sensus & consensus esse Interpretum tam Græcorum quam Latinorum. Omnes enim cum dubia lectio occurrit, provocant ad textum Græcum quasi ad Pauli autographum. Nolim tamen Salmeroni, Latinè scriptam contendenti negare, Græcum autographum mox ab aliquo Pauli interprete conversum esse in Latinum sermonem, & ita Latinis transmissum. Et forsan Interpretis (sive Tertius is fuerit, sive alius quispiam) obscuritas, causa fuit, quod hæc Epistola præ aliis tam obscure & hiulce conscripta sit, inquit Diodorus Tarsensis. «

XXIV. Epistola D. Pauli ad Hebræos Græcè ex Hebraico sermone traducta. *Veteres non pauci, Clemens Alexandr. Eusebius Cæsar. S. Hieronymus & Theodoretus asserunt à Luca vel à Clemente eam esse Græcè conversam.* » Clemens Alexandrinus (*ut refert Eusebius lib. 6. hist. Eccles. cap. 14.*) Epistolam ad Hebræos Pauli quidem esse affirmat, sed Hebraico sermone utpote ad Hebræos primum scriptam esse: Lucam vero eandem Græco sermone studiose interpretatum, Græcis hominibus edidisse «. *Eusebius ipse ibidem lib. 3. cap. 38. hæc ait:* » Cum ad Hebræos patrio sermone scripsisset Paulus, alii Lucam Evangelistam, alii hunc, de quo loquimur, Clementem (*Romanum*) Epistolam illam esse interpretatum ferunt «. *S. Hieronymus de script. Eccles. cap. 5. hæc refert:* Vel certe quia Paulus scribebat ad Hebræos, propter invidiam sui apud eos nominis titulum in principio salutationis amputavit; scripserat autem ut Hebræus Hebræis Hebraicè, id est suo eloquio disertissime, ut ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum «. *Theodoretus prologo in hanc Epist. tom. 3. Operum.* » Scripsit *Paulus* (*inquit*) eam lingua Hebraica; ferunt autem eam fuisse à Clemente interpretatam. «

Sic autem istas authoritates refellere conatur Heideggerus lib. 3. Enchiridii Biblici cap. 21. pag. 825. » Manavit hæc traditio à Clemente Alexandrino solo, non alia ratione seu conjectura ducto, quam quod ad Hebræos scripta esset, cum tamen non ad solos Hebræos Palæstinos, sed ad dispersos etiam, Hebraici idiomatis parum callentes, scripta fuerit. . . . Neque Græca Editio translationis notas habet ullas; sed Græcanitatis puræ plurimas. Elegantia enim scriptionis illius versionem non sapit: *Epistola illa* (inquit Origenes in Hom. ad Hebr. tom. 2. pag. 430.) *& in verborum compositione majorem præfert Græci sermonis elegantiam, ut fatebitur quisquis de styli differentia perite judicare potest.* » Loca quoque veteris Testamenti ex Græca translatione citantur, (*ut observavit Hieronymus Comment. in Isaiam lib. 2. cap. 6.*) ex Hebræo potius citanda & traducenda siquidem Hebraicè primitus scripta esset «. *Hæc ille.*

SECTIO QUARTA.

CODICES MANUSCRIPTI Græci.

VEtustissimi codices Græci exarati sunt literis illis majoribus & uncialibus non additis spiritibus & accentibus & sine vocum distinctione. » Literæ unciales observantur in libris omnibus ad nonum usque sæculum. Nono quippe sæculo finem fecerunt Græci uncialibus literis scribendi; ita ut ne unum quidem codicem viderim aut alicubi extare compererim uncialibus literis descriptum, qui post nonum sæcu

» lum exaratus fuerit: exceptis libris Chori » & Ecclesiæ usui deputatis «. *Ita D. Bernardus de Montfaucon p. 12. recensionis Palæographiæ Græcæ.*

Biblia Græca Veteris Testamenti juxta LXX. Interpretes. ». Codex *Vaticanus, ut quidam opinantur, secundùm editionem Luciani*, quantum ex forma characterum conjici potest, cum sit majoribus » literis, quas vere antiquas vocant, exaratus, ante millesimum ducentesimum annum (*hæc scripta sunt anno* 1587.) hoc est *circa annum Christi* 380. ante tempora B. Hieronymi & non infra scriptus videtur. » ... ex editione septuaginta, si non toto » libro, certe majorem partem constare » visus est.... Macchabæorum libri absunt » ab hoc exemplari, atque item liber Genesis fere totus; nam longo ævo consumptis membranis mutilatus est ab initio libri usque ad caput 47. Et liber item Psalmorum qui à Psalmo 105. usque ad 128. » nimia vetustate mancus est «. *Hæc ex præfatione editionis Romanæ. Extat hic codex in Bibl. Vaticana, unde Vaticanus appellatur.*

» Continet Vaticanus codex, longe » quidem vetustissimus, editionem simplicem LXXII. neque suppletam aliena interpretatione, sed ni fallor à Luciano » Martyre emendandi studio nonnihil contaminatam, hoc est eam quam κοινὴν vocare solebant. *Andr. Masius in annot. ad cap.* 1. *Josuæ.* In quo falli doctissimum Masium nihil dubito (*inquit Jac. Usserius p.* 87. *syntagm. de* 70. *Interpr. p.* 86.) quum » Lucianeam hanc esse editionem existimat. Ut enim hujus rei veritatem explorarem, in minoribus Prophetis loca contuli, quæ in scholiis optimi codicis Barberini nota ⁖, Luciani lectionem indicante, signata visebantur. Ex qua collatione, Romanam cum Lucianea editione in » uno tantum loco convenisse deprehendi «. *Ita ille.*

» Triplex fuit (*inquit Jo. Morinus Epist.* 54. *ad Patricium Junium pag.* 279. *Antiq. Eccl. Orient.*) LXX. Interpretum correctio; Origeniana, Hesychiana & Lucianea. Hinc codicum horum Interpretum » varietas. Hesychiana videtur tua Editio » (scilicet codicis Alexandrini). Audio » enim Alexandriæ olim descriptum esse » codicem tuum. Masio Lucianeus videtur » ille codex ex quo Editio Romana expressa est; mihi vero Origenianus: Lucianeus » enim ut constat ex Eusebio & Suida in » verbo *Lucianus*, interpretationem Ecclesiasticam, ubi vitiatam esse illam constabat, ad Hebræi textus normam castigavit; Origenes verò purum putum 70. Interpretum textum repræsentare satagit: ubi autem ab Hebræo variabat, id asteriscis vel obelis notavit; ubi vero codices » 70. à se invicem, lemniscis & hypolemniscis.... Alia ratio, propter quam Origenianam illam Editionem existimem, aut potissimùm Origenianam, est quod non tantum Asiæ majoris Ecclesiæ codices Origenianos amplexæ sint; sed Græciæ, Constantinopoleos, Asiæ quoque minoris & vicinarum regionum, Romæ quoque & Italiæ Magnates & Bibliothecæ celebres Origenis Hexapla describi, ut omnium Editionum correctissima, indeque Editionem 70. exscribi, magnopere curabant, uti S. Hieronymus testatur, apparetque ex auctorum qui in illis regionibus vixerunt commentariis, qui omnes Origenis Hexapla maximè commendant «. *Hæc Morinus.*

Joan. Ern. Grabius in Epist. edita ad Jo. Millium hæc ait: » Hic codex non eam » exhibet libri Judicum versionem, qualem primi ediderunt Interpretes, sed qualem » illam emendavit Hesychius «. *Oppositam ea de re sententiam amplexus est idem doctiss. Grabius ibidem pag.* 47. » Editio Romana (*inquit*) saltem ex parte est Hesychiana, adeoque corruptissima; contra Alexandrinus codex ex Origeniano quoad plurimos veteris Testamenti libros est » descriptus. «

Hic codex, in quo multa reperiuntur manu recentiori emendata, non est adeo antiquus nec bonæ notæ, cum erratum sæpè fuerit ab antiquario, ut ad me scripsit testis oculatus (E. R.) qui eum inspexit & diligenter examinavit.

Biblia Græca Veteris & Novi Testamenti. *Bibl. Vaticana, Joannes Genesius Sepulveda Epist. lib.* 1. *Epist.* 3. *ad Erasmum anno* 1533. *scripta, in qua hæc ait:* » Est Græcum exemplar antiquissimum » in Bibliotheca Vaticana, in quo diligentissime & accuratissime literis majusculis conscriptum utrumque Testamentum continetur, longe diversum à vulgatis exemplaribus.... Hoc autem exemplar omnium esse emendatissimum, cum ejus antiquitas declarat & Librarii diligentia, tum quod multum convenit cum vetere nostra translatione, quæ dubitari non debet, quin ex emendatissimo quoque exemplari conversa & tradita nobis sit à majoribus «. *An hoc exemplar aliud sit quam præcedens, indicare possunt hujus Bibliothecæ Præfecti.*

Biblia Græca partim papyro, partim pergameno, in folio. *Bibl. Vaticana, Possevinus.*

Biblia Græca Vet. Test. Codex Venetus grandioribus literis scriptus, Vaticano non tam vetustus. *Venetiis, Bibl. Cardin.*

Cardin. Bessarionis. Præfatio editionis Romanæ: nunc extant Venetiis in Bibl. Sancti Marci.

BIBLIA Græca Veteris Testamenti. Codex alter priori non tam antiquus, qui ex magna Græcia advectus, deinde fuit Cardinalis Carafæ; qui liber cum Vaticano codice ita in omnibus consentit, ut credi possit ex eodem archetypo descriptus esse. *Eadem præfatio.*

BIBLIA Græca Veteris & Novi Testamenti. » Manuscriptum Alexandrinum ex recensione Hesychii castigatum, literis majoribus antiquis sine accentuum & spirituum notis exaratum, descriptum manu Theclæ nobilis fœminæ Ægyptiæ circa tempus Concilii I. Nicæni: quod Cyrillus Lucaris, cum à Patriarchatu Alexandrino ad Constantinopolitanum vocatus esset, illinc secum tanquam magnum thesaurum Constantinopolim transtulit, & per D. Thomam Roe equirem auratum, Regis Angliæ apud Turcarum Imperatorem legatum, Carolo I. Britanniæ Regi dono misit; cujus etiam Hugo Grotius annotat. ad Nov. Testam. aliquoties sub Anglici codicis nomine mentionem facit. Extant hujus codicis lectiones variantes in Polyglottis Londinensibus. Alexandrinum dicitur non tam quod ex recensione Hesychii fuerit, quam quod ex Alexandria allatum sit «. *Walton. prolegom.* 9. §. 34. *Londini, Bibl. Jacobæa seu Regia Londinensis.*

Hic codex, *qui non tantam habet vetustatem, quantam ei vulgo Angli tribuunt*, utriusque fœderis libros continet, nisi quod à Psalmi 49. versu 20. usque ad versum 12. Psalmi 80. omnia, & Evangelium Matthæi usque ad caput 27. in eo desiderantur. Ex hoc exemplari caput VI. & XVIII. libri Judicum typis mandavit Jacobus Usserius *pag.* 148. *Syntagmatis de* 70. *Interpretibus.* Ex eodem textum Jobi στιχηρῶς typis exscribi curavit Patricius Junius, *& vulgavit cum catena Græca in Job, Londini* 1637. Codicem integrum edere in se susceperat. *Ita enim ea de re scribit Jac. Usserius in Epist. ad Sarravium p.* 527. *Sylloges Epist.* » Alexandrini Exemplaris (quod post Basilii M. tempora descriptum fuisse, præfatio illius, quæ ibi habetur, in Psalmos indicat) editionem urgere non cesso. Id oneris in se suscepit vir doctissimus Patricius Junius, cujus primum specimen simul cum hisce mitto «. *Idem in Epist. ad Lud. Capellum ibid. p.* 596. » Codicem *Alexandrinum* edere cœpit eruditissimus Junius, sed eo ad meliorem vitam translato, nulla illius editionis spes nobis est relicta «. *Rationes, ob quas hæc editio non ulterius progressa est, fusius exponit Th. Smith in vita Patritii Junii pag.* 33. Item Psalterium anno 1678. vulgatum est, cura & studio Thomæ Gale. Tandem integer hic codex luci publicæ dari cœpit studio & opera Jo. Ernesti Grabii, Oxonii 1707.

De hoc exemplari msc. hæc scribit Joannes Usserius pag. 100. *Syntagm. de* 70. *Interpretibus.* » Ex ineditis omnibus Græcorum Bibliorum exemplaribus, celebratissimum est illud, quod ad Regem nostrum Carolum dono misit Cyrillus Patriarcha Constantinopolitanus, notatione hac apposita: *Liber iste Scripturæ Sacræ Novi & Veteris Testamenti, prout ex traditione habemus, est scriptus manu Theclæ, nobilis fœminæ Ægyptiæ, ante mille & trecentos annos circiter, paulo post Concilium Nicænum. Nomen Theclæ in fine libri erat exaratum; sed extincto Christianismo in Ægypto à Mahometanis, & libri una Christianorum in similem sunt redacti conditionem. Extinctum ergo & Theclæ nomen & laceratum; sed memoria & traditio recens observat.* «

Deinde addit clariss. author. » Inter hoc & Vaticanum exemplar (majusculis utrumque literis exaratum) in libris Josuæ, Judicum, Jobi (qui & hic ex Theodotione est suppletus) & tertio Regum libro, præcipua existit differentia: eodem ordine, iisdemque trajectionibus utrobique servatis «. *Hæc ille.*

» Textus ille (*inquit Joan. Morinus ad Thomam Cromberum Epist.* 43. *p.* 236. *Antiq. Eccl. Orient.*) non est 70. Interpretum purus & sincerus textus, sed quantum ex paucis schedulis judicare licet, duobus vitiis laborat; habet admixtas plerasque sententias & pericopas ex Hebræo textu juxta Theodotionem verso repetitas; quæ à puro 70. Interpretum textu semper abfuerunt, quasque ideo sub asterisco Bibliis suis inseruerat Origenes.... Habet præterea multa, sed minoris momenti, quæ à sincero 70. Interpretum textu nonnihil deflectunt, nec cum Hebræo textu ut plurimum conveniunt, ex quibus conjicere est, editionem illam esse Hesychianam, ab Hesychio scilicet recensitam, vel certe demonstratur textum illum Ægyptium admodum esse impurum, utpote ab Hexaplis Origenis plurimum differentem. Id, quod conjicio, facile dijudicabit, qui textum illum cum Græco textu Esaiæ apud Procopium, & editione textus Josuæ apud Masium contulerit, modo quid sibi velint Origenis obeli & asterisci prius didicerit. «

Idem ibidem Epist. 54 *p.* 274. *ad eundem scripta subdit:* » Quod ad rem attinet, pedibus manibusque in tuam eo sententiam, Editionem illam veram esse & ger-

» manam 70. seniorum Interpretationem ; A
» an sit totius orbis antiquissimus codex ille,
» ex quo Jobi Editio expressa est, definire
» difficile, ne dicam ἀδύνατον. Literarum
» figura qua codex ille Regius exaratus est,
» ut ex earum specimine à te exscripto con-
» jicio, arguit sane venerandam antiquita-
» tem, & annos mille ducentos superantem.
» . . . Cum autem dixi editionem illam Jobi
» veram esse & germanam 70. seniorum In-
» terpretationem, non statim intelligi ve-
» lim ὁλόκληρον integritatem esse illi tri-
» buendam. . . . Vera igitur & germana est B
» 70. seniorum interpretatio, hoc est non
» adulterina, ne quidem interpolata, sed
» ea ipsa quam ex Hebraico seniores illi
» transtulerunt ; verum nihil prohibet in
» ea nævos esse & mendas illapsas & ex
» scriptoris vitio & exemplaris à quo est
» olim codex ille descriptus «. *Ita Morinus.*

» Græca Testamenti utriusque Biblia,
» quo thesauro per annos C C. ultra mille
» (ad illam enim usque ætatem assurgere
» perhibetur) nihil usquam pretiosius vidit
» orbis Christianus, charactere grandiori C
» pulchre exarata, Cyrillus Lucaris, Pa-
» triarcha CP. ex Alexandria, cum sedem
» illam relinqueret, secum devecta, per
» Thomam Roe. . . . ad Carolum I. trans-
» misit. Acceptas haud sine summa vene-
» ratione membranas hasce veterrimas,
» magnificeque mox compactas auroque
» fulgentes in bibliotheca Jacobæa reponi
» jussit Rex optimus, ubi jam asservatur
» hoc κειμήλιον. Constat autem hoc exem-
» plar ex quatuor voluminibus ; quorum
» tria priora Vet. Test. libros continent, D
» quartum vero Novum Testamentum cum
» annexa ad calcem ipsius Epistola D. Cle-
» mentis priori, & posterioris fragmento....
» Patricius Junius typis Regiis accurate re-
» præsentavit, ad fidem hujus exemplaris,
» librum Job στιχηρῶς, editurus & universa
» Biblia Alexandrina, si rationes in iis
» edendis ab ipso initas probassent eruditi.
» Sed & lectiones variantes N. T. collegit
» Patricius in gratiam Cl. Usserii Armacha-
» ni & etiam illustrissimi Hug. Grotii. . . .
» Nec ulterius certe quicquam ab ipso aliis E
» ve in hoc genere tentatum puto per an-
» nos fere viginti ; donec scilicet Alexan-
» der Huissus, aliique viri docti universi
» Textus Alexandrini cum exemplari Va-
» ticano in Vet. Test. & cum editione Ste-
» phanica in Novo collationem instituis-
» sent ; adjectis ad calcem cujusque paginæ
» *Polyglot. Londin.* singulis fere varietatibus
» Alexandrini codicis, etiam minutissimis «.
Johannes Millius p. 143. prolegom. in Nov. Test. Gr.

Ex cap. 1. prolegomenorum Joannis Ernesti Grabii ad Biblia Græca anno 1707. *edita* §. 5. » Equidem hunc *codicem* Con- «
cilio Nicæno haud antiquiorem esse S. «
Athanasii ad Marcellinum Epistola, Psal- «
mis præfixa una cum Eusebii Hypothesi- «
bus Psalmorum plane evincit, ut & Ca- «
pitula S. Evangeliorum, horumque mi- «
nutior distinctio in στίχους secundùm Ca- «
nones Eusebianos, minio in margine ad- «
scripta. Quod vero non diu post Conci- «
lium Nicænum, Theclæ, adeoque seculi «
IV. ætate decurrente exaratus fuerit Co- «
dex noster, ex eo colligo, quod nulla «
prorsus Epistolarum Paulinarum divisio «
in κεφάλαια ac sectiones ibi appareat, «
procul dubio his perinde ut Evangeliis «
apponenda, si talis aliqua extitisset. At- «
qui jam anno Christi 396. Arcadio IV. «
& Honorio III. Coss. quempiam S. Scrip- «
turæ peritum ac pium virum, cujus no- «
men nos fugit, Epistolarum Pauli in Ca- «
pitula distinctionem ac singulorum Capi- «
tulorum summas ac titulos confecisse, «
constat ex Euthalii præfatione in dictas «
Epistolas an. Christi 462. scripta, ac nar- «
ratione laudati Anonymi de Martyrio «
Pauli eidem suffixa. . . . §. 6. Is codex est «
in folio scriptus atramento in membrana. «
Singulæ paginæ duas exhibent columnas. «
Literæ sunt unciales, rotundæ, ubique «
ejusdem fere formæ ac magnitudinis. Cæ- «
terum de literis consonantibus pariter & «
vocalibus diphthongisque notandum ; «
quod illæ hinc inde, hæ autem ubique «
fere locorum ac sæpissime sint inter se «
permutatæ. . . . Spiritus atque accentus «
quod attinet, eos in primis Geneseos ca- «
pitibus recentior manus appinxit ; prima «
vero Librarii manus per totum Codicem «
rarius addidit. . . . Voces plerumque in- «
tegræ sunt scriptæ, exceptis quibusdam, «
quas sæpissime abbreviatas videas. Cæ- «
terum verba ubique fere continuo lite- «
rarum ductu sunt inter se juncta. . . . §. 8. «
Porro notandum quod Codex Alexan- «
drinus ab ipso scriba, vel quopiam ejus «
coævo, cum autographo, aut cum alio «
potius codice fuerit collatus ac subinde «
emendatus, necnon in margine supple- «
tus, licet aliquando parum recte, &c. «

Sacræ Scripturæ codex Græcus auro, gemmisque ornatus, cujus antiquitatem, falso licet, ad ipsa Apostolorum tempora referunt. *Asservatur in Templo Rascianorum Comaronii in Hungaria, Tollius Epist. 5. Itinerariâ p.* 148.

BIBLIA Græca Leonis Patricii olim, Reginæ Sueciæ, cod. 1. nunc in *Bibl. Vaticana.* Eadem usque ad Danielem. *Ibid. cod.* 5. *Ex his unum juxta Lucianeam editionem esse conjectat Isaacus Vossius in Epist. ad Lectorem, quæ est in appendice Syntagmatis de 70. Interpretibus.*

Biblia Græca. Codex feculi IX. membranaceus, charactere unciali, oblongo & deflexo, initio & fine mutilus, optimæ notæ. *Romæ, Bibl. Cœnobii S. Basilii, de Montfaucon p. 212. Diarii Italici, addit. p.* 186. *Palæographiæ Græcæ* » in hoc » codice, erasis prioribus, alia recentiori » manu superscripta esse. «

Biblia Græca. Codex antiquus X. feculi, in fol. in quo desunt libri poetici & prophetici. *Bibl. Regia cod.* 1871. *Eorum codicum plerique qui Lutetiæ Parisiorum in Bibliotheca Regia asservantur, quique in hac referuntur sectione, veteres sunt ac bonæ notæ, & quidem ante annos septingentos scripti, seculo undecimo, quemadmodum mihi testatus est Joannes Boivin hujus Bibl. custos alter, rerum Græcarum callentissimus.*

Biblia Græca Imperatoris Cantacuzeni valde consentientia cum Editione Romana. *Bibliotheca Scoraliensis: Francisc.* delos fanctos *in descriptione hispanicè scripta ejusdem Bibliothecæ, discursu* 16. *p.* 90.

Biblia Græca fere integra Græcè. *Bibl. Regia cod.* 2240.

Biblia Græca. Codex membranaceus XII. feculi. *Romæ, Bibl. Chiggiana, de Montfaucon p.* 237. *Diarii Italici.*

Biblia Græca. Codex bombycinus XII. feculi. *Florentiæ, Bibl. S. Marci.*

Biblia Græca. Codex pervetustus & optimæ notæ. *Bibl. Vindobonensis, de Nessel cod.* 23.

Biblia Græca. Codices quatuor. *Bibliotheca Venetæ, Tomasini catalogus p.* 53. Eadem. *Bibl. Eduardi Bernardi in Anglia cod.* 48. *num.* 7394. *catalogi editi.*

Biblia Græca, quatuor distincta tomis, ad cujus margines multiplicem videre est diversorum textuum interpretationem, prout Antonius Agellius probabat, ejus manu Græcis quidem notis adscriptam. *Romæ, Bibl. Quirinalis apud PP. Theatinos: Jo. Silos, Hist. Cleric. Regul. lib.* 13. *p.* 533.

Octateuchus Græcus, five liber continens Pentateuchum, libros Josuæ, Judicum & Ruth, *præterea* quatuor libros Regum, 2. Paralipomenon, Esdræ I. & II. & Macchabæorum primum. Codex antiquus in membranis. *Florentiæ, Bibl. S. Laurentii plut.* v. *cod.* 1.

Octateuchus, libri IV. Regum, II. Paralipomenon, II. Esdræ, Judith & Esther, Græcè. *Bibl. Bodleiana cod.* 292. *Bibl. Vaticana, Possevinus.* Eadem usque ad Esdram. *Ibidem, Possevinus.*

Octateuchus & libri IV. Regum, II. Paralipomenon, Esdræ, tres libri Macchabæorum, Esther, Judith & Tobiæ, Græcè. *Bibl. Colbertina cod.* 1609.

Octateuchus & libri III. Regum. Codex mutilus sed perinsignis, membranaceus, unciali charactere quadro & rotundo descriptus, ubi accentus & spiritus aliquando notantur, nonnunquam prætermittuntur; estque feptimi ut minimum feculi. Genesis desinit à cap. 34. usque ad cap. 38. Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, fine ullo defectu superfunt. Sequitur liber Josue, ubi abstractis aliquot foliis multa desiderantur, namque à versu 6. cap. X. usque ad ultimum versum cap. 22. Libri Judicum & Ruth integri habentur. In libro I. Regum avulsis foliis multa desiderantur, scilicet à versu 19. cap. 4. usque ad versum 19, cap. 8. à versu 26. cap. 14. ad versum 33. cap. 25. Liber II. Regum integer est. Liber III. pertingit solum usque ad versum 40. cap. 8. reliqua omnia desiderantur, ut & totus Liber IV. qui haud dubiè cum aliis descriptus fuerat. Scripturæ textus in hoc codice sæpè differt ab Editione Romana LXX. Interpretum, ita ut aliquando alia prorsus versio esse videatur. In multis autem cum Alexandrino codice consentir. Notæ marginales rriplici manu descriptæ sunt; primæ omnium præstantissimæ ipsius Calligraphi, qui librum descripsit, manu exarata, versionum Aquilæ, Symmachi & Theodotionis fragmenta plerumque repræsentant. Itemque alias notas partim literales, partim allegoricas & mystagogicas fine autorum nomine. Notæ secundâ manu, licet non paris vetustatis, perantiquæ tamen sunt & literis uncialibus descriptæ, quædam Eusebii Cæsariensis, Apollinarii & Eusebii Emisseni, quædam fine auctorum nomine. Notæ tertia manu omnino recentes sunt ac parvi pretii. In margine non infrequenter & aliquando etiam in textu notantur asterisci, quibus indicantur nonnulla quæ in LXX. Interpretibus deficiebant ex aliis editionibus adjecta fuisse. *Hæc D. Bernardus de Montfaucon in catalogo Codicum mss. Bibliothecæ Seguerianæ, in qua hic codex servatur cod. Græco* 1.

Octateuchus & libri Esther, Judith & Tobit, Græcè. *Bibl. Regia cod.* 2240. Octateuchus cui deest Genesis. *Ibidem cod.* 1872. Octateuchus cum catena Græca. Codex bombycinus feculi XII. vel XIII. *Ibid. cod.* 1888. Octateuchus Græcè. Codex membranaceus ejusdem fere ætatis. *Ibidem cod.* 1885.

Octateuchus Græcè, cui deest liber Ruth. Codex membranaceus quadringentorum annorum. *Ibidem cod.* 1874.

Octateuchus feu fragmenta Pentateuchi, five Genefeos, Levitici, Numerorum & Deuteronomii, necnon Josuæ & Judicum Græcè, ex Origenis Hexaplis

descripta, obelis, asteriscisque notata. Codex scriptus literis uncialibus & antiquissimis, æquat ætatem codicis Alexandrini. Hunc habuit Claudius Sarravius Senator Parisiensis, cujus variæ lectiones exhibentur tomo VI. Bibl. Polygl. Londin. fuit postea Isaaci Vossii, nunc extat *in Bibl. Leidensi* una cum aliis msc. ejusdem Vossii (*ut patet ex ejus catalogo num.* 2194. *codd. MSS. Angliæ part.* 4.) † *Jo. Ern. Grabius Proleg. in Biblia Græca cap.* 3. §. 4. *Idem p.* 28. *Epist. ad Joan. Millium hæc scripserat.* » Hæ antiquissimæ membranæ Alexandrini codicis ætatem, si non superant, saltem æquant, nec ullum mihi dubium est, hunc codicem ipsum Sarravianum esse, quem Parricius Junius in notis ad msc. Alexandrinum tom. 6. Bibl. Polygl. Londin. passim, & Usserius in Syntagmate de 70. Interpr. pag. 105. & 155. sæpè citarunt. Imo vero esse alteram partem codicis cujus alia folia Bibliothecam Thuanam pridem, nunc Colbertinam ornant «. *Hæc ille.*

Octateuchus Græcè. Codex membranaceus, in 4°. qui hanc habet subscriptionem: Finem habuit hic liber Octateuchus Novembri, die post vigesimum sexto, hora tertia, anno mundi 6634. i. e. Christi 1126. indictione 4. Ut peregrini gaudent conspecta patria, sic Scribæ conspecto libri fine. *Bibl. Collegii Universitatis Oxoniensis cod.* 52. *catalogi editi. Grabius prolegom. in Biblia Græca cap.* 3. §. 6. *& Bern. de Montfaucon p.* 58. *Palæographiæ Græcæ.*

Octateuchus Græcè cum antiquis Græcis annotationibus. Codex antiquus & optimæ notæ. *Bibl. Vindobonensis cod.* 57. *de Nessel.*

Octateuchus Græcè. *Florentiæ, Bibl. S. Laurentii plut.* V. *cod.* 38. *Bibl. Colbertina cod.* 659. *Venetiis Bibl. S. Marci, Possevinus.*

Octateuchus Græcè. Codex pervetustus IX. vel X. seculi. Aliquot folia deficiente codice posteriore manu descripta sunt. *Bibl. Seguer. p.* 7. Tres alii codices, *ibid. p.* 7. Idem & libri Regum Græcè. Codex membranaceus seculi XII. *Ibidem.*

Heptateuchus, continens Genesim, (cujus desiderantur 18. priora capita & initium XIX.) Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, Josuæ & Judices cujus libri deest caput ultimum. Codex bombicinus XIV. circiter seculi. *Ibidem.* Heptateuchus incipiens à capite 28. Geneseos. *Bibl. Colbertina cod.* 465.

Pentateuchus & liber Josue Græcè. Codex X. seculi accuratione multa conscriptus in membrana, initio & fine mutilus. In eo sunt Origenianæ ad marginem notæ. *Romæ Bibl. Cœnobii S. Basilii; de Montfaucon p.* 212. *Diarii Italici.*

Pentateuchus Græcus juxta exemplar Alexandrinum. *Bibl. Thomæ Gale in Anglia cod.* 72. *num.* 5906. *catalogi msc. Angliæ part.* 3.

Pentateuchus Græcè. Codex chartaceus, in 4°. *Biblioth. Vaticana; Assemanus p.* 595. *Bibl. Orientalis.*

Genesis, Exodus, Leviticus & alia Græcè, in fol. *Bibl. S. Marci Venetiis; Possevinus.* Genesis & aliquorum librorum Veteris Testamenti nova translatio Græca. *Ibidem, idem.*

Genesis & Exodus cum catena Græcè. *Bibl. Regia cod.* 1889. Genesis cum catena. *Ibid. cod.* 2911.

Exodi pars à cap. 32. versu 16. Græcè, una cum Levitico & Numeris, & 13. primis versiculis cap. 1. Deuteronomii, variisque scholiis & aliorum Interpr. fragmentis. Codex in membranis vetustis scriptus, in fol. *Lipsiæ, Bibl. Paulina. Jo. Andr. Bosius cap.* 6. *Introduct. in notit. Script. Eccl. p.* 60. *&* † *Fellerus p.* 104.

» Liber Geneseos Græcè, pulcherrimis « figuris illuminatus & antiquissimis literis « capitalibus ante mille quadringentos an- « nos aut circiter exaratus, quem de Phi- « lippis in Angliam secum adportarunt duo « Græci Episcopi tempore Henrici VIII. « ei dono offerentes, & perhibentes ex an- « tiqua traditione receptum quod olim pos- « sessorem agnosceret Origenem. Elizabe- « tha Regina eum in Bibliotheca Regiæ « (*Londini*) archivis repertum dedit D. « Joanni Fortescue Equiti, suo in Græcis « Prælectori, qui consulens posteritati, eo- « dem beavit Thesaurum Cottonianum. Ita « D. Jamesius hæc omnia, à D. Cottono « edoctus, annotavit. Incipit à versu 13. ca- « pitis primi: desinit vero in versu penul- « timo capitis 50. ultimus versus cum figura « deest. Desunt quoque passim folia «. *Bibl. Cottoniana p.* 70. *catalogi ex quo exscripta sunt hæc verba.* » Codex iste longe ve- « tustissimus, Vaticano & Alexandrino an- « tiquior: quem sæpius audivi (*inquit Waltonus proleg.* 9. *num.* 42.) Rev. Usserium « affirmantem, *esse omnium totius orbis antiquissimum* «. *Ex eo variæ lectiones excerptæ referuntur tomo* VI. *Bibl. Polyglot. Londinensium.*

† *J. E. Grabius Proleg. Bibl. Gr. cap.* 3. §. 6. » Pervetustum hunc ipsisque Alexan- « drinis membranis antiquiorem libri Ge- « neseos codicem Cottonianum, prope- « diem integrum seorsim, vel saltem illius « cum Romana editione collationes, ante « triennium à summa diligentia atque cura « factas, præfixa ejusdem historia, publicæ « luci donaturum se *promittit.* «

Libri Geneſeos fragmenta quædam, Græcè. Codex vetuſtiſſimus, membranaceus, purpureus, pene quadrus, charactere unciali ſine ſpiritibus & accentibus deſcriptus, aureis & argenteis literis majuſculis, ante annos mille trecentos, *ut opinatur Lambecius*, exaratus; conſtatque foliis viginti ſex, quorum 24. prioribus continentur fragmenta libri Geneſeos, exornata 48. æque vetuſtis picturis, hiſtoriam deſcriptam repræſentantibus; duo antem reliqua folia fragmenrum Evangel. Lucæ complectuntur. *Bibl. Vindobonenſis, Lambecius Comment. lib. 2. p.* 1007. *& lib.* 3. *p.* 2. † *ubi picturæ illæ, Conſtantini M. ætatem redolentes, æri inciſæ exhibentur, & alia nonnulla de hoc codice notatu digna commemorantur; conf. Bern. de Montfaucon Palæogr. Gr. p.* 190. *& ſeqq.*

Fragmenta libri Exodi, Levitici, Numerorum & Judicum, Græcè cum obelis & aſteriſcis. Codex in folio minori charactere unciali & ſine ſpiritibus exaratus, fuit olim Bibl. Thuanæ. *Bibl. Colbertina cod.* 3084.

De iſto codice hæc habet Joannes Morinus lib. 1. *Exercit. Bibl.* 9. *cap.* 6. §. 10. » Inſtructiſſimam Thuanam Bibliothecam luſtrantes in minutulum venerandæ admodum vetuſtatis fragmentum incidimus. Complectitur Exodi capita 36. 37. 38. 39. 40. ſed horum nullum integrum: Levitici tria priora capita integra, quartum uſque ad verſum 13. Ejuſdem etiam libri capita 13. 14. 15. 16. 18. 19. ſed ea quoque plurimum mutila. Antiquiſſimus & uncialis character, magnitudine & figura vetuſtiſſimorum codicum. *Cantabrigienſis, Regii & Sangermanenſis* characteri omnino ſimilis, continens & ſine diſtinctionum ſeparatione ſcriptura; obeliſci & aſteriſci perſæpè nondum obliterati..... aliaque ejuſmodi, fragmentum illud non eſſe Hieronymi ſeculo inferius, atqne omnino ante mille & ducentos annos ſcriptum eſſe manifeſte demonſtrant. Codex unde avulſum eſt illud fragmentum, ut ex obelis & aſteriſcis apparet, 70. Interpretum erat editio mixta, ad Origenianæ formam deſcripta, qua uno conſpectu emicabat, & 70. Interpretum textus, & quid Hebraico adderet, & quid ipſi Hebraicum. «

De illis ita ſcribit D. Bernardus de Montfaucon p. 186. *Palæographiæ Græcæ.* » Hujus codicis viginti duo ſolum folia ſuperſunt: ex libro Exodi ſeptem, ex Levitico tredecim, ex Numeris duo; aliæ vero ejuſdem codicis partes hinc & inde diſtractæ & diſperſæ ſunt. Alteram partem olim Bibliothecæ Sarravianæ, in Iſaaci Voſſii manus tranſlatam fuiſſe narrat Jo. Ern. Grabe in Epiſtola ad me ſcripta.... Hoc codice vetuſtiorem nullum ex iis, qui noti ſunt, eſſe opinor, eſtque forma penitus qnadra; ut ex ſubjuncto ſpecimine videbis: paginam quippe integram delineari curavi. Hic notantur obeli & aſteriſci; qua forma vides in exemplo «. *Hæc ille.*

Liber Joſuæ, Judicum, Ruth, Regum & Paralipomenon, Græcè, membr. in fol. *Bibl. Auguſtana ſubſellio* 1. *cod.* 25. *Ehingerus.*

Liber Joſuæ, Judicum, Ruth, Regum & Tobit Græcè cum ſcholiis, membr. in folio. *Ibidem cod.* 28. *idem.*

Libri Regum, Paralipomenon, Eſdræ, Tobit, Eſther, Judith & Machabæorum Græcè cum magna in libris Regum Interpretationum marginalium copia; ſed hic, ut & alii omnes mſſ. in libris Paralipomenon pauca, in cœteris nihil habet. Codex X. ſeculi. *Bibliotheca Coiſliniana.*

Libri Regum, Paralipomenon, Eſdræ, Tobit & Machabæorum, Græcè, in fol. *Venetiis, Bibl. S. Marci, Poſſevinus.*

Libri quatuor Regum, duo Paralipomenon & duo Eſdræ, Græcè. *Bibl. Regia cod.* 1873. Libri IV. Regum & duo Paralipomenon, Græcè cum catena. *Ibidem cod.* 2433. Libri IV. Regum Græcè. *Bibl. Colbertina cod.* 2214.

Libri Chronicorum ſeu Paralipomenon, Græcè. Codex vetuſtiſſimus, qui quondam erat Theodori Archiepiſcopi Cantuarienſis, anno Chriſti 668. *Cantabrigiæ, Bibl. publica, Walton. præfat. Bibl. Polyglot. Londin.* 9, 42. Ex eo variæ lectiones collectæ à D. Man extant tomo VI. eorundem Polyglottorum.

† *Hic Codex una cum Hypomneſtico Joſephi & Teſtamentis XII. Prophetarum, eodem charactere ligato exaratis, in unum volumen compactus, & in* 4°. *forma in membranis eleganter deſcriptus, ex dono Matthæi Parckeri, cum aliis nonnullis mſſ. in Bibl. publica Cantabrig. aſſervatur. Neque vero ut Waltonus, traditione de eodem à Theodoro ex Græcia quondam allato deceptus, putavit, ante mille annos ſcriptus eſt, ſiquidem nono demum ſæculo literas colligandi, pluresque uno ductu exarandi conſuetudinem invectam fuiſſe docet Bern. de Montfaucon Palæogr. Gr. L. IV. cap.* 1. *cujus cap.* 2. *prolatis characterum IX. & X. ſæculi ſpeciminibus, ejus ſcriptura accurate convenit. Theodori autem fuiſſe nullum eſt indicium in ipſo codice, ex quo Joſephi librum ante triennium deſcripſi.*

Liber Tobiæ, Græcè. *Bibl. Colbertina cod.* 4768.

Tobias, Judith & Eſther, Græcè. *Bibl.*

Vaticana; Assemanus p. 593. Bibl. Orientalis.

Liber Esther, Græcè. *Bibl. Arundelliana, Jac. Usserius p. 105. Syntagmatis de 70. Interpretibus, de quo hæc ait:* » Et Esthe- » ræ quidem duas in Arundellianæ Biblio- » thecæ codice msc. editiones nacti sumus: » contractiorem unam, auctiorem & Ori- » genicis asteriscis signatam aliam; in qua- » rum tamen utraque reperta ea sunt om- » nia quæ textui Hebraico à LXX. addita » fuisse Origenes in Epistola ad Julium » Africanum significaverat «. *Duplex ista libri Esther editio in Syntagmate ab Usserio vulgata est.*

Libri Job, quinque Sapientiales, Macchabæorum, Tobit, Esther & Judith. *Bibl. Regia cod.* 1875.

Jobi & librorum quinque Sapientialium fragmenta plurima, Græcè. Codex vetustissimus, qui cum N. Testamento simul compaginatur. *Bibl. Regia cod.* 1905.

Liber Job & quinque libri Sapientiales Græcè, cum glossa interlineari Latina in Job, Proverbia, Ecclesiasten & Sapientiam. Codex optimæ notæ, qui fuit P. Pithæi, & Nic. Fabri. *Bibl. Colbertina cod.* 3883. Job & Libri V. Sapientiales. *Bibl. Thuana p.* 440. *Idem forsan codex ac præcedens.* Iidem. *Venetiis, Bibl. S. Marci, Possevinus.*

Jobi Prophetia, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes & Cantica Græcè, omnia literis grandioribus exarata sunt, & ad singulos libros habentur variorum translationes & lectiones variæ. Codex membranaceus & insignis. *Florentiæ, Bibl. S. Laurentii plut.* 8. *cod.* 27.

Job, Proverbia, Canticum Canticorum, Sapientia Salomonis & Ecclesiasticus, Græcè. Codex vetus in 4°. aliquot foliis mutilus. In eo distincti sunt versus, & initia minio insignita. *Codex* 337. *Bibl. Palatinæ.* V. *Catalogus anno* 1701. *editus p.* 101. *nunc forsan extat in Bibl. Vaticana.* Job cum veterum Patrum enarratione, Græcè. Citatur ibi etiam versio Aquilæ, Symmachi & Theodotionis. *Ibidem ex Palatina cod.* 230. *p.* 70. Justi Jobi omnia continens liber. *Bibl. Vaticana, Possevinus ad calcem Appar. sacri.*

Liber Job cum catena, Græcè. *Bibl. Regia codd.* 1890. 2434. 2873. Idem absque catena, Græcè. Codex recens sed ex veteri, ut creditur, descriptus. *Bibl. Colbertina cod.* 3581.

Psalterium Græcum Davidis. Codex venerandæ antiquitatis, undecim omnino seculorum, judicio doctissimorum quorumdam virorum qui illum inspexerunt. Scriptus est charactere Basilico, in 4°. forma in membranis; verum alii volunt

A non esse membranam, sed chartam purpura tinctam; character est argenteus, tituli aurei, marginalia Latinè extant minio scripta. *Tiguri, Bibl. Civica, Joan. Bapt. Ottius in collectione editionum Biblicarum quam ad me pro humanitate sua transmisit.*

Psalterium Græcum literis aureis absque ulla verborum distinctione exaratum, in 4°. *Bibl. Colbertina cod.* 4439. *Cantabrigiæ Bibl. S. Benedicti cod.* 386. Psalte-

B rium pulcherrimum cum expositione, Græcè, in fol. *Venetiis, Bibl. S. Marci, Possevinus.* Idem ter. *Ibidem.*

Psalterium Græcè & Lat. ita est versio Latina ut oppositam paginam occupet, unciali charactere, sine spiritu & accentibus, VI. vel VII. seculo descriptum, initio & fine mutilum. Incipit à Psalmo 18. cujus pars prior desideratur; desinit in Psal. 72. cujus pars posterior deest. *Bibl. Segueriana.*

Psalterium Græcum, Latina manu & & charactere unciali descriptum à I. Psal-

C mo ad LXX. Codex membranaceus, in fol. VII. seculi. *Bibl. Monasterii Murbacensis in Alsatia, de Montfaucon pag.* 220. *Palæographiæ Græcæ.*

Psalterium Græcè & Latinè cum Canticis in Ecclesia cantari solitis. *Ad calcem libri legitur:* Ego Sedulius Scottus scripsi. (*hic floruit anno* 818.) Codex charactere unciali descriptus, forma literarum aliquid peregrini olet, ut in aliis pene omnibus, qui à Latinis conscripti sunt, Græ-

D cis codicibus observatur. *Bibl. S. Michaelis in Lotharingia Diœcesis Virdunensis. Idem ibid. p.* 235.

† Psalterium cum Canticis V. & N. T. Græcè & Latinè. Codex membranaceus in fol. Græcus textus, qui est LXX. Interpretum, στιχηρῶς sive per κῶλα & κόμματα scriptus est, similique prorsus scribendi ratione versio Latina (*quæ est vetus Itala*) è regione locata. Utriusque textus verba & στίχοι examussim conveniunt cum Codice Monasterii S. Micbae-

E lis in Lotharingia, à Sedulio Scotto sæculo IX. exarato, cujus specimen exbibet doctissimus P. Montfaucon *Palæogr. Gr. lib.* 3. *cap.* 7. *pag.* 237. eademque in utroque exemplari Scripturæ Cantica & eodem ordine disposita exhibentur, ut adeo hoc ex illo descriptum mihi videatur. *Fuit P. Francii, è cujus Bibliotheca, Amstelodami vendita, ad me (sc. clariss. Boernerum) pervenit.*

Psalterium Græcum cum Canticis Vet. & Nov. Testamenti. Infertæ sunt picturæ elegantissimæ quatuor; codex literis prægrandibus exaratus, in folio, olim *Bibl. Palatinæ cod.* 381. *pag.* 121. *catalogi supra*

memorati: nunc in Bibl. Vaticana. Idem quinquies, *ibidem p.* 19. 31. 36. 68. & 87.

Pſalmi & Cantica cum commentariis variorum Patrum, Græcè, liber antiquiſſimus. In fine codicis diſſeritur de indictione, de æra à creatione mundi, de modo inveniendi Paſchatis: exemplum ponit ab anno mundi 6303. Chriſti videlicet 995. quo videtur ſcriptus fuiſſe. Codex iſte membranaceus. *Bibl. Segueriana p.* 7.

Pſalmi Græcè. Codex membranaceus X. ſeculi, initio mutilus, incœpit à Pſal. 17. v. 37. cum breviſſimis interpretationibus. *Ibidem.*

Pſalmi eleganti & grandi charactere exarati. *Ibid. p.* 24. Pſalmi, in 4°. *Ibid. p.* 10. Iidem, quatuor codices. *Ibidem. p.* 37. *& ſequentibus*, quorum unus membranaceus ſeculi circiter XIII.

Pſalterium & Cantica Græcè cum catena. *Bibl. Regia codd.* 1807. 1876. 1877.

Pſalterium & Cantica Græcè, cum catena SS. PP. Codex membranaceus, perelegans, X. ſeculi, in quo extant figuræ bene multæ à perita manu delineatæ. *Ibidem cod.* 1878.

Pſalterium & Cantica Græcè. *Ibidem codd.* 2851. 2852. 2853. 2854. 2856.

Pſalterium Græcum antiquis Græcis literis, pulcbris, parvis, ſed legibilibus ſcriptum. Fuit quondam S. Simeonis ſolitarii qui obiit 1037. *In Tholejenſi Monaſterio ſe vidiſſe ſcribit Trithemius tom.* 1. *Chron. Hirſaugenſis p.* 173.

Pſalterium Græcum. Codex membranaceus, *in cujus fine notatum:* ſcriptum eſt hoc Pſalterium manu Demetrii Preſbyteri, menſis Maii trigeſima die, feria ſecunda, hora tertia, anno mundi 6567. Chriſti 1059. indictione XII. *Bibl. Regia cod.* 3411.

Pſalterium Græcum. Codex papyraceus, in 8°. *Pariſiis, Bibl. Memmiana.* Idem Græcè. *Bibl. Colbertina codd.* 4439. 6158. Idem cum ſcholiis. *Ibidem cod.* 5995. Idem cui aliqua deſunt. *Ibidem codd.* 4182. 4728. 5235. 6277. 6510. Idem. Codex vetuſtus membranaceus. *Bibl. Nic. Joſ. Foucaut. Comitis Conſiſtoriani.*

Pſalmi Græcè. Codex membranaceus XI. ſeculi elegantiſſimus. *Bibl. Ducis Mutinenſis, de Montfaucon p.* 31. *Diarii Italici.* Iidem, duo codices ejuſdem ætatis, *Bononiæ Bibl. Canon. Regul. S. Salvatoris, idem ibid. p.* 407. Iidem. Codex membranaceus ejuſdem ſeculi. *Florentiæ, Bibl. B. Mariæ, idem p.* 362. Iidem. Codex membranaceus ejuſdem ſeculi, optimæ notæ. *Neapoli, Bibl. S. Joannis de Carbonaria, idem p.* 308.

Pſalmi Græcè & Latinè. Codex XII.

A ſeculi, ubi Græca ſingulari characterum forma ſunt. *Neapoli, Bibl. Monaſterii S. Severini, idem p.* 319. Iidem, duo codices, in fol. *Bibl. Patavinæ p.* 29. *catalogi Tomaſini.* Iidem. *Cantabrigiæ, Bibl. Collegii S. Benedicti cod.* 179. *num.* 1456.

Pſalmi Græcè. Codex bombycinus XV. ſeculi. *Florentiæ, Bibl. S. Mariæ, de Montfaucon ibidem p.* 362. Iidem Græcè. Codex XVI. ſeculi manu Bernardi, filii Bartholomæi Bartholiſci de Florentia Monachi Dominicani ſcriptus; hujus

B characteres notandi ſunt, imitantur enim quodammodo Hebraicos. *Flor. Bibl. S. Laurentii plut.* v. *cod.* 21. Iidem, *ibid. codd.* 5. 17. 18. 23. 25. 30. 33. 34. 39 Pſalmi Græcè cum diverſorum enarratione, bis. *Bibl. Auguſtana, Poſſevinus.*

Iidem Græcè. *Bibl. Sfortiana, Poſſevinus.*

Iidem Græcè. *Romæ, Bibl. S. Mariæ in Vallicella, idem.*

Pſalterium Græcum cum præfatione Baſilii, Theodoreti & Coſmæ Indico-

C pleuſtæ. Ciclus Paſchalis Pſalterio præfixus eſt cum tabulis eodem ſpectantibus. In fine libri habentur Cantica ſacra. Characteres maximam partem ἐξίτηλοι ſunt. Liber autem ſcriptus fuiſſe videtur ante 500. annos, ut è tabulis Pſalterio præfixis conjicere licet. *Bibl. Bodleiana cod. Barocciano* 15.

Pſalterium & Cantica cum catena Græcè pag. 23. legitur Epigramma Georgii, qui codicem hunc ſcripſit. *Ibid. cod.* 1982.

D Pſalterium Græcum una cum Canticis Veteris & Novi Teſtamenti. *Ibidem cod.* 107. Eadem cum gloſſa interlineari. *Ibidem codd.* 289. 690. 693. Idem *Cantabrigiæ. Bibl. Trinitatis cod.* 17. *num.* 428. *Oxonii Bibl. Caio-Gonvilenſis cod.* 5. *num.* 695. & *Bibl. Bened. cod.* 179. 386.

Pſalterium Græcum, cum odis & præfationibus, pervetuſtum. *Bibl. Eccleſ. Angliæ num.* 6387. Idem membranaceum. *Bibl. Narciſſi Archiepiſcopi Dublinienſis, nunc Armachani num.* 1945.

E Pſalterium Græcum Latinis characteribus ſcriptum. *Pariſiis, Bibl. S. Victoris cod.* 484.

Libri V. Sapientiales, ſcilicet Proverbia Salomonis, liber Eccleſiaſtæ, Canticum Canticorum, Sapientia & Eccleſiaſticus Græcè. *Bibl. Regia cod.* 1905. Iidem. *Ibidem cod.* 2857.

Cantica Canticorum, Proverbia, Eccleſiaſtes, Sapientia Græcè. *Ibidem cod.* 2245.

Proverbia, Eccleſiaſtes & Canticum Græcè. *Ibidem cod.* 1890. Iidem libri cum commentario, Græcè. *Ibidem cod.* 2435.

Iidem Græcè cum expositione Græca, in fol. *Venetus, Bibl. S. Marci, Possevinus.* Ecclesiastes & Canticum, Græcè. *Ibidem.*

Proverbia Salomonis & Ecclesiasticus Græcè. Codex membranaceus X. seculi. *Bibl. Ambrosiana, de Montfaucon p.* 11. *Diarii Italici.*

Proverbia Salomonis Græcè, literis aureis cum interpr. particulæ eorumdem. Codex membranaceus antiquus & elegantissimus. *Bibl. Segueriana p.* 28.

Sapientia Salomonis Græcè cum commentario. *Bibl. Scoraliensis, Possevinus.*

Sapientia Salomonis & Ecclesiasticus Græcè. Codex chartaceus, in folio. *Bibl. Vaticana; Assemanus p.* 593. *Bibl. Orientalis.*

Prophetæ omnes Græcè, cum notis desumptis ex Origenis Hexaplis. Codex in folio, literis majoribus cum spiritibus & accentibus exaratus. *Initio Isaiæ hæc leguntur:* » Descriptus est Hesaias ab exemplari Abbatis Apollinarii Cœnobiarchæ, in quo hæc subjiciuntur; Desumptus est Hesaias ab Hexaplis juxta editiones adornatis; collatus autem est cum alio Hexaplo in quo ista annotantur: accurate editiones omnes correctæ sunt; collatæ enim fuerunt cum Tetraplo Hesaia & cum Hexaplo, &c. « *Ad finem Hieremiæ vel initio Ezechielis nota hæc apposita est:* » Descriptum est ab exemplari patris Apollinarii Cœnobiarchæ, in quo subjecta sunt ista: Desumptum est ab Hexaplis juxta editiones, & correctum est ex Origenis Tetraplis, quæ & propria ejus manu correcta sunt & scholiis illustrata. Ego Eusebius scholia adjeci. Pamphilus & Eusebius correxerunt «. *Fuit olim hic codex Renati Marchali, deinde Cardinalis Rupifucaldi (unde Rupifucaldianus dictus) qui ipsum dono dedit Bibliothecæ Collegii Parisiensis Societatis Jesu, in qua custoditur.*

» De exemplari Vaticano exscriptus videtur (juxta Jo. Morinum lib. 1. Exercit. Biblic. 9. §. 1.) tantus adeo est utriusque consensus «. *Ex hoc codice textus Esaiæ editus est à Joanne Curterio cum comment. Procopii Parisiis* 1580. *&* IV. *priora capita Oseæ à Jo. Phelippæo in comment. super Oseam. Extant quoque variæ lectiones ex eodem codice, tom.* VI. *Bibl. Polyglott. Londin.*

Hujus codicis meminit Jacobus Usserius p. 101. *Syntagm. de* 70. *Interpr.* » Κοινὴν vero sive communem editionem continebant exemplaria à Pamphilo & Eusebio evulgara; cujusmodi in Jeremiæ (*vel Ezechielis ut alii volunt*) Prophetia Rupifucaldianum codicem exhibuisse diximus. In eo ex eadem editione & Esaias & XII. Minores Prophetæ habentur. Esaias quidem & Jeremias scholiis marginalibus amplioribus, minores vero rarioribus illustrati; in quibus & lectiones variantes & interpretationes differentes, non ex Aquila solum, Symmacho & Theodotione, sed ea etiam, quæ pura editio LXX. habebatur, sunt annotatæ. In Daniele enim Theodotionis editio sine ullis notulis aut scholiis hic habetur; in Ezechiele, editio ex communi & Theodotionis mixta; locis sub asterisci signo ex illo suppleris, in ipsum contextum plerumque receptis, non, ut in aliis, ad marginem tantum appositis. «

» Si quis autem existimat (*ait Dan. Huetius lib.* 1. *Origenianorum cap.* 2. *sect.* 1.) quæ in hoc Marchali codice ad oram Ezechielis, aliorumque Prophetarum adjectæ sunt annotationes, ea ipsa esse Origenis scholia, multum is sane errabit. Constant enim illæ partim variis interpretationibus ex Aquila, Theodotione, Symmacho depromptis, partim lectionibus variis vel circa lectionum varietatem observationibus. «

Hunc codicem ita describit Bernardus de Montfaucon, lib. 3. *p.* 225. *Palæographiæ Græcæ.* » Inter præstantissimos omnium codices jure annumerandus est ille RR. PP. Jesuitarum Collegii Ludovici Magni, qui olim fuerat viri nobilis Renati Marchali Boismoræi, deinde vero in manus Eminentissimi Cardinalis Rupifucaldi devolutus, memorato Collegio ab eodem Emin. Cardinali oblatus est. Forma autem est non vulgari, sic enim oblongus est ut ejus superficies duo pene quadra complectatur. Membranæ ejus tenuissimæ ac quibusdam in locis pellucidæ sunt. Character in literis ε, ο, ς, multum deflectit à prisca rotunditate, in cæteris primigenia pene codicum forma servatur. Accentus & spiritus ubique prima manu notantur. Hinc fit ut ipsum cum prioris & posterioris ævi codicibus conferendo, octavo seculo libenter adscribam... Quod autem exemplar istud summopere commendat, veterum Interpretum lectiones Aquilæ, Symmachi & Theodotionis passim & prima manu ad marginem annotantur; adjectis hinc & inde aliis minoris pretii atque ætatis, XII. circiter seculi «. *Hæc ille.*

Prophetæ omnes Græcè, ex quibus Esaiæ & Hieremiæ Prophetiæ asteriscis insignitæ servantur (in codice qui alios etiam Prophetas continet, ubi Ezechiel quoque, sed rarius, asteriscos suos habet) in Bibliotheca Sereniss. Reginæ nostræ, *inquit Hody lib.* 4. *de Bibliorum textibus original. p.* 619.

Prophetæ

Prophetæ omnes Græcè cum comment. Origenis & Hesychii ac epistolis præfationibusque antiquis. Codex X. seculi, eximiæ notæ, membranaceus. *Romæ, Bibl. Chiggiana, de Montfaucon pag.* 237. *Diarii Italici.* Codex bombycinus alius Prophetas item omnes complectens cum obelis & asteriscis ac quibusdam Hexaplorum lectionibus ad marginem. *Idem ibid.* Alius codex recens cum multis Hexaplorum lectionibus. *Idem ibidem.* A

De primo vel altero codice hæc ait Joannes Mabillonius p. 9. *Itinerarii Italici, loquens de codicibus msc. Bibliothecæ Chiggianæ:* » Omnibus præstat codex Græcus » insignis, ab annis minimum octingentis » scriptus, continens quatuor Prophetas » Majores, idem breve Commentarium in » somnium Nabuchodonosoris à sancto » Hippolyto Martyre & Episcopo compositum. Hic codex videtur ex ipsismet Origenis Hexaplis exscriptus. . . . Appositi » sunt passim asterisci & obeli. Huic similis » est alter codex in Bibliotheca Vaticana. » Denique in fine Isaiæ apponuntur qui» dam numeri, quibus tempus seu annum » scripti codicis designari quidam ab Ale» xandro VII. consulti existimarunt; at » numerum versuum his notis significari » non dubitamus. « B C

Prophetæ omnes Græcè. Codex XI. seculi in membranis. *Romæ, Bibl. S. Basilii, de Montfaucon pag.* 212. *Diarii Italici.*

Prophetæ omnes Græcè. Codex seculi XII. charactere pulcherrimo. *Biblioth. Segueriana, cod. Gr.* 4. *Bibl. Augustana p.* 6. *catalogi Reiseri. Florentiæ, Bibl. S. Laurentii plut.* x. *cod.* 8. Prophetarum liber cum expositione, Græcè. *Bibl. Vaticana, Possevinus.* D

Prophetæ majores cum commentariis variorum Patrum, & minores cum comment. Theodoreti. Codex bombicinus XIII. seculi, optimæ notæ, accuratè scriptus sine commutationibus vocalium, & iotacismis, qui in libris istius ævi mirum in modum quamfrequenter occurrunt. *Bernardus de Montfaucon p.* 306. *Palæogr. Græca, Bibl. Regia cod.* 1892. E

Prophetæ omnes Græcè cum scholiis Græcis. *Bibl. Bodleiana cod.* 1512. Iidem cum periochis Hesychii, Theodoreti, Polychronii, &c. *Bibl. Augustana, Possevinus.* † *& Hoeschelius Catal. p.* 1. *Idem forsan codex ac præcedens à Reisero recensitus.*

Prophetæ Majores Græcè, obelis & asteriscis juxta editionem ex Hexaplis desumptam interstincti. Idem in eo codice, qui in Hebræo servatur capitulorum, ordo. *Biblia Reginæ Magnæ Britanniæ; Humphredus Hody lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 15. *de Bibl. textibus Originalibus.*

Prophetæ Majores, Esaias, Jeremias, Ezechiel & initium capitis 1. Danielis, Græcè, 2. vol. in fol. *Bibl. Colbertina codd.* 1659, 2660.

Esaias cum expositione, Græcè, bis in folio. *Venetiis, Bibl. S. Marci, Possevinus.*

Isaias cum catena, Græcè. *Bibl. Regia codd.* 1891. 2437. 2438. Daniel. Codex membranaceus seculi XI. *Romæ, Bibl. Cœnobii S. Basilii, de Montfaucon p.* 212.

Initium Danielis cum paraphrasi & epistola Africani ad Origenem & responsione de historia Susannæ. *Parisiis, Bibl. Collegii Soc. Jesu cod.* 36.

Prophetæ Minores, idem Esaias, Hieremias, Ezechiel & Novum Testamentum, in fol. *Bibl. Colbertina cod.* 2844.

Prophetæ Minores, item Daniel. Codex membranaceus, *in cujus fine sic legitur:* Absolutus est hic liber mensis Martii die tertia, hora secunda, feria secunda, Imperantibus Constantino Monomacho & Zoe Porphyrogenita: Patriarcha Michaele (*Cœrulario*,) scriptus manu Sabæ Monachi & Presbyteri. Qui legeritis, orate pro me propter Dominum. Anno 6554. (*id est Christi* 1046.) indictione 14. *Bononiæ, Bibl. Canonicorum Regular. S. Salvatoris, de Montfaucon p.* 407. *Diarii Italici. Idem p.* 50. *Palæogr. Græcæ.*

Prophetæ Minores. Codex vetustissimus in quo obeli, asterisci, &c. discrepantiæ etiam aliarum versionum & editionum Eusebii, Luciani, Hesychii, quibusdam ex ipsis Hexaplis descriptis juxta ordinem ab Origene servatum. *Romæ, Bibl. Cardin. Barberini. Walton. in præfat. Bibl. Polyglott. Londin.* Variæ ex eo lectiones collectæ sunt tomo VI. eorumdem Bibliorum.

De hoc codice ista refert Jac. Usserius p. 103. *Syntagm. de* 70. *Interpr.* » Romæ quo« que in Cardinalis Barberini Bibliotheca, « Prophetarum (*majorum & minorum juxta* « *Usserium*) aliud exemplar extat (primis « tamen 26. Esaiæ capitibus mutilatum) « scholiis marginalibus ex Aquila, Symma« cho, Theodotione & Luciano (interdum « etiam ex ea quæ germana τῶν ό editio cen« sebatur; itemque ex Syro & Hebræo, & « in Hosea ex quinta editione) desumptis « exaratum. «

» Secundùm Hexapla hunc codicem « (*ut scribit Waltonus prolegom.* 9. *num.* 42.) « correctum fuisse constat, quod in locis « quibusdam Scriba exhibet specimina quæ« dam textus Hebræi & versionum Græ« carum, prout in Hexaplis disposita erant, « per columnas. «

Pars Veteris Testamenti. Codex plus

mille annorum, charactere unciali. *Bibl. Ambrosiana, de Montfaucon pag.* 11. *Diarii Italici.*

Codex alius Græcus partem Bibliorum complectitur, annorum circiter mille, rotundo charactere unciali. Hujus accentus prima manu conscripti sunt. Codex in magno folio columna triplici. *Ibidem, idem p.* 11.

Pars magna Veteris Testamenti Græcè. Codex vetustus sine accentibus scriptus. *Bibl. Coislіniana, olim Segueriana, Bernardus de Montfaucon p.* 186. *Palæogr. Gr.*

Novum Testamentum codice Bezano Evangeliorum, multo vetustius, ut refert Petrus Borellus pag. 20. præfationis libri, cui titulus: *Tresor des recherches & antiquitez Gauloises & Francoises.* » Vidi (inquit Borellus) Novi Testamenti Græci exemplar codice quo usus est Theod. Beza in versione sua Latina Novi Test. & quo Bibliothecam Oxoniensem (vel potius Cantabrigiensem ditavit) longe vetustius. Fuit illud exemplar Joannis Borel Equitis, Zelandi, qui obiit 1629. « *Penes quem nunc sit, Petrus Borellus non indicat.*

Novum Testamentum Græcum, sive codicis Vaticani volumen postremum literis quadratis seu uncialibus exaratum, in quo deest pars ultima Epistolæ ad Hebræos cum aliis Pauli ad Timotheum, Titum & Philemonem literis, totaque Apocalypsi, nonnullis scilicet quaternioribus præ codicis vetustate deperditis. *Bibl. Vaticana, Zacagnius præf. ad collect. Monum. veterum p.* 56.

Novum Testamentum Græcum: Secunda pars codicis Alexandrini seu volumen quartum. » Hoc exemplar exaratum est certe, ut reliqua istorum Bibliorum, exceptis libris στιχηροῖς, continuo literarum ductu, absque verborum distinctione, accentuumque ac spirituum notis... Liber ipse, quod dolendum est, mutilatus est capitibus prioribus XXIV. Matthæi & parte 25. usque ad v. 6. itemque duobus integris foliis in Evangelio Joannis à cap. sc. 6. v. 50. ad cap. 8. v. 52. item omnibus à 2. Cor. 4. v. 13. verbis ad cap. 12. v. 7. sive tribus foliis. Reliqua satis integra, nisi quod pro abrasis vetustate hic illic literis, alias quasdam dederit recentior calamus. Evangeliis ad oram adscriptus est Eusebii Canon, ut & vetera κεφάλαια. .... Textum vero ipsum quod spectat, uti est Exemplaris Novi Testamenti omnium toto orbe longe vetustissimi, ita certe jam ab ipsis fere Canonis incunabulis vix extitisse censeo, qui archetypum Evangelistarum & Apostolorum ipso fidelius expresserit. Præter vitia enim γραφικὰ, scholia in textum introducta, rara A quidem ipsa, textusque vere ἐξηγητικά, transpositiones verborum; præter hæc, inquam, textus Alexandrinus mirifice accuratus videtur, & ad ipsam Apostolorum (ut ita dicam) amussim compositus. Lectionum hujus codicis, quæ à nostris discrepant, genuinarum numerus haud exiguus occurrit in superioribus «. *Joannes Millius p.* 143. *prolegom. in Novum Testamentum Græcum.*

Novum Testamentum, Jobus & quinque libri Sapientiales Græcè » Codex B vetustissimus constans foliis membranaceis novem & ducentis, quorum singulæ paginæ scripturam duplicem exhibent, alteram novam & lectu facilem, alteram vetustate decolorem, & proinde vix legibilem. Recentiore atramento scripta sunt opuscula sancti Ephræmi: vetere autem, nempe uncialibus literis & absque accentibus (quæ est optima nota antiquitatis) maxima pars Novi Testamenti cum fragmentis aliquot Biblicis. Observandæ quoque in hujus codicis marginibus variæ lectiones & additamenta, qui- C bus id, quod uni Evangelistæ deest, ex alio suppletur: scriptura marginalis recentior est altera «. *Ita Joannes Boivin alter Bibliothecæ Regiæ custos, apud Bern. Lami in Appendice ad comment. in Harmoniam Evangelicam p.* 656. *ubi reperitur particula hujus codicis Regii quæ spectat narrationem de probatica piscina. Eadem particula etiam denuo edita in Bibliotheca novorum librorum,* 8. *Traj. ad Rh.* 1699. † *p.* 454. *& in Palæographia Græca Bern. de Montfaucon p.* 214. *qui pag. præcedenti ma-* D *jorem hujus codicis notitiam profert. Alia hujusmodi exemplaria, ubi erasis aut vetustate deletis prioribus nova superscripta fuerant, in Italia variis in Bibliothecis se vidisse testatur idem p.* 186. *& Diarii p.* 214. *Ex his duo ab eodem indicati sequenti pagina recensentur. Olim fuit hic codex Nicolai Rodulphi Cardinalis nepotis Papæ Leonis X. nunc in Bibliotheca Regia cod.* 1905.

Novum Testamentum Græcum, manuscriptum pervetustum membranaceum, literis uncialibus & absque accentuum E notis exaratum, quod ducentis imperialibus emptum ex Oriente attulit, &, uti fama fert, Sereniss. Electoris Brandeburgici illustri Bibliothecæ consecravit Joannes Ravius Professor Upsaliensis, 2. vol. *Jo. Saubertus in prolegom. ad varias lectiones S. Matthæi p.* 61. *De hoc codice loquitur Tollius in Epistolis Itinerariis, Ep. II. p.* 45. *Berolini, Bibl. Brandeburgica.*

Novum Testamentum cum Canonibus Eusebianis. Codex pervetustus, characteribus Græcis antiquis in membranis exaratus, ad cujus calcem legitur dicatum

fuisse Archiduci Michaeli (*forsan Walachiæ aut Moldaviæ*) à Simeone Cula, *ut rescivi ex Epistola ad me scripta Podio* 1706. *Extat in rerum sacrarum thesauro qui asservatur in Ecclesia S. Mariæ Podiensis. Hujus meminit Odo de Gissey, Discours historique de la devotion à Nostre-Dame du Puy p.* 137.

Novum Testamentum Græcum. Codex in folio, nulla est in eo capitum distinctio. *Bibl. Palatina cod.* 171. *Sylburgii. catalogus anno* 1701. *editus, pag.* 51. *nunc in Bibl. Vaticana.*

Novum Testamentum (deest Apocalypsis.) Codex constans duobus voluminibus non eadem manu exaratis, paris tamen ætatis, scilicet seculi IX. juxta Dion. Amelotte, at Rich. Simon non ultra quadringentos aut quingentos annos esse scribit. *Parisiis, Bibl. Sanmagloriana, Amelotte præf. Gallica VII. Epist. Canon. Editionis in* 8°.

Novum Testamentum Græcum. Codex in folio scriptus circa annum Christi M. *Bibl. S. Germani à Pratis cod.* 84.

Novum Testamentum Græcum. Codex membranaceus XI. seculi. *Venetiis, Bibl. Caroli Grimani Patricii Veneti, de Montfaucon p.* 39. *Diarii Italici. Bononiæ, Bibl. Canon. Regul. S. Salvatoris, idem pag.* 407.

Novum Testamentum Græcum. Codex bombycinus scriptus, *ut in fine legitur*, manu peccatoris & minimi Marci anno Mundi 6840. (*id est Christi* 1332.) mensis Decembris 28. feria secunda. *Florentiæ, Bibl. S. Mariæ, idem p.* 362.

Novum Testamentum Græcum. Codex absque accentibus, ubi erasis prioribus alia recentiori manu superscripta sunt. *Romæ, Bibl. S. Basilii, de Montfaucon p.* 186. *Palæogr. Græcæ, qui deinde hujusmodi codicem alium refert his verbis :* Codex Bibliothecæ B. M. Benedictinorum Florentiæ, ubi deletis, erasisque prioribus, Sophoclis carmina superscripta sunt. Priùs autem erat Novum Testamentum charactere quadro & rotundo sine accentibus. « *Hæc ille.*

Novum Testamentum, in fol. *Venetiis, Bibl. S. Marci, Possevinus.* Idem bis in fol. & semel in 4°. *Bibl. Sfortiana, nunc autem Clariss. Abbatis Passionei, ut ipse me certiorem fecit, quorum unum est seculi X I. ut refert Bern. de Montfaucon p.* 290. *Palæogr. Græcæ.*

Novum Testamentum Græcum. Codex pervetustus Petri Pithoei, cujus ille manu propriâ discrepantes à vulgari Græco lectiones ad marginem excusi à Rob. Stephano *anno* 1550. voluminis consignavit. Fuit olim in Bibliotheca Trecensis Collegii. *Dion. Amelotte in præfat. in notas Latinas ad S. Matthæum.*

» Communicavit nobiscum Clariss. Eduard. noster (inquit Joan. Millius p. 160. Prolegom. N. T. Gr.) lectiones Exemplaris Regii Medicæi ad oram N.T. fui Stephanicæ editionis adscriptus accurata manu Petri Pithoei cujus liber iste fuerat. Codex erat IV. Evangeliorum neque enim ultra processerat Pithoeus, nisi quod in Epistolis ad Titum & ad Philemonem unam & alteram lectionem illevisse eum appareat ex codice Claromontano. Lectiones hasce codici cuidam in Bibliotheca Colbertina, *Cyprio* à nobis dicto, per omnia respondere deprehendimus. «

Novum Testamentum Græcè (*a*) cum scholiis variisque lectionibus, è multis msc. codicibus & præsertim ex codice Alexandrino in Bibliotheca Regia *Londinensi*, accuratè collectis à Jac. Usserio Archiepiscopo Armachano, quas posteà (*b*) viro præstantissimo & eruditissimo, D. Henrico Hammondo tum paraphrasim & amplos in N. Test. commentarios adornanti, uti etiam posteà (*c*) D. Briano Waltono benignè communicavit. *a.* V. Epistolarum Usserii Syntagma Epist. 235. pag 535. *b.* V. ibid. Epistola 246. p. 543. *c.* in præfatione ad Biblia Polyglotta, *ubi hæc ait :* » Quod ad textum Græcum Novi Testamenti attinet, collegerat etiam Reverend. Usserius ex aliis libris xvi. msc. antiquissimis, ex Academiis utrisque & alibi conquisitis, loca variantia quæ nobis benignè communicavit «. *Ita Thomas Smith p.* 125. 126. *vitæ Jacobi Usserii.*

Novum Testamentum Græcum eleganter scriptum. *Bibl. Basileensis p.* 23. *catalogi à Spizelio in Arcanis Bibliothecarum editi.*

Novum Testamentum Græcum, exceptâ Apocalypsi. Liber in folio majori, Petri Allixii judicio sexcentorum annorum est & amplius. Ordo non idem in Epistolis qui in vulgatis mss. Incipit cum Epistola I. ad Corinthios ; & post Joannis tertiam sequitur Epistola ad Romanos. Cum scholiis aspersus est hic illic textus, & peculiaribus haud rarò lectionibus tum certè aliàs fere convenit cum Alexandrino, aut Claromontano, aliisque notæ præstantioris exemplaribus. *Jo. Millius p.* 164. *Prolegom. in N. Test. Gr. Bibl. Colbertina cod.* 2844. Idem Græcè. *Ibidem codd.* 6583. 6584.

Novum Testamentum Græcum, exceptâ Apocalypsi. Codex 600. abhinc annis seu forte 700. minutiore litera Græca rotundiore quâ plerique codices Græci seculi X. & sequentium sunt exarati. *Bibl.*

Vindobonensis, *Lambecius l. 2. p. 571. & l. 3. p. 41.*

Novum Testamentum Græcum optimè scriptum in 8°. *Bibl. Seguieriana p. 6.* Idem cum notationibus Latinis in margine, in 8°. *Ibidem p. 6.* Idem in fol. ibid. p. 15. 21. Idem. *Florentiæ*, *Bibl. S. Marci*, *Possev.* Id. in 12. *Bibl. Thevenotiana p. 106.*

Novum Testamentum Græcum scilicet IV. Evangelia in 4. & Epistolæ Apostolorum & Apocalypsis, in fol. *Bibl. Bavarica*, *Possevinus.* Novum Testamentum Græcè cum scholiis marginalibus. *Bibl. Scoralensis*, *idem.*

Novum Testamentum Græcum, exceptâ Apocalypsi. » Et hoc (*inquit Jo. Millius p.* 117. *Prolegom.*) quod minùs » probatæ fidei vocat Estius (comment. in » 1. Pet. 5:10.) è melioribus à Rob. Stepha- » no (*quem designavit literâ* ♪) habitum » fuisse haud dubito, ob egregiam ejus con- » sonantiam cum codice, quousi sunt Com- » plutenses, Vaticano; id enim ex gemello » hujus, nostro Bodleiano constat; quan- » quam ex filo contextus abundè satis ap- » pareat, expressum illud fuisse ad fidem » codicis alicujus ab eo diversi in nonnul- » lis «. *Bibl. Regia cod.* 2871.

Novum Testamentum *exceptâ Apocalypsi* cum Psalterio & Canticis V. & N. Testamenti. In cujus collatione præter variantes lectiones in Bibl. Polygl. Londin. notatas, deprehendi (ait Millius ibidem pag. 155.) aliàs plus mille. Hunc codicem ante quingentos annos exaratum fuisse scribit Thomas Smith initio vindiciarum 1. Joh. 5: 7. *Oxonii*, *Bibl. Collegii S. Mariæ Magdalenæ cod.* 9. *num.* 2134.

» Codex iste accuratâ manu descrip- » tus, inter præstantissimos è mss. nostris » meritò numerandus est. Annorum volumé » esse circiter septingentorum. Bis illum » cum excusis se contulisse dicit Hammon- » dus præfat. in annotat. in Nov. Testam. » lectionumque inde ab ipso excerptarum » Apographum ab Usserio inter alia accep- » tum, in Appendicem operis sui Biblici » conjecit Waltonus «. *Idem Millius p.* 149. *Prolegom. in Nov. Test. Græcum.*

Novum Testamentum Græcum exceptâ Apocalypsi. Codex membranaceus in 8°. literâ minori exaratus, unus ex Stephanicis quem literâ *i* designat. Hoc exemplar inter præstantiora Stephanum (propter consensum cum tertio codice literâ γ designato) numerasse non dubito, *inquit Millius ibid. p.* 118. *Bibl. Regia cod.* 3425.

Novum Testamentum Græcum. Tria quoque alia erant Novi Testamenti antiqua exemplaria in Bibliotheca Henrici II. quæ Roh. Stephanus non consuluit.

A *Bibl. Regia cod.* 1882. 2859. 2860.

Novum Testamentum Græcum absque Apocalypsi. *Florentiæ*, *Biblioth. S. Laurentii plut.* 6. *cod.* 27.

Novum Testamentum Græcè, exceptâ Apocalypsi. Codex membr. in folio minori, scriptus videtur annis abhinc 400. » Hunc (*inquit Millius in Prolegom. ad N. Test. pag.* 156.) cum textu Complutensi « tam mirificè in peculiaribus quàm pluri- » mis (etiam leviusculis, etiam erroribus « γραφικοῖς, aliisque lectionibus, in quibus « B hi soli concordes, quòd viderim) consen- « tientem deprehendi, ut pro *Vaticani codicis* gemello planè habuerim, nisi quòd « noster in nonnullis altero isto paulò pu- « rior sit & emendatior «. *Bibl. Bodleiana cod.* 715.

Novum Testamentum Græcum, exceptâ Apocalypsi. Codex membranaceus in 8°. sæculi XIII. quem Imperator Romæorum (i. e. Græcorum) Angelus Comnenus Palæologus dono misit serenissimo & illustriss. Regi Franciæ Ludovico (IX.)
C *Bibl. Seguieriana cod. Gr.* 1.

Novum Testamentum Græcum. Codex recentiori & minus accuratâ manu descriptus, qui olim fuit Fratris Froy Franciscani, posteà Thomæ Clementis, deinde Guillelmi Clarck, & nuper Thomæ Montfortii S. T. D. Cantabrigiensis. Lectiones variantes manu sua ac suorum excerpsit Usserius in Evangeliis, Actis Apostolorum & capite primo Epistolæ ad Romanos: neque enim ultrà processere.... Textum ipsum quod spectat, magna inest
D vis lectionum planè singularium, seu hujusmodi saltem, quæ in codicibus nostris haud comparent. Tales quadraginta supra centum observatas à me olim memini, sed & genuinæ aliquot ipsius lectiones sunt, ab editis nostris discrepantes. *Joan. Millius p.* 148. *Prolegom. in N. Test. Græcum.* Legitur in hoc codice Comma I. Epist. Joh. 5: 7. sed diversus est ab eo quem Anglicanum vocat Erasmus in Annot. suis ad hunc locum, si quidem in hoc uno commate tres reperiuntur variæ le-
E ctiones in isto, quæ non sunt in codice Erasmico. *Hunc codicem asservari Dublini in Bibliotheca Academiæ literis ad me datis* 19. *Junii* 1708. *significavit Illustr. Joannes Yeard Decanus Achonriensis Dublini.*

Novum Testamentum Græcum, 2. vol. in 4°. Fuit hoc exemplar Joannis Fabri Daventriensis Monachi Dominicani, quem laudat Erasmus in Epistolis. Consulit is, ut ipse in fronte voluminis testatur, hunc suum codicem cum alio vetustissimo exemplari membranaceo, quod eodem teste, fuit Magistri Wesselii Groningensis, cujus jam Fratres Regulares

in Monte Divæ Agnetis apud Swollam. *Hamburgi, Bibl. Hinckelman Starckius, Catalogi p.* 22.

Novum Teſtamentum Græcè & Belgicè, ſcriptum manu Jacobi Rolandi.
» Memini ante paucos annos oſtenſum mi-
» hi à Jac. Rolando Lugduni Batavorum
» in tranſlatione Novi Teſtamenti Belgicâ
» tunc occupato, totum Novum Teſta-
» mentum majori & eleganti charactere
» Græco, propriâ manu nitidiſſime deſcrip-
» tum, adjectâ ad latus per columnas novâ
» ſuâ tranſlatione Belgicâ «. *Gisb. Voetius lib.* 1. *Bibliothecæ ſtudii Theologici cap.* 3. *pag.* 15.

Novum Teſtamentum Græcum cum duplici verſione Latina interlineari, vulgatâ ſcilicet & Eraſmi. Exemplar nitore mirabili, elegantiâque quamabſolutiſſimâ, in membrana, voluminibus duobus majorisformæ, exaratum, in quo verſio vulgata atramento, Eraſmi rubricâ conſcribitur. *Hody pag.* 458. *de Bibl. textibus origin. Bibl. Collegii Corporis Chriſti Oxonii cod.* 1480. *num.* 13. 14. *Catalogi editi.*

IV. Evangelia & Acta Apoſtolorum Græcè & Latinè. Codex in 4°. membranaceus, vetuſtiſſimus, lacerus, & ſexaginta ſex foliis mutilatus, deſunt 24. priora capita Matthæi & nonnulla alia: dicitur vulgò Cantabrigiensis: exaratus eſt literis grandiuſculis ſive uncialibus abſque omni verborum diſtinctione, ſine accentibus, ſine ſpiritibus. Græca ſiniſtram paginam occupant, dextram Latina; deſcriptus verò ex mſſ. codicibus, qui ante ſancti Hieronymi recognitionem legebantur, à Scriba Latino. Habet κεφάλαια reſpondentia Canonibus Euſebianis, & lectionum diſtinctionem uſui Eccleſiaſtico accommodatam. *Millius p.* 131. *Prolegom. in Novum Teſtamentum Græcum.*

Initio hujus codicis hæc verba manu Theo-
» *dori Bezæ ſcripta ſunt:* » Eſt hoc exem-
» plar venerandæ vetuſtatis ex Græcia, ut
» apparet ex barbaris quibuſdam Græcis
» ad marginem notatis, olim exportatum,
» & in S. Irenæi Monaſterio Lugdunenſi,
» ita, ut hic cernitur, mutilatum, poſt-
» quam ibi in pulvere diu jacuiſſet, reper-
» tum, oriente ibi civili bello anno Domini
» 1561. « *Illo ſæpè uſus eſt Theod. Beza in tribus poſtremis ſuis Novi Teſtamenti editionibus, quem denique dono dedit anno* 1581. *Academiæ Cantabrigienſi in cujus Bibl. publica cuſtoditur cod.* 157. *num.* 2437. *Catalogi.*

† *Epiſtola Theodori Bezæ ad inclytam Academiam Cantabrigienſem, qua eidem hunc codicem offert, quæque cum ipſo libro aſſervatur, hæc eſt:*

Inclytæ modiſque omnibus Celebratiſſimæ Academiæ Cantabrigienſi, Gratiam & Pacem à Deo Patre ac Domino noſtro Jeſu Chriſto.

QUATUOR Evangeliorum & Actorum Apoſtolicorum Græco-Latinum exemplar ex S. Irenæi Cœnobio Lugdunenſi ante aliquot annos nactus, mutilum quidem illud, & neque ſatis emendate ab initio ubique deſcriptum, neque ita, ut oportuit, habitum, ſicut ex paginis quibuſdam diverſo charactere inſertis & indocti cujuſpiam Græci Calogeri barbaris adſcriptis alicubi notis apparet, veſtræ potiſſimum Academiæ, ut inter vere Chriſtianas vetuſtiſſimæ, plurimiſque nominibus celeberrimæ dicandum exiſtimavi, Reverendi Domini & Patres, in cujus Sacrario tantum hoc venerandæ, niſi forte fallor, vetuſtatis monumentum collocetur. Etſi vero nulli melius quam vos ipſi, quæ ſit huic exemplari fides habenda, æſtimarent, hac de re tamen vos admonendos duxi, tantam à me in Lucæ præſertim Evangelio repertam eſſe, inter hunc codicem & cæteros quantumvis veteres diſcrepantiam, ut vitandæ quorundam offenſioni aſſervandum potius quam publicandum exiſtimem. In hac tamen non ſententiarum ſed vocum diverſitate, nihil profecto comperi unde ſuſpicari potuerim à veteribus illis hæreticis fuiſſe depravatum. Imo multa mihi videor deprehendiſſe magna obſervatione digna; quædam etiam ſic à recepta ſcriptura diſcrepantia, ut tamen cum veterum quorundam & Græcorum & Latinorum Patrum ſcriptis conſentiant: Non pauca denique quibus vetuſta Latina editio corroboratur: Quæ omnia pro ingenii mei modulo inter ſe comparata, & cum Syra & Arabica editione collata, in majores meas Annotationes à me nuper emendatas & brevi, Deo favente, prodituras, congeſſi. Sed age, res hæc tota veſtri ſicuti porro eſt judicii eſto. Tantum à vobis peto, Reverendi Domini & Patres, ut hoc qualecumque ſummæ in veſtram amplitudinem obſervantiæ meæ veluti monumentum, ab homine Veſtrum ſtudioſiſſimo profectum æqui bonique conſulatis. Dominus Jeſus Servator noſter & univerſe vobis omnibus, & privatim ſingulis, totique adeo Chriſtianiſſimæ Anglorum genti magis ac magis pro bonitate ſingulari ſua benedicat. Genevæ VIII. Idus Decembr. A. D. CIↃ. IↃ LXXXI. Veſtræ totique inclytæ Academiæ dignitati addictiſſimi Theodorus Beza.

» Exemplar ipsum quod attinet (*inquit Jo. Millius p. 132. Prolegom. in N.T.*) descriptum est quidem illud literis grandiusculis sive uncialibus absque omni verborum distinctione, lineis non in unam eandemque longitudinem exporrectis, sed omnino inæqualibus.... in quibus sedulò à descriptore cautum est, ut Græca & Latina sibi invicem responderent, verbum ferè verbo, servato plerumque eodem ipso verborum ordine. Græca sinistram paginam occupant, dextram Latina.... Certè textus ipse codicis, Græcus pariter ac Latinus, est Latini Scribæ; quod ostendit Simonius ex similitudine characterum textus utriúsque; ex literis purè Græcis in oppositam versionem admissis; ex ipso instituto codicum hujusmodi Græco-Latinorum... *Latina* translationem Italicam exhibet, qualis tum temporis interpolata ferebatur, ante castigationem Hieronymi: *Græca* verò, textum mirificè corruptum & depravatum; hujusmodi tamen, qui originem certè duxerit ex iis ipsis fontibus ex quibus manavit Italica versio.

Hujus certè de quo agimus (*pergit idem ibidem*) Græca quod attinet, vix dici potest quàm supra omnem modum in iis digerendis licenter se gesserit, ac planè lascivierit interpolator, quisquis ille. In animo ipsi fuisse primâ fronte credideris, non quidem textum ipsum exhibere, quem ediderant ipsi Evangelistæ, sed observato duntaxat S. Textûs ordine & historiâ, singula Evangelia absolutiora ac pleniora reddere. Huc enim faciunt intromissæ in cujusque Evangelii textum particulæ variæ, integræque periodi reliquorum: huc transposita in unoquoque plurima ob historiæ claritatem: huc interpolationes aliæ innumeræ..... Imo verò certum illud unum, digestorem hujus textûs in hisce libris Evangeliorum & Actuum grassatum fuisse pro arbitrio; addidisse, sustulisse, mutasse, planè uti ferebat animus. «

Idem p. 133. » Ad codicis Latina properemus. Illa verò cùm in plerisque accuratè ad textum Græcum accommodarit digestor operis, retento eodem verborum quantumcunque transpositorum ordine, & quidem vitiis ipsis sui codicis; ubi enim deficiunt Græca, deficiunt & Latina, non sine omnis quandoque sensûs dispendio; tum certè ex variis hîc illic à Græco abeuntibus liquet, versionem hanc diversi ab hoc nostro textûs fuisse, iisque porrò non uno loco glossis & expositionibus Latinorum interpolatam esse, quibus obversa Græca neutiquam respondent. *Et p. 141.* Ex Græcis codicibus ad textum vitiatum cònformatis, est Exemplar hoc omnium quotquot ad nostram ætatem devenere interpolatissimum «. *Hactenus Millius.*

Cum hoc msc. codice convenire illôs, quibus olim usus est Lucifer Calariranus, tum in Actorum libro Beda, præterea ms. β Rob. Stephani & ms. Bodleianum docet *Rich. Simon Observat. nov. in N. Test. cap. 2.*

Ejnsdem codicis Apograpbum. *Cantabrigiæ, Bibl. Collegii S. Trinitatis cod. 15. num.* 193.

Epistola Pauli XIV. Græcè & Latinè. Codex iste antiquissimus, dictus vulgò CLAROMONTANUS, ejusdem generis ac præcedens sed non illius pars altera, siquidem plures sunt lineæ in unaquaque pag. & plures voces in unaquaque linea hujus quàm alterius codicis msl. Fuit hic olim fratrum Puteanorum; scriptus est charactere unciali cum accentibus manu recentiori, sed absque verborum distinctione; Latina versio à vulgara sæpè differt; unâ paginâ initio & fine mutilus, in 4°. *Bibl. Regia cod.* 2245.

» Multa quoque, *ait Theodorus Beza*, in priore horum librorum parte, id est in quatuor Evangelistis & Actis Apostolorum annotavi ex manuscripto Græco-Latino, ex D. Irenæi Cœnobio Lugdunensi eruto, & majusculis utrinque literis descripto, tantæque vetustatis codice, ut ipsius penè Irenæi temporibus extitisse videri possit, nisi ex Græcia fuisse ante aliquot secula importatum ex aliis indiciis constaret. In posteriore verò, id est, in Pauli Epistolis, ex alio paris vetustatis, sed accuratiùs descripto exemplari, in Claromontano apud Bellovacos Cœnobio reperto, plurima non parvi momenti observavi «. *Hæc ille in admonit. ad Lectorem quæ est initio editionis tertiæ Novi Testam. cum suis annotat. editi anno* 1582.

» Claromontanum codicem antiquissimum Græco-Latinum Epistolarum Pauli quo usus est Beza, diversum esse ab illo, quem jàm dixi extare in Bibliotheca Regis Galliæ, variis argumentis disputat Eduardus Srillingfleet, Vindicatione doctrinæ de SS. Trinitate Anglicè 1697 edita pag. 157. & seq. « *Jo. Alb. Fabricius lib. 4. cap. 5. p.* 180. *Biblioth. Græcæ.*

» Uterque codex (*Cantabrigiensis & Claromontanus*) à quibusdam Latinis exaratus est, nec illis Græci usi sunt. Mendæ in textu Græco frequentiores sunt quàm in Latino, licet multæ in singulis repeériantur.... Horum codicum sermo Latinus & Græcus inter se ut plurimùm convenit «. *Rich. Simon cap. 32. Hist. crit. versionum Novi Testamenti p.* 373.

A *Hujus codicis meminit Joan. Morinus Epist. 54. p. 274. Antiq. Eccles. Orient.* » Est Parisiis in Bibliotheca Fratrum Puteanorum antiquissimus sancti Pauli codex majoribus literis Græcè & Latinè descriptus, & versio & character S. Hieronymi ætatem non potest non æquare. At character characteri adeo similis est, ut eadem manu nterque meritò judicari possit exaratus. «

De isto codice hæc scribit Dion. Amelotte præfat. in notas ad Evang. Sancti Matthæi. B » Claromontanus codex est antiquissimus Epistolarum S. Pauli Græco-Latinus, quem cum cœteris suis omnibus libris msc. Bibliothecæ Regiæ fratres Puteani legaverunt. Usus est & isto Beza, Claromontanúmque suum in postremis Novi Testamenti scholiis eum appellat, putatque alteram fuisse partem Lugdunensis Evangeliorum atque Actorum codicis. Scriptus est æquè majoribus literis atque alterius quàm simillimis; versio Latina in utroque pariter ex adversa Græco pagina conspicitur, C ab eaque sæpiùs discrepat, quam ab Hieronymo castigatam habemus, etiam ubi nonnunquam cum Græco utraque concordat. Existimatur fuisse illa, quâ ante recognitionem à S. Damaso curatam Latina Ecclesia utebatur. «

» Jam ad alterum codicem devenimus, quo usus est Beza, repertum in Claromontano apud Bellovacos Cœnobio, adeóque *Claromontanum* ab ipso dictum. Liber hic formæ minoris in octavo quam vulgò vocant (*veriùs in quarto minore*) D Epistolas D. Pauli continet Græcè & Latinè, mutilatus duntaxat primo folio (*& alibi*) quæ tamen haud ineleganter supplevit recentior calamus.... Ipse codex pariter ac Cantabrigiensis, cujus pars altera à Beza aliisque dicitur, majoribus literis descriptus, & quidem à Latino Scriba, Græca ad paginam dextram collocat, ad sinistram Latina (hîc illic à Græcis diversa) qualia extabant in codd. aliquibus ante tempora Hieronymi. Textus E autem hujus longè purior est, receptóque nostro congruentior isto codicis Cantabrigiensis «. *Jo. Millius p. 134. Prolegom. in Novum Testamentum Græcum.*

Joannes Clericus alio codice Claromontano usus est, vel potius hunc cum Cantabrigiensi codice confundit, qui revera ad versum 3. cap. 10. Actuum Apostolorum ab omnibus aliis codicibus nimium diversus abit, qui paraphrasim potius quàm varietatem hoc in loco exhibet. Unde in arte critica hunc habet pro paraphrasi part. 3. sect. 1. cap. 8. p. 133. Præterea hic codex Claromontanus non Actus Apostolorum sed Epistolas tantum Pauli complectitur.

Eadem pars. Codex CORBEIENSIS nuncupatus, in quo deest Epistola ad Hebræos. Codex in fol. minori, seu potiùs quarto grandiori. In eo Græca & Latina in eadem pagina per columnas digesta sunt, ad sinistram partem Græca, Latina ad dexteram. Literæ quibus utraque pars expressa est, sunt quadratæ seu unciales; verùm multò majores & pinguiores illis quas præferunt Cantabrigiensis & Claromontanus. Textus Græcus spiritus & accentus habet, eósque primâ manu descriptos; plurimarúmque emendationum lituris deformatus. *Bibl. S. Germani à Pratis cod.* 3.

» Hîc illud adjicere sufficiat (*inquit Petrus Pithœus in dissert. de Latinis Bibl. Interpretibus*) ad nostram etiam ætatem antiquiores quasdam Galliarum Ecclesias monasteriáque nonnulla conservasse sibi exemplaria veterum illarum translationum sive editionum, quæ ante Hieronymi ætatem in usu fuerant.... Vidimus & nos aliquando vetustissimum exemplar Evangeliorum literis illis majoribus exaratum, adjectis è regione Græcis, quod olim fuisse dicebatur Ecclesiæ Lugdunensis. Vidimus & aliud Epistolarum ejusdem formæ & ætatis ex Corbeiæ Majoris Galliæ Monasterio; quæ tanquam sanctioris antiqnitatis κειμήλια non sine religione & suspicimus & veneramur. «

Binos istos codices, Regium scilicet & Sangermanensem ita describit Bern. de Montfaucon p. 217. Palæographiæ Græcæ: » Codex Regius Epistolas D. Pauli complectitur qui tenuissimis elegantissimisque membranis constat, scriptusque fuit septimo circiter seculo ut ex characterum tam Græcorum quam Latinorum forma arguitur; nam Latina versio in altera semper pagina jacet. Character omnino quadrus vel rotundus secundùm cujusque literæ figuram. Character Græcus nullam olet peregrinitatem, sed à perita manu exaratus est. Scriptus est autem per κῶλα & κόμματα, ita ut ad singulas vel minimas distinctiones à linea resumatur. Accentus & spiritus annotantur, sed ii secundâ manu, ut videtur, nec diu, ut creditur, post descriptum codicem adjecti sunt.

Hunc excipit codex noster San-Germanensis Epistolarum S. Pauli, multò majore mole & densiore minusque politâ membranâ, cujus singulæ paginæ duplici columnâ constant, quarum prior Græcum fontem, altera Latinam versionem continet. Literæ ejusdem penè formæ sunt ac in Regio, exceptis pauculis quæ tantisper variant. Regium tamen aliquantulùm nostro vetustiorem conjectamus esse.... Attamen non multùm ætate dis- «

» pares esse suadent formæ Latinæ quæ peritis omnibus septimum circiter seculum referunt «. *Hæc ille.*

De his codicibus ita scribit Auctor Anglicus Animadversionum in scientias in quibus de earum vanitate & incertitudine disseritur, Londini anno 1708. *editarum, qui eos diligenter examinavit:* » Gothicis literis & Gorhorum tempore exaratus est Codex Cantabrigiensis, cujus versionis Latinæ pars ex antiqua vulgata Latina, pars ex recentiore, utraque in Ecclesiis Gothicis usurpata præsertim in Hispanicis regionibus, duobus vel tribus post S. Hieronymum seculis conflata fuit. Codex sane Germanensis pars est altera prioris. Idem enim est in utroque catalogus librorum Novi Testamenti, idem in illis recensendis ordo servatus est. Putat Marshamus Evangelia Gothica Latinusque textus Codicis Cantabrigiensis ex Græco ejusdem fuisse traducta. «

Qui plura de his codicibus scire voluerit, adeat Joannem Morinum Exercit. Biblic. part. 1. *Exercit.* 2. *cap.* 3. *&* 4. *in quibus asserit codicem Claromontanum S. Hieronymi ætatem videri omnino præcedere. Sed Rich. Simon cap.* 34. *Hist. crit. Textus N. T. pag.* 380. *Morini rationibus nullo modo cedens, putat hos codices mille annorum ætatem non superare.*

† *Specimen scripturæ codicis Germanensis exhibet Jo. Mabillon L. V. de Re Diplomat. tab.* 2. *utriusque autem hujus sc. & Claromont. exempla Bern. de Montfaucon Palæogr. Gr. lib.* 3. *cap.* 4. *p.* 217. *&* 218.

IV. Evangelia Græcè. Codex vetustissimus sine accentibus scriptus. *Bibl. Regia cod.* 2245.

IV. Evangelia & Epistolæ Apostolorum Græcè. *Bibl. Regia cod* 2864. *Florentiæ, Bibl. S Laurentii, plut.* 6. *cod.* 13.

IV. Evangelia Græcè. Codex scriptus anno Christi 522. in 4°. *Bibl. Scoraliensis, Possevinus.*

IV. Evangelia Græcè. Codex vetustissimus, ante decem secula exaratus characteribus grandioribus & quadratis, probatæ fidei & bonæ notæ. Hunc expressit Erasmus in plurimis. *Bibl. publica Basileensis, Jo. Millius pag.* 112. *Prolegom. in Nov. Testam. Gr. & p.* 167. *ait hoc* Exemplar literis quadratis exaratum esse ab annis circiter mille juxta Joannem Mabillonium.

IV. Evangelia Græcè. Codex perpureus auro & unciali charactere descriptus, septimi vel octavi seculi, initio & fine mutilus. *Neapoli, Bibl. S. Joannis de Carbonaria, de Montfaucon p.* 308. *Diarii Italici.*

IV. Evangelia Græcè. Codex septingentis ab hinc annis, juxta Larroquium, exaratus est, qui indiciis satis luculentis, scriptura pessima, totoque certe contextu, se unum ex iis esse prodit, quos scribæ Latini, literarum Græcarum rudes, in Occidentalium studiosorum gratiam ex Græcis exemplaribus, qualia apud ipsos fere extabant, miserè corruptis & vitiatis, pro modulo exscribebant. *Joan. Millius p.* 162. *Prolegom. N. T. Gr. Bibl. Colbertina cod.* 4705.

IV. Evangelia Græcè cum commentario. Codex membranaceus in 4°. unciali charactere oblongo & erecto descriptus cum accentibus, ex insula Cypro advectus anno 1673. septingentorum annorum est juxta Rich. Simon; & juxta Bernardum de Montfaucon circiter octavi seculi. *Bibl. Colbertina cod.* 5149.

» Exaratum est hoc exemplar literis grandiusculis sive uncialibus, annis abhinc ad summum septingentis. Certè non multò vetustius esse posse satis indicant descripti in eo prima fronte accentus & interpunctiones. Imo nescio an paulò adhuc recentius esse arguant adjectæ ad calcem singulorum Evangeliorum ὑπο-γραφαί. Eæ siquidem videntur invectæ à Theophylacto, seu paululo ante ejus tempora. Convenit plurimum cum Alexandrino nostro, aliisque probatioribus libris «. *Jo. Millius pag.* 165. *Prolegom. in Nov. Testam. Gr.*

IV. Evangelia Græcè, *Basileæ, Bibl. Joannis Buxtorfii*, in qua servantur plurimi codices scripti, cùm Græci tùm Latini, in his quatuor Evangelia Græcè ab annis circiter mille exarata. *Joan. Mabillon. pag.* 15. *Itineris German. tomo* 4. *Analect. Nunc extant in Biblioth. publica Basileensi.*

IV. Evangelia Græcè. Codex in 4°. scriptus literis uncialibus, noni ut videtur seculi. Fuit Cl. D. de Camps Abbatis Signiensis, *nunc in Bibl. Regia cod.* 2243.

Specimen hujus profert Bern. de Montfaucon pag. 260. Palæographiæ Græcæ. » Hic liber ad usum Ecclesiæ descriptus fuit, ut notis interlinearibus minio depictis deprehenditur, quæ ad cantum & inflexiones vocum depingi solebant; & cùm variæ lectiones, prima, ut videtur, manu exaratæ, uno ductu & continuatis literis descriptæ decimi seculi notas præferant; hinc petenda est, ut æstimo, codicis ætas. . . . Inscriptione Ruthenica seu Moscovitica longe recentioris quàm codex ætatis innuitur in Moscovitarum manus devenisse codicem: sub hæc autem ad Orientales Christianos transmeasse videtur ex notis Arabicis quæ subinde occurrunt «. *Hæc ille.*

IV.

IV. Evangelia Græcè. Codex membran. ſcriptus anno Chriſti 945. charactere quadrato. *Bibl. Vaticana.*

IV. Evangelia Græcè cum præfationibus, ſummariis, coocordantiis Euſebianis. Codex in fol. optimæ notæ, annorum circiter ſeptingentorum. *Bibl. S. Michaëlis de S. Michaële in Lotharingia.*

IV. Evangelia Græcè. Codex membran. parvæ molis, elegantiſſimè & minori charactere exaratus. Initio præmittitur iodex capitum Evangelii S. Matthæi aureo charactere. Poſt ſequitur S. Matthæi imago peritiſſimè in fundo aureo depicta; ita ut doctorum judicio priſcam elegantiam æmuletur. Deinde Euſebiani canones, aureo charactere depicti, picturis egregiè exornantur. Literæ majuſculæ & notæ marginales omnes auro illitæ ſunt. Ad ſingulos Evangeliſtas par ornatus deprehenditur. In fine alterâ manu legitur: *Scriptus eſt Nicephoro imperante, indictione* VII. quæ incidit in aooum 964. Chriſti, quo ſcriptus eſt hic codex; hoc enim anno imperabat Nicephorus, Phocas cognominatus. *Hæc ex Palæographia Bern. de Monfaucon pag.* 280. 281. *Bibl. Regia cod.* 3424.

† IV. Evangelia Græcè. Codex membranaceus, elegantiſſimus, ſeculo X. ut ex charactere colligo, ſcriptus. Singulis Evangeliis præmittuotur κεφάλαια, tum & imagines Evangeliſtarum peririſſimè, in fundo aureo depictæ, è quibus imprimis obſervarione digna eſt imago, Divum Lucam Evangelium conſcribentem repræſentans, qualem exprimendam curavit io Palæographia Græca Bernardus de Mootfaucon p. 22. Prima folia, rubro charactere ac deaurato ſcripta, fotmam crucis referunt, totuſque liber literis majuſculis anreis rubriſve paſſim exornatus eſt. Capita rerum in Evaogeliis tractatarum per rextum in ſumma vel ima pagina notantur. *Hoc exemplar ex Hungaria ſecum allatum Illuſtr. Comes ab Eck Samueli Benedicto Carpzovio, ſacrorum in Saxonia quondam ſupremo Antiſtiti donavit, à quo hæreditate delatum eſt ad filium, Jo. Gottlob Carpzovium, Eccleſiaſten Lipſienſem meritiſſimum, qui ex amicitiæ lege illud, ubi opus eſt, liberaliter mecum communicare ſolet.*

IV. Evangelia Græcè. Codex membranaceus in 4°. Io principio cujuſque Evangelii effigies Evangeliſtæ uoa cum variis figuris depicta cernitur. Videtur hîc codex uſibus Eccleſiæ alicujus inſerviſſe. Ex characterum forma quibus ſcriptus eſt, colligitur illum ſexcentorum annorom ætatem ſuperare (proinde eſſe ſeculi X.) *Lipſienſis* à Ludolpho Kuſtero vocatur, eo quod *eum poſſidet Joannes Gottlob Carpzovius.* Variantibus hujus codicis lectionibus novam editionem Millianam Kuſterus locupletavit. *Idem forſan ac præcedens.*

IV. Evangelia Græcè. Codex membr. X. ſeculo conſcriptus. *Bibl. Ambroſiana, de Montfaucon pag.* 11. *Diarii Italici.* Codex ejuſdem ævi. *Florentiæ, Bibl. S. Mariæ, idem ibidem pag.* 362.

IV. Evangelia Græcè Codex X. ſeculi in quo conſpicere licet B. Lncam Evangeliſtam Evangelium conſcribenrem, *ut eum expreſſit D. Bern. de Montfaucon pag.* 22. *Palæogr. Græcæ.* Fuit olim Card. Perooii, nunc aſſervatur *in Bibliotheca S. Taurini Ebroicenſis.*

IV. Evangelia Græcè cum commentario ſeu catena. Codex membran. in 4°. majori, plurimùm mutilatus, quem annorum circiter ſeptingentorum eſſe conjicimus (*ait Jo. Millius pag.* 156. *prolegom. in N. T. Gr.*) in eo magna eſt vis lectionum ſingularium ac penè ſiogularium; tum & genuinæ ſunt ab excuſis variantes plurimæ. *Bibl. Bodleiana cod.* 889.

IV. Evangelia Græcè. Duo codices ſeculi X. bonæ notæ. Item duo alii minoris notæ & ætaris. *Neapoli. Bibl. S. Joannis de Cabonaria, de Montfaucon pag.* 308. *Diarii Italici qui libro* 1. *cap.* 1. *p.* 4. *Palæogr. Gr. hæc addit.* » Nihil porro concinnius vidimus exemplari Græco Evangeliorum *quod extat in hac Bibliotheca:* Nam codex ille quadrus pari ſcilicet latitudine ac longitudine, charta purpurea membranacea cooſtat; perinde ac ooſter Saogermanenſis. At illud intercedit inter utrumque diſcriminis, quod codex noſter Latinus, qui librum Pſalmorum complectitur, argenteis characteribus conſcriptus ſit, exceptis titulis & nomioe Dei, ac Domini quæ auro delineata ſnot; Neapolitaous vero Græcus à capite ad calcem totus literis auteis conſtat. «

IV. Evangelia Græcè. Codex membran. antiquiſſimis elegantibus, vetuſtate exeſis & exoletis literis exaratus. *Bibl. Caroli de Montchal Archiep. Toloſani, Phil. Labbe pag.* 201. *Bibl. novæ mſc. librorum.*

IV. Evangelia Græcè. Codex membran. XI. ſeculi. *Bibl. Colbertina cod.* 4078.

IV. Evangelia Græcè. Codex membranaceus XI. ſeculi, *qui in fine habet.* Datus eſt hic liber quatuor Evangeliorum Monaſterio ſanctiſſimæ Deiparæ, *Hierax* dicto, à Monacho Meletio Eremita. Qui legiris, orate pro eo propter Domioi amorem. *Ibidem. cod.* 4766.

IV. Evangelia Græcè, codices duo in 4°. ſeculi XI. *Bibl. Segueriana cod. gr.* Eadem cum comment. incerti auctoris. Codex ejuſdem ſeculi. *Ibidem. cod. græco.*

IV. Evangelia Græcè & Latinè. Codex membranaceus in folio. *Bibl. Regia cod.* 881.

IV. Evangelia Græcè. Codex notatus literâ γ à Rob. Stephano qui eo usus est. *Bibl. Regia cod.* 2867.

» Hic codex, (*inquit Joan. Millius pag.* » 117. *prolegom. in Novum Testamentum Græ-* » *cum*) ut apparet ex lectionibus, omnino » probæ notæ. Nec dubito quin is inter me- » liores eos numeratus fuerit, ad quos tex- » tum suum exegit Stephanus; siquidem cum » Vaticano, quem expressit editio Complu- » tensis, in plerisque convenit; in plerisque » dico, est enim hic Vaticano paulò me- » mendatior. »

IV. Evangelia Græcè, in 4°. in membranis. *Bibl. Regia cod.* 2866.

» Atque hoc exemplar inter melioris » notæ codices numeravit haud dubiè Ste- » phanus (*quod literâ ϛ designat*); absor- » betur siquidem ferè ipsius textus in edi- » tione Stephanica. Variantes codicis hujus » lectiones exhibet editionis tertiæ interior » margo paulò plus ducentas. » *Millius ibidem, pag.* 118.

IV. Evangelia Græcè. Codex membranaceus literis majusculis exaratus, Regiorum quibus usus est Stephanus, quemque notavit literâ η, antiquissimus. » Dicendum est omnino de hoc codice, (*inquit Millius ibid.*) eum esse πρωτού κώμματος » hujus siquidem tot ferè lectiones repro- » bavit ac in marginem rejecit Stephanus, » quot ipsius codicis β. » *Bibl. Regia cod.* 2861.

IV. Evangelia, Epistolæ Pauli & Canonicæ, Græcè. Codex membranaceus quo usus est Stephanus, quemque literâ ζ notavit. » *Amelotio* liber hic est *antiquissimus ex Regiis, optimus, longè optimus.* » Certè » textus ipsius ferè universus absorptus est » in hac editione. Lectiones ejus variantes » raræ sunt in margine, eæque aliis multis » ferè stipatæ ac speciatim Complutensi. » Ex variationibus non sunt per totum co- » dicem amplius septuaginta quas impro- » barim; & pleræque eæ sunt explicationes » & scholia, præsertim in Epistolis quæ ir- » repserant in textus genuini locum illustra- » tionis gratiâ. Est quidem absque omni du- » bio hic codex quantivis pretii & Stepha- » nicorum omnium longè præstantissimus. *Joan. Millius ibid. pag.* 118. *Bibl. Regia cod.* 2242.

IV. Evangelia Græcè. Codex membranaceus in folio, cujus singulæ paginæ variis picturis decoratæ sunt. *Ibid. cod.* 2858.

IV. Evangelia Græcè. *Bibliotheca Regia codd.* 2243. 2244. 2851. 2852. 3. 4. 5. 7. 8². 3426.

IV. Evangelia Græcè. Codex charac-

A tere minori exaratus cum elegantibus figuris. *Ibidem cod.* 2868.

IV. Evangelia Græcè cum catena. *Ibid. codd.* 1879. 1880. 1883. *Horum Codicum Regiorum bona pars scripta est seculo* XI. quorum vero antiquissimus est, juxta Richardum Simon Codex 2861. supra relatus.

IV. Evangelia Græcè. Codices sex *ex Bibliotheca Telleriana cujus libri msf. in Bibl. Regiam jam ab aliquot annis invecti fuerunt, num.* 56. 57. 58. 59. 61. 62. Ultimus

B 2. voluminibus constat, & est omnium antiquissimus, scriptus ni fallor (*ut verbis Joannis Boivin utar*) undecimo seculo. *Bibl. Regia cod.* 2862². 2865¹. 2863². 28663³. 3424². 3424³. « In codice 56. nunc 2862², deest caput I. Matthæi & II. pars maxima. « Hic codex solus plures penè lectiones va- « riantes nobis suppediravit (*inquit Kusterus in præfat. novæ edit. N. T. græci Milliani*) quam reliqui Parisienses omnes. «

IV. Evangelia Græcè. Codex membranaceus circiter seculi XI. *Bibl. Segue-*

C *riana cod. græco.* Eadem cum commentario incerti auctoris, græcè. Codex membranaceus seculi XI. *Ibidem cod. græco.*

IV. Evangelia Græcè. Codex antiquissimo charactere exaratus, sat bonæ notæ, Constantinopoli allatus à Gregorio Douza. *Bibl. Leidensis cod.* 37. *pag.* 398.

IV. Evangelia Græcè. Duplex exemplar XI. seculi. *Florentiæ, Bibl. S. Marci.*

IV. Evangelia Græcè. Codex membranaceus, vetustus ac bonæ notæ, in 4°. *Parisiis Biblioth. Illustr. Dn. Nic. Josephi*

D *Foucault Comitis Consistoriani.*

IV. Evangelia Græcè. Duo codices XII. seculi *Romæ, Bibl. S. Basilii, de Montfaucon pag.* 212. *Diarii Italici.*

IV. Evangelia Græcè. Codex ad accuratum quoddam exemplar expressus, & quidem scriptus anno Christi 1160. Pertinuit olim ad Episcopum quemdam Ephesiorum, unde & *Ephesii* titulus ipsi datus est. Hunc advexit secum ex Oriente Thomas Trahernius, ejusque variantium lectionum Syllogen, una cum libro ipso

E *in Bibliotheca Lambethana* reposuit. Est quidem illud exemplar ex emaculatioribus, aspersis scholiis admodum paucis, iisque satis congruentibus sensui Evangelistarum. *Jo. Millius pag.* 161. *prolegom. in N. Test. Gr. Biblioth. Lambethana.*

IV. Evangelia Græcè. Codex membran. *Ad calcem hæc leguntur:* Finem habuit hic sanctus quatuor Evangeliorum codex, manu meâ miserrimi & vilis Notarii Salomonis ex numero Notariorum... Completus autem est anno creationis mundi 6676. i. e. Christi 1168. indictione primâ, Cyclo Solis 12. Lunæ 7. 14. Decembris,

feriâ 5. imperante Constantinopoli Manuële Porphyrogenito & gloriosissimo Imperatore; Jerosolymis rege potentissimo Amarri; in Insula verò Siciliæ Guillelmo secundo Rege; nobis autem J. C. cui gloria & imperium in secula seculorum Amen. *Ita ex versione D. Bernardi de Montfaucon pag.* 307. *Palæographiæ Græcæ.* Fuit olim Petri Stellæ. *Bibl. Regia cod.* 2862.

I V. Evangelia Græcè. Codex membranaceus scriptus anno Mundi 6793. Christi 1285. *Florentiæ, Bibl. Laurentii, plut. F. cod.* 18. *de Montfaucon pag.* 66. *Palæogr. Græcæ.*

I V. Evangelia. Codex membran. in 8. eleganti descriptus caractere. Ad calcem Joannis indicat Scriba nomen ipsius fuisse Nicetam, & ab eo descriptum fuisse hoc exemplar anno 6794. Mundi, seu Christi 1286. Liber est notæ probatioris; utcumque in ipsum intromissa sint hinc inde nonnulla è Lectionariis. *Jo. Millius Ibidem. p.* 157. *Bibl. Bodleiana cod.* 680.

I V. Evangelia Græcè. Codex eleganter descriptus, anno ut appatet in calce libri, Mundi 6805. i.e. Christi 1297. Subnexus est Evangeliis liber Apocalypseos manus multo recentioris, qui per omnia fere convenit cum Complutensium Vaticano, aliisque notæ probatioris. Adscripta sunt ad oram hic illic brevia quædam scholia minutiori charactere. *Jo. Millius pag.* 167. *prolegom. in Nov. Test. Gr. Bibl. Joannis Mori Episcopi Norvicensis in Anglia codd.* 665. 666. *num.* 9851-52. *Catalogi msc. Angliæ.*

I V. Evangelia Græcè cum circumfuso commentario è Græcis Patribus excerpto. Codex in fol. Fuit Jac. Usserii. *Millius ibidem pag.* 160. *Bibl. Collegii SS. Trinitatis Dublinensis cod.* 274. *num.* 414.

I V. Evangelia Græcè, nitidissima manu descripta, forma minori in 16. Hic liber (qui fuit Jac. Usserii) ut ex collationibus constat, is ipse est cui titulum *Em.* dedit Waltonus in appendice Bibl. Polyg. Erat quondam, ut notavit Usserius, D. Thomæ Goad S. Th. Pr. estque fortasse prima pars Novi Testam. donata cum reliquis ab ipso aliove, Collegio *Emmanuëlis* Cantabrigiensis. Certè apud ipsum hodieque manent, eadem qua Ufferianns noster forma Epistolæ Paulinæ & Catholicæ. Codex iste minùs accuratè quàm nitidè exaratus, plurimis in locis deficit ob ὁμοιοτελεύτα. *Jo. Millius ibid. pag.* 160. *Bibl. Collegii Emmanuëlis, cod.* 276. *num.* 416.

I V. Evangelia Græcè. Codex delineationibus pictis ornatus, benè antiquns, sed plurimum passus ab emendatore aliquo, qui in tribus Evangeliis posterioribus textum miserè violavit. *Joan. Millius ibid. pag.* 162. *Bibl. Colbertina cod.* 6043.

I V. Evangelia Græcè. Codex mutilatus 15. primis capitibus Evangelii Matthæi, ut & in calce libri 12. versiculis postremis Evangelii Joannis. Abundat scholiis è margine traductis, particnlares habet lectiones haud paucas, & in plurimis incedit diversus à plerisque aliis; convenit tamen cum Exemplari Ephesio. *Jo Millius p.* 162. *Prolegom. in Novum Testamentum Græcum. Bibl. Colbertina cod.* 6066.

I V. Evangelia Græcè. Adjecta est Evangeliis Matthæi & Marci versio Latina. *Bibl. Colbertina cod.* 3947. Eadem cum commentario in 4°. *Ibidem cod.* 4112. Eadem Græcè in folio. *Ibidem cod.* 2467. In 4°. *Ibidem codd.* 4444. 4480. 4556. 4705. 4774. 4916. 5218. 6045. 6051. 6162. 6561. 6628. 6629. Eadem cum commentario. Codex membran. in 4°. optimæ notæ. Multa desunt in Matthæo, Marco & Joanne, & multa translata in Matthæo. *Ibidem cod.* 2259.

I V. Evangelia Græcè. *Bibl. Thuana pag.* 434. Eadem ter. *Bibl. Memmiana.*

I V. Evangelia Græcè cum catena, septies. *Bibl. Vindobonensis, Lambecius lib.* 3. *pag.* 42.

I V. Evangelia Græcè. Codex membran. vetustus satis in 4°. Descriptum esse & collatum cum antiquis & accuratis codicibus ad calcem singulorum Evangeliorum annotavit Librarius, ne dicam, an vir quidam eruditus, cui curæ fuit emendatos habere codices? Canonibus, quos Eusebianos vocant, picturis Evangelistarum, aliisque ornamentis, ex quibus præstantiores codices hnjusmodi commendari solent, non destituitur noster. *Ita Joannes Gabriel Sparvenfeldius pag.* 51. *catalogi editi librorum msc. quibus Bibliothecam Upsaliensem ditavit.*

† I V. Evangelia Græcè codex membranaceus cum iconibus Evangelistarum, in fol. *Fuit olim in Biblioth. Petri Francii.*

I V. Evangelia Græcè & Latinè. *Bibl. Scorialiensis, Possevinus.* Eadem Græcè cum expositione Theophylacti. *Bibl. Augustana. Idem.* Eadem Græcè in 4°. *Ibidem subsellio* 1. *cod.* 22. *Ehingerus.*

I V. Evangelia Græcè. *Florentiæ, Bibl. S. Laurentii plut.* 6. *codd.* 11. 14. 15. 16. 18. 23. 25. 29. 30. 32. 33. 34.

I V. Evangelia Græcè, quinqnies. *Bibl. Venetæ, Thomasinus.* Eadem bis. *Bibl. Patavinæ pag.* 29. 114. *Idem.*

I V. Evangelia Græcè, quinquies. *Bibl. Reginæ Christinæ codd.* 868. 873. 877. 879. 885. Alexandri Petavii, *nunc Bibl. Vaticana hos codices possidet.* Eadem Græcè. *Ibidem ex Bibl. Palatina cod.* 225. *pag.* 70.

catalogi Sylburgii. Eadem cum capitum & paragraphorum indicatione aureis literis exarata cum scholiis. *Ibidem ex eadem Bibliotheca cod.* 220. *p.* 67. Eadem absque scholiis ter. *Ibidem ex eadem Bibl. cod.* 89. *p.* 31. *cod.* 189. *p.* 55. *cod.* 229. *p.* 70.

IV. Evangelia Græcè. Codex bombycinus seculi XIV. *Florentiæ, Bibl. S. Marci.*

IV. Evangelia Græcè cum scholiis. *Romæ, Bibl. Sulziana.* Eadem, quater. *Romæ, Bibl. Vallicellana, Possevinus.* Eadem *Bibl. Bremensis: Struvius p.* 160. *Introd. in hist. rei literariæ.*

IV. Evangelia Græcè. *Bibl. Monachiensis p.* 145. *catalogi, Spizelius.* Eadem, ter. *Bibliotheca S. Salvatoris Messanensis, Possevinus.*

IV. Evangelia Græcè. Codex in 8°. membranaceus nitidissimè descriptus, sed haud ita vetustus: estque probæ notæ, & ferè in omnibus refert genuinam Evangelistarum dictionem. *Jo. Millius p.* 155. *Prolegom. in N. T. Gr. Bibl. Bodleiana.*

IV. Evangelia Codex in 12. quod vocant, crassiusculo, recenti ac pessima manu exaratus. In principio occurrit literis majusculis vox ϹΕΡΒΟΠΟΤΑΟϹ, nomen ut opinor Librarii. *Millius p.* 158. *Bibl. Bodleiana.*

IV. Evangelia Græcè. Codex membran. in 8°. charactere nitidissimo; liber bonæ notæ, licet minùs vetustus, neque enim ultra annos quadringentos assurgere videtur. *Jo. Millius prolegom. in N. T. Gr. p.* 158. Scriptus autem per Nicolaum Lectorem Caballarii. *Bibl. Bodleiana cod.* 3416. Eadem. Codex pulchrè exaratus anno Christi 1338. loca genuina nonnunquam exhibet ab excuso textu discrepantia. *Millius p.* 168. *Ibid. cod.* 3437. Eadem. Codex manu pulcherrimâ scriptus sed recentiori; fuit olim Seldeni, sicut & bini præcedentes. *Jo. Millius l. c. ibidem cod.* 394. Eadem. *Bibl. Bodleiana codd.* 29. 31. 247. 1864. 5766.

IV. Evangelia Græcè. Codex ineleganti admodum charactere: convenit in multis cum codice Monfortii, in quibus seorsum abeunt hi duo à plerisque omnibus quos viderim... Codex geminus planè videtur alterius illius, quem in Bibliotheca Collegii Lincolniensis (*de quo infra cod.* 72.) asservatum diximus, ejusdem characteris, ejusdemque Librarii. *Jo. Millius ibid. p.* 149. *Oxonii, Bibl. Collegii novi cod.* 68. *num.* 1032. Eadem. *Bibl. Ecclesiæ Westmonasteriensis cod.* 89. *num.* 1179. Eadem. *Bibl. Norfolciana cod.* 532. *num.* 3431. Eadem. *Bibl. Thomæ Gale cod.* 292. *num.* 6126. Eadem. *Bibl. Joannis Mori Episcopi Norvvicensis codd.* 665. 666. *num.* 9851-52. Eadem. Liber optimæ notæ, & licèt fortassè haud vetustus ipse, ad antiqua tamen, eaque præstantissima compositus. *Cantabrigiæ, Bibl. Joannis Covelli S. T. P.* qui ex Oriente hunc secum advexit. *Millius pag.* 163.

IV. Evangelia Græcè. Liber bonæ notæ. *Bibl. Georgii Wheller Canonici Dunelmensis. Millius ibidem pag.* 161.

IV. Evangelia Græcè. Liber iste peperam scriptus est, sed à vulgo codicum variat in multis, & peculiares lectiones non paucas exhibet. *Jo. Millius ibid. pag.* 147. *Bibl. Collegii Cajo-Gonvillensis num.* 694.

IV. Evangelia Græcè. *Dublini, Bibl. Collegii SS. Trinitatis codd.* 272. 274. 146. *num.* 412. 414. 416. Eadem in 4°. *Bibl. Narcissi Archiepiscopi Dublinienſis nunc Armachani num.* 1334.

IV. Evangelia Græcè & Latinè ex Interprete Vulgato. Codex membranaceus in folio picturis elegantissimis decoratus, scriptus autem in Gallia manu Georgii Hermonymi Spartani. Fuit olim Caroli Cardinalis Borbonii. *Bibl. Regia cod.* 2244.

IV. Evangelia Græcè manu recentiori scripta, in 8°. *Oxonii, Bibl. Collegii Lincolniensis cod.* 72. *num.* 133. *catalogi editi.* » Codicem hunc Collegio isti donavit Edmondus Andley Episcopus Sarisburiensis, cujus tempore (sub annum 1502.) & in cujus gratiam à Græculo quodam, tum apud Anglos commorante, descriptum fuisse credibile est.... Est autem hic codex accuratè descriptus, & ad optimum exemplar. » *Joan. Millius p.* 148. *prolegomen. in Novum Testamentum Græcum.*

IV. Evangelia Græcè. Codex bombycinus, *ad cujus calcem legitur*: Scriptum est hoc Evangelium manu meâ Michaëlis Mauritii 1550. Amen, finis. *Bibl. Colbertina cod.* 4588.

Evangelium Matthæi, Marci & Lucæ Græcè. *Bibl. Regia cod.* 1882. Evangelium Matthæi cum commentariis. *Ibidem. cod.* 1893. Matthæus & Joannes cum commentario. *Ibidem.* 2439. Lucas cum catena Græcè. *Ibidem. codd.* 1882. 1944. 2490. Joannes cum catena, Græcè. *Ibidem. codd.* 1887. 2441.

Evangelium Matthæi, & Marci cum brevi commentariolo, Græcè. *Bibl. Heidelbergensis, nunc in Vaticana: Sylburgius p.* 4. *num.* 5.

Evangelium Matthæi, Lucæ & Joannis Græcè. *Parisiis, Bibl. S. Victoris cod.* 315.

Fragmenta Græca IV. antiquissima literis majusculis exarata in charta Ægyptiaca, purpurei coloris, continentia IV. periochas Evangeliorum SS. Matthæi & Joannis. *Bibl. Cottoniana pag.* 127. 128.

Evangelium S. Matthæi Græcum & Hebraïcum è regione. *Venetiis, Bibl. S. Marci plut. 37. de Montfaucon pag. 42. Diarii Italici.* Idem Græcè. *Bibl. Segneriana p. 13.*

Evangelium Lucæ & Joannis Græcè cum scholiis. Codex membranaceus in 4°. mutilus, incipiens ab initio Orationis Dominicæ cap. 2. vers. 2. ad finem & Joannis integrum, exceptis duobus aut tribus foliis. *Bibl. Georgii Wheleri in Anglia cod. 19. num. 9160. msc. Eccles. Angliæ.*

Evangelium S. Lucæ. Codex papyraceus in 4°. *Parisiis Bibl. Memmiana. Bibl. Colbertina cod.* 4885. Evangelium S. Lucæ cum expositione SS. Patrum, initio mutilatum bis, additis scholiis marginalibus prolixis sed in paucis duntaxat capitibus, Græcè. *Bibl. Vaticana ex Heidelbergensi p. 9. num. 1. catalogi Sylburgii.*

Evangelium Joannis Græcè. Codex in 12. scriptus elegantissimâ manu Joannis Trithemii Abbatis Spanhemensis. Bibliothecæ Bodleianæ dono dedit Georgius Hakwell, qui & ipse illud acceperat ab Abrahamo Sculteto. » Magna est in hoc » codice vis lectionum singularium, quas » mihi hauddum videre contigit », *inquit Joan. Millius p. 150. 154. Prolegom. in Novum Test. Græcum. Bibl. Bodleianæ cod.* 1889.

Acta & Epistolæ Apostolorum & Apocalypsis Græcè cum scholiis marginalibus. *Bibl. Colbertina cod. 4785. Parisiis, Bibl. Memmiana.* V. *Polyglotta msc. Gr.* Eadem. *Romæ, Bibl. Vallicellana, Possevinus. Bibl. Monachiensis, Spizelius. p. 145. Arcanorum Biblioth.*

Acta, & Epistolæ Pauli, & Apocalypsis. Codex memb. octingentorum annorum juxta D. Boivin, quo usus est R. Stephanus quemque designavit literis *ιδ* in sua præstantissima Novi Testamenti Græci editione. » In Epistolis (*inquit Millius p. 119. prole-» gom. in Novum Test. Gr.*) *variantes lectiones* » paucæ quidem, si liber diligenter sit col-» latus; & hujusmodi quæ plurium codi-» cum testimonio roboratæ sunt, excepta » unica κήρυγμα pro μαρτύριον 1. Corinth. 1. » 6. quod ex scholio libri cujuspiam ad » oram adscripto, in veræ lectionis locum » transtulit librarius. De Epistolis jam lo-» quor; Apocalypsis enim ostendit varie-» tates plus 240. roboratas & ipsas magno » Codd. numero, ut & Versionum Vulgatæ » & Syriacæ. Erat codex iste, ob variatio-» num paucitatem in Epistolis, ex eorum » numero quos inter meliores reputavit » Stephanus. » *Bibl. Regia cod.* 1869.

Acta Apostolorum & Epistolæ Canonicæ, Epistolæ Pauli & Apocalypsis Græcè. Codex in 4°. recens scriptus manu

A Georgii Hermonymi, qui Budæi præceptor fuit in Græcis, *ex Bibl. Telleriana in Regiam novissimè asportatus, num.* 1. 2248.

Acta Apostolorum, Epistolæ Catholicæ, Epistolæ Pauli & Apocalypsis cum scholiis. Codex membranaceus, formâ minori, minutoque sed nitido charactere, annorum plus quingentorum. Et hic unus est (*inquit Millius pag. 156. proleg. in N. T. Gr.*) è probatioribus. *Bibl. Bodleiana cod.* 3. Eadem Græcè. Codex est è probatioribus; *Fuit Alexandri Petavii, nunc in* B *Bibl. Reginæ Christinæ in Vaticana. Millius p. 155. qui* textum eum dicit exhibere genuinum Euthalii Codicis, etiam in iis haud raro locis, in quibus diversus abit ab impressis.

Acta & Epistolæ Apostolorum & Apocalypsis Græcè. Mutilatus est iste Codex 14. primis capitibus Actorum & parte 15. capitis. Reliqua pars Actorum, ut & Epistolæ Jacobi, Petri, Joannis duæ priores manus sunt reliqua parte nonnihil recentioris; Epistola vero tertia Joannis itemque Judæ C & Apocalypsis, quæque hanc sequuntur Epistolæ Pauli, characterem videntur referre septingentorum propemodùm annorum. Codex est notæ præstantioris. « Unde & pauca in eo loca genuina ab impressis « nostris variantia deprehendimus. In Apo- « calipsi textum præfert codex iste optimus « eique qui apparet in præstantissimis nos- « tris consentientem «. *Joan. Millius ibid. p.* 160. *Bibl. Bodleiana cod.* 5772.

Acta, Epistolæ Apostolorum & Apoca- D lypsis. Codex scriptus anno Christi 1087. imperante Alexio Comneno sub Patriarchatu Nicolai. Est certè hic è libris nostris probatioribus. *Jo. Millius p. 163. prolegom. in N. T. Gr. Cantabrigiæ, Bibl. D. Joannis Covelli.*

Acta & Epistolæ Apostolorum & Apocalypsis, Græcè cum comment. Codex partim membranaceus XI. seculi, partim bombicinus XIV. seculi. *Bibl. Segueriana cod. græco.*

E † Acta Apostolorum, Epistolæ omnes & Apocalypsis. Hoc exemplar olim ad ædiculam aliquam sacram in crepidine montis Sinai positam pertinuit; (eam ob rem *Sanaiticum* à Millio appellatum.) Codex est membranaceus in 4°. pessime jam olim habitus, & madore tanropere corruptus ac vitiatus, ut plane perierit ipsius pars maxima. *Millius ibidem p. 64. Bibl. D. Covell.*

Actus & Epistolæ Apostolorum, Græcè. *Bibl. Colbertina codd.* 871. 5107. 6113.

Acta & Epistolæ Apostolorum, Græcè. Exemplar nitidissimum, quod mirificè convenit cum priori Cowelliano tanquam alterum planè foret alterius apographum.

Scriba quiſquis ille, καλλιγράφος licet, videtur fuiſſe linguæ græcæ ignarus, & haud parum oſcitans. Probum codicem ſecutus eſt, compoſitum ad textum aliquem Euthaliana Editione vetuſtiorem; nullæ ſiquidem hîc apparent ad Epiſt. Paulinarum calcem ἐπιγραφαί· *Bibl. Genevenſis Joan. Millius ibidem. p.* 166.

Actus & Epiſtolæ Apoſtolorum cum expoſitionibus Græcè. Codex ſeculi X. membranaceus & eleganter deſcriptus, in quo abbreviationes frequentiſſimæ. *Bibl. Regia cod.* 1886.

Actus & Epiſtolæ Apoſtolorum Græcè cum comment. variorum Patrum. Codex membranaceus in folio, ad cujus calcem legitur: Deſcriptus eſt hic liber manu Theopempti Lectoris & Calligraphi; completus eſt menſe Julio, feriâ quartâ, indictione 13 anno mundi 6553. Chriſti 1045. *Bibl. Regia cod.* 1246.

† Acta & Epiſtolæ Apoſtolorum. Codex membranaceus, incipit à v. 11. cap. 1. Act. eſtque annorum circiter quingentorum. Interpolatus hic illic ſcholiis, & vocabulis initialibus publicarum lectionum, textus aliàs probi ſequax. *Jo. Millius ibid. p.* 163. *Bibl. D. Covell.*

† Acta & Epiſtolæ Apoſtolorum Codex chartaceus in 8°. ſcriptus manu recenti. *Millius ibid. p.* 164. *Bibl. D. Covell. Hæc exemplaria alia hujuſmodi à Millio laudata & hic à clariſ. Boernero adjecta neglexeram, utpotè quæ ab hominum oculis evaneſcunt, vel ad alias perveniunt manus, ſimulatque penes quos ſervantur, diem ſupremum claudunt.*

Acta & Epiſtolæ Apoſtolorum, Græcè. Codex iſte unus ex his, quo Stephanus uſus eſt & quem notat literâ ί. » Variat » ab editionis Stephanicæ textu locis plus » 330. Ex his conſentientes habet Codd. » Græcos aliq. locis 309. Ita quidem ut ple- » ræque iſtæ lectiones cum Vulgata verſio- » ne conveniant, 215 ſcilicet, & quidem ex » iis 170. licet Græcis libris aliq. ſtipatæ, » videantur omninò pravæ ac νόθοι. Verſioni » Vulgatæ tam mirè adhæret iſte codex, » ut in libro Actorum habeat, iſque ſolus » σιμικίνθια, Vulgatæ ad inſtar, *ſemicinctia.*» *Jo. Millius p.* 118. *prolegom. in N. T. Gr. Bibl. Regia cod.* 2870.

Eadem Græcè cum ſcholiis pauciſſimis. Hic codex quingentorum eſt annorum pauciſſima ſcholia complectitur. *Rich. Simon cap.* 38. *Hiſt. crit. textus N. Teſt. pag.* 204. *Bibl. Regia cod.* 2847.

Eadem cum ſcholiis marginalibus. *Ibid. cod.* 2872. Eadem cum catenis diverſorum Græcè. *Ibidem codd.* 2248. 2871.

Acta & Epiſtolæ Apoſtolorum, cum integro prologo Euthalii in Epiſtolas Pauli, ſine authoris nomine. Codex perantiquus dictus Regio-Alexandrinus, qui olim ad Stephanum Gerlachium & Matthiam Berneggerum pertinuit, & à Joan. Bœclero Sereniſſ. Suecorum Reginæ dono datus fuit. Extat nunc *in Bibl. Vaticana cod.* 32. *Zacagnius p.* 515 *collect. veterum monument. & p.* 86. *præfationis ejuſdem.*

Acta Apoſtolorum & Epiſtolæ omnes Græcè. Codex olim Alexandri Petavii, deinde Iſaaci Voſſii, ante annos, ut videtur, ſeptingentos exaratus « Textum præfert ſatis accuratum & in locis plurimis, « quæ ab excuſis variant, genuinum «. *Jo. Millius p.* 138. *proleg. in N. T. Græc. Bibl. Voſſii cod.* 158. *num.* 2269. *catalogi mſc. Angliæ part.* 3. *Bibl. Leidenſis.*

Acta & Epiſtolæ Apoſtolorum Græcè cum commentario marginali Anonymi. De hoc codice Joannes Sambucus, à quo anno 1564. in Italia emptus eſt, propria manu annotavit, eum in Bibliotheca Vaticana Dorotheo dubitanter attribui his verbis: Dorotheo videntur eſſe ſcholia. *Bibl. Vindobonenſis cod. Th. gr.* 34. *Lambecius lib.* 3. *p.* 8.

Acta Apoſtolorum, omnes Epiſtolæ Pauli, Petri, Joannis & Judæ cum argumentis Euthalii Diaconi, Græcè. *Bibl. Bodleiana cod.* 715.

Eadem Græcè cum brevi capitum expoſitione. Præmiſſa eſt præfatio generalis in omnes Epiſt. *Bibl. Vaticana, ex Bibl. Palatina p.* 16. *catalogi Sylburgii, num.* 38.

Eadem Græcè. Codex membranaceus vetuſtus, accuratè deſcriptus & ad optimum exemplar. *Oxonii Bibl. Collegii Lincolnienſis cod.* 1394.

Acta Apoſtolorum & Epiſtolæ Græcè, cum commentariis Theophylacti. Exemplar mirè caſtigatum & venerandæ antiquitatis, ſexcentorum ſcilicet annorum. *Bibl. publica Baſileenſis. Jo. Millius p.* 112. *prolegom. in N. T.*

Acta & Epiſtolæ Apoſtolorum Græcè. Exaratus eſt hic codex charactere plane conſimili ei (qui infra recenſetur, complectiturque Acta & Epiſtolas Canonicas) ſed manu ut videtur paulo recentiori. *Millius ibid. p.* 150. *Uterque extat Oxonii in Bibl. Collegii novi cod.* 1022. 1023.

Eadem Græcè in 8°. *Bibl. Vindobonenſis cod.* 303. *de Neſſel.* fol. *Bibl. Bodleiana cod.* 1136. *Bibl. Eccleſiarum Angliæ cod.* 1119. *Bibl. Georgii Wheleri in Anglia, cod.* 42. *num.* 9113. *mſc. Eccleſiarum Angliæ. Bibl. Segueriana cod. Gr.*

Eadem Græcè cum ſcholiis antiquis & *Florentiæ, Bibl. S. Laurentii plut:* v. *cod.* 1.

Eadem Græcè cum ſcholiis antiquis & interlineari Latina verſione in Epiſtolis. Codex in membranis optimus. *Ibid. cod.*

29. Eadem Græcè. *Messanæ*, *Bibl. S. Salvatoris*, *Possevinus*.

Acta Apostolorum, Epistolæ Pauli & Apocalypsis Græcè; folium ultimum Epist. ad Hebræos & duo priora libri Apocalypseos longe recentioris sunt characteris. Codex membranaceus, seculi X. *Bibl. Seguieriana cod. Gr.*

Acta Apostolorum & Epistolæ Pauli cum comment. Græcè. Codex membranaceus. *Hæc ibi nota legitur:* Scriptus est hic liber indictione 12. anno (*Mundi*) 6491. id est Christi 984. manu Theophylacti Presbyteri & in Lege Doctoris. *Florentiæ. Bibl. S. Mariæ, de Montfaucon. Diarii Ital. p.* 361. *& Palæogr. Gr. p.* 45. & 281. Eadem cum antiquis comment. Græcè, fol. *Bibl. Scoraliensis*, *Possevinus. Bibl. Ducis Urbini in Vaticana*, *idem.*

Acta Apostolorum & Epistolæ Paulinæ Græcè, cum perpetuis commentariis, seu catenis Patrum. Codex membranaceus in folio vetustus, deficit ab initio usque ad comma 14. capitis 8. Actorum. *Bibl. Upsaliensis ex dono Jo. Gabrielis Sparvenfeldii p.* 49 *catalogi editi.*

Eadem & Apocalypsis Græcè, 4°. *Bibl. Colbertina cod.* 6584.

Acta Apostolorum & quædam Epistolæ Græcè, omnia valde mutila in 4°. *Ibidem cod.* 5159.

Acta Apostolorum & Epistolæ VII. Catholicæ & Epistola ad Hebræos. Codex membranaceus in 8°. in quibusdam locis mutilus, quingentis aut sexcentis ab hinc annis exaratus. Liber est probæ notæ (*inquit Millius p.* 154. *Proleg. in Novum Testamentum Græcum*) & genuinam fere refert Scripturam, etiam ubi ab excusis discrepat. *Cantabrigiæ*, *Bibl. Collegii Christi.*

Acta Apostolorum, Epistolæ Canonicæ & Apocalypsis Græcè. *Florentiæ. Bibl. S. Laurentii plut.* 4 *cod.* 30.

Acta Apostolorum & Epistolæ Catholicæ cum catena, Græcè. Codex membranaceus in 4°. optimæ notæ, eleganter descriptus est annorum quadringentorum quinquaginta. *Oxonii Bibl. Collegii Novi cod.* 1022.

Acta Apostolorum, & Epistolæ Joannis, Jacobi, Petri & Pauli, Græcè & Latinè. *Venetiis*, *Bibl. S. Marci*, *Possevinus.*

Acta Apostolorum Græcè, aureis literis descripta, à Cypri Regina Innocentio VII. donata. *Bibl. Vaticana: Lomeierus, de Bibliothecis cap.* 10. *p.* 273. 2. *Edit.*

Acta Apostolorum. Codex membranaceus IX. seculi, scriptus charactere unciali, oblongo ac deflexo, cum accentibus primâ manu positis. *Bibl. Ducis Mutinensis*, *de Montfaucon*, *pag.* 31. *Diarii Italici.*

Eadem Græcè & Latinè. Codex literis quadratis sive uncialibus exaratus, sed paulò pinguioribus charactere codicis Alexandrini; (imò etiam Cantabrigiensis, licet alterius istius characterem magnitudine & crassitie superantis) ut proinde haud assurgere videatur ad ætatem Bezæ hujusce aut Claromontani. Unus est (*inquit Millius proleg. in N. T. Gr. p.* 157.) è libris Græco-Latinis, qui pauci jam extant, in Occidentalium gratiam jam olim exaratis, qui ad oculum simul exhibent Originarium textum & versionem Italicam interpolatam, qualis extabat ante Hieronymi tempora. Mirificè consentit cum illo codice Actorum Apost. ex cujus authoritate Venerabilis Beda scripsit suas in Acta retractationes. Et quidem conscriptus videtur haud longè post Bedæ tempora. *Bibl. Bodleiana cod.* 1119.

Eadem Græcè eleganter scripta anno Mundi, juxta Græcorum computum, 6902. id est Christi 1394. *Romæ*, *Bibl. Chiggiana*, *de Montfaucon p.* 237. *Diarii Italici.*

Epistolæ omnes novi testamenti Græcè. Codex *Rhodiensis* à Jacobo Lopide Stunica & ab Erasmo; de quo prior sic loquitur, Liber Apostolicarum Epistolarum Græcus venerandæ antiquitatis, qui ex Insula Rhodo in Hispaniam allatus, ac deinde Francisco Cisnerio Toletano Cardinali dono datus ejusdem jussu in publica ejus Complutensis Academiæ Bibliotheca repositus est. *Stunica cap.* 2. *annotat. contra Erasmum in* 1. *epist ad Corinth.* « Tantam in eo codice cum textu latino concordiam « deprehendit Erasmus, ut eum ad codicem « aliquem latinum castigatum fuisse suspi- « catur. « *Jo. Millius p.* 108. *Proleg. in N. T. Græcum.*

Epistolæ Pauli & Catholicæ Græcè. Liber præstans ob antiquitatem & minimis characteribus exaratus, in forma minori in 16. miserè mutilatus, quod dolendum est; est enim liber (*inquit Jo. Millius p.* 147. *Prolegom. in N. T. Gr.*) nitidè & accuratè scriptus ac bonæ notæ. In Epistolis Catholicis, quæ præcedunt Paulinas, omnia desiderantur usque ad partem posteriorem capitis primi Epistolæ 2. Petri; *& plurima in Epist. Paulinis.* Textus ejus consonat ferè cum eo quem præferunt libri nostri præstantiores, etiam ubi diversus est ab excusis nostris. *Cantabrigiæ*, *Bibl. Collegii S. Emmanuelis cod.* 3.

Epistolæ Pauli & Canonicæ Græcè. *Florentiæ*, *Bibl. S. Laurentii. plut.* 4. *cod.* 31.

Epistolæ Pauli Græcè & Latinè. Codex venerandæ antiquitatis, Bezani pars altera. *V. Suprà* 11. *Evangelia Gr. & Latinè*

Bibl. Regia cod. 2245. & Bibl. S. Germani à Pratis cod. 3.

† Epiſtolæ Pauli XIII. (deſideratur Epiſtola ad Hebreos) Græce & Latine. Codex membranateus, literis quadratis, abſque accentibns & diſtinctionum notis, ante ſæculum VII. ſcriptus. Verſionem Latinam interlinearem habet, quæ textui Græco exactiſſime reſpondet, ac omnes illius literas & apices exprimit; dum ſingulis verbis Græcis voces Latinæ convenientes ſuperſcriptæ ſunt. Idem vero de hoc codice ſtatuendum eſſe arbitror, quod Millius de codicibus Nov. Teſt. Cantabrigienſi, Claromontano & Sangermanenſi, itemque Bodleiano judicavit, eſſe eum e libris Græco-Latinis in Occidentalium gratiam olim exaratis, ſimulque ad oculum exhibere originarium textum & verſionem Italam ante Hieronymi tempora factam. *Hunc codicem ex Bibliotheca P. Francii, qui venerandæ hoc antiquitatis & notæ optimæ exemplar olim poſſedit, mihi* (Boernerus) *comparavi; cujus variæ lectiones in nova N. Teſtamenti Milliani editione, cui Lud. Kuſterus præeſt, propediem comparebunt. De hoc codice plura habet Lud. Kuſterus in præfatione ſua ad novam Millianam N. T. Græci Editionem.* » Codex eſt
» membranaceus in 4°. tredecim tantum
» Epiſtolas Paulinas continens; nam Epi-
» ſtola ad Hebræos in eo deſideratur. Scrip-
» tus eſt literis Græcis majuſculis (non qui-
» dem vetuſtiſſimis illis, quæ vulgo *unciales*
» & *quadratæ* appellantur, ſed paulo rotun-
» dioribus & minoribus) nuſquam ſibi in-
» vicem alligatis, ſed ſolutis & ſeparatis,
» quod antiquitatis eſt ſignum. Caret idem
» accentibus & ſpiritibus, ejuſque ſcriptura
» non continua, ſed pleræque voces inter-
» vallo aliquo à ſe invicem diſcretæ ſunt,
» quod arguit quidem eſſe paulo inferioris
» ætatis, quam antiquiſſimos illos codices
» in quibns nulla eſt vocum differentia: ſed
» tamen aliæ vetuſtatis notæ quas præfert,
» ſatis oſtendunt, eum octingentorum an-
» norum ætatem excedere; Græca ejus ex
» bono & antiquiſſimo codice manaſſe, inde
» ſatis patet, quod cum codicibus Claro-
» montano & Sangermanenſi, qui pauciſſi-
» mis Exemplaribus N. T. quæ hodie ex-
» tant, vetuſtate cedunt, fere ſemper con-
» ſentiat. Librarium autem nactus eſt valde
» imperitum & oſcitantem, quippe qui non
» ſolum textum Græcum peſſimè interdum
» diſtinxit. Poſitis nimirum punctis & lite-
» ris grandioribus, tanquam ad novæ pe-
» riodi initium, in mediâ ſæpe ſententiâ,
» ubi nulla omnino diſtinctio vel interpunc-
» tio locum habet; ſed etiam non raro li-
» teram initialem vocis ſequentis annexuit
» ei, quæ præcedit; & contra literam poſ-

A tremam vocis præcedentis retulit ad ini- «
tium ſequentis. (*Id autem nullam arguit imperitiam, alioquin multi notarentur Librarii & quidem accuratiores, quorum mos fuit hæc factitare, ut in optimis codd. Mſſ. mihi oſtendit D. Bernardus de Montfaucon.*) Ei ab «
eadem manu addita eſt verſio Latina in- «
terlinearis, veteris *Italicæ* & apud Lati- «
nos vulgò receptæ, procul dubio propa- «
go; ex cujus ſcriptura, in qua literas quaſ- «
dam Anglo-Saxonicas mihi viſus ſum ob- «
ſervare, colligo, codicem illum in Bri- «
B tannia ſcriptum eſſe. Hæc verſio interdum «
duplicem textûs Græci interpretationem «
exhibet; Eadem inrerdum a textu Græco «
diſcrepat, ſed hæc levia ſunt & toleran- «
da. Illa autem audacia minime ferenda «
eſt, quam Librarius Græca interdum ad «
Larina correxit, vel potius corrupit. *Hæc* «
Kuſterus.

Epiſtolæ Pauli Græcè & Latinè. Codex in tenuiſſimis elegantiſſimiſque membranis ſcriptus ſeptimo circiter ſeculo ut ex characterum tam Græcorum quàm Latinorum
C forma arguitur; nam Latina verſio in altera ſemper pagina jacet. Character omnino quadrus vel rotundus eſt ſecundum cujuſque figuram; Græcus character nullam olet peregrinitarem, ſed à perita manu exaratus eſt. Accentus & ſpiritus annotantur, ſed ii ſecunda manu, ut videtur, nec diu, ut creditur, poſt deſcriptum codicem adjecti ſunt. Specimen commatum profert *Bern. de Montfaucon p. 217. Palæogr. Græcæ lib. 3. Biblia Regia cod. 2245.*

D Epiſtolæ Pauli. *Bibl. Regia cod. 3427.*

Epiſtolæ Pauli cum ſingularibus argumentis & ſcholiis marginalibns ex Theodoreto, &c. Græcè. *Bibl. Vaticana ex Bibl. Palatina cod. 10. p. 5. catalogi Sylburgii anno 1701. editi.*

Epiſtolæ Pauli XIII. cum expoſitionibus Græcè. fol. *Venetiis, Bibl. S. Marci, Poſſevinus.*

Epiſtolæ Pauli Græcè. *Ibidem plut. x. cod.* 20.

Eædem cum ſcholiis margin. *Bibl. Bod-*
E *leiana cod. 262.*

Eædem Græcè. Codex XI. ſeculi. *Bibl. Ambroſiana, de Montfaucon p. 11. Diarii Italici.*

Eædem Græcè. *Romæ Bibl. S. Baſilii. Idem ibidem p. 212.*

Eædem Græcè. *Bibl. Segueriana p. 24. catalogi editi.*

Eædem cum comment. *Bibl. Colbertina cod. 3002.*

Eædem Græcè. *Bibl. Jacobæa cod. 826. num. 8548. mſc. Eccleſiarum Angliæ.*

Eædem Græcè. Codex chartaceus, in 4°. *Bibl. Leidenſis cod. Gr. 36. pag. 398.*

Eædem

Eædem in 8°. *Parisiis*, *Bibl. Memmiana.* Eædem Græcè cum glossis & notis. *Bibl. Basileensis p. 22. catalogi a Spizelio editi in arcanis Bibliothecarum.*

Eædem Græcè; manu suâ dum adhuc in Eremo Helvetica esset anno 1517. Huldricus Zwinglius scripsit. Codex chartaceus in 8°. Servatur in *Bibl. Civica Tigurina*, *Ottius in collectione editionum Biblicarum.*

Epistolæ Pauli ad Romanos & ad Corinthios, Græcè. » Codex pulchrè descriptus, cujus textus circumfusus est scholiis Oecumenii: lectionem fere exhibet sanam, etiam ubi abit ab excusis nostris. » *Jo. Millius p.* 149. *Oxonii*, *Bibl. Collegii Magdalenæ cod.* 7 *num.* 2132. *catalogi.*

Epistola Pauli ad Romanos cum commentariis, Græcè. *Bibl. Regia cod.* 2443.

Epistola Pauli ad Romanos Græcè, cum variis lectionibus. *Bibl. Venetæ, Thomasinus p.* 5. *catalogi.*

Epistolæ Pauli, binæ ad Corinthios, ad Galatas, Philippenses, Colossenses & prior ad Timothæum & Apocalypsis, unus ex codicibus, quibus usus est Rob. Stephanus sub nota *ια*. *Bibl. Regia cod.* 2869.

Epistolæ Catholicæ Jacobi, Joannis & Judæ, Apostolorum Græcè. Codex exaratus die 5. Februarii anno 1522. *Bibl. Vaticana*; *Assemanus p.* 604. *Bibliothecæ Orientalis.*

» Citat Des. Erasmus Roterodamensis *codicem quemdam* Britannicum, in quo dictum I. Jo. 5:7. reperitur, quod ipse inseruit Editioni N. Test. Græci anni 1522. Basileæ ab se editi. Sed ubinam hic codex *Britannicus* nunc versetur (inquit Christ. Matth. Pfaffius pag. 100. dissertat. criticæ) hactenus divinare non potui, cum inter anglicanos codices nunc extantes nullus sit (præter codicem Monfortii qui servatur in Bibl. Publica Dubliniensis, qui certe alius est à Britannico, siquidem tres varias lectiones ab alio diversas continet) » in quo id inveniatur. »

Apocalypsis Joannis Græcè. V. *Suprà N. Test. Gr. p.* 170. *& seq.* 181. 185.

Apocalypsis Joannis, Græcè. *Bibl. Colbertina cod.* 3581. 4241.

SECTIO QUINTA.

BIBLIA GRÆCA TYPIS excusa.

Quatuor extant præcipua Bibliorum Græcorum exemplaria non semel edita. I. *Complutense primùm editum anno* 1517. *Venetum anno* 1518. *Romanum anno* 1587. *& Alexandrinum anno.* 1707.

Biblia Græca cum versione Latina ad verbum. *Editio vulgo COMPLUTENSIS vocata.* V. *Biblia Polyglotta Complutensia ad annum* 1517.

Hæc editio primum locum occupat, licèt annis aliquot post Venetam prodierit: completa est quidem anno 1517. *quo Cardinalis Ximenius abiit ad superos, & anno* 1520. *Leonis X. diplomate fuit munita; sed publicata est duntaxat post annum* 1522. *Erasmus enim in tertia sua Novi Testamenti recognitione hoc anno* 1522. *excusa ejus non meminit: in quarta verò anni* 1527. *Complutensi novi Testamenti exemplari Græco ea plurimùm usus est.*

« Quod autem ad Græcam Scripturam attinet, (*inquit auctor secundi prologi*) illud te non latere volumus, non vulgaria seu temere oblata exemplaria fuisse huic nostræ impressioni archetypa: sed vetustissima simul & emendatissima. «

Joan. Morinus Epist. 54. *ad Patritium Junium p.* 280. *Antiq. Eccl. Oriente* « Codices 70. Interpretum etiam correctissimi inter se nonnihil variant etiam ubi Amanuensium negligentia aut ignorantia nulla est vel alteratio commissa. Correctissimos dico, ne existimes hîc de mixtis illis editionibus me verba facere, quales sunt Complutensis, Antverpiensis, Francofurtensis, & aliæ; illæ enim non sunt ullo modo sinceræ 70. Interpretum editiones, sed farrago quædam ex editione 70. seniorum & interpretatione Theodotionis collecta. «

Walton prolegom. IX. §. 28. *hoc de illa editione fert judicium.* » Licet inter omnes hodiernas editiones ad textum Hebræum proxime accedat *Complutensis Editio*; tamen rerum istiusmodi peritus & in lectione veterum exercitatus omnibus inferiorem esse & à genuina 70. versione omnium longissimè abesse deprehendet. Nova enim & mixta est hæc versio, partim ex Septuaginta, partim ex Origenis additamentis, partim ex Aquilæ, Symmachi, aliorumque interpretum, imo & Commentatorum Græcorum verbis consarcinata; ut hoc modo textui Hebræo per columnas aptius responderet. Unde Doctiss. Masius annot. in Jos. 21. dicit *meram esse inscitiam si quis dicat Complutensem editionem puram LXX. versionem repræsentare. Licet enim viri isti docti* (ut observat Nobilius in præfat. ad editionem Romanam) *hujus editionis auctores Origenem aliqua ex parte sibi imitandum proposuerint, ut quæ ex Hebræo essent & non in 70. ex alia versione supplerent; in hoc tamen ab Origenis instituto discesserunt, quod quæ apud LXX. habentur & non sunt in Hebræo, quæque Origenes non tollere* «

» *ausus est, sed obelo notavit, ipsi sæpè rescuerint, & delectu habito, collatisque exemplaribus non modò Bibliorum, sed & Græcorum Commentatorum, ubi varia esset lectio, (quod frequentissimè evenit) eam probarent & retinerent, non quæ Sept. Interpretum fuisse constabat, sed quæ ad Hebraicum propiùs accederet, etiamsi esset Aquilæ, Symmachi vel alterius Interpretis: hoc tamen vel libris destituti, vel tædio victi non perpetuò fecerunt.* « *Ita Waltonus.*

Aliæ editiones. V. Biblia Polyglotta ad an. 1572. 1586. 1596. 1645.

Biblia Græca sive Sacræ Scripturæ veteris novæque omnia, (*Editio Veneta*), ex multis vetustissimis exemplaribus excusa *curâ Andreæ Asulani cum ejus præfatione ad Cardin. Ægidium Viterbiensem*, in fol. Venetiis, in ædibus Aldi & Andreæ *Asulani* ejus soceri 1518. *In hac editione plurimæ mendæ typographicæ irrepserunt.*

Ex præfatione. » Ego vetustissimis exemplaribus collatis, adhibitâ etiam quorumdam eruditissimorum hominum curâ Biblia, ut vulgò appellant Græcè, cuncta descripsi, atque in unum volumen reponenda curavi tui nominis æternitati dicata. »

Observat Jac. Usserius in Syntagm. de 70. Interpr. cap. 8. » eam sequi interdum non LXX. sed Aquilæ lectiones & varia in eam glossemata irrepsisse. »

» Secundùm eam (i. e. editionem Romanam) pura est & sincera editio Venetiis anno Christi 1518. ab Aldo cusa & publicata (*non ab Aldo, qui vivere desierat anno* 1514. *ut refert Trithemii Continuator ad hunc annum, sed in ejus domo ab Asulano ipsius socero.*) » Aldinam editionem quatuor quæ secutæ sunt editiones ad amussim expresserunt, ita ut quarta editio dici possit Aldina quartò repetita, pauca quæ notamus, si exceperis. » *Jo. Morinus Exercit. Bibl. Exercit.* 9. *lib.* 1. *cap.* 1. *num* 6.

» *Waltonus proleg.* IX. § 29. » Hæc quidem editio proximè ad Romanam accedit, & Complutensi purior est. Absunt enim plerumque additiones quas sub asteriscis posuit Origenes; adsunt quæ per obelos notavit; transpositiones etiam capitum & versuum, quas commemorant veteres in editione LXX. fuisse, in hac editione inveniuntur. Quæ etiam à veteribus allegata vel commentariis illustrata erant, eadem plerumque sunt in hac editione. Unde doctissimus Masius præf. comment. in Josue scribit, *Venetam editionem esse quidem simplicis interpretationis LXX. seniorum exemplum:* addit tamen, *sed haud ab omni admixtione verborum Theodotionis liberum*; quod verissimum judico »

» Complutensi multo ad fidem codicum msc. sincerior est *Editio Veneta*, cum illa in plurimis longè locis sit ad Hebræum textum ab editoribus emendata. « *Acta Lipsiensia Febr. an.* 1698. *p.* 75.

Aliæ editiones V. infrà 1526. 1545. 1550. 1582. 1597. 1599. 1687.

Biblia Græca seu Sacræ Scripturæ veteris novæque omnia, *minimo charactere, juxta editionem Venetam, addito Josippi Libro de Machabæis, studio & cum præfatione Jo. Loniceri.* 4. vol. in 8°. Argentorati, Wolphius Cephalæus, *Vetus Testamentum anno* 1526. *Novum* 1524. *editum.*

Ex præfatione. » Præterea cum superioribus annis officinam suam Græcam auspicaretur Wolphius Cephalæus, optimis atque selectissimis eam authoribus primum dicavit, cujus rei testimonium dicere queunt Novum Testamentum, Homerus, & nunc potissimùm πάντα τὰ κατ᾽ ἐξοχὴν καλούμενα βιβλία, quæ (communibus Joannis Hervagii impensis adjutus) accuratissimè, & castigatissimè transcribi curavit, eo modulo, quo officinæ suæ primitias, Novum testamentum ædidit, ut, quibus videretur, totam Scripturam & veterem & novam eodem charactere comparare possent.... In partitione & serie voluminum, secuti sumus Martinum Lutherum qui eum ordinem, quem hic vides, in Germanica sua Bibliorum versione observavit. Unde & quos Apocryphos vocant, libros ad finem in unum fascem collegimus.... Parœmias Salomonis inordinatas, ut Aldina æditio habet, reliquimus, annotatis tamen capitum inversionibus. In Ezechiele non dissimilis labyrinthus, quantùm fieri potuit, in suum nativum ordinem restitutus est. Additus est ex vetustissimis in Græcia scriptis Bibliis Josippi liber de Maccabæis, qui hactenus non est excusus. «

Eadem 3. vol. in 8°. Basileæ, iisdem typis 1529. *Hæc non est nova, sed prorsus eadem editio quæ anno* 1526. *vulgata est; eademque præfatio, cujus initium mutatum est, omisso nomine Loniceri, & pro Luthero Hieronimi nomen appositum est.*

» Prima post Aldinam editio Argentorati typis Wolphianis anno post Aldinam octavo facta est, procurante quodam Lonicero Lutherano. Iste Prophetiarum ordinem apud Jeremiam totum immutavit, ut illum Hebræo textui accommodaret, verba tamen & periodos textûs inviolata dimisit. Iste prætereà Lutheranus libros, quos apocryphos judicavit Lutherus, sceleratâ audaciâ contra Aldinæ editionis fidem, omniumque manuscriptorum consuetudinem, Græcorumque authoritatem, à cæterorum corpore divulsit, locóque separato, & imposito apocryphorum ti- «

» tulo in aliud volumen ad libri finem re-
» legavit.... Insuper tertio Maccabæorum
» libro, Josephi librum de Martyrio septem
» fratrum Maccabæorum in octodecim ca-
» pita distinctum irreligiosè attexuit ». *Ita Joannes Morinus ibidem ut suprà.*

Hæc & sequentes editiones Germanicæ (ut ait ibidem Waltonus §. 29.) » ab Aldina
» versione fluxerunt, quæ plerumque quoad
» verba Aldinam sequuntur, nisi quod or-
» dinem librorum, capitum & versuum
» quorumdam, quæ alio ordine in Hebræo
» posita fuisse omnes antiqui codices tes-
» tantur, ad normam textûs Hebræi ple-
» rumque mutarint & transposuerint. Libros
» etiam qui vulgo dicuntur apocryphi (*à*
» *Protestantibus*) non sparsim inter reliquos
» secundum ordinem historiæ, ut omnes
» antiqui codices habent, sed separatim
» post reliquos posuerunt. I. Basileensis pri-
» ma per Andream Cratandrum anno 1520.
» cui apposita est Latina versio Compluten-
» sis ». (*Nullam hujus editionis mentionem fieri ab alio huc usque inveni; Andreas Cratander versionem Latinam duntaxat ex Complutensi editione anno* 1526. 4. *in lucem emisit.*)

Biblia Græca sive Divinæ Scripturæ Veteris ac Novi Testamenti omnia, (*juxta editionem Venetam*) innumeris locis nunc demùm & optimorum librorum collatione & doctorum virorum operâ multò quam unquam anteà emendatiora, *in lucem edita, cum præfatione Philippi Melanchthonis.* Adjecta est ad calcem diversa aliquot locorum (*Vet. Test. & Apocalypsis*) varietas, in folio. Basileæ, Joannis Hervagii 1545. *Author præfationis quæ Francofurtensi editioni præmissa est, sc. Franc. Junius, testatur illam cum Aldina prorsùs congruere, seque Hervagianam, & consequenter Aldinam sequi.*

Biblia Veteris Testamenti Græcè (*juxta editionem Venetam*) & Latinè (*ex versione Complutensi.*) 4. vol. in 8°. Basileæ, Nicolai Brylingeri 1550.

Ex præfatione Brylingeri. » Non verò
» dissimulamus post aliorum quorumcum-
» que seu editiones, seu castigationes, nos
» longe omnium emendatissimâ plurimùm
» adjutos esse. Sed ut inventis facile est ad-
» dere, ita nemo vitio dabit, nostra ex om-
» nibus, quæ nos antecesserunt, emenda-
» tiora jam reddita, atque adeò non pauca
» disturbata ac valdè permixta in suum lo-
» cum reposita esse à doctissimis viris, id
» quod iis quatuor ultima capita Exodi ab-
» undè & luculenter testimonio erunt...
» Nunc etiam & Latina translatio adjunc-
» ta est, quæ Græco per omnia respon-
» deat. »

» Tertia post Aldinam (*inquit Jo. Morinus ibidem num.* 7.) est Basileensis anni «
1550. Idem est qui in Aldina textus, ea- «
dem quæ in Argentoratensi immutata; «
idem Josephi liber iisdem apocryphis ad- «
ditus. Prætereà in Exodo quatuor penul- «
tima capita, quæ Argentoratensis invio- «
lata reliquerat, transposuit quidem, ea- «
rúmque partes aliquas loco movit, & «
velut decussavit, ut Hebræo textui textus «
Græcus rerum tractatarum ordine simili- «
ter redderetur. Verùm textus tantùm per- «
mutatus, non mutatus... Huic editioni «
è regione apposita est versio Latina ex «
Complutensi editione exscripta. «

Biblia Græcè (*juxta editionem Complutensem, studio Joan. Livinei & Guill. Canteri edita*) & Latinè, à Benedicto Aria Montano & ab aliis recognita V. *Biblia Polyglotta Antuerpiensia* 1572.

Biblia Græca & Latina, 3. vol. in 8°. Basileæ, ex officina Brylingeriana 1582. *Ex hujus editionis exemplari collato cum illo anno* 1550. *vulgato patet eandem esse prorsùs editionem.*

Biblia Græca (*juxta editionem Complutensem*) V. *Biblia Polyglotta* 1586.

Biblia Græca seu Vetus Testamentum juxta Septuaginta (*mandato (i) Pii V. & (b. c. i.) Gregorii XIII. summorum Pontificum elaboratum (e) jussu. &*) auctoritate Sixti V. Pont. Max. editum (*in primis secundùm exemplar Vaticanum & ubi illud deficit, alterum Venetum Cardin. Bessarionis, & alterum ex magna Græcia advectum, absque versuum distinctione, studio & operâ (b. c. d. f. i. k.) Antonii Cardinalis Carafæ, (a) juvantibus diverso tempore multis viris doctissimis, cum variis lectionibus ex antiquis codicibus & ex veteribus Interpretibus, Aquila, Symmacho & Theodotione (e. f.) à Petro Morino collectis cum ejus (e) præfatione*, in folio. Romæ, ex Typographia Francisci Zanetti 1587.

(*a*) *Huic editioni quæ* Romana *dicitur, præmittitur Antonii Carafæ Epistola Sixto V. nuncupata, & Petri Morini præfatio Latina adjectis ad singula capita scholiis ab eodem (f. i.) Morino excerptis ex antiquis Græcis Interpretibus, Aquila, Symmacho, & Theodotione. Cui quidem elaborandæ operam dederunt sub (i) Pio V. (b. h.) Guill. Cardinalis Sirletus, (b. c. i. k.) Antonius Cardinalis Carafa, (i) Latinus Latinius, (i) Marianus Victorius, (i) Paulinus Dominicanus, (g. i.) Emmanuël Sa, (g) Petrus Parra, (i) Antonius Agellius: sub (b. i.) Gregorio XIII. (b. c. d. f. i.) Anton. Carafa, (i) Lælius ejus Theologus, (d. f.) Franciscus Turrianus, (d. f.) Petrus Ciaconius, (d. g.) Joannes Maldonatus, (f. i.) Antonius Agellius, (f. i.) Petrus Morinus, (f.) Petrus Comitolus, (f. i.) Fulvius Ursinus, (b)*

Joannes Livinejus, (*i*) *Bartholomæus Valverda*, (*i*) *Robertus Bellarminus*, & (*i*) *Franciscus Toletus.*

(*b*) *Ex Epistola Ant. Carafæ Sixto V. Pont. Max. nuncupata.* » Annus igitur jam ferè octavus ex quo sanctitas vestra .. auctor fuit Gregorio XIII. Pont. Max. ut sacrosancta Septuaginta Interpretum Biblia... ad fidem probatissimorum codicum emendarentur... Hujus autem expolitionis constituendæ munus, cùm mihi demandatum esset ... operam dedi, ut in celebrioribus Italiæ bibliothecis optima quæque exemplaria perquirerentur, atque ex iis lectionum varietates descriptæ ad me mitterentur. Quibus sanè doctorum hominum, quos ad id delegeram, industriâ & judicio claræ memoriæ Guilielmi Cardinalis Sirleti persæpè examinatis, & cum vestro Vaticanæ Bibliothecæ exemplari diligenter collatis, intelleximus cum ex hac collatione, tum è sacrorum veterum scriptorum consensione, Vaticanum codicem non solùm vetustate, verùm etiam bonitate cœteris anteire, quod caput est, ad ipsam, quam quærebamus, Septuaginta interpretationem, si non toto libro, majori certè ex parte, quam proximè accedere. Quod mihi cum multis aliis argumentis constaret, vel ipso etiam libri titulo, qui est κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα., curavi de consilio & sententia eorum, quos suprà nominavi, hujus libri editionem ad Vaticanum exemplar emendandam; vel potius exemplar ipsum, quòd ejus valdè probaretur auctoritas, de verbo ad verbum repræsentandum, accuratè priùs, sicubi opus fuit, recognitum, & notationibus etiam auctum, &c.

(*c*) *Ex præfatione.* » Nec vidit solùm *Sixtus V. adhuc Cardinalis*, sed auctoritate sua effecit, ut summus Pontifex Gregorius XIII. Græca Septuaginta Interpretum Biblia, adhibitâ diligenti castigatione, in pristinum splendorem restituenda curaret. Quam rem exequendam cùm ille demandasset Antonio Carafæ Cardinali, nullâ is interpositâ morâ, delectum habuit doctissimorum hominum, qui domi suæ statis diebus exemplaria msc. quæ permulta undique conquisierat, conferrent, & ex iis optimas quasque lectiones elicerent: quibus deinde cum codice Vaticanæ Ecclesiæ sæpè ac diligenter comparatis, intellectum est eum codicem omnium, qui extant, longè optimum esse, ac operæ pretium fore, si ad ejus fidem nova hæc editio pararetur.

» Sed emendationis consilio jam explicato, ipsa quoque ratio, quæ in emendando adhibita est, nunc erit aperienda, primisque Vaticanus liber describendus, ad cujus præscriptum hæc editio expolita est. « (*Deinde fit descriptio codicis hujus Vaticani, & duorum aliorum, unius scilicet Veneti ex Bibliotheca Cardinalis Bessarionis, & alterius ipsius Ant. Carafæ quorum trium à nobis jam mentio facta est initio sectionis 2. hujus capitis.*) Præter hos magno etiam usui fuerunt libri ex Medicæa Bibliotheca Florentiæ collati, qui Vaticanas lectiones multis locis aut confirmarunt, aut illustrarunt. ... Nec illud omittendum quod pertinet ad notationes ... quæ in libris msc. reperta, vel ad indicandas antiquarum tum lectionum, tum interpretationum varietates (sub scholii illas nomine, quod ipsarum incerta esset auctoritas, nonnunquam relatas) vel ad stabiliendam scripturam Vaticanam & ejus obscuriores locos illustrandos pertinere visa sunt; ea certè non sunt prætermissa, &c. «

« Editio Romana ex codice msc. Vaticano antiquissimo, operâ Antonii Carafæ Cardinalis aliorumque virorum doctorum, qui per novem annos (*h. e. ab an.* 1578. *ad an.* 1587. *sub Gregorio XIII.*) in hac editione sudarunt auspiciis & jussu Sixti V. Pontificis prodiit. « *Waltonus prolegom.* IX. §. 30.

(*d*) *Ex Epistola Petri Morini ad Sixtum V. Papam inter ejus opuscula p.* 308. « Atque ideo mirandum non fuit, cùm Biblia Græca inspicienda atque edenda essent, varietatesque lectionum & interpretationum annotandæ, Cardinalem Carafam accersivisse aliquot viros quorum conventum ad horum explicationem haberet, Turrianum, Ciaconium, posteà etiam Maldonatum, aliquosque quorum industriam huic operi accommodatam esse intelligebat. «

(*e*) *Idem ibidem p.* 311. « Hîc animadvertimus, qui *ad hoc opus sumus adhibiti*, codicem Vaticanum Bibliorum Græcorum, qui nunc jussu sanctitatis vestræ typis mandatur, multò propiùs abesse ab iis quæ LXX. ediderunt, quam quosvis alios libros, ut propemodùm Editio LXX. dici possit. Multæ ad hanc sententiam conjecturæ *nos* adducunt, quæ in *præfatione* explicabuntur. «

(*e*) « Cùm olim ad editionem Bibliorum Græcorum variæ lectiones translationesque colligendæ essent atque annotandæ, mihi qui id munus suscepissem, immensi commentarii, qui catenæ dicuntur, editi sunt è Bibliotheca Vaticana, &c. *Petrus Morinus Epist.* V. *pag.* 320. *Opuscul.*

(*f*) *Ex ejusdem Epist.* 31. *ad Silvium Antonianum ibid. p.* 366. Anno 1578. author «

» fuit Papæ Gregorio XIII. Cardinalis Montaltius, posteà Sixtus V. beat. memor. ut Biblius Græcis scholam instituerer, idque monento Petro Ciaconio, qui ei valdè familiaris erat. Statim Gregorius dedit Cardinali Garafæ negotium, ut scholasticos aliquot homines convocaret, eúmque cœtum haberet. Accessit Cardinalis Franciscum TURRIANUM, Petrum CIACONIUM, Antonium AGELLIUM & me (*Petrum* MORINUM); sed Turriano suffectus est Paulus COMITOLUS; nobisque per aliquot tempus aggregatus est Fulvius URSINUS. Cardinalis cum inter nos comparasset, libros Bibliorum veteres evolvendos distribuit. Multa eaque recondita in medium attulit Petrus Ciaconius è Doctoribus Latinis. MIHI VERO UNI data est provincia Commentariorum in Vetus Testamentum Vaticanorum, quæ catenæ dicuntur, evolvendorum ac perlegendorum; ut ex iis varias lectiones, variasque interpretationes Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis, Quintæ præterea ac Sextæ editionis exciperem, & in annotationes transferrem, quas itidem scribendas susceperam. Immensum id opus tam multa legendi aliquot annis exhausi ac plæraque correxi ex Hebraicæ linguæ conjectura, &c.

» Mandatum Pontificium (*ait Joannes Morinus lib.* 1. *Exercit. Bibl. Exercit.* IX. *cap.* 1. *num.* 9.) impiger exequitur Antonius Carafa, antiqua Bibliorum manuscripta diligentissimè inquiri & ad se deferri curat. Viros Latinè & Græcè doctissimos convocat ... Varia msc. sibi invicem conferunt, varias lectiones excerpunt, textum variasque lectiones cum scriptis SS. Patrum comparant, & quæ notatu digna videbantur, scholiis ad finem unius cujusque capitis inserunt. *Ita ille.*

(*g*) *Joannes Maldonatus* » à Gregorio XIII. Pont. Max. è Gallia in Urbem accersitus, ut operam suam præstaret ad editionem Græcam LXX. Interpretum, quam parabat, non diu Romæ superstes fuit. (*ibi enim obiit* 1583.) *Sotuel.* Per hæc tempora Emmanuel Sa jussus est cum altero nostro Petro Parra à Pio V. interesse Bibliorum corrigendæ editioni. *Sotuel.*

(*h*) » Ultimus dicetur (*scribit Jac. Augustus Thuanus in fine libri* 122. *historiar.*) Joannes Livinejus Gandensis... qui cùm in Plantiniana Bibliorum editione Græca cum Guillelmo Cantero sedulam operam navasset, posteà suam industriam Guillelmo Sirleto, & Antonio Carafæ Cardinalibus in eodem opere Romæ adprobavit.

(*i*) *Ut huic editioni major lux affulgeat, excerpenda sunt quædam ex lib. XIII. histor. Cleric. Regul. ad an.* 1575. *Cùm hæc scriberet Joseph. Silos, usus est lucubratiunculâ Michaëlis Ghisleri qui Romæ tunc aderat, & fuit studiorum curarumque Antonii Agellii comes.* » Cavit accuratè huic divinarum Scripturarum nitori sacro-sanctum concilium Tridentinum, ac juxta ejus decreta Pius Pontifex V. illarum correctionem est aggressus; cúmque in ejusmodi sacrorum Bibliorum eruditione ac literatura insigni tunc laude floreret Romæ Agellius, linguarum maximè peritiâ instructus, agi de iis gravissimæ rei momentis, non potuit quin ipse inter paucos consuleretur, adhibereturque operi. Igitur, ut testatur ipsemet datâ ad Latinum Latinium epistolâ, demandatum hoc illi negotium fuit unà cùm viris doctissimis, Mariano Victorio Episcopo Reatino, Paulino è Dominicana familia, & P. Emmanuële *Sa* Societatis Jesu; sublatóque è vivis Pio, qui successit Gregorius XIII. visus in id operis adjecisse animum, habitâque cum Purpuratis Patribus consultatione, commendatum munus fuit Antonio Cardinali Carafæ Bibliothecario Apostolico, qui sub Pio V. hanc etiam provinciam capessiverat; ut cui peroportuna iis vigiliis instrumenra inerant, multiplex eruditio, ac sacrarum literarum studia, linguarumque Græcæ præsertim cognitio; ad hæc ardor quidam atque indefessus animi vigor. Conquisiti in primis intentio e quidem studio ab eo fuere ab omnibus Europæ, Christianique orbis partibus ac Bibliothecis, cum vulgatæ, tum LXX. Interpr. editionis antiquiores atque emendatiores codices; quorum exemplaria inspersos excusosque antehac in sacris Bibliis errores expungerent. Tunc acciti undique, adscitique in laboris partem viri, in omni doctrinarum laude celeberrimi, atque in sacris præsertim linguis, rerumque divinarum studio versatissimi; quorum diligentiâ, ac studio operosum atque utilissimum omnino consilium perduci ad exitum posset. Ex eo numero, quos ipse meminisset ac cognovisset, fuisse, ait Ghislerius, Lælium ipsiusmet Carafæ Cardinalis Theologum; Fulvium Ursinum, Lateranensis Ecclesiæ Canonicum; Petrum Morinum, Gallum; Doctorem Valverdam, Hispanum; Robertum Bellarminum Societatis Jesu, Franciscum Toletum ejusdem ordinis, utrumque in amplissimum Cardinalium Collegium posteà adscriptum, & Antonium nostrum Agellium, Episcopum posteà Accernensem. Et quidem in ea parte, in quam est primò ingressus hic præstantissimorum capitum senatus, nempe in correctione versionis Septuaginta Interpretum, præ omnibus desudasse curis suis Agellium, explora-

»cum haber Ghislerius, testis ipse oculatus.
»Enimverò incredibili quadam laboris con-
»tentione complurium Græcorum codi-
»cum textus contulit, ad lectionis nimirum
»Hebraicæ fidem, aliarumque vetustissi-
»marum versionum, ipsorumque Septua-
»ginta interpretum, prout diversimodè ab
»antiquis referrentur Patribus examinatos.
»Quæ quidem omnia cum in conventibus,
»qui coram Cardinali Carafa ea super re
»habebantur, ab eo in medium produce-
»rentur, atque accuratè expenderentur;
»quæ posteà retinenda, quæ expungenda
»lectio esset, tot sapientissimorum homi-
»num judiciis definiebatur. Quas Agellii vi-
»gilias testantur liquido Græci codices duo
»Septuaginta Interpretum, quos in nostra
»Quirinali Bibliothecâ asservamus. Alter
»quatuor distinctus tomis ad cujus margi-
»nes multiplicem videre est diversorum
»textuum interpretationem prout ille pro-
»babat, ejus manu, Græcis quidem notis,
»adscriptam. Alter Romanis typis excusus
»atque ad antiqua exemplaria emendatus;
»ad cujus primæ paginæ extremum, hæc
»leguntur Cardinalis Carafæ, ut putamus,
»manu (ab Antonio Cardinali Carafa An-
»tonio Agellio pro suis laboribus.) Quod
»si in iis versionibus colligendis quæ adno-
»tatæ post singula capita in correctis codi-
»cibus reperiuntur, Petri Morini studia
»laboraverint; constat nihilominùs & in
»iis non minimùm desudasse Agellium.
Ita Jos. Silos.

Idem Josephus Silos eodem ferè modo rem narrat tom. 3. Hist. Cleric. Regul. p. 337. quæ quidem narratio hic à me refertur, utpotè quæ omnes Agellii labores in sacrorum librorum tam Græcorum quam Latinorum codices complectitur. » *Agellio* ingresso in divina-
»rum Scripturam interpretationem, nihil
»à face linguarum obscurum illi videba-
»tur; eóque tandem eruditionis pervenit,
»ut in boc genere literarum facilè trium-
»pharet. Eapropter cùm ad Tridentini
»Concilii normam emendare sacrorum Bi-
»bliorum volumina aggressus esset Pius
»Pontifex V. provinciam lectissimis viris,
»inter quos Ant. Agellius, demandavit.
»Pio verò, dum ferveret opus, extincto,
»cùm Gregorius XIII. sacrorum principa-
»tum capessisset, non segniùs hoc ipsum
»expoliendi sacri Instrumenti consilium
»arripuit, ac prosecutus egregiè est, insti-
»tuto etiam excellentium capitum cœtu,
»cui præerat Antonius Cardinalis Carafa
»vir è Sirleti schola eruditissimus. Conveni-
»tum ii maximè conficiebant, nempè An-
»tistes Lælius, Carafæ ejusdem Cardinalis
»Theologus, Episcopus posteà Narniensis;
»Fulvius Ursinus, Lateranensis Ecclesiæ
»Canonicus; Flaminius Nobilius, Lucen-

A sis; Petrus Morinus, Gallus; Doctor *Bar-* «
thol. Valverdius, Hispanns; Robertus «
Bellarminus & Franciscus Toletus, Socie- «
tatis Jesu, uterque posteà Cardinales; & «
Antonins Agellius. Qui quidem ad LXX. «
Interpretum versionem cogitationes & «
curas suas primo loco appulêre, utque «
Michael Ghislerius, qui tum Agellio ade- «
rat, ingenuè testatur, ac literis etiam con- «
signavit, principes in ea emendatione «
partes egit Agellius: collatis innumeris «
penè Græcorum Codicum textibus, ad «
B Hebraicam videlicet aliorúmque vetustis- «
simarum versionem fidem. Id quod duo «
testantur LXX. Interpretum codices &c. «
ut in altera columna. Ejus etiam Latinæ ver- «
sionis LXX. quam Flaminius Nobilius «
Sixto Pontifici Quinto nuncupavit, non «
exiguam sanè partem Agellii studiis tri- «
buendum affirmavit persæpe nostras Joan. «
Bapt. Bandinus, vir sapientissimus, Va- «
ticanæ Ecclesiæ Canonicus. Sed neque «
impar illi in corrigenda Vulgata editione «
labor, ut ejus potissimùm operâ perducta «
C ad umbilicum fuerit utriusque instrumen- «
ti emendatio, quam Cardinalis Carafa «
eidem Sixto Pontifici obtulit. Quæ verò «
Clementis VIII. auspiciis edita postmo- «
dùm Romæ est, etsi Francisci Toleti cu- «
ris elimata videri potuit, nihilo tamen «
minus ut inquit quem modò laudavi, «
Ghislerius, nulli dubium, Toletum in iis «
lucubrationibus illorum, qui in eo opere «
anteà desudarant, præsertim Agellii, u- «
sum studiis. « *Hactenus Josephus Silos.*

(*k*) « Guillelmus Sirletus itidem Car-
D dinalis, rara linguæ Græcæ atque etiam «
Hebraicæ peritia præditus, factus Biblio- «
thecæ Vaticanæ Præfectus, cum Græcam «
Bibliorum editionem curaret, mortuus «
est anno ætatis 71. exacto, cui in eo mu- «
nere succedens Antonius Carafa, rara & «
is linguæ Græcæ cognitione imbutus in- «
choatam editionem ad umbilicum perdu- «
xit. *Heur. Spondanus ad an.* 1585. *num.* 33. «
Annal. Eccl.

Joannes Mariana sub finem cap. XV. *tractatus pro editione Vulgata p.* 80. « Neque
E negaverim Græca Biblia, quæ ante aliquot «
annos Romæ prodierunt, multò since- «
riora esse quàm reliqua... Sed & ipsa ex «
aliis editionibus non pauca habent ad- «
mixta. «

Joan. Morinus lib. 1. *Exercit. Bibl. Exerc.* 9. *cap.* 1. *Editio Romana* « omnium editio- «
num quæ extant, purissimè & defæcatissimè «
divinum illum textum LXX. Interpre- «
tum, qui in Ecclesia universa ante Ori- «
genem legebatur, nobis repræsentat. Se- «
cundùm eam pura est editio Venetiis an- «
no Christi 1518. ab Aldo cusa. *Idem ibid.* «
cap. 3. *versus finem*, Negare nolim addi- «

» tamentorum Origenianorum pauca quæ» dam in editione Romana superesse, ut » Isaiæ XXXIV. 4. Jeremiæ XVI. 17. &c. «

Idem tamen Epist. 54. ad Th. Cromberum p. 285. antiq. Eccl. Orient. hæc ait : » Nolim » existimes me Editionem Romanam omni » menda puram credere; habet suos nævos » hæc editio. «

Brianus Waltonus proleg. IX. §. 32. » Etsi » editionem hanc omnium, quæ extant, » maximè sinceram judicamus, & proximè » ad puram Septuaginta Interpretum edi» tionem accedere; tamen ex omni parte » perfectam esse non audemus asserere, » cùm hoc non asserant qui ipsam edide» runt. Quædam enim habere potest sphal» mata ex Librariorum incuria, incogitan» tia vel audacia introducta. «

» Deerant (inquit Lambertus Bos cap. 2. » Prolegomenon ad Biblia Græca) in exem» plari Vaticano libri Machabæorum & ca» pita prima 46. Geneseos, & à Psalmo 105. » usque ad 138. (membranæ enim nimia » vetustate consumptæ erant). In illis secuti » sunt inprimis alios duos libros, Venetum » alterum, alterum ex Magna Græcia ad» vectum. »

Aliæ editiones. 1628. 1653. 1657. 1665. 1683. 1697. 1709.

Biblia Græca, *ex editione Complutensi*, studio Davidis Wolderi V. *Biblia Polyglotta.* 1596.

Biblia Græca seu Divinæ Scripturæ nempe veteris ac novi Testamenti omnia, *juxta editionem Basileensem*, recens à (*Francisco Junio, ut vulgò ferunt*, † *sive ut nonnulli existimant, à Frid. Sylburgio*) viro doctissimo & linguarum peritissimo diligenter recognita, & multis in locis emendata, variisque lectionibus ex diversorum exemplarium collatione decerptis (*vel potiùs ex editione Romana depromptis*) ad Hebraicam veritatem in veteri Testamento revocatis aucta & illustrata. *Novum verò Testamentum juxta editionem Rob. Stephani anni* 1550. *recognitum*, in fol. Francofurti ad Mœnum, apud Andreæ Wecheli Hæredes, Claudium Marnium & Joannem Aubrium 1597.

Ex præfatione Typographorum. » Quid » in hac editione à nobis præstitum sit, » paucis accipe. Editionem Basileensem Bi» bliorum Græcorum anni 1545. quæ cum » Aldino exemplari prorsus congruit, se» cuti sumus; sed ut hoc opus auctius, ele» gantius & emendatius prodiret, operam » dedimus, ut antequam prælo subjicere» tur, à viro quodam doctissimo & lingua» rum peritissimo diligenter recognoscere» tur, & à mendis purgaretur, ac cum di» versis aliis exemplaribus, ut potè Com» plutensi, Antverpiensi, Argentinensi ac Romano accuratè conferretur, ex quibus « ille varias lectiones collegit, quæ huic « editioni additæ sunt, iisque cum Hebræo « textu collatis, quænam ex illis cum He- « bræa veritate meliùs conveniant, indica- « vit. Qua in re tam fidelem operam ab eo « præstitam confidimus, ut eam omnium « bonorum desiderio satisfacturam esse spe- « remus. «

Ad Novum Testamentum quod atti- « net exemplar Roberti Stephani secuti su- « mus, atque varias lectiones, quæ non tan- « tùm in eo exemplari, ex codicibus Regiis « collectæ continebantur, sed & in Com- « plutensi, ac in illis editionibus, & quo- « rumdam annotationibus reperiri potue- « runt, adjici curavimus, quas Lectori nec « ingratas nec inutiles fore speramus... Ast « ista Græca versio quam nunc habemus « in pluribus locis dissentit ab Hebræo, « multa non habet quæ nunc sont in He- « bræo, multa habet quæ non sunt in He- « bræo, ut omnes norunt, qui in ea sunt « versati... In hac autem editione, quam « nunc damus, in quo hæc translatio cum « Hebraica veritate consentiat aut dissen- « tiat, & quid omissum sit, quidve adjici « debeat ex Hebræis fontibus, multis in « locis annotatur. «

» In Francofurtensi editione, quæ cum « notis Francisci Junii (ut putatur) anno « 1597. prodiit, Hervagianam illam anni « 1545. secutos se fuisse profitentur typo- « graphi, licet in ordine textûs Græci ad « Hebraicum conformando, Brylingeria- « nam anni 1550. editionem illi spectave- « rint; & quatuor penultima Exodi capitu- « la & Proverbiorum XXIV. cap. partem « magnam ex Complutensi editione hîc « descripserint. « *Ita Jac. Usserius cap. 8. syntagm. de 70. Interp. p. 83.*

Quarta seu » Postrema editio est Fran- « cofurtensis, anni 1597. quæ tantum Græca « est. Aldinus quoque textus, & eadem quæ « in Basileensi posteriore immotata vel ad- « dita. Verùm in Exodo textum quatuor « capitum Exodi prorsus resecuit, atque in « eorum locum Complutensem substituit. « Pari audaciâ in caput 24. Proverb. grassatus est. Satis enim illi non fuit capita ad « Basileensis innovationem exigere, mag- « nam capitis 24. partem expunxit, & « Complutensem textum substituit... Ad « finem uniuscujusque capitis variæ lectio- « nes in hac editione adnotatæ sunt, quas « Anonymus ille ex variarum editionum « collatione & Hebræo textu, necnon ex « notis in editionem Romanam non indili- « genter collegit. *Jo. Morinus lib. 1. Exercit. Bibl. Exercit. 9. cap. 1. num. 7.* «

» In Vet. Test. secuti sunt *Editores* Edi- « tionem Hervagianam, hoc est reverà Al- «

» dinam, purgatam tamen priùs à mendis » ac collatam insuper cum Complutensi, » Romana, aliis, operâ viri cujusdam docti, » (Franciscus Junius is fuisse perhibetur) » qui ex illis lectiones variantes collegit, » quæ editioni huic adjectæ sunt; iisque » cum Hebræo textu collatis, quænam ex » illis cum Hebraica veritate conveniant, » indicavit. In Nov. Test. compositi erant » Editores ad exemplar Roberti Stephani, » patris & filii, sive ad Editionem Roberti » junioris (anni 1569.) quam ad Patris edi- » tiones duas priores expressam fuisse supra » diximus. Ad imam autem partem cujus- » que paginæ lectiones variantes ad mar- » ginem editionis Stephanicæ tertiæ nota- » tas, ut & primarum quarumdam editio- » num; aliasque in doctorum annotationibus » occurrunt, adjecerunt summâ certè dili- » gentiâ. *Joan. Millius p. 136. prolegom. in Novum Testamentum Gr.*

Biblia Græca sive Vetus Testamentum seu Pentateuchus, libri Josuæ, Judicum & Ruth, *juxta editionem Venetam.* V. *Bibl. Polygl. Hutteri* 1599.

Bibliorum Græcor. LXX. Interpretum editio à Frontone Ducæo tentata, à Romanis impedita & suppressa, *ut memorat Claudius Sarravius in Epist.* 189. *scripta Jacobo Usserio Armachano anno* 1648. *p.* 193. *Epistol. ejusdem.* » Cogitaverat aliquando » Fronto Ducæus de recensendis Græcis » Sixti Bibliis, & multa, ut aiunt, præclara » in eam rem congesserat. Dum autem om- » nem movet lapidem, ut suam ἔκδοσιν, un- » dique conquisitis opibus, locupletet, scrip- » sit de suo consilio Romam ad socios, & ad » Vaticanæ Bibliothecæ Custodes, ut se » aliqua juvarent. Illi verò, quos promove- » re debebant, conatibus intercesserunt his » ferè rationibus ... quòd omnes istæ lec- » tionum varietates turbarent potius quam » firmarent Christianorum animos; quód- » que post Clementis Vulgatam nihil, quod » alicujus foret momenti, superesset. Nec » hoc dixisse contenti, voluerunt, jusserunt » ut Romam mitteret quæcumque de eo » argumento sibi paravisset. Parere autem » necesse fuit *illi*, cui ita omnis insumptus » labor ἄχρηστος. Hoc de Frontone nuper di- » dici ab ipso Sirmondo. «

Aliam, quam suprà Sarravius, impeditæ hujus editionis causam exponit Jacobus Sirmondus in Epist. anno 1626. *tom. I. scripta ad Sebastianum Tengnagelium p.* 164. *comment. de Bibliotheca Vindobonensi à Petro Lambecio relata.* » In Bibliis sacris multum » ac diligenter laborabat *Ducæus*, unúm- » que hoc opus præ cœteris urgebat: sed » vereor, ne in posterum sperare liceat, » propter novam Editionem Græco-Lati- » nam, quæ hic jam inchoata est, curante, ut audio, Joanne Morino, è Congrega- « tione Oratorii viro docto, &c. «

Paulus Colomesius in Epist. Gallica anno 1685. *ad Christoph. Justellum scripta de Hist. critica Vet. Test. postquam Ducæani instituti mentionem fecisset, ac narrasset eadem quæ supra Sarravius, à quo hæc acceperat, addit:* « Si Deo placuerit, irritum Frontonis con- « silium exequar, Romanam scilicet LXX. « Interpretum editionem typis iterum man- « dabo, cui adjiciam novum Testamentum « Græcum multoperè recognitum, ac plu- « rimis illustratum locis parallelis quæ com- « mentarii vicem supplebunt. «

Frickius autem in prolegomenis Bibliorum Græcorum anno 1697. *Lipsiæ editorum hæc ait:* » Talis erat editio (*quæ sc. ultra conatum haud progressa est*) Frontonis Ducæi « Jesuitæ, qui multas illi vigilias insumpsit: « sed haud quaquam tamen, ut vulgu è « Sarravii atque Colomesii relatione cre- « ditur, Sixtinæ tantum Vaticanæ editio- « nis aliquam recensionem moliebatur; sed « plane aliam τῆς κοινῆς, apud antiquos, « Hieronymum præsertim, adeò celebratæ, « Græco-Latinam obelis & asteriscis dis- « tinctam editionem, prout ipsiusmet Du- « cæi Epistola apud Lambecium superstite « noster observat. *Acta Lipsiensia anni* 1698. « *p.* 80.

Sic ibi loquitur ipse Ducæus p. 162. *lib.* 1. *comment. de Bibl. Vindobonensi in Epist. sub ad Seb. Tengnagelium anno* 1621. *scripta:* « Scito interim à nobis prælo adornari « Theodoreti opera, quæ accitis Italorum « auxiliis exscribi cuncta curavimus, ut si- « mul usui nobis essent ad eruendas varias « lectiones Græcorum Bibliorum, quorum « editionem communem, quam vocat Hie- « ronymus κοινὴν, & nobis suscipiendam « duximus, additis obelis & asteriscis in « iis locis, in quibus à textu LXX. dissen- « tit. «

Biblia Græca scilicet Vetus Testamentum secundùm LXX. & ex auctoritate Sixti V. Pont. Max. editum, cum scholiis Romanæ editionis in singula capita distributis. Omnia de exemplari Romano fidelissimè & studiosissimè expressa, (jussu Cleri Gallicani in comitiis generalibus anni 1626. congregati.) Nunc primùm è regione textûs Græci apposita est Latina translatio, versuum quoque numeri qui anteà nulli erant, ad collationem Latinæ Vulgatæ in marginem, quoad fieri potuit, inscripti sunt. Accessit Novum Testamentum Græcè Latinéque ad fidem probatorum codicum & versionis vulgatæ, accurante Joanne Morino, *cum prolixa ejus præfatione in qua disserit de auctoritate* 70. *Interpretum.* Ad calcem tom. II. legitur: Editio primum finem sortita est 22. Aprilis

lis 1628. 3. vol. in folio. Parisiis, Antonii A Stephani & sociorum 1628.*

In Comitiorum generalium Cleri Gallicani Actis anni 1635. *p.* 86. *legitur.* » Anno 1625. » in Comitiis generalibus jusserunt Episcopi » ut inciperetur Græca Bibliorum Editio » una cum versione Latina è regione, cujus » editionis cura domino Morino doctissimo » è Congregatione Oratorii Sacerdoti de- » mandata est. «

Eadem, (*omissis hisce verbis:* accurante Joanne Morino) 3. vol. in fol. Parisiis, Simonis Piget 1641. *Hæc editio à præce-* B *denti nisi primo folio nullatenùs differt, eademque est.*

» Versionem Latinam in hac Editione » Parisiensi ocurrentem refert malè ad Morinum » velut authorem refert Lambecius III. lib. » Comment. de Biblioth. Vindobonensi p. 16. *Jo. Alb. Fabricius lib.* 3. *cap.* 12. *p.* 327. *Bibliothecæ Græcæ.* Eadem enim est quæ jam Romæ anno 1588. prodierat.

Biblia Græca & Latina (*juxta editionem Complutensem.*) V. *Biblia Polyglotta Parisiensia* 1645.

C *Biblia Græca seu* Vetus Testamentum Græcum ex versione Septuaginta Interpretum, juxta exemplar Vaticanum Romæ editum, accuratissimè & ad amussim recusum. Adjecta sunt scholia simul & Interpretum cœterorum lectiones variantes. In 4°. Londini, excudebat Rogerus Daniel. Prostat autem venale apud Joannem Martin & Jacobum Allestrye sub signo Campanæ 1653. *Duplex vulgò recensetur Bibliorum hujus anni & loci editio, nempe in forma* 4. *&* 8. *eadem est omnino forma in* D 4. *at non eadem charta.*

» Hujus editionis auctores, etsi profi- » teantur (*inquit Waltonus Prolegom.* IX. » §. 33.) se editionem Romanam excudere, » nimiam tamen in ea licentiam assumpse- » runt eam pro lubitu mutandi & interpo- » landi, ut ad Hebræum textum & nuperas » versiones accommodarent. Non enim tan- » tùm ordinem librorum, capitum, versuum, » contra omnium antiquorum codicum fi- » dem, in quibus discrepantiæ ab Hebræo » per transpositiones quasdam semper no- E » tatæ erant, ad normam Hebræi codicis » reduxerunt, ut authores Germanicarum » Editionum plerumque fecerunt, & Psal- » motum nomenclaturam, quæ à veteribus » observata erat, in illam Hebræorum com- » mutarunt; sed etiam quædam ex Com- » plutensi aliisque editionibus addiderunt, » quæ in editione Romana non habentur... » At hoc non est Editionem Romanam vel » antiquam LXX. versionem excudere, sed » novam & mixtam editionem conficere. » In plerisque tamen codicem Romanum » exprimùnt. *Ita Waltonus.*

» Perquam multa in hac editione sphal- « mata ac menda occurrunt, neque ea le- « via, nam plurimæ voces, imo aliquando « sententiæ integræ sunt omissæ, adeo ut, « affirmare ausim, (inquit Lambertus Bos « pag. 2. Prolegom. ad Biblia Gr.) voces « penè centum in ea esse omissas; diligen- « ter enim hanc cum Romana conferens, « sphalmata illa atque omissa annotavi, « *quorum aliqua hic subjicit.* «

Biblia Græca & Latina ex editione Romana, studio Briani Waltoni, adjectis ad finem cujusque paginæ variantibus lectionibus ex Exemplari Alexandrino ab Alex. Huisso collectis. V. *Biblia Polyglotta Londinensia* 1657.

Editionem Romanam (*ait Waltonus* « *ibidem* §. 32.) ut omnium, quæ extant; « maximè sinceram in Bibliis nostris exhi- « bemus: quam sine ulla variatione secuti « sumus, nisi quòd per inadvertentiam ver- « siculus unus Exodi 25: 6. ex Londinensi « & Veneto exemplari in nostram Editio- « nem irrepsit, qui non est in Romana. No- « bilii quoque versionem Latinam exactè « retulimus, nisi quod quædam in Latina « versione nonnunquam omissa (nam in « Græca extabant) supplevimus. «

† *Præter ipsum textum LXX. Interpr. Romanum Gr. Lat. cum subjunctis lectionibus codicis Alexandrini in hoc opere expressum, Tomo VI. etiam exhibentur scholia Flaminii Nobilis è Jo. Drusii scriptis locupletata; Patricii Junii annotationes doctissimæ, quas ad editionem exemplaris Alexandrini paraverat, ad Caput usque XIV. Numerorum Andreæ Masii notæ in Josuam; Variæ Lectiones ex editione Complutensi & Aldina tum è MSS Cottoniano per Genesin, Cantabrigiensi per libros Chronicorum, Rupifucaldino per Esaiam, & Card. Barberini per Minores Prophetas collectæ.*

Biblia Græca seu Vetus Testamentum Græcum ex versione LXX. Interpretum, juxta exemplar Vaticanum Romæ editum, cum præfatione parænetica † *Jo. Pearsonii, qui quidem nominis sui literas initiales J. P. tantum in fine addidit, sed omnium eruditorum imprimis novissimi LXX Interpr. editoris Jo. E. Grabii testimonio verus illius auctor est, in qua de usu & auctoritate LXX. viralis versionis imprimis agit, eandemque* « ad Hebraicam veritatem probe percipiendam, ad autoritatem testimoniorum Apostolicorum confirmandam ad nativum Novi Fœderis stilum rectè intelligendum, ad Græcos Latinosque Patres ritè tractandos, ad scientiam denique linguæ Græcæ ipsamque Criticen adornandam utilem atque necessariam esse *docet, exemplisque eruditè confirmat.* † *Item* Novum Testamentum cum Liturgia

Anglicana Græcè, 3. Vol. in 12. Cantabrigiæ, per Joannem Field, 1665. † *Hæc editio Londinense exemplar a. 1653. editum presso pede sequitur.*

Ex præfatione, circa finem: » Quoniam hæc versio etiam S. Hieronymi tempore *corrupta fuit atque violata*, danda est opera, ut ei pristina puritas restitui & redintegrari possie. Certum est exemplaria quæ habemus, Complutense, Aldinum, Romanum, plurimùm inter se & ab Alexandrino discrepare, alios etiam codices aliquarum S. Scripturæ partium satis antiquos, nunc cum eorum aliquo, nunc cum nullo convenire. Optimè igitur fecerit qui codices omnes msc. cum editis diligenter contulerit, qui varias lectiones non tantùm ad Hebraicam veritatem examinaverit, sed & cum antiquissimorum Judæorum Philonis & Josephi & vetustissimorum Patrum scriptis comparaverit, ac denique expositiones eas quæ apud Lexicographos Scripturarios etiamnum extant, vel potiùs delitescunt, inspexerit; atque ita nobis Editionem LXX. maximè puram adornaverit. Quale opus utinam aliquando Vir doctissimus Isaacus Vossius, qui optimè potest, perficeret ederetque. »

» † Voto, quod magnus Joannes Pearsonus sub finem hujus præfationis edidit, meum jungerem, *inquit Jo. Ern. Grabius in Postscripto ejusdem Octateucho suo præfixæ*, si Isaacus Vossius adbuc esset in vivis; imo vero optarem, ut ille potius quam hic LXX. Interpretum in se suscepisset editionem. Cum ille huic par ingenio, ac judicio longè superior fuerit, saltem non tam iniquo judicio adversus Hebræum Masoretharum textum præjudicio ac nimis propenso ergo LXX. Interpretes laboraverit studio, &c.

Bibliorum Græcorum LXX. Interpretum novam editionem adornare promiserat *Isaac. Vossius cap. 7. Dissert. de 70. Interpr. p. 17. his verbis:* » Sed nos Deo favente instaurabimus aliquando hanc versionem, viamque aperiemus planiorem & minùs fallacem, quàm hactenus factum sit, quâ adulterinis separatis, vetus & genuina, quoad fieri possit, reducatur scriptura. « *Hic tamen fidem suam non liberavit.*

Biblia Græca LXX. Interpretum, studio Joannis Leusden excusa juxta exemplar Londinense, 8. Amstelodami, apud Henricum Boom & Viduam Joan. van Someren 1683. *Testis est ea de re Joannes Leusden ad calcem dissertat. de LXX. Interpretibus p. 33. Philologi Ebræo-mixti. Editio valdè mendosa.* Eadem omnia quæ in editione Londinensi omissa, in utraque illa (*hac scilicet & Cantabrigiensi*) editione similiter omissa invenisse *se scribit Lamb. Bos cap. 2. prolegom. ad Biblia Græca.*

Biblia Græca seu Veteris & Novi Testamenti omnia Græcè, &c. *ut in editione Francofurtana anni* 1597. *juxta quam hæc nova facta est.* Olim quidem alibi excusa, & nunc primùm impressa Venetiis, cum præfatione seu dedicatione Græca ad Joannem Serbanum Cantacuzenum, & synopsi contentorum in capitibus S. Scripturæ, velut indice plenissimo, in folio reg. Venetiis, Nicolai Dulcis 1687.

» Operæ pretium est notare, editionem hanc sequi per omnia editionem Wecbelianam (adeoque & Aldinam) Francofurti an. 1597. impressam cum variis lectionibus, accurante, ut non sine ratione conjicere licet, Sylburgio editam. *Acta Erudit. Lips. tom. 2. supplementorum p. 275.*

Reverà Fridericus Sylburgius » scholastico pulvere relicto (*ut ait in hujus vita Melch. Adam*) totum se elucubrandis veterum scriptis & authoribus, Græcis præsertim restituendis dedit. Egit ergo Francofurti ad Mœnum in celeberrimo Typographejo Wecbeliano, &c. *Deinde* varia opera (*de Bibliis ne vola quidem*) ejus labore edita *recenset, quibus ferè omnibus varias adjungere solebat lectiones. Hæc quidem conjecturam confirmant; contra verò illam faciunt & Sylburgii mors quæ accidit anno* 1596. *die* 16. *Februarii, & linguæ Hebraicæ imperitia, (nullibi enim legitur hanc didicisse linguam.) Hæc Biblia excusa sunt an.* 1597. *studio viri linguarum peritissimi, imprimis Hebraicæ, siquidem variantes ex Hebræo lectiones summo studio annotavit; has enim solùm adjecit, cætera vero scholia ex editione Romana exscripsit.*

Biblia Græca seu Vetus Testamentum Græcum ex versione LXX. Interpretum cum libris, *quos vocant Protestantes*, Apocryphis, juxta exemplar Vaticanum Romæ editum & Anglicanum Londini excusum. Accessit Novum Testamentum juxta Oxoniensem editionem recusum, cum parallelis scripturæ locis & variantibus lectionibus quæ è plurimis msc. & impressis codicibus studiosè collectæ sunt. Omnia accuratissimè ad fidem optimorum codicum emendatiùs quàm unquam anteà; expressa, *curà & studio Matthiæ Jacobi Claveri, & Thomæ Klumpfii, cum Joannis Frickii prolegomenis, in quibus de variis Græcis Bibliorum editionibus accuratè disserit.* 2. vol. in 8°. Lipsiæ & Goslariæ, sumptibus Joan. Georgii Koenigii, typis Christophori Fleischeri 1695.

In minoribus editionibus (sc. Londinensi, Cantabrigiensi, Amstelodamensi & Lipsiensi) Romana pro libitu interpo-

" lata eſt atque mutata,ut ad Hebræum tex-
" tum & nuperas verſiones propiùs accede-
" ret, ordine librorum, capitum, verſuum-
" que ſœpè tranſpoſito, Pſalmorum nomen-
" clatura prout eſt in Hebreo expreſſa, addi-
" tiſque ſubinde ex Aldino & Complutenſi
» exemplari integris vocibus... Imo ſingulas
» quoque voces ſœpius mutatas, & quod om-
» nem excedit audaciam, negativam ali-
» quando particulam abſque omni authori-
» tate additam obſervavi Hoſeæ cap. 4. verſ.
» 14....Unde & Typothetæ Cantabrigienſes
» Amſtelodam. & Lipſienſes ita verſionem
» Græcam recuderunt utpotè non ipſam
» Romanam ſed Londinenſem editionem
» interpolatam ubique malè ſecuti ſunt.

Ita Jo. Erneſtus Grabe pag. 2. *&* 3. *Epiſt. ad Jo. Millium Oxonii an.* 1705. *editæ.*

Biblia Græca, ſeu Vetus Teſtamentum juxta Septuaginta Interpretes. Tomus I. continens Octateuchum. Quem ex antiquiſſimo Codice mſc. Alexandrino accuratè deſcriptum, & ope aliorum exemplarium ac priſcorum Scriptorum, præſertim verò Hexaplaris editionis Origenianæ, emendatum atque ſuppletum, additis ſœpe aſteriſcorum & obelorum ſignis, ſummâ curâ edidit Joh. Erneſtus Grabe S. T. P. Annæ Reginæ Magnæ Britanniæ dicatum opus, cui præmittitur Jo. Pearſoni præfatio parænetica, & Grabii Prolegomena, in fol. & 3. vol. in 8. Oxonii, è Theatro Sheldoniano 1707. Tomus II. continens omnes libros Hiſtoricos tam Canonicos quam Apocryphos Veteris Teſtamenti in fol. & 3. vol. in 8°. Ibidem 1709. Tomus III. nondum editus ſed brevi emittendus in lucem, complectens libros omnes Propheticos. Tomus IV. & ultimus continens Pſalmorum, Jobi ac tres Salomonis libros cum Apocrypha ejuſdem necnon Siracidæ Sapientia, fol. & 3. vol. 8°. Ibidem 1709.

† *Hoc opus chartæ & typorum ſplendore in utraque forma, tum majore tum minore, oppido ſe commendat, majorem quoque lucem & claritatem ab eruditis notis editoris accepturum. Annotationes quæ ad ultimum Tomum amandandæ fuerant, morte editoris obveniente, lucem non aſpexerunt.*

Ex cap. 2. *Prolegom. Grabii.* §. 3. Cùm
» in Bibliis Polyglottis textus MS. libri
» *Alexandrini* nec adeò exactè ac plenè,
» nec continuâ ſerie ſit expreſſus; ſed ubi
» à Romana Editione, quam pro norma
« eligendam putavit Waltonus, diſcrepat,
» in inferiori paginæ ora per notas, eaſque
» hinc inde frequentiſſimas diſtinctus legatur;
» cumque aliquando, ubi integra ca-
» pita ſunt tranſpoſita, non ſine mora ac
» tœdio eum aſſequi ac invenire poſſit lec-
» tor: neceſſarium utique viſum fuit, ut
A laudatus codex accuratè typis ederetur, «
priuſquam vetuſtate protſus exederetur. «
Accedit quod textus *Alexandrinus*, licet «
Vaticano, ut ante dixi longè præferendus, «
multis tamen in locis & ipſe ſit corruptus, «
ac mutilus partim, partim interpolatus: «
ubi talis deſiderata eſt editio, quâ is emen- «
datus ac redintegratus in lucem prodiret. «
§. 4. Ante omnia ſcias L. B. quòd textus «
codicis *Alexandrini* majuſculo charactere «
ſit expreſſus, paulò minori autem ejuſdem «
ſive ſupplementa, ſive emendationes; «
B quódque his nihilominus in margine lec- «
tio dicti libri majoribus literis ſit apposita; «
adeo ut uno intuitu perſpicere queas, & «
quomodo is habeat, & quomodo habere «
debebat. Ac plerumque mendoſa verba «
è regione emendatorum excudi feci; at- «
tamen omnes ſive Librarii noſtri, ſive Li- «
bri, ex quo is deſcripſit, errores in mar- «
gine annotare, ac ſacrum textum legen- «
tes citra rationem ſœpiùs interturbare «
nolui: ſed commodum potiùs duxi, men- «
da manifeſtiſſima hoc loco recenſere... «
C §. 5. Sunt & alia quædam menda; ab ipſis «
tamen Librariis correcta: unde nos eo- «
rum emendationes in hac Editione ſecuti «
ſumus niſi ubi manifeſtæ ſunt eorumdem «
hallucinationes; tunc enim primam ſcrip- «
turam expreſſimus... §. 8 Textus *Alexan-* «
drinus in noſtra Editione quoad literam «
charactere majore eſt expreſſus: quæ au- «
tem minoribus typis excuſa leguntur, pro «
emendationibus vel ſupplementis laudati «
codicis ſunt habenda. «

D »Novam quam in me ſuſcepi (*ait Joan. Ern. Grabe in Epiſt. ad Humphr. Hody relata p.* 639. *de Bibliorum textibus origin.*)
Editionem LXX. Interpretum ita Deo «
juvante elaborabo, ut ad exemplar ab «
Origene in Hexaplis cum aſteriſcis & obe- «
lis exhibitum quàm proximè accedat. «
Ope enim atque authoritate mſc. codi- «
cum partim, partim editorum librorum «
quorumdam, non modò obelos iſtis, quæ «
ab Hebræo codice abſunt, verbis appo- «
nam, ſed & ea quæ in vulgato τῶν ό textu «
deſunt ſuis quæque locis, paulò minore «
E tamen charactere, inſeram, præfixis qui- «
dem aſteriſcis, ubi ea ab Origene ex «
Theodotionis, vel Aquilæ aut Symmachi «
verſione addita conſtat, ſine iſto autem «
ſigno, ubi illa poſt Adamanti ævum in- «
curiâ librariorum exciderint. Menda quo- «
que plurima, quæ hactenus irrepſerunt, «
è medio tollam; adeò ut ultra bis mille «
loca ægra ſanitati; mutila integritati reſ- «
tituam, ac ducentos & quod excurrit ver- «
ſus integros addam. « *Hæc ille.*

† Illuſtrem Ezech. Spanhemium ad recenſendam & expoliendam Græcam Bibliorum verſionem elegantiſſimo carmine

invitavit Petrus Francius, quod legitur p. 255. *Poëm. posthum.* ac inde repetitur à *Jo. Alb. Fabricio Biblioth. Gr. lib. 3. c. 12.*

Biblia Græca seu Vetus Testamentum ex versione LXX. Interpretum secundùm exemplar Vaticanum Romæ editum, accuratissimè denuò recognitum, unà cum scholiis ejusdem Editionis, variis mss. codicum veterumque exemplarium lectionibus, necnon fragmentis versionum Aquilæ, Symmachi & Theodotionis summa cura edidit Lambertus Bos, in 4°. Franeckeræ, Francisci Halma 1709.

Ex Prolegomenis: Sic tandem exhibemus tibi L. B. opus in quo elaborando quinquennium & ampliùs desudavimus.

Ex cap. 5. Prolegomen. confectam esse hujus versionis partem nullus dubito, primis Ptolomæi Philadelphi annis, vel tempore illo quo simul cum parente regnum administravit filius, cujus sive jussu sive potius sponte sua sacros libros ex lingua Hebraïca in Græcam converterunt Judæi Alexandrini qui Græcè sciebant... Fuisse autem Alexandrinos Interpretes illos ex dialecto colligi potest; plurima vocabula in Græca versione Alexandrinis propria congesserunt Joan. Croius & Humphredus Hodius. . . Non tot homines quot vulgò feruntur, nimirum LXX. vel LXXII hoc opus aggressi fuisse videntur: Sed pauciores numero, & forsan quinque tantum... quemadmodum videre est apud Hodium. pag. 32. atque hi homines non transtulerunt omnes libros, sed Pentateuchum solum... Quod opus cum absolutum esset, traditum haud dubiè fuit LXX virali Synedrio Alexandrino, à quo postquam recensitum, examinatum & approbatum est; inde appellationem versionis LXX. virorum nactam videtur.

Quod ad reliquos libros attinet, illi deinceps sunt translati, non simul eodemque tempore, neque ab uno, sed à diversis hominibus diversisque temporibus, id quod è stilo facilè quivis colligere potest. Librum *Josue* seriùs & quidem post regnum Ptolomæi Evergetæ junioris, translatum fuisse colligit doctiss. Hodius ex vocabulo γαῖσος, quod cap. 8. Josue occurrit. Diversum à Pentateuchi stilo esse stilum librorum *Judicum, Ruthæ & Regum* (hîc unico exemplo demonstrat.) Præterea in iisdem libris voces & phrases Hebrææ aliis sæpe Græcis redduntur vocibus & phrasibus quàm in Pentateucho... Qui *Paralipomena* transtulit, rursus alius fuisse videtur ab Interprete libri Judicum & Regum, quia idem vocabulum diversimode sæpe reddiderunt... *Esthere* librum conversum in Græcam linguam fuisse Philometoris tempore colligere est ex nota historica quæ ad finem libri adjecta est... Diversus iterum Interpres *Jobi*; is Poëtas Græcos legit; variæ enim ibi occurrunt voces & phraseologiæ Poëticæ ... Qui *Psalmos & Prophetas* transtule. runt, periti atque diserti fuerunt. Et Psalmorum Interpretem alium fuisse à præcedentibus, certe ab Interprete librorum Regum patet ex uno Psalmo qui in duobus locis reperitur, & in Psalterio, Psalmo sc. 17. & 2. Reg. 22. sed versio Græca valdè diversa.... *In Proverbiis* etiam aliquando Poetica occurrunt... *Ecclesiastæ* Interpretem alium quoque fuisse à præcedentibus satis ex ejus dictione apparet... Diversa & recentior est *Cantici* versio, suspicari quis potest esse Symmachi; occurrunt enim isthic vocabula Symmacho propria. Diversos denique à Pentateuchi aliorumque Librorum Interpretibus fuisse, qui *Prophetas* transtulerunt, inde pariter colligi potest, quod Prophetarum Interpretes sæpe vocem Hebræam Græcè reddiderint, quam priores illi non reddiderant, sed (excepto Danielis libro) & quorumdam aliorum versionem factam fuisse sub Ptolomæo Philometore, non sine ratione existimat Hodius lib. 2. cap. 9. Non vero putandum est omnes Propheticos libros ab uno Interprete esse conversos; facile enim cuivis attendenti patet fuisse plures, & alios aliis peritiores & doctiores... minus exercitatos fuisse homines, parumque judicio valentes qui Propheticos quosdam Libros transtulerunt... Præter alios nactus est Esaias interpretem sese indignum... Verè judicarunt viri illi docti, qui Romanam Editionem procurarunt, illam non resipere puram LXX. editionem. Profectò ita se res habet: est enim illa versio Danielis, quâ nos hodie utimur, Theodotionis; quin imo nominatur in vetustissimo Renati Marchali Prophetarum exemplari; *Daniel juxta Theodotionem. Hæc ille.*

Biblia Græca versionis LXX. Interpretum juxta edit. J. E. Grabii ex codice Alexandrino, notatis insimul in quavis pagina edit. ex Codice Vaticano discrepantiis, opera Christiani Reineccii in 4°. Lipsiæ, Lanckisianorum 1712.

Liber Geneseos Græcè. V. *Idem Polyglottus* 1601.

† Caput I. Geneseos Hebr. & Græce, *specimen Hexaplorum Origenis*, fragmentis Veterum Interpretum è Philoponi maximè commentariis in Hexaemeron conquisitis, cum v. 5. cap. XI. Oseæ ex eadem editione Hexaplari, descriptum extat in Bibliotheca Græca V. CL. Jo. Alb. Fabricii lib. 3. cap. 12.

Josuæ historia, editio Græca. (Hæc Septuaginta duorum Interpretum quidem est, sed admixtione verborum Theodotionis suppleta, atque asteriscis, obeliscisque & limniscis, ut olim ab Adamantio, ubique distincta, illustrataque, & ab incredibilibus multis mendis repurgata, (*ut fert pagina post titulum operis.*) Omnia fideli studio & industriâ Andreæ Masii. V. *ejus Comment. in Josuam*, fol. Antverpiæ, Plantini 1573.

Ex ejus Epistola ad Philippum II. Hispaniæ Regem nuncupata. » Ego igitur in B Josua & menda omnia (quoad ejus à me fieri potuit, in tanta pravitatis vetustate) correxi; & asteriscos obeliscosque suis locis restitui. In ea autem correctione emendationeque cùm aliorum vetustissimorum codicum & præsertim ejus, qui in Vaticana Bibliotheca habetur, fidem sum secutus; tum Interpretem Syrum ubique auctorem certissimum habui; qui ea Græca ad verbum expressit ante annos nongentos, quæ in Adamantii Hexaplis ab Eusebio in nobili illa Cæsariensi Bi- C bliotheca fuere collocata... Nolim enim suspicari, meo me fisum ingenio, quâdam perspicacitatis opinione, vel literam unam mutasse. « *Idem Masius in præfat. annotationum in Josue, de versione LXX. Interpr. ita loquitur:* Quid ego sentiam de hac versione, si quis me roget, non dissimulo, *&c. quæ leguntur p. 119. Præfationis in suas Annotationes.*

» Monendus est lector (*inquit Jo. Morinus Exercit. Bibl. lib. 1. Exercit. 9. cap. 6.*) versionem Græcam de novo à Masio D non esse compositam; elegit ille Aldinam editionem, ut omnium quæ tum ferebantur sinceræ Septuaginta Interpretum editioni conformiorem, & juxta Syrum suum exemplar, ex Complutensi aliisque codicibus, supplevit quæ in ea deerant, aut resecuit quæ abundabant, aut denique reformavit, quæ aliter se habebant. Varias prætereà lectiones, ut annotatas in Syro codice deprehenderat, sub limnisco margini apposuit, ut ipse hæc omnia narrat in adnotationibus ad illas Origenis figuras à se recens Græcæ translationi res- E titutas. «

Libellus Ruth Gr. ad exemplar Complutense, cum castigat. Drusii 8. Franekeræ, 1586. in 4°. Amstelod. 1632.

Libellus Ruth. Græcè (*ex Veneta editione.*) V. *Idem Polyglottus* 1599.

Liber Tobit juxta editionem Romanam, cum scholiis Joannis Drusii; in 4°. Franekeræ 1591.

» Omnium Interpretationum libri *Tobiæ*, quæ hodie circumferuntur, antiquissima ac proinde purissima & exemplari simillima A Græca est: nam ea, & veteri Latina ad illam accurata usos esse videmus auctorem Constitutionum, quæ Clementi adscribuntur (lib. 1. cap. 1. lib. 3. cap. 15 lib. 7. cap. 2.) Polycarpum (Epist. ad Philippenses) Clementem Alexandrinum (Stromatum 1.) aliosque Patres Græcos & Latinos Hieronymo vetustiores quid quod à Septuaginta Interpretibus concinnatam quidam arbitrati sunt, sed non ego credulus illis: cum enim in Canone non haberetur ille liber, quis credat fuisse in luculento & accurato exemplari, quod ad Ptolemæum Philadelphum transmisit Eleazarus Pontifex? Neque vero ejus auctorem, Theodotionem dicam, quod multi faciunt, quippe quam vidisse certum sit scriptores antiquiores Theodotione, quos & eam ex Chaldaico exemplari excepisse verisimile est, & ad reliquas Scripturæ sacræ partes à Septuaginta Senibus Græcè conversas, & usu quotidiano versari sibi solitas accudisse; atque hinc porro accepisse Christi Ecclesiam, & in suum demum Canonem retulisse. « *Petrus Daniel Huet. in Demonstr. Evangel. prop. 4. de libro Tobiæ* §. 4.

Liber Judith, Græcè. V. *Biblia Græca.*

» Multùm Hieronymianam inter libri *Judith* Interpretationem & Græcam quæ hodie extat, interest. Verùm utra exemplaris vestigiis pressius institisse dicenda sit, dubitare nequaquam patitur Hieronymus, cum in præfatione ait *se magis sensum è sensu, quam è verbo verbum transtulisse, multorum codicum varietatem vitiosissimam amputasse, sola ea quæ intelligentiâ integrâ in verbis Chaldæis invenire potuit, Latinè expressisse.* Huc accedit, quod adhibitus est hîc quoque ab Hieronymo Interpres, ut & in Tobiæ Libro è Chaldæo Sermone Latinè reddendo, nonnulla etiam de suo videtur esse largitus. Hinc tanta inter utramque interpretationem occurrit discrepantia. Græcam vero itidem, ut illam libri Tobiæ, ex Chaldaico exemplari excerpisse Judæos Hellenistas credibile est... Ex Græca porro illa interpretatione Latinam quandam deinceps produisse existimaverim, Hieronymiana vetustiorem, & Græcis magis consonam, quâ Latini Patres usi sunt; & Syriacam præterea «. *Huetius ibidem propos.* 4. *De Libro Judith.* §. 4.

Libri Esther editiones Græcæ duæ, altera Origenica cum obelis & asteriscis, altera vetus ex Arundeliana Bibliotheca, nunc primum productæ & excusæ, studio Jacobi Usserii *in fine ipsius syntagmatis de* 70. *Interpretum versione.* 4. Londini 1655. Lipsiæ 1700.

Textus Jobi ΣΤΙΧΗΡΩΣ juxta ve-

ram & Germanam 70. Seniorum interpretationem è venerando Bibliothecæ Regis Angliæ manuſcripto *Alexandrino*. V. *Catena Græca PP. in Job per Nicetam, ſtudio Patricii Junii edita*. In folio, Londini, è Typographio Regio 1637.

Idem Græcè juxta editionem Londinenſem recenſitus & cum variantibus lectionibus editus à Joanne Terentio, in 4°. Franckeræ 1663.

Pſalmi Græcè. V. *Iidem Polyglotti ad an.* 1516. 1518. *bis*, 1530. 1545. 1548. 1569. 1602. 1632. 1643.

Pſalterium Græcè *cum verſione Latina, vel potiùs recognitione* Joannis *Creſtoni* Placentini Monachi; præmiſſa eſt ejus epiſtola ad Ludov. Donatum Epiſcopum Bergomenſem, in folio. *Ad calcem legitur*: Impreſſum Mediolani M. CCCC. LXXXI. die 20. Septembris. *Primus ex Libris Sacris Græcè mandatus typis.*

Ex Epiſtola dedicatoria, » Circiter ſeptuaginta loca correximus Græcam veritatem ſecuti. Verba quæ deerant ſuis locis addimus. Unum te præſul memorande ignorare nolo: Pſalterium quod Ambroſianum dicitur in paucis imo in nullis à Græco diſcrepare... Feci & ipſe in hoc pſalterio: non tamen ut Græcis ſchematis uterer ſed ut Græce diſcere volentibus morem gererem verbum verbo reddidi. »

Pſalmi Græcè *charactere vetuſtiſſimo & ſingulari in 4. in cujus voluminis fine legitur*: In nomine ſanctæ Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus Sancti: Excudi hunc librum ego Alexander ex Candace (*ſive Candia*) urbe Cretæ, filius ſapientiſſimi & celeberrimi Domini Georgii Preſbyteri τοῦ Ἀλεξάνδρου anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſexto, menſis Novembris die decima quinta, Venetiis. *Extat hæc editio Pariſiis in Bibliotheca Soubiziana.*

Pſalmi Græcè cum præfatione Juſti Decadyi, in 4°. Venetiis in ædibus Aldi Manutii, anno non indicato. *Editi ſunt ſanè circa annum 1495. ſiquidem Aldus, ut ipſe ſcribit in præfatione Stephani Byzantini, libros Græcos primum impreſſit, ſc. Ariſtotelis opera, bello in Italia ingruente, nempe anno 1494.*

Pſalmi Græcè cum notis S. Hieronymi, *Tom. VII. operum ejuſdem* in folio. Baſileæ, Amerbachii 1516.

Pſalmi Græcè, in 12. Argentorati Wolfg. Cephalæi 1524.

Iidem Græcè, in 16. Antverpiæ, Joan. Graphæi 1533.

Iidem Græcè, in 8°. Venetiis, Joan. Petri Pinelli 1535.

Iidem Græcè, in 16. Pariſiis, Franciſci Stephani 1543.

Iidem Græcè, & Latinè, 16. Antverpiæ 1543.

Pſalterium Græcum, in 12. Venetiis 1545. in 24. Argentorati, Wolphii Cephalæi 1545.

Idem Gr. Lat. ad fidem veterum exemplarium atque adeò codicis Græci mſc. D. Victoris, locis quàm multis repurgatum, in 12. Pariſiis 1545.

Idem Gr. Lat. 12. Baſileæ, Brylingeri 1546.

Idem Gr. in 8°. Baſileæ 1548. in 24. Ibidem 1549. 8. Argentor. 1550.

Idem Gr. Lat. in 8. Baſileæ, Brylingeri 1557.

Idem in 16. Pariſiis, Nivelle & Prevoſt 1559.

Idem Gr. 8. & 16. Antverpiæ, Plantini 1568.

Idem Gr. & Lat. 24. Baſileæ Brylingeri 1571.

Idem Græcè in 4. Argentorati 1574.

Idem Græcè in 24. Antverpiæ, Chriſtoph. Plantini 1584.

Idem juxta exemplar Complut. 16. Ibid. typis Plantini 1584.

Idem Gr. in 8. Venetiis, Pinelli 1602. 1621. 1627.

Idem Græcè. Subjicitur duplex Lexicon, Grammaticum, quo præcipua quæ in Pſalmis occurrunt vocabula una cum eorum etymologiis explicantur: hiſtoricum alterum quo perſonæ & nomina propria, quorum in Pſalmis fit mentio, illuſtrantur, 4. Venetiis, Antonii Pinelli 1643.

Pſalmi Gr. Lat. 24. Pariſiis, Cl. Morelli 1618.

Pſalterium juxta exemplar Alexandrinum, Gr. & Lat. ſtudio Thomæ Gale 8°. Oxoniæ, è Theatro Sheldoniano 1678.

Ex admonitione ad Lectorem. Ex codice Alexandrino » tibi L. C. Pſalterium exhibemus eâ fide & curâ quæ ſacris debetur. *Stichorum* diſtinctionem, quam vides, Latina vetus editio & Græci aliquot codices. qui ad manum erant, ubique confirmabant. «

» Hæc editio multis ſcatet mendis, quod editor non ſemper codicem rectè legerit. « *Acta Lipſienſia Novembr.* 1710. «

Pſalterium Græcè, curâ Apollinarii Agreſtæ Abbatis Ordinis S. Baſilii editum, 4. Romæ 1685.

Eccleſiaſtes Græcè ex verſione Aquilæ, Theodorionis & LXX. Interpretum cum ſcholiis Olympiodori, in 4°. Baſileæ, Bebelii 1536.

Eſaias Propheta Græcè, ſtudio Sebaſtiani Munſteri. V. *Idem Polyglottus abſque anno.*

Esaias Propheta Græcè editus (ex codice Renati Marchali (à Joanne Curterio V. *Procopii Gazæi Epitome Comment. in Esaiam*, fol. Parisiis 1580. A

Breves Danielis laciniæ Græcè ex versione LXX. Interpretum ad caput VII. & IX. pertinentes. Has ex Justino Martyre, Clemente Alexandrino & Tertulliano (ex hoc postremo Latinè) collegit, & è regione versioni Theodotionis appositas suo de 70. Interpr. syntagmati inseruit Jac. Usserius, 4. Londini 1655.

I V. Priora capita Prophetiæ, Oseæ cum obelis & asteriscis ex codice Rupifucaldiano. V. *Phelippæi Comment. in Oseam.* in fol. Parisiis 1636. B

Bibliorum pars Græca, sc. Tobit, Judith, Baruch & Jeremiæ Epistola, quæ Hebraicè non invenitur, in 4°. Antverp. Christoph. Plantini 1575.

Eadem, adjectus est liber Sapientiæ & Ecclesiasticus Græcè in 4°. Ibidem 1584. Eadem in 8°. Leidæ, Raphelengii 1613.

Eadem Græcè & Latinè cum dictis Scripturæ parallelis, tabulis synopticis Heideggeri, & prolegomenis Jo. Alberti Fabricii in 8°. Lipsiæ 1691. C

† *Ex præfatione:* Inter Versiones Latinas librorum Ecclesiastic. quarum plurimæ extant, illæ imprimis nobis se probarunt, quæ Jo. Drusium auctorem habent; quia Græca ubique ferè exactiùs exprimunt, neque tamen ineptæ sunt Latinis auribus nec obscuræ... *Ecclesiasticum* itaque ex Drusii translatione damus... *Tobiam*, quem Græcè tantum Drusius edidit, ipsi sumus interpretati. *Judithæ* librum vulgamus cum versione Claudii Baduelli, *Sapientiam* cum translatione Victorini Strigelii... *Orationi Manassæ* interpretem quem præponeremus Vulgato neminem reperire potuimus. Adjecimus tamen duas ejus elegantissimas paraphrases, alteram Græcam Jo. Gothofr. Herrichen, alteram Latinam Balduini Berlicomii. D

† Eadem Græcè, in forma 8°. majore. Francofurti 1694.

Eadem Græcè edita cum novo Testamento Græco in 8°. Gothæ Saxonum 1716. E

Sententiæ Jesu Siracidæ (*seu Ecclesiasticus*) Græcè summâ diligentiâ & studio singulari Joachimi Camerarii editæ cum necessariis ejusdem annotationibus, 8. Basileæ 1551. 1555. Lipsiæ 1568.

Eædem Gr. & Lat. cum notis, 8. Lipsiæ 1570.

Eædem Græcè ad exemplar Joach. Camerarii, 8. Lipsiæ 1682.

Eædem Græcè & Latinè cum versione & notis Matthiæ Bergii Brunsvicensis, in 8°. Helmastadii 1580. † Lubecæ 1591.

Eædem Græcè ad exemplar Romanum & Latinè ex versione Jo. Drusii cum ejus notis, variis quóque lectionibus à Jac. Kemedontio ad Camerarii ἐκδόσει è msc. codice notatis. *Joannes Albertus Fabricius lib. 3. Biblioth. Græcæ cap. 19. p. 730.* in 4. Franekeræ 1596.

Eædem Græcè cum variantibus lectionibus ex membranis Augustanis aliisque codicibus, additâ versione Latina vulgatâ, cum notis Davidis Hoeschelii, in 8°. Augustæ Vindelicorum, Jo. Prætorii 1604.

† Eædem Græcè ex recensione & cum notis Dav. Hoeschelii. V. *Crit. Sacr. Tom. V. f. Lond.* 1660. *Francofurti* 1695. *& Amstelod.* 1698.

Eædem Græcè, in 8°. Argentorati 1628.

Eædem Græcè cum 140. dispositionibus Wolfg. Melchioris Stisseri, & variis lectionibus è diversorum exemplarium collatione decerptis, in 4°. Halæ 1676.

† Liber Sapientiæ Græcè & Latinè ex versione Nic. Selnecceri, cum argumentis notisque, in 8°. Lipsiæ 1568.

Liber Hasmonæorum, qui vulgò prior Maccabæorum, Græcè ex editione Romana, & Latinè ex interpretatione Joannis Drusii, cum notis ejusdem, in 4°. Franekeræ, Excud. Ægidius Radæus 1600.

Novum Testamentum Græcè sine spiritibus & accentibus, ut ipsum autographum meliùs referat, *juxta codicem Vaticanum cum versione Latina interlineari nova & cum Vulgata* V. *Biblia Polyglotta Complut. anno* 1514. *edita, sc. Novum Testamentum; at publicatum duntaxat post annum* 1522. *Hæc editio omnium prima est ac nobilissima. In ea legitur pericope versus* 7. cap. 5. Epistolæ 1. Joh. deest tantùm καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν. *Aliæ editiones* V. *Biblia Polyglotta* 1572. 1596. 1599. 1645.

Joan. Millius pag. 108. *Prolegom. N. T. Gr. hæc scribit:* » Ex codicibus msf. N. Test. *quos sibi corrogaverat Franc. Ximenius*, erat Epistolarum Apostolicarum codex, ex insula Rhodo allatus ac modò donatus D. Cardinali. (*supra pag.* 183. *recensitus*) Id enim à Stunica cui haud exiguæ in codicibus hisce conferendis partes erant, discimus, qui mentionem ejus facit haud semel, & inter venerandæ vetustatis libros recenset, qualibus præcipuè usos se profitentur hujus Editionis Curatores; ac quales porro notat Stunica cum versionis Vulgaræ lectione magis quàm cæteros convenire. Certè tantam in eo cum textu Latino concordantiam deprehendit Erasmus, ut eum ad codicem aliquem Latinum castigatum fuisse «

suspicaretur. Cœteri omnes è Bibliotheca Varicana conquisiti sunt. Codicis qui extat jam ad finem Bibliorum Græcorum κατ᾽ πυσέ, à Sixto V. editorum, haud dubium est quin rationem habuerint Editores isti. E reliquis erat insignis ille præ cœteris Codex *eximiæ vetustatis spectatæque fidei*, quem tanquam Archetypum Complutensibus nostris tradidit Leo X. (Erasmus Epist. l. 23. Ep. 8.) quemque proindè secutos eos in hac editione ait Erasmus in capitibus argum. præfixis Editioni quintæ N. T....

Certum est eos pârùm sibi permisisse in emendatione textûs hujus Vaticani: imo potiùs ipsum universum integrum, & illibatum propemodùm, qualis extabat in msc. Exemplari, transtulisse in hanc editionem. Indicio rei hujus luculento planè sunt lectiones singulares, quibus passim conspersa est hæc edirio.

Et pag. eadem » Licet autem (*pergit Millius*) κατ᾽ πόδας fere presserint Vaticanum hoc exemplar; haud dubium tamen, quin ipsius textum ad cœterorum Leonis X. codd. fidem hic illic correxerint.... Illud pro rato est, in paucis admodùm à codice suo abiisse Editores.... Certè commodùm accidit in Evangeliis, quòd ad unum hoc composita fuerint exemplar. Hinc enim textus purior & ab injectitiis lectionibus aliquanto liberior illo quem exhibent posteriores aliquæ editiones N. Test. Unius nimirum codicis ductum secuti, ejus solius interpolationes, haud ita numerosas, in editionem hanc transtulere... in Actis autem Apostolorum & epistolis haud ita prosperè cessit Complutensibus nostris diligens ista textûs ad codicem hunc unum conformatio (*cujus rei exempla hic proferuntur*). Missis autem istis, textus reliquus sanus ferè est, & suprà quàm à primis Editoribus expectari poterat, emendatus: ad genuinam dictionem Apostolicam omni propemodum sui parte egregiè compositus; tantæque proptereà apud succedentes N. T. Editores auctoritatis, ut ad Editionem hanc posteriores suas magis magisque accommodarint.

Idem ibidem pag. 111. Optandum omnino esset ut editio hæc magnifica, sicut omnium prima erat, ita sola quidem fuisset, cujus textus (demto uno & altero vitia quæ in iterata proinde Bibliorum istorum editione sustulit Arias Montanus) integer & illibatus in editionès posteriores quasque transiisset. :. præstitisset omnino principi huic Editioni (ceu immobili fundo) ad marginem lectiones, quæ meliores judicarentur, adjecisse, quàm sublatis iis, has in ipsarum locum in corpore textûs subrogasse. (Simon part. 1. Hist. crit. textus N. Test. c. 29. pag. 340.) « *Ita Joannes Millius.*

Novum instrumentum omne Græcè & Latinè, diligenter ab Erasmo Roterodamo recognitum & emendatum, non solùm ad Græcam veritatem, verùm etiam ad multorum utriusque linguæ codicum, eorúmque veterum simul & emendatórum fidem, postremò ad probatissimorum auctorum citationem, unà cum annotationibus. Præfigitur epistola Erasmi Leoni X. nuncupata, & ejus apologia. *Hanc editionem accurarunt Joan. Oecolampadius & Nic. Gerbelius.* In fol. Basileæ, Joannis Frobenii 1516.

In hac Editione sicut & in secunda Erasmi anni 1519. *in Bibliis Venetis a.* 1518. *in Haganoensi a.* 1521. *in Argentoratensi a.* 1524. *& in Parisiensi apud Sim. Colinæum a.* 1534. *deest pericope Epistolæ Joh.* 1. *cap.* 5 *vers.* 2.

Ex hac Epistola nuncupatoria. Novum Testamentum universum ad Græcæ originis fidem recognovimus, idque non temere nec levi operâ, sed adhibitis in consilium compluribus utriusque linguæ codicibus, nec iis sanè quibuslibet, sed vetustissimis simul & emendatissimis. Et quoniam novimus in rebus sacris religiosè quoque versandum esse, nec hac contenti diligentiâ, per omnia veterum Theologorum scripta circumvolantes, ex horum citationibus atque expositionibus subodorari sumus, quid quisque legisset, aut mutasset. Adjecimus annotationes nostras, quæ primùm lectorem doceant, quid quâ ratione fuerit immutatum, deinde si quid alioqui perplexum, ambiguum, aut obscurum, id explicent atque enodent. Postremò quæ obsistant, quo minus proclive sit in posterum depravare, quod nos vix credendis vigiliis restituisse-mus. «

Ex præfatione annotationum in Nov. Testament. Testamentum quod vocant novum, omni quâ licuit diligentiâ, quâque decuit fide recognovimus, idque primum ad Græcam veritatem, ad quam seu fontem, si quid inciderit, confugere... & ipsa Romanorum Pontificum decreta jubent; deinde ad fidem vetustissimorum Latinæ linguæ codicum, quorum duos exhibuit Joannes Coletus, Paulinæ apud Londinum Ecclesiæ Decanus, adeò prisci literarum typis, ut mihi ab integro discenda lectio, & in noscitandis elementis fuerit repuerascendum. Tertium præbuit Illustr. Virgo Margareta, Caroli Cæsaris amita, cujus in hac editione tertia (*anni* 1522.) frequenter adduximus testimonium *aurei codicis* titulo, quòd totus & auro sit convestitus, & aureis literis

pulchrè

» pulchrè descriptus. Mox aliquot miræ A
» vetustatis exhibuit Burgis, ut antiquissi-
» mum, ita longè celeberrimum Collegium
» Divi Donatiani. Nam ante, codicem
» bellè castigatum præbuerat Collegium
» Corsendonkense; præter eos quos nobis
» eruditissimi fratres Amerbachiani com-
» municarant.
» Non igitur ad animi nostri som-
» nium emendavimus quædam, sed ad
» horum quos recensui codicum fidem, a-
» liorumque his similium, quos non petin-
» de refert memorare. Postremò ad pro- B
» batissimorum omnium suffragiis auctorum
» vel citationem, vel emendationem, vel
» enarrationem, nempe Origenis, Chrysos-
» tomi, Hieronymi, Ambrosii, Hilarii,
» Augustini, Theophylacti, Bedæ, quorum
» testimonia compluscculis locis in hoc ad-
» duximus... Hac in parte cùm primùm
» hoc opus ederemus, nonnihil adjuti su-
» mus operâ subsidiaria viri trium peritiâ
» linguarum eminentis, Joannis Oecolam-
» padii, &c.
» Quod sane miror (*inquit ipse Erasmus* C
tom. IX. *Operum pag.* 801. *Ad collationes*
» *cujusdam juvenis* Francisci Titelmanni *Res-*
» *ponsionis*) à nemine castigatorum hacte-
» nus animadversum, quum id muneris in
» prima editione obierint Joannes Oeco-
» lampadius & Nicolaus Gerbelius, in
» quarta Sigismundus vir egregiè doctus. «
» Quibus hæc placet æditio, (*vulgata*)
» quam ego nec damno nec muto, his sua
» manet æditio. Si quidem ea nostra casti-
» gatione non læditur sed redditur illus-
» trior, putior, emendatior... Illud ausim D
» polliceri, quisquis hanc nostram domi
» legerit, suam rectiùs intellecturus est...
» Jam si collatio tibi non satisfacit, ne con-
» tinuò pronuncies. Consule nostras anno-
» tationes, quæ forsan tibi vel autoritate
» testium, vel rationibus adductis satisfa-
» cient. Fit interim, ut diversa sit lectio,
» fit ut iisdem ex verbis complures sensus
» accipi possint. Nos primum unicam dun-
» taxat lectionem proponimus. Nec enim
» aliter poteramus. Cæterum in annota-
» mentis varias referimus, aut indicantes E
» quid nobis optimum videatur, aut tuo
» relinquentes arbitrio, quid sequi malis.
» Sunt in quibus nostra vulgata magis pro-
» batur æditio, aut Ambrosiana lectio,
» quàm Græci codices. Et tamen consen-
» tientibus omnibus Græcis exemplaribus,
» quoniam illa mutare non licuit, Latina
» accommodavimus, ne non responderent,
» cum in hoc ipsum adderentur. Cæterum
» id in scholiis discutimus. » *Ita Erasmus*
in Apologia sua tertiæ suæ editioni N. T.
præfixa.
» Cum jam edendum esset opus (*sc. N.*
Test.) instigarunt quidam, ut vulgatam «
æditionem meâ vel correctione, vel inter- «
pretatione mutarem. Ejus sarcinulæ ac- »
cessionem, cum oppidò quàm levem esse «
ducerem, longè gravissimam ipsam com- «
peri. Deinde perpellebant ut annotatio- «
nes adderem, aliquantò locupletiores. «
Jam protinus, ut scis, texenda omnia. «
Accessit & illud oneris, arbitrabar Basileæ «
haberi emendata exemplaria. Ea spes quo- «
niam fesellit, coactus sum præcastigare «
codices quibus usuri erant Typographi. «
Ad hæc conducti erant duo probè docti, «
alter Jurisconsultus (*Gerbelius*), alter «
Theologus (*Oecolampadius*), etiam He- «
braicè peritus, qui formis castigandis «
præessent: at hi quoniam hujus laboris «
erant rudes, quod susceperant, præstare «
non poterant, proinde necesse fuit extre- «
mam formatum, quas vocant, recogni- «
tionem in me recipere. Conficiebatur si- «
mul & excudebatur opus, absolvebatur «
singulis diebus ternio, sic nunc vocant. «
Ita idem Erasmus Epist. lib. 1. *Ep.* 9.
Idem Epist. lib. 19. *Ep.* 91. » In Novo «
Testamento nihil aliud proposueram «
quàm instaurare sinceram lectionem, & «
additâ luce discutere quædam ad quæ «
videbam multos impingere. Neque quic- «
quam mihi minus erat in animo, quàm «
mutare vulgatam interpretationem; imò «
& veterem translationem addidissem «
Græcis, quamvis dissidentem, ni me doc- «
ti quidam amici consiliis improbis veriùs «
quàm felicibus huc protrusissent recla- «
mantem... » *Ibid. post unam & alteram*
paginam. » Quum ederem primùm No- «
vum Testamentum, aderant assiduè Ca «
pito & Oecolampadius, quorum uterque «
tum videbatur & vir pius & Theologus, «
utcumque res mutatæ sunt. «
Erasmus institutâ semel atque iterum «
Exemplarium N. T. (quæ in priori reco- «
gnitione quatuor, in posteriori quinque «
ipsi obtigerant) Græcorum inter se & «
cum mss. codicibus versionis Vulgatæ, «
Patrumque etiam monumentis collatione «
(Epist. l. 12. Ep. 21.) textûque adeò ad «
mentem ipsius castigato, ad Editionem «
novi Fœderis se accinxit Basileæ, circa «
Calendas Octobres anni 1515. (Epist. l. 8. «
Ep. 29.) Ibi suppetebant ipsi tria exem- «
plaria codicum Evangeliorum, & alte- «
rum Actorum & Epistolarum Apostolica- «
rum suppeditabat Monasterium Prædica- «
torum Basileæ; Apocalypseos exemplar, «
Joannes Reuchlinus.... Ad finem certè «
perductum est opus, intra menses ferè «
quinque, teste ipso Erasmo (Epist. l. 1. «
Ep. 7.), onaque cum amplo annotatio «
num corpore ipsi affixo in lucem prodiit «
posteà mense Februario 1516. Quid autem «

» in hac editione tantopere præcipitata, præstitum sit jam videamus. In edendo N. T. haud aliter Erasmo primum in animo erat, quam ut instauraret genuinam lectionem cum Græci Textûs, tum & vulgatæ versionis. Nihil minus constitutum ipsi erat quàm mutare veterem translationem: imo vero hanc *addidissem* (*inquit*) *Græcis quamvis dissidentem, ni me docti quidam amici consiliis improbis veriùs quàm feliciùs huc protrusissent reclamantem.*

« Horum precibus devictus, vir aliàs consultissimus pariter & doctissimus, è regione textûs Græci posuit versionem à se perpetuò renovatam, Latinisque auribus, si placet, & Græco quem exhibebat textui magis accommodatam. In Evangeliis unum ferè secutus est exemplar; illud dico, quod suppeditavit ipsi Monasterium Prædicatorum Basileæ... In Actis Apostolorum & Epistolis Apostolicis codicis alterius supradicti usuram nactus est, qui Prædicatorum Basileæ erat... Exemplar mirè castigatum esse ait & venerandæ antiquitatis, sexcentorum scilicet annorum... In Apocalypsi adornanda uno usus est Reuchlini exemplari; in libri calce deerat clausula... quum jam haud occurrebat alius codex, *hanc* Erasmus è Latina versione in Græcum transtulit. In hac editione, quæ omnium jam prima in vulgus prodiit, præter menda, quibus scatet, typographica, lectiones jam olim notavimus vitiosas paulò amplius quingentas; simúlque etiam puras & genuinas plus centum, pro quibus in posterioribus Erasmi editionibus, nescio quo consilio, repositæ sint non bonæ. *Joannes Millius p.* 111. *&* 112. *Prolegom. in N. Testamentum Gr.*

« Erasmi translatio omne punctum semper & apud omnes tulit; ita ut nihil in ea purgandum deprehenderit supremus Senatus Generalis Inquisitionis in Regno Hispaniarum.. Hanc Erasmi versionem permittit sub nomine auctoris damnati. *Laur. Beyerlink præf. in varias Sacr. Bibl. translationes Antverpiæ* 1616. *editas.*

» Quidam (*inquit Doctiss. Huetius libr.* 2. *de interpretatione* §. 22.) intra Novi Testamenti cancellos in interpretando industriam explicuerunt, quorum facilè, meo judicio, princeps est Desiderius Erasmus: is eâ facilitate hanc ornavit spartam, ut & verba verbis, & sententias sententiis, & saporem sapore exæquaverit; & perspicuitatem tamen cum dictionis castitate & nativo illo colore obtinuerit, quæ ad integram Interpretis laudem unicè requirebamus. Quin etiam ubi propter Latinæ linguæ indolem quod uno Græci, idem pluribus exponere verbis necesse habuit, ascititia verba vario & insigni charactere depingi curavit, quo fidei suæ integritas palam extaret. Inde adeò Leonis X. Pont. Max. diplomate commendari meritus est hic ipsius labor. «

Eo tamen nomine sugillatus est à multis, inter quos familiam duxit Petrus Sutor. Præter hunc (*ut scribit Kortholtus de variis Scripturæ editionibus cap.* 15. §. 27. 28.) Erasmi Novo Testamento se objecit Jacobus Lopes Stunica; cui cum Apologiam Erasmus opponeret, liti huic immiscere se cœpit, præsertim quod ad annotationes Erasmianas attinet, Sanctius Caranza Theologus Complutensis, editis pro Stunica vindiciis, quibus respondit Erasmus. Insurrexit porrò in Erasmum heic Eduardus Leus. «

Dum codices Græcos, qui cum Latino Vulgato frequentiùs conspirant, suspectos habet *Erasmus*, ac si à Concilii Florentini tempore ad Latinos libros essent interpolati, non semper contigit optimas illi deligere lectiones, ut à Sepulveda in Epistolis, à Leo, & maximè à Stunica satis quidem acerbè, non tamen semper citra rationem ipsi fuit objectum. *Joan. Alb. Fabricius lib.* 4. *cap.* 5. *pag.* 81. *Bibliothecæ Græcæ.*

Hoc meritò illi debetur quod recentiorum omnium Interpretum N. T. accuratissimus habeatur. « *Rich. Simon cap.* 21. *hist. crit. version. N. T. p.* 262.

Aliæ editiones, II *recognitio ab auctore facta* 1519. III. 1522. *bis*, IV. 1527. 1533. V. 1535. 1540. 1541. 1542. *bis*, 1543. 1549. 1551. 1553. 1558. 1559. *bis*, 1562. 1564. 1566. 1570. *bis*, 1577. 1578. 1582. 1592 1594. 1596. 1598. 1606. 1618. *bis*, 1659. 1673. 1674. 1693. *bis*.

Novum Testamentum Gr. V. *Biblia Græca*, in fol. Venetiis 1518.

Novi Testamenti textus in his Bibliis, Erasmico, qui paulò ante prodierat, adeò mirificè similis est ut ad eum expressum fuisse, haud sit quod dubitemus. Idem est editionis utriusque apparatus... Quid quod ab Erasmica adeò parum recesserint editionis Aldinæ Curatores, ut etiam errores ejus quàm plurimos in suam transferendos curarint... Quamvis autem ex dictis luce clarius sit, compositam fuisse hanc ad Erasmicam, haud paucis tamen in locis ab ea recessum videmus, partim operarum incuriâ, partim curatorum ipsius operis ingenio, plerumque autem auctoritate aliquorum mss. Exemplarium. Certe locis plus centum, emendatum in hac editione comperi textum Erasmicum; ac totidem ferè locis vitiatum. *Jo. Millius p.* 112. *proleg. in N. T. Gr.*

Novi Testamenti omne, multò quàm

antehac diligentiùs ab Erasmo Roterodamo recognitum, emendatum & translatum, non solum ad Græcam veritatem verùm etiam ad multorum utriusque linguæ codicum, eorúmque veterum simul & emendatorum fidem, postremò ad probatissimorum auctorum citationem, emendationem, & interpretationem unà cum annotationibus recognitis ac magnâ accessione locupletatis, quæ lectorem doceant, quid quâ ratione mutatum sit. *Præfigitur diploma Leonis X. Pont. Max. Epistola Erasmi ipsi nuncupatoria, Paraclesis ad lectorem, Apologiæ Erasmi & Canones Evangeliorum ab Eusebio confecti, secunda recognitio*, in folio. Basileæ, Joannis Frobenii 1519.

» Dilecto filio Erasmo Roterodamo, » sacræ Theologiæ Professori, Leo Papa » X. Dilecte fili, salutem & Apostolicam » benedictionem. Valdè nos delectarunt lu» cubrationes tuæ in Testamentum Novum » jam pridem æditæ, non tam quia nostro » nomini dicatæ fuerant, quàm quod non » vulgari sed novâ & insigni quadam eru» ditione præstabant omniúmque docto» tum calculo plurimùm laudabantur. Quas » nuper à te recognitas & pluribus additis » notationibus locupletatas illustratasque » fuisse certiores facti, non mediocriter ga» visi sumus, ex prima illa æditione, quæ » absolutissima videbatur, conjecturam fa» cientes, qualis hæc futura, quantúmque » boni S. Theologiæ studiosis ac orthodoxæ » fidei nostræ sit allatura. Macte igitur is» tius animi tui esto, ac publicæ utilitati stu» dens, operi tam sancto, ut in lucem ex» eat, sedulò invigila, dignam quidem tot » laborum mercedem ab ipso Deo relatu» rus; à nobis verò meritam commendatio» nem & cunctis Christi fidelibus perpe» tuam laudem consecuturus. Datum Ro» mæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris » die 20. Septembris 1518. Pontificatus nos» tri anno sexto.

» Textum ipsum *hujus editionis secundæ* » quod attinet, est quidem is prioris edi» tionis altero illo longè emaculatior & cas» tigatior. Veram & genuinam lectionem in » priori depravatam locis amplius 330. res» tituit; sed ab ea recessit locis circiter 70. » in lectiones interpolatas & minimè pro» bandas. Editio prior, ut & hæc utcumque » est magno studio elaborata. » *Jo. Millius p.* 114. *proleg. in N. Test. Gr.*

Novum Testamentum Græcè, *cum præfatione Nicolai Gerbelii*, in 4°. Hagenoæ, Anshelmi Badensis 1521. Mense Martio.

» In hujus calce profitetur Editor, » (*sc. Gerbelius*) nullam dictiunculam vel » minimam, secundùm Frobenii Aldique

A Editionem, in ea editione desiderari, « quam sensûs necessitas postularet. Illud « nempè notandum dixit ob voces quas- « dam, quæ incuriâ nescio quâ è corpore « textus exciderant... Textum hujus edi- « tionis percurrenti, constabat primo in- « tuitu expressum eum fuisse ad Erasmicam « secundam, translatis tamen ex Erasmica « priori, eamve secuta Aldina, nescio quo « pacto viriis haud paucis, quæ in Erasmica « posteriori emendata fuerant, admissisque « insuper multis lectionibus ἀδοκίμοις, pro « B quibus genuinas in æditione secunda, « quam ob oculos Editor habebat, repo- « suerat Erasmus; quin & insertis etiam hic « illic, Erasmicarum loco, lectionibus Al- « dinis, quas ab Erasmicis diversas habuit « ista Editio, circiter tredecim, quæ sibi « probatiores videbantur. Illud certè non « minùs de aliis, quàm hac ad Editiones « Frobenianas accuratis notandum est, eas « nulli uni è Frobenianis adeò pressè inhæ- « rere, ut non ex una in aliam ex occasione « transiliant, eamque demum seligant lec- « C tionem quæ genuina videatur. « *Joannes Millius p* 114. *proleg. in N. T. Gr.*

Novum Testamentum omne Gr. tertiò ac diligentiùs ab Erasmo Roterodamo recognitum, non solùm ad Græcam fidem &c. *ut in secunda editione anni* 1519. *absque capitum distinctione.* Addita sunt ad singulas Apostolorum epistolas argumenta per eundem. (Præmittuntur Diploma Leonis X. Epistola Erasmi ad Leonem X. Paraclesis ad Lectorem, Apologia Erasmi, *altera sub hoc titulo:* capita argumen- D torum adversus morosos quosdam & indoctos; catalogus solœcismorum & locorum obscurorum & depravatorum in veteri instrumento) In fol. Basileæ, Joannis Frobenii 1522.

Ex his capitibus. « Nec ideò hanc pos- « teriorem æditionem immensis sudoribus « paravimus, quòd priori diffideremus, sed « opus quod tum pro virili, proque tem- « poris spatio, quam fieri potuit, optimum « dedimus; nunc emendatius multo, mul- « tóque locupletius damus. «

E *Idem in catalogo operum ab ipso recensitorum* anno 1524. confecto: Aggressus « Novum Testamentum, in quo decreve- « ram adeo verborum parcus esse, ut sta- « tuerim singula loca tribus verbis annota- « re, præsertim cum Laurentii (Vallæ) « castigationem jam edidissem, qui mihi « verbosior quam pro re videbatur. Cæte- « rum ubi jam accinctus esset Frobenius ad « excudendum, perpulerunt amici docti, « quibus aliquoties obsequentior sum quam « expedit, ut mutarem etiam æditionem « vulgatam & in annotationibus essem ali- « quando copiosior... non credendis labo- «

» ribus totum opus retexuimus ac rursum
» officinæ tradidimus. Rursum tertiò ma-
» num admovimus, magnaque cura locu-
» pletavimus anno 1522. quæ quidem hac-
» tenus fuit nobis æditio novissima. Quar-
» tam habemus paratam, quod dum Para-
» phrases scriberemus, multa deprehendi-
» mus quæ prius fefellerant. »

» Textum hujus editionis quod atti-
» net, observandum est imprimis majorem
» in dies accrevisse Editori Exemplarium
» copiam; de quorum tamen numero, in-
» dole, cæterisque circumstantiis altum hîc
» silentium.

» Extant in hac æditione ad marginem
» Græci textus lectiones variantes circiter
» 19. è quibus pars maxima ex Aldina ædi-
» tione desumpta est, reliquæ ex libris mss.
» qui Erasmo fuerunt ad manum. Æditio
» hæc tertia secundam per omnia ferè se-
» quitur; ita quidem ut ab ea per univer-
» sum N. T. haud recedat, quod video,
» nisi in locis circiter 118. in lectionibus qui-
» dem 36. ad fidem textûs Aldini, in reli-
» quis, ex auctoritate MSS. codicum, quos
» compararat, aut quovis modo inspexerat.
» Est priori alterâ nonnihil expurgatior,
» & quidem sunt in hac lectiones puræ &
» germanæ aliquot; pro quibus aliæ repo-
» sitæ sunt in posterioribus Frobenianis. De-
» nique & illud notandum in hac jam pri-
» mùm repertam esse Pericopen de tripli-
» ci testimonio Patris, Filii & Spiritus sanc-
» ti 1. Joan. 5: 7. quam reposuit ex codice,
» quem vocat, Britannico. *Jo. Millius, ibid. p.* 114.

De hoc Codice Britannico hæc habet Erasmus in Annot. ad hunc locum. » Repertus est apud
» Anglos codex unus in quo habetur quod
» in vulgatis deest... Ex hoc igitur codice
» Britannico reposuimus quod in nostris di-
» cebatur deesse, ne cui sit ansa calumnian-
» di. Tametsi suspicor illum ad nostros esse
» correctum. *Anno superiori jam in editione Latina N. T. minori hunc locum ipse Erasmus restituerat.*

Novum Testamentum Gr. Lat. Erasmi 4. Wittebergæ 1522.

Novum Testamentum Græcè, *cura Fabricii Capitonis editum*, in 8. Argentorati, Wolfii Cephalæi 1524.

Ex monitu Typographi. » Ego novam,
» quam instituo officinam, quamque ex-
» teris potissimùm linguis exornare animus
» est, Fabricii Capitonis consanguinei mei
» tum industriâ tum consilio opitulantibus,
» Christo imprimis & saluti tuæ dico, inde
» tibi offerens Novum Testamentum, novo
» Græco charactere (minusculo) excusum,
» εἰς τὰ ἀκροθίνια, &c.

» Sequitur hæc editio penè in omnibus
» Hagenoënsem, ad eamque sine omni du-
A bio excusa fuit, certè quantum quidem «
observaverim, haud abscedit ab ea nisi «
in locis undecim duntaxat, è quibus sep- «
tem sunt in Erasmica prima & Aldina, «
tria in Aldina sola, unum perperam e- «
mendatum est ex ingenio Editoris « *Jo. Millius ibidem p.* 114.

Novum Testamentum Græcum à Ceporino *i. e. Pellicano* castigatum, cum exhortatione Latina Joan. Oecolampadii, in 8°. Basileæ, Jo. Bebelii 1524.

Aliæ editiones cum exhortatione ejusdem,
B 1531. 1538. 1540.

Jo. Bebelius lectori. Habes C. L. En- «
chiridion totius Novi Testamenti Græci, «
meis quidem elaboratum manibus, inge- «
nio verò Ceporini haud vulgariter de «
linguis meriti probè castigatum: sump- «
tus ad hoc Joanne Unattensche, viro «
præclaro, liberaliter nobis suppeditante «
&c.

Hæc æditio ad Erasmicam tertiam ex- «
pressa est; verum ita, ut missâ istâ non- «
nunquam secundæ, imò paucis aliquot «
locis primæ lectiones amplectatur. *Ita Jo.* «
C *Millius loquens de editione anni* 1531. *p.* 114. *proleg. in N. T. qui hanc editionem sc. anni* 1524. *nescivit.*

Novum Testamentum Gr. Lat. *absque distinctione capitum.* Joannes Frobenius Lectori. En Novum Testamentum ex Erasmi Roterodami recognitione jam quartùm damus, studiose Lector, adjectâ Latinâ vulgatâ æditione, quò protinùs ipsis oculis conferre possis, quid conveniat, quid dissideat... In annotationibus præterquàm quòd auctor exactiora red-
D dit omnia, magnam accessionem adjunxit ex Græcorum voluminibus, èque vetustissimis exemplaribus Latinis quæ nuper est nactus. *Præmittuntur eadem quæ in 3. editione*, in folio. Basileæ, typis Joannis Frobenii 1527.

» Laurentius Valla septem bonæ fidei «
codices se secutum fuisse testatur. Nos «
(*inquit Erasmus in Apologia sua quartæ* «
editioni & sequentibus præfixa) in prima «
recognitione quatuor Græcis adjuti su- «
mus, in secunda quinque; in tertia præ- «
E ter alia accessit æditio Asulana (*seu Vene-* «
ta an. 1518.) in hac quarta præstò fuit & «
Hispaniensis (*sive Complutensis Ximenii.*) «
Deinde consultis tum pervetustis tum e- «
mendatis aliquot Latinæ linguæ volumi- «
nibus; nec hoc contenti; discussis & ex- «
ploratis authoribus, non oscitanter ob- «
servavimus quid citarint, quid legerint, «
quid emendarint, quid interpretentur. «
Atque hisce rebus omnibus, quâ licuit «
vigiliâ, certè summa fide collatis ac pen- «
sitatis, quod optimum judicavimus, se- «
cuti sumus, & hac lege in medium con- «

»tulimus, ut nihilo secius, suo quisque judicio frueretur.«

Joannes Genesius Sepulveda ex Epist. 3. lib. 1. Epist. ad Desid. Erasmum an. 1533. scripta hæc ait. » Scito exemplaria Græca quæ tu secutus est in Novo Testamento, plerisque mendis esse depravata jam singulis verbis, jam solidis orationibus sublatis, aut vicissim redundantibus. Quod factum esse reor culpâ Librariorum, quibus errandi occasionem præbuerint scholia quædam importune, ut sæpe solet, à quibusdam studiosis in librorum marginem adscripta.«

» Ad textum Græcum quod spectat (*inquit Millius p. 114. prolegom. in N. T.*) profitetur alicubi Editor, eum ferè in omnibus consentire cum Complutensi isto quem ad exemplar è Bibliotheca Vaticana suppeditatum à Leone X. exprimendum curarat Ximenius. Extant ad marginem textûs Græci præter lectiones variantes ex editione priori traductas, aliæ quædam sumptæ ex editione Hispanica. Et quidem licèt editio hæc in plurimis expressa sit ad tertiam Erasmicam; tamen cùm Editori jam tandem suppeteret Exemplar Complutense, è re visum fuit, in haud paucis à tertia ista deflectere, (locis 106.) locóque complurium ejus lectionum reponere alias ad fidem editionis hujus nobilissimæ. *Hæc Millius.*

Novum Test. Græcum 2. vol. 8°. Lovanii, Rutgeri Rescii & Barthol. Gravii 1531.

Novum Testamentum Græcè cum exhortatione Oecolampadii, in 8°. Basileæ, Bebelii 1531.

Novum Test. Græcum ad tertiam Desid. Erasmi editionem vulgatum, 8°. Basileæ, Nic. Brylingeri 1533.

Novum Testamentum Græcum*, 8°. Parisiis, Simonis Colinæi 1534. *Perquam nitida editio.*

» In hac editione nudus textus est (*ait Millius p. 115. prolegom. in N. T.*) absque omni præfatione, quæ lectorem moneat quid in ea sit præstitum. Unde neque liquidò dignosci potest, secutine sint Editores textum aliquarum præcedentium Editionum an verò meram & solam auctoritatem MSS. exemplarium. Ex diligenti autem textûs ejus inspectione, conformatum videtur ὕφος ἀναγνωσίας, non ad unam aliquam editionem, seu etiam unum aliquem codicem MS. sed eam demum, ex variis quas ob oculos habebant lectionem ab Editoribus hîc propositam fuisse, quam optimam judicabant. In titulis quatuor Evangeliorum Editionem Complutensem secutos eos apparet; in
A Actorum, Epistolarum & Apocalypseos titulis, Frobenianam. Textum videmus subinde ad Complutensem conformatum, subinde ad Frobenianum; nonnunquam ab utraque dissonum esse, quoties ipsos in aliam lectionem, probatiorem scilicet, traxerit mss. Exemplaris unius aut plurium fides. Inter legendum certè, loca deprehendimus plus 150. in quibus Colinæi hæc ab Editionibus præcedentibus seorsum abit, & solitaria incedit... Lectiones autem istas ple-
B rasque omnes, mss. codicum fide confirmatas videmus... In editione hac è lectionibus, quas ob oculos habebat Editor, sive in excusis, sive in mss. eas sæpè selegit & admisit in textum, quæ luce & perspicuitate suâ se probant maximè, non sine gravi veri textûs Apostolici detrimento. Hæ certè magnam partem efficiunt Lectionum quas in hac editione numeramus, haud genuinarum in universum quod olim notavimus 630.«

» *Idem pag.* 116. Cæterum quamvis cla-
C rioribus, hoc est non genuinis ferè, lectionibus mirificè gaudeat hæc Editio; tamen loca in ea observavimus 180. textum verum genuinum exhibentia, quæ perperam se habent in nostra Stephanica. Notat alicubi Paulus Colomesius, vir doctus, (*Bibl. Select. p.* 207.) conformatam esse hanc editionem ad Vulgatam versionem locis compluribus, etiam ubi Vulgata vitiosa est... Certè per universum opus haud aliam Vulgatæ versionis rationem habuisse cernitur Editionis hujus Curator, quàm
D quòd ejusdem lectionem non respuat, quoties claræ ac dilucidæ lectioni suffragatur. A Vulgata differt innumeris in locis; nec in aliis cum Vulgata vetere consentire dici potest, quàm quòd auctoritatem quorumdam mss. codicum sequatur, quibus Vulgata hinc inde consonat. Quanquam illud certum est haud parum auctoritatis lectioni ferè accedere ex ejus consensu cum genuina vetere Vulgata; hæc quidem ad textum primitivum eoque ferè puriorem erat adornata.« *Hæc*
E *ille.*

» Colinæi exemplar (*inquit Beza in defensione sua ad respons. Castalionis p.* 222.) non magni facio, quoniam rescivi multa fuisse in eo à quodam alioqui Græcæ linguæ doctissimo ex solis conjecturis emendata.« *Millius ibidem asserit* haud reperiri ullas *lectiones*, quas Editor formarit de suo.«

Novum Testamentum Gr. Lat. jam quintùm accuratissimâ curâ recognitum à Desid. Erasmo Roterod. cum annotationibus ejusdem ita locupletatis, ut propemodùm opus novum videri possit. *Præ*

mittuntur eadem quæ in tertia editione, omisso tantùm solœcismorum catalogo, in folio Basileæ, Hieronymi Frobenii, & Nicolai Episcopii 1535. mense Martio.

» Textus Græcus priori (*i. e. editioni » quartæ*) per totum adeò planè similis est, » ut ab eo non recedat, quòd viderim, nisi » quatuor in locis duntaxat; in quibus » quidem ipsis lectionem exhibet veram » & genuinam. » *Joan. Millius p.* 116. *proleg. in Novum Testamentum.*

Novum Testamentum Gr. in 8. Basileæ 1535.

Novum Testamentum Græcum cum exhortatione Joan. Oecolampadii, in 8°. Basileæ, Platteri 1538.

Novum Testamentum Græcum cum versione Lar. Erasmi, 2. vol. in 16. Venetiis, de Nicolinis 1538.

Novum Testamentum Gr. Lat. cum exhortatione Oecolampadii, 8. Basileæ, Platteri 1540. *Eadem forsan editio ac anni* 1538.

Nov. Test. Gr. Lat. *juxta editionem anni* 1535. jam quintùm ac postremùm accuratissimâ curâ recognitum ab Erasmo Roterodamo, cum annotationibus ejusdem ita locupletatis, ut propemodùm novum opus videri possit. V. *ejus opera tom.* VI. fol. Basileæ, Hieronymi Frobenii & Nicolai Episcopii 1540.

Idem, in 8°. Basileæ, iisdem typis 1541.

Novum Test. G. Lat. ex vulgata & ex nova versione jam quintùm ac postremùm accuratissimâ curâ recognitum à Desiderio Erasmo &c. *ut in editione an.* 1540. in folio, Basileæ, Frobenii & Episcopii 1542. in 8°. Lipsiæ 1542.

Novum Test. Græcum juxta veterum tum Græcorum, tum Latinorum emendatissima exemplaria, accuratissimâ curâ ac diligentiâ Desid. Erasmi denuò & collatum & postrema manu castigatum, 8°. Basileæ, Nic. Brylingeri 1542.

Nov. T. Gr. *cum versione Latina Erasmi*, juxta Veterum Græcorum & Latinorum emendatissima exemplaria, summâ curâ & diligentiâ D. Erasmi Roter. denuò collatum & postrema manu castigatum, *perquam nitida editio*, 8°. Parisiis, Carolæ Guillard 1543.

» Utrum hîc castigationem intelligat » Editor ab Erasmo in Editione sua postre- » ma factam, an verò recensionem istius ab » ipso paulò ante mortem elaboratam, » haud constat. Illud certum, opera Edi- » toris hujus factum esse ut textus Græcus » à Frobeniani quinti isto in locis plus tri- » ginta supra centum dissentiat; idque ex » fide subinde Editionum paucarum alia- » rum, subinde unius duntaxat. Notan-

A dum in hac editione Frobenianæ quintæ « in Evangeliis & Actis minorem longè ra- « tionem habitam esse quàm in Epistolis in « quibus nonnisi 15. in locis ab ea deviatum « deprehendimus. In Apocalypsi, textus « ferè ad Frobenianas tres priores compo- « situs est. Ad calcem hujus editionis ad- » posuit quispiam varias lectiones ex libris « prius excusis, aliisque exemplaribus ex- « cerptas. » *Jo. Millius ibidem p.* 116.

Novum Test. Græcè ex castigatione Erasmi cum scholiis ex Patribus & Histo-
B riis in loca obscuriora in marginibus posita adjectis, edente Joanne Gastio; in 8°. Basileæ, Th. Platteri 1543. 1544.

Novum Testamentum Gr. V. *Biblia Græca*, fol. Basileæ ex officina Hervagiana 1545.

» Hæc editio Novi Testamenti prodiit « ad Editionem Frobenianam quintam sive « postremam admissis tamen hîc illic lec- « tionibus, quæ meliores videbantur, ex edi- « tionibus Frobenianis prioribus. *Jo. Millius* « *ibid. p.* 116.

C Idem in 16. Basileæ per Hieron. Curionem 1545.

Novum Testamentum Gr. *charactere grandiori & magnifico, ad Erasmicam quintam editum*, in 4. Basileæ, Frobenii & Episcopii 1545.

» In hac editione textus incedit absque « comitatu, præterquam κεφαλαίων majo- « rum, quorum lemmata præmissa sunt « Evangeliis, notæque ipsorum numerales « ad marginem suis quæque locis appositæ « & ὑπογραφῶν Euthalianarum, quæ adfi-
D xæ sunt ad calcem singularum Epistola- « rum D. Pauli. «

Novum Testamentum Gr. *cum vetustissimis sedecim scriptis exemplaribus maximà curà & diligentià collatum. Editio nitidissima. (duodecim namque in ea sphalmata duntaxat occurrunt)* in 16. Parisiis ex officina Roberti Stephani, typis Regiis 1546. VII. Id. Novemb.

Ex præfatione. » O mirificam (*Francisci* « *I.*) Regis nostri optimi & præstantissimi « Principis liberalitatem... Quo quidem in «
E opere excudendo eandem quâ in cæteris « uti solemus diligentiam: majorem etiam, « ut par erat, religionem præstitimus. Si- « quidem codices nacti aliquot ipsa vetust- « tatis specie penè adorandos, quorum « (*octo*) copiam nobis Bibliotheca Regia « facilè suppeditavit; ex iis ita hunc nos- « trum recensuimus, ut nullam omninò lite- « ram secus esse pateremur quam plures, « iique meliores libri, tanquam testes com- « probarent. Adjuti præterea sumus cùm « aliis, tum verò Complutensi editione, « quam ad vetustissimos Bibliothecæ Leonis « X. codices excudi jusserat Ximenius; quos «

»cum nostris miro consensu sæpissimè con- »venire ex ipsa collatione deprehendimus »&c. «

» Robertus (*Stephanus*) collato cum »Codicibus Regiis, & Complutensi editio- »ne speciatim, Novo Testamento, literam »sacri textûs illam insecutus est, quam »plurium ac meliorum librorum suffragio »comprobatam deprehendit; eos verò »præstantiores, prout innuere videtur præ- »fatio, ferè judicavit, quibuscum concor- »daret Complutensis editio. *Millius proleg. in N. Test. Græcum. p.* 116.

Aliæ editiones Rob. Stephani 1549. 1550. 1551. *Theod. Janss. Almeloveen p.* 19. *catalogi librorum à Rob. Stephano excusorum falsò refert editionem Græcam N. T. in fol.* 1539. *Latina enim est & 2. pars Bibliorum anni* 1540.

Novum Test. Gr. studio Xysti Betuleji, in fol. Basileæ 1546.

Idem Græcè, in 8. Tiguri, Froschoveri 1547.

Idem Græcè, denuò accuratiori diligentiâ quàm hactenus excusum est (*editio tamen satis mendosa*), 8°. Basileæ, Nic. Brylingeri 1548.

Idem Græcè, 16. Parisiis, Petri Haultin 1549.

Novum Testamentum Græcum in 16. Parisiis. Excudebat Benedictus Prævotius 1549.

» Prodiit absque omni præfatione *ista »editio*. Nulla in hac Titulorum veterum »ad oram libri notatio, quam exhibuerat »Stephanica; sed sola distinctio facta per »intervallum quoddam & literam majus- »culam, nulla deñique prout in Stephani- »ca capitum hodiernorum divisio designa- »ta per numeros, sed tantùm per spatio- »lum interjectum & inchoatam de novo »lineam. Ipse porrò textus adeò totus ad »Stephanicum compositus est, ut per uni- »versum N. T. non nisi locis 51. quantùm »quidem olim observaverim, ab eo sit va- »riatum; idque ferè ad fidem Editionis »quintæ Frobenianæ, seu aliis Editionibus »stipatæ, seu (quatuor in locis) solius, ne- »que enim ultra undecim sunt, quæ reli- »quarum prorsus sint Editionum. Restant »autem adhuc tres lectiones, quas quidem »in multis exemplaribus manu exaratis aut »excusis videre contigit. » *Jo. Millius ibidem p.* 125.

Idem Græcè cum vetustissimis sedecim scriptis exemplaribus summâ curâ & diligentiâ collatum; præmittitur præfatio: O mirificam &c. in 16. Parisiis, ex officina Roberti Stephani 1549. IV. Idus Octobr.

Hæc editio cum ea quam anno 1546. *vulgavit Stephanus, ita congruit ut una eadem-*

A *que mihi videretur, nisi variantes* 67. *inter utramque lectiones reperisset Jo. Millius, ut notat ibid. p.* 125. *his verbis.* » Anno 1549. « iteratam N. T. editionem juris publici « fecit Rob. Stephanus, eâdem formâ, iis- « dem typis, (*ac ligaturis*) eâdem præfa- « tione quâ prior supra dicta; imò eodem « quo ista, numero paginarum ac versuum « seu linearum in quavis pagina. » (*In prio- ri tamen positus est ad calcem voluminis Index duodecim mendorum, quæ quidem in posteriori expuncta sunt.*) In hac autem «

B textus, Editionis prioris alteri adeò mi- « rificè congruit, ut ab ea nusquam abscef- « sum sit, quòd video, nisi in lectionibus « duntaxat 67. è quibus quatuor sunt du- « biæ fidei: è reliquis 26. pro genuinis ha- « beo, 37. non item. Adeò ut undecim sint « lectiones non bonæ in hac Editione Ste- « phanica plures quàm in priori. »

† Hæc editio characteris elegantia « præstat, & quod nullo omnino typogra- « phico errore inquinata sit. » *Paulus Colomesius Biblioth. Sel. pag.* 108. *Contra id,*

C *XIV. illius editionis sphalmata recenset Gottofr. Olearius in Observat. ad Matth. IV.* 8. §. 7.

Novum Test. Gr. Lat. Erasmi, 2. vol. in 16. Parisiis, Grajon & apud fratres de Marnef 1549.

Idem, 12. Parisiis, Du Puis & Fezandet 1549.

Novum Testam. Græcum, 8. Basileæ 1549.

Nov. Testamentum Græcè. V. *Biblia Græca* 1550.

D Novum Testamentum Græcum, *adjectis variantibus lectionibus, ex sedecim exemplaribus vetustissimis, quorum octo* ex Bibliotheca Regia, in fol. Parisiis, Rob. Stephani 1550.

Optima & elegantissima editio.

Ex præfatione. » Superioribus diebus C. « L. Novum Testamentum cum vetustissi- « mis sedecim scriptis exemplaribus, quan- « tâ maximâ potuimus curâ & diligentiâ « collatum, minore formâ, minutioribus- «

E que Regiis characteribus tibi excudimus. « Idem nunc iterum & tertiò cum iisdem « collatum, majoribus verò etiam Regiis « typis excusum tibi offerimus: iis præfixis « insertisve aut in calce positis, quæ us- « quam in scriptis aut excusis leguntur co- « dicibus: quæ omnia, angusta alterius « forma capere non potuerat. Ad hæc in « margine interiori varias codicum lectio- « nes addimus, quarum unicuique nume- « ri Græci nota subjuncta est, quæ nomen « exemplaris, unde sumpta est, indicet, « aut exemplarium nomina, quum plures « sunt numeri. Iis namque placuit, primo, « secundo, ad sextum decimum usque no- «

mina imponere, ut *primo* Complutensem Editionem intelligas, quæ olim ad antiquissima exemplaria fuit excusa: cui certè cum nostris mirus erat in plurimis consensus. *Secundo* exemplar vetustissimum in Italia ab amicis collatum; *tertio*, *quarto*, *quinto*, *sexto*, *septimo*, *octavo*, *decimo*, & *decimo quinto*, ea quæ ex Bibliotheca Regia habuimus. Cœtera sunt ea quæ undique corrogare licuit. Capitum juxta Græcos divisionem in interiori margine numeris Græcis notavimus... Nec omisimus Eusebii Cæsariensis Canones, &c. *Rob. Stephanus p. 37 Responsionis suæ ad Censuras Theol. Paris. fatetur se* exemplaria Græca quæ ipsi precariò data fuerant in Bibliothecam Regiam retulisse.

Præcipuæ editiones ad hunc textum conformatæ 1551. 1553. 1563. 1568. 1576. 1597. 1601. 1624. 1628. 1642. 1645. 1653. 1657. 1658. 1665. 1675. 1683. 1697. 1698. 1707. 1711.

» Stephanicæ editiones magnâ cum diligentiâ ad 16. Græca exemplaria collatæ fuerunt, & in majore, omnium elegantissima & accuratissima, plurimæ in istis exemplaribus inventæ variantes lectiones ad marginem interiorem sunt descriptæ. Sed tamen non omnes quæ illic habebantur, ut constare potest ex Bezæ annotationibus*, qui iisdem cum Rob. Stephano codicibus usus, quasdam in editione prætermissas recensuit. Nec etiam Stephanus in Novi Testamenti textu semper est secutus lectionem quam major exemplarium suorum numerus habebat; sed interdum eam, cui pauciora adstipulabantur, si modò inter pauciora illa Complutense esset, cui primas deferre proposuerat. Imo aliquando observavi, & miratus sum, ipsum in textum recepisse lectiones, quibus nullum prorsus istorum 16. exemplarium favebat; nec facilè possum conjicere quænam istius rei fuerit causa, cùm in lectione communiori non apparet aliquod manifestum σφάλμα, quod ab ea discedere cogeret. » *Ita Joan. Curcellæus in præfat. N. T. Græci ab ipso editi anno* 1658.

» Optandum omnino foret, ut vir doctissimus (*Rob. Stephanus*) explicatè dixisset, quænam editio fuerit, quam cum mss. codicibus contulit? quisnam textus ille, quem ex iis recensuit, Complutensis, Erasmicus, Aldinus, aut alius, demum quispiam? tum vero de singulis codicibus cujus notæ fuerint ac fidei? cujus ætatis ac seculi? accuratè & docta manu, an negligenter & ab ignato Librario exarati? expectandum saltem, ut indicasset de codice quolibet, qui ipsi jam ad manum, integer fuerit, an imperfectus & mutilus? totumne N. T. contineret an partem duntaxat? fueritne Evangeliorum, an Epistolarum. ... Absque hujusmodi aliquali notitia, perit maxima pars beneficii, quod ex mss. codicum lectionibus variantibus peti posset, & in pompam magis quàm usum congesta videtur ingens ista ad oram libri variationum moles. Ne dicam quòd laxior iste & indefinitus de codicibus sermo, trahat in falsa, uti forte fit, de S. Textu judicia. » *Ita Joan. Millius, ibid. p.* 117.

Ut defectus ille quem hic in Stephano Millius redarguit, quodammodo resarciatur, opus est accuratam horum sedecim Exemplarium recensionem instituere,

1 α Novi Testamenti editio Complutensis.
2 β IV. Evangelia & Actus Apostolorum.
3 γ IV. Evangelia. Codex Regius 2867.
4 δ N. Testam. excepta Apocalypsi. Cod. Regius 2871.
5 ε N. Testam. excepta Apocalypsi. Cod. Regius 3425.
6 ϛ IV. Evangelia. Codex Regius 2866.
7 ζ IV. Evangelia, Epistolæ Pauli, Epistola Jacobi, 1. & 2. Petri & 1. Joannis. Codex Regius 2242.
8 η IV. Evangelia. Codex Regius 2361.
9 θ Nov. Testamentum excepta Apocalypsi.
10 ι Actus Apost. Epistolæ Pauli, & Canonicæ. Cod. Regius 2870.
11 ια Actus Apost. Epistolæ Pauli & Canonicæ.
12 ιβ IV. Evangelia.
13 ιγ Actus Apost. Epistolæ Pauli, & Canonicæ excepta Epist. tertia S. Joannis & Epistola S. Judæ.
14 ιδ Matthæus, Lucas & Joannes.
15 ιε Epist. 1. & 2. ad Corinthios, Galatas, 1. & 2. ad Philippenses, & prima ad Timotheum, necnon Apocalypsis. Codex Regius 2869.
16 ιϛ Evangelium Lucæ & Apocalypsis.

IV. Evangelia leguntur in codd. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 12. & 14.

Actus Apostolorum in codd. 1. 2. 4. 5. 9. 10. 12. 13.

Epistolæ Pauli in codd. 1. 4. 5. 7. 9. 10. 11. 13. 15.

Epistolæ Canonicæ in codd. 1. 4. 5. 7. 9. 10. 11. 13. seu α. δ. ε. ζ. θ. ι. ια. ιγ.

Apocalypsis in codd. α. ι. 15. & 16.

Cum nonnisi septem codices præter Complutensem editionem, iidemque qui complectuntur

tuntur Epistolas Canonicas ad oram hujus editionis è regione commatis primæ Epistolæ S. Joannis 5 : 7. cum obelo apponantur, in quorum quinque Regiis omnia prorsus omittuntur quæ ab his verbis ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ usque ad hæc ἐν τῇ γῇ versus sequentis reperiuntur, in duobus pariter aliis hæc omissa esse credendum est, proinde totum illud comma in nullo codice, quo usus est Stephanus, extitisse.

» In textu ad hos codices formando, ita se comparatum ait Robertus, ut religiosè ac planè ad literam sequeretur plu- B res ac meliores è Regiis; eos scilicet qui maximè convenirent cum editione Complutensi, cui seu fundo innixura esset Editio hæc Stephanica. Sed & aliis prætereà editionibus adjutum se fatetur Robertus, iis nempè singulis quæ hanc suam præcessere. Nempè ita se habet ratio & structura hujus editionis. Complutensi seu basi insistere eam manifestum est in Evangeliis, Actis & Epistolis; verùm non ita strictè, quin ut ab ea recedat, locis certè, si calculum benè subduxerim, 581. è C quibus 361. genuinam lectionem continere arbitror; (in his autem partim mss. codices secutus est Stephanus, locis scilicet 15. partim editiones tres seu quatuor Frobenianas, Aldinam & Colinæam, aut etiam unam Ald. aut Col. locis sex, partim denique Frobenianam quintam, locis dico reliquis 340.) cæteras non item in quibus abit à Complutensi, seu ex fide mss. exemplarium, locis 22. seu ex auctoritate quintæ Frobenianæ, quod factum video in locis 198. In his certè malè om- D ninò reliquit Stephanus Editionem Hispanicam » *Jo. Millius ibidem pag.* 119.

Idem pag. 110. » Vidimus Editionis ejus structuram in Evangeliis, Actis & Epistolis. Nempè secundùm Exemplar Complutense cujus ἰδίως præcipuè insistebat, maximo apud Robertum loco fuisse editionem V. Frobenianam, hujus auctoritate pendere lectiones ferè infinitas, in quibus à Complutensi diversa abit hæc Editio. In Apocalypseos textu conficiendo haud aliis exemplaribus instructum E se ostendit in margine interiori tertiæ Editionis Stephanus, quàm Complutensi & MSS. duobus ια & ιϛ. At verò luculentè satis prodit libri hujus contextus, Editorem, horum duorum seu etiam trium codicum, quorum lectiones in oram Complutensis conjecerat, ipsiusq; etiam Complutensis, adeo exiguam seu potius nullam habuisse in textu suo statuminando rationem, ut rejecto locis plus 440. Codice Complutensi, Codice ια locis 240. Codice ιϛ locis plus minus 70. universum Apocalypseos textum conformatum dederit ad A Editionem quintam Frobenianam, comitatam 400. ferè in locis Editionibus Aldi & Colinæi, locis 10. sola Colinæa, locis circiter 30. una Aldina, solitariam autem ferè fuisse in reliquis lectionibus. «

» Lectiones variantes (*ait idem ibidem pag.* 126.) ad majorem aliquanto à textu distantiam, positæ sunt; lectiones, inquam, 16. Exemplarium, quibuscum textum suum collatum semel, iterum & jam tertiò dederat Editor. Licet autem lectio- B nes discrepantes plerasque omnes, etiam minutiores, summâ fide ac diligentiâ ad oram Hispanicæ Editionis adnotasse videatur Stephanus; illud tamen certum est plurimas ex iis idoneas visas fuisse quæ locum haberent in interiori hujus editionis margine; sed insigniores ferè, quæque majoris momenti habebantur. In uno certè exemplari Complutensi lectiones plus 700. omissas in hac editione deprehendimus; hoc est longè plures quam quæ in ea notatæ sunt; neque enim ad- C scriptas videre est ultrà 598. Neque certè credibile est majorem habitam fuisse cæterorum librorum rationem, quam Hispanici cujus ἰδίως insistebat hæc Editio. Sed & in mss. codicibus nostris, quos, ex collatione, Stephanicorum aliquorum gemellos planè comperimus ac ad eundem omnino textum descriptos, plurimas observavimus varietates, quæ in hujus Editionis margine non comparent. Testis est & Morinus, Exercit Bibl. lib. 1. Exercit. 2. c. 2. §. 3. Theodorum Bezam codi- D ces hosce Stephanicos à sodali mutuatum ut eorum ope textum Græcum N T. est: recenseret & commentaretur, nonnullas, quæ in margine hujus Editionis præteritæ erant, annotasse. Scilicet nondum innotuerat verus insignisque usus lectionum variantium; rejectæ sunt plurimæ, seu quisquiliæ, nulliusque planè pretii, à quibus novimus pendere sæpenumero veram & genuinam textûs Apostolici lectionem... «

E In universum notatæ sunt à Rob. Steph. in toto N. T. lectiones 1926. defectus 268. h. e. variationes 2194... In hac autem editione recessit Rob. Stephanus ab editione utraque sua priori locis, quantùm quidem observarim, 284... Missis leviculis varietatibus, item dubiæ fidei lectionibus, his inquam missis, cæteras quod attinet 71. genuinæ sunt; desumptæque sunt ex iis VII. ex mss. & editione *Colinæi*; XXV. ex Editione *Hispanica*; XXXIX. ex Editione *Frobeniana*; in reliquis à prioribus suis Editionibus perperam abiit Robertus, locis III. ex edit. *Colinæi*, XXII. ex MSS. VI. ex Edit. *Complutensi*, LX. ex *Frobeniana*. «

» Constat igitur, apud Editorem nostrum, » cùm textum N. T tertiâ jam vice concinnaret, maximæ auctoritatis fuisse Editionem Hispanicam & Frobenianam quintam: Exemplar *Complutense* eo jam fuisse loco, ut lectiones ejus anteà rejectas, in hac editione resumendas duxerit 31. & quidem locis 27. ejus unius fide, refragantibus reliquis, quæ tum extabant, editionibus... Neque vero minorem in hac Editione *Frobenianæ quintæ* rationem ab ipso habitam fuisse apparet; imo vero in omnibus N. T. libris præter unam Apocalypsin, multo majorem. Ejus siquidem ductu variatum constat ab utraque priori editione locis 99. Constat præterea ex calculo supra posito, haberi in hac Editione 20. lectiones *non bonas* plures quam in utraque priori. Id quod præcipuè factum, ex Stephani, cùm Editionem hanc adornaret, nimio in quintam *Frobenianam* studio. » *Hactenus Millius.*

Novum Testamentum Græcum cum duplici interpretatione D. Erasmi & veteris Interpretis, Harmonia item Evangelica (*Andreæ Osiandri*) & copioso indice. 2. vol. in 8°. (*Genevæ*). Ex officina Roberti Stephani M D. LI. *In omnibus exemplaribus quæ vidi annus notatur X L I. pro L I. in quibusdam abrasa est litera X. quo consilio id factum sit, prorsus ignoro, certum est hanc editionem vulgatam fuisse Genevæ anno ipso quo in hanc urbem se recepit Robertus Stephanus.*

» Lectori. Quum nobis in animo esset » Novum Testamentum, ut est è vetere » Interprete Latinè redditum, excudere, » adjectis tantum brevibus annotationibus... » (quales abhinc annos jam decem edideramus) *in latina editione N. T. hoc est anno* 1541. Ecce tibi amici aliquot &c. *Annotationes quas in proximum annum præparare scribit, non aliæ sunt quam eæ quas sub nomine Theod. Bezæ anno* 1556. *primâ vice excudit.* » Accipe à me hoc opus, in quo » Græcum habes Novum Testamentum ad » vetustissima exemplaria M SS. excusum: » adjecta duplici translatione: in interiore » quidem margine veteris Interpretis: in » exteriore, D. Erasmi... Quod autem per » quosdam, ut vocant, versiculos opus distinximus, id vetustissima Græca Latinaque ipsius Novi Testamenti exemplaria » secuti fecimus; eo autem libentiùs ea sumus imitati, quod hac ratione utraque » translatio posset omninò è regione Græco » contextui correspondere. »

» Græca eadem omnino, quod video, » (*inquit Jo. Millius pag.* 127. *prolegom. in N. T. Gr.*) cum prioribus anni 1550. nisi quod » Matth. c. 24. & Marci c. 13. ἐγγὺς mutetur » in ἔγγυς, quomodo se habebat in prima Stephanica. Illud verò in hac Edit. palmarium est, quod in ea jam omnium prima textus distinctus sit in themata ea, « seu versiculos, quibus hodieque utimur. « Hanc enim divisionem, quæ ipsi fortè, « cum equitando Lutetiâ Lugdunum peteret, in mentem venerat, jam perfecit « Robertus Stephanus (*de hac inventione videatur Henrici Stephani Rob. filii Præfatio in concordantias Græcas N. T.*) posuitque « in hac Editione, & ex eo tempore versiculos hosce agnoscunt pleræque editiones posteriores. *Ita Millius.*

Novum Testamentum Græcè, additis singulorum capitum argumentis Græcis, variis lectionibus, mutuisque testimoniis, cum præfatione Græca Crispini, in 12. è Typographia Joannis Crispini 1553. *Editio perquam elegans.*

Ex præfatione. » Contulimus in eodem « libro imprimendo tum varias codicum « lectiones, tum verò etiam annotavimus « mutua testimonia seu consimiles Scripturæ locos, qui invicem collati lucem dare « & conferre possunt. Apposuimus etiam « suis quibusque capitibus Latinorum more « separatis τὰ κεφάλαια &c. » *Aliæ Edit.* 1564. 1604.

» Anno 1553. *Joannes Crispinus* edidit « ad textum *Rob. Stephani*, N. T. minori « formâ, typisque admodum elegantibus. « In hac autem cùm loca S. Scripturæ, « *Stephanique* lectiones variantes ad oram « exteriorem libri collocarit, tum verò « κεφάλαια lemmata novâ methodo disposuit; missis quidem subinde veteribus, infertisque aliis de suo. Verùm haud placebat huc qualecunque artificium: neque « quisquam postea N. T. in hanc formam « edidit. » *Joan. Millius ibid p.* 127.

N. Test. Gr. Lat. Erasmi, 8. Basileæ, Nic. Brylingeri 1553. 1558.

Idem, 8. Lugduni, Tornæsii 1559.

Idem additis Græcis summariis rerum & sententiarum quæ singulis capitibus continentur, variisque lectionibus, 8. Tiguri, Froschoveri 1559.

Novum Testamentum à Theodoro Beza versum ad veritatem Græci sermonis è regione appositi cum ejusdem aonotationibus & præfatione) *quæ extat in prima hujus versionis editione Latina anni* 1556.) in fol. Basileæ, impensis Nicolai Barbetii & Thomæ Courteau 1559.

Aliæ editiones textûs Græci cum eadem versione 1560. 1562. 1563. II. *recognitio* 1565. *alia vice* 1565. 1567. 1580. III. *recognitio* 1582. 1588. IV. *recognitio* 1589. 1590. 1594. V. *& ultima recognitio* 1598. 1604. 1611. 1625. 1626. 1628. 1642. 1643. 1647. 1663. 1671. 1708.

Idem Gr. Lat. Bezæ cum ejus annota-

tionibus, in folio, Basileæ 1560. *Eadem est ac præcedens editio.*

Novum Testamentum Græcè & Latinè ex versione Desid. Erasmi in 8°. Basileæ, Nic. Brylingeri 1562.

N. Test. Gr. cum lectionum varietate 8°. Basileæ, iisdem typis 1563.

» In hac editione quædam lectiones à
» Stephanicis diversæ inveniuntur notante
» id Sauberto in variis lectionibus Matthæi,
» plurimæ tamen consonæ. «

Novum Testamentum Gr. & Lat. Bezæ cum quibusdam brevibus annotat. in 8°. Excudebat Henr. Stephanus 1563.

Aliæ editiones Henrici Stephani 1565. 1567. 1576. 1582. 1587. 1589.

Novum Testam. Græcum, in 24. Antverpiæ, Christoph. Plantini 1564.

Aliæ editiones Plantini 1572. 1573. 1574. 1583. 1584.

N. Test. Græcum, 8°. Lipsiæ, ex officina Woegeliana 1564.

Novum Testamentum Gr. Lat. Erasmi adjectis argumentis à Philippo Nicolai, in 8°. Lipsiæ, Voegelii 1564.

Novum Testamentum Græcum cum argumentis capitum Latinis & quibusdam variis lectionibus, in 16. typis Joannis Crispini 1564. 1565. *Eadem est editio, & quidem correctissima.*

Novum Testamentum *sive novum fœdus*, cujus Græco contextui respondent interpretationes duæ: una, vetus; altera, Theodori Bezæ, diligenter ab eo recognita. Ejusdem Theod. Bezæ annotationes, quas itidem hâc secundâ editione (*prima enim est anni* 1556. *absque textu Græco*) recognovit & accessione non parvâ locupletavit. Accessit in hac editione responsio ejusdem ad Sebast. Castalionem. *Præmittitur epistola Elizabethæ Anglorum Reginæ dicata & scripta Genevæ* 1564. *sive prioris editionis præfatio eadem, sed initio & in fine aucta & quibusdam in locis mutata*, in folio. Excudebat Henricus Stephanus 1565.

Ex hac Epistola. » Annus jam agitur
» octavus ex quo nostram hanc novi Tes-
» tamenti versionem (*hoc est anno* 1556.)
» additis annotationibus aggressus, aliquod
» ejus specimen edidi... Veterem interpre-
» tem Erasmus meritò in eo reprehendit
» quòd unum idemque vocabulum sæpe
» diversis modis explicet... Deinde quàm
» immeritò multis locis *illum* reprehendit,
» tanquam à Græcis dissentientem? Dissen-
» tiebat, fateor, ab iis exemplaribus quæ
» ille nactus erat: sed non uno loco com-
» perimus aliorum codicum, & quidem ve-
» tustissimorum authoritate eam interpre-
» tationem niti quam ille reprehendit. Quin
» etiam aliquot locis animadvertimus vete-

A ris Interpretis lectionem, quamvis cum «
nostris Græcis exemplaribus interdum ei «
non conveniat, tamen ipsis rebus meliùs «
quadrare *quàm versionem Erasmi*: nempe «
quod ille, quisquis fuit, emendatiùs ali- «
quod exemplar nactus esset. Præterea «
quisquis ex veterum scriptis aut Græcis «
aut Latinis ista emendanda susceperit, «
nisi admodum attentè & consideratè id «
faciat, omnia certè corruperit potius «
quam emendarit... Studui autem impri- «
mis ut non modò à Græcis, sed etiam à
B recepta jam olim editione quàm mini- «
mùm deflecterem. Verhorum proprieta- «
tem adeò studiosè sum sectatus, ut etiam «
à synonymis, quoad ejus fieri potuit, li- «
bens ahstinuerim. Singula Græca vocabu- «
la eodem uhique modo exprimere studui, «
nisi cùm diversa fuit significatio, aut pe- «
culiaris aliqua ratio incidit: quam & ip- «
sam breviter plermúque annotavi. «

Hebraismos tum in singulis dictionibus, «
tum in sensibus integris plurimos ohserva- «
vi, præsertim Antonii Cevalerii diligen- «
C tiâ ac eruditione adjutus, ut, quæ sunt «
hujus generis, non mihi sed illi dehean- «
tur. In ipsis porrò Hebraismis Latinè ex- «
primendis aliquoties malui non summam «
habere Latinitatis rationem, quàm te- «
merè Castellionis exemplo quicquam au- «
dere... Deinde cum in illis explicandis «
non semper consentiant doctissimi etiam «
scriptores, satius esse existimavi, integra «
omnia interdum relinquere quàm com- «
mittere ut, illata in ipsum contextum «
unâ interpretatione, alias omnes viderer «
D rejecisse. Neque tamen nohis religio fuit »
in annotationibus illustrare quæ obscuriùs «
dicta videbantur, & quid potissimùm se- «
queremur, paucis indicare. In ipsis autem «
annotationibus studoi ut nihil prorsus ap- «
pareret ad ostentationem compositum, «
quum alioquin multæ sese liheriùs exal- «
tandi occasiones offerrent. Itaque verbo- «
rum & formularum interpretatione con- «
tentus, addidi exempla ex profanis autho- «
ribus petita, non quoties licuit, sed quoties «
(meo judicio) ita necesse fuit... «

E In his autem omnibus concinnandis, «
cum Vallæ, Stapulensis, Erasmi annota- «
tionibus, etiam veterum tum Græcorum «
tum Latinorum & recentiorum quoque «
doctissima scripta diligenter contuli; à «
quibus me plurimùm adjutum esse ultrò «
profiteor: quanquam ne his quidem aut «
illis ita fui addictus, ut meum judicium «
liberè non sim sequutus. Ad hæc omnia «
accessit exemplar ex Stephani nostri Bi- «
bliotheca cum viginti quinque plùs minùs «
manuscriptis codicibus & omnibus penè «
impressis, ab Henrico Stephano ejus filio «
quàm diligentissimè collatum; quæ res «

» una præ cæteris magnopere me in plerisque sublevavit &c. » *Huc usque præfatio.*

» Henricus Stephanus notatis à Roberto Stephano patre suo ad oram editionis nobilissimæ N. T. Græci anni 1550. lectionibus variantibus Editionis Complutensis & quindecim mss. Exemplarium, adjecerat variationes aliorum decem codicum & Editionum penè omnium quæ Stephanicam præcesserant. Hoc Exemplar Robertus Theodoro Bezæ suo, qui novam jam versionem & annotationes in N. T. moliebatur, in manum tradidit; isque tanto thesauro mirificè se in opere isto adjutum profitetur. Ecquis verò ipsi usus harum lectionum? Adhibet eas scilicet ad explicandos Scripturæ sensus seu etiam [illegible] suas stabiliendas: raròad eruendum, cui potissimum inserviebant, sacri codicis textum genuinum, de hoc enim parùm laborat: & ubi de lectionis cujuspiam *αὐθεντίᾳ* fortè agit, ostendit quàm nihil ferè in his rebus viderit, vir aliàs eruditus & perspicax. *Jo. Millius p.* 130. *proleg. in N. T. Gr.*

Novum Testamentum sive fœdus, Græcè & Latinè, Theodoro Beza interprete; additæ sunt, eodem authore, summæ breves doctrinæ &c. Ejusdem ad Illustr. Principem Ludovicum Borbonium, Principem Condensem & Gallicam nobilitatem Præfatio, 8. Typis Henr. Stephani 1565.

Novum Testamentum Gr. Lat. Erasmi, in 8. Basileæ, Nic. Brylingeri 1566.

† N. Test. Gr. *additis κεφαλαίων lemmatibus, variis lect. mutuisque testimoniis.* 8, Tiguri apud Froschoverum 1566.

N. Test. Gr. Lat. Bezæ 8. Typis Henr. Stephani 1567.

Novum Testamentum Græcum; *adjectæ sunt ad calcem diversæ lectiones ex antiquissimis exemplaribus desumptæ; editio nitida & emendatissima.* 2. vol. in 16. Parisiis, ex officina Roberti Stephani, *Roberti filii* 1568. *Ad calcem legitur*: Excudebat Robertus Stephanus, Typographus Regius, Parisiis idibus Januarii an. 1569.

» Rob. Stephanus candido Lectori S. Cùm Testamentum Græcum hac minori forma à patre meo semel atque iterùm (*nempe anno* 1546. *&* 1549.) typis commissum, à multis quotidiè desiderari animadvertissem; id iisdem characteribus denuò excudendum curavi: additis tamen ad priores illas editiones variis antiquorum exemplarium lectionibus non quidem omnibus, sed iis duntaxat quæ aut sensum juvare, aut ei aliquid detrahere, viris quibusdam doctis visæ sunt. «

» In editionibus Stephanicis minoris formæ (*vel potiùs in hac sola*) non omnes lectionum varietates, quæ in majore extant, annotatæ fuerunt, sed tantum quæ præcipuæ videbantur; quas deinde alii typographi, qui variantes aliquas lectiones adjecerunt ad marginem suarum editionum, tanquam archetypum sequendas sibi proposuerunt. » *Stephanus Curcellæus in præfat. N. T. Græci ab ipso editi an.* 1658.

» Prodiit hæc editio eâdem formâ iisdemque typis quibus priores duæ patris Roberti .. Ad libri verò calcem positæ sunt variantes Editionis Stephanicæ tertiæ lectiones, non omnes quidem, sed quæ doctis quibusdam visæ sunt insigniores. Textus huic idem ferè est qui duabus prioribus. Rariùs hîc ab eis, aut earum saltem alterutra recessum est. Ne quidem ad tertiam transitum esse video, nisi septem duntaxat in locis. « *Jo. Millius ibid. p.* 131.

Novum Testamentum Græcum cum versione Latina Vulgata & Syra. V. *Idem Polyglotton* 1569.

Novum Testamentum Græcè & Latinè ex versione Desid. Erasmi innumeris in locis ad Græcam veritatem genuinumque sensum emendata. Glossa compendiaria Matthiæ Flaci Illyrici in Novum Testamentum cum ejus epistola Consulibus & Ecclesiæ Argentoratensi dicata, in folio. Basileæ, Petri Pernæ 1570. 2. *editio* 1659.

Ex Epistola nuncupatoria. » Adjiciam quidnam simus saltem conati in hac editione. . . Primùm Græco textui præter concordantias additæ sunt diversæ lectiones, hactenus à diversis ex collatione veterum exemplarium, patribusque & vulgata versione collectæ. Deinde versionem Erasmi adjunctam in pluribus locis ad Græcam veritatem, genuinumque cujusque loci sensum & etiam sententiæ perspicuitatem, Græcarumque vocum aut etiam Hebræarum proprietatem & emphasim emendare conati sumus. Tertiò tam Græcus quàm Latinus textus per versus distinctus est... Adjecimus brevia scholia in margine sacri textûs. . . præposuimus singulis capitibus duplicia argumenta, versu & solutâ oratione facta... Quoad glossam à me adjectam attinet, multa quidem dicenda forent, *&c.* »

Novum Testamentum Gr. Lat. Erasmi, in 8°. Lipsiæ, Voegelii 1570.

Novum Testamentum Gr. ex postrema Erasmi recognitione 16. Basileæ, Thomæ Guarini 1570.

Novum Test. Græco-Latinum Erasmi 8°. Basileæ, Brylingeri 1571.

Novum Testamentum Græcè *ex edi-*

tione Complutensi cum vulgata interpreta- A tione Latina Græci contextus lineis inserta. Quæ quidem interpretatio, cum à Græcarum dictionum proprietate discedit, sensum videlicet magis quam verba exprimens, in margine libri est collata; atque alia, Ben. Ariæ Montani opera è verbo reddita, in ejus est substituta locum. V. *Biblia Polyglotta Antverpiensia* 1572.

Aliæ editiones Græci contextûs cum hac versione recognita. V. *Biblia Polyglotta* 1657. V. *infrà Novum Testamentum Græcum* B 1581. 1583. 1584. 1599. 1609. *bis*, 1612. 1613. 1619. *bis*, 1622. 1627. 1698. *bis*, 1710.

» Editiones *Novi Testamenti Græci* omnes » quæ abhinc centum aut circiter annis » factæ sunt, aut adhuc fiunt, nihil meliùs » aut accuratiùs primis illis habent. Sunt » enim omnes vel ad Frobenianas, vel ad » Stephanicas, vel ad Plantinianas expressæ, quarum accurationem & elegantiam » assequi posse summa votorum est multis » hujus ævi typographis. Plantinianæ au- E » tem Complutensem, quæ fuit omnium » prima, (*excusa quidem non verò publicata*) » τῷ πόδας secutæ sunt, nisi quod accen- » tuum & spirituum notas, in ea omissas, » adscripserint; sed nullarum variantium » lectionum meminerunt, quasi omnia exemplaria quibus usi sunt Complutenses » inter se consensissent; cùm tamen facilè » conjici possit ex aliis quæ communiter in » manibus versantur, in istis quoque, præ- » sertim si magno fuerint numero, non par- D » vam à collatoribus inventam esse discrepantiam. *Hæc scribebat Stephanus Curcellæus anno* 1658. *in præfat. N. T. Græci ab ipso editi.*

Novum Testamentum Græcum minutioribus literis, in 8. Antverpiæ, Christophori Plantini 1573.

Idem, in 24 iisdem typis 1574. Idem Gr. Lat. in 8. iisdem typis 1574.

Novum Testamentum Græcum; obscuriorum vocum & quorumdam loquendi generum accuratas partim suas partim E aliorum interpretationes margini adscripsit Henricus Stephanus, *cum ejus luculenta præfatione in sequentibus editionibus semper omissa* (in qua de stylo N. T. itemque de lectionibus quibusdam & interpretationibus sacri textus agitur.) *Capitum summaria Latinè expressa sunt*, 2. vol. in 16. Excudebat Henricus Stephanus 1576.

Novum Testamentum Græco-Latinum ex versione Desid. Erasmi, in 8°. Basileæ, apud Hæredes Nic. Brylingeri 1577.

Nov. Testamentum Græco-Latinum Desid. Erasmi, studio Philippi Nicolai editum, in 8°. Lipsiæ, Joan. Steinman 1578.

Novum Testamentum Græco-Latinum Theodoro Bezâ interprete, *adjectâ versione Latinâ vulgatâ.* Huic autem *tertiæ* editioni præter quorumdam locorum recognitionem accesserunt breves difficiliorum phraseon expositiones, & aliæ quædam annotatiunculæ, cùm ex majoribus ipsius Bezæ annotationibus, tum aliunde excerptæ, *operâ Loselerii Villerii & Joannis Cherpontii*, in 8. Excudebat Henricus Stephanus 1580.

» Typographus Lectori. Quoniam multi, qui tertiam hanc Novi Testamenti « editionem multo superioribus locupletio- « rem esse audient, omnia, quæ ad ejus « locupletationem contulimus, animadver- « tere statim non poterunt. Sic igitur ha- « beto Lector. Quum Loselerius Villerius « ad ea quæ binæ editiones superiores ha- « bebant, phraseon & quorumdam etiam « difficilium locorum expositionem partim « ex majoribus Bezæ ipsius annotationibus, « partim ex Joachimi Camerarii notis ad- « didisset, his quoque adjici multa posse, « in his pleraque posse emendari: dignam « esse hanc tertiam editionem putavi, quæ « non solùm illam Villerii accessionem, ve- « rùm & aliam sibi propriam exhiberet. « Dum igitur commodùm in Joannem « Cherpontium incidissem, meúmque illi « consilium communicassem, ostendit mox « ex parte jam navatam à se, quam navari « cupiebam, operam &c. »

Novum Testamentum Græcè & Latinè ex recognitione Benedicti Ariæ Montani V. *Biblia Hebraica* 1581.

N. Testam. Græco-Latinum Erasmi, 8. Lipsiæ 1581.

Novum Testamentum cujus Græco contextui respondent interpretationes duæ; una, vetus: altera Theod. Bezæ. Ejusdem Bezæ annotationes, quas itidem hac tertiâ editione recognovit & accessione non parvâ locupletavit. in fol. (*Genevæ typis Henrici Stephani*) 1582.

» Lectori Beza. Quid sit à nobis in hac « tertia hujus voluminis editione præstitum, sic paucis cognosce. Hos novi fœ- « deris libros, non modò cum variis septemdecim Græcorum codicum à Rob. « Stephano citatorum lectionibus rursum « contulimus, sed etiam cum Syra interpretatione. *Deinde mentionem facit codicis vetustissimi quem Academiæ Cantabrigiensi dono dedit, & codicis Claromontani, ex quibus, inquit*, plurima non parvi momenti « observavimus. Denique in Latina interpretatione nostra paucula quædam facere « meliora studuimus: in annotationibus quædam, partim ab amicis admoniti, partim «

» judicio nostro emendavimus, multa priùs » non animadversa suis locis adjecimus, &c.

» *Beza* in annotationibus licèt vitium » unum & alterum correxerit, cætera tamen » mordicùs tuetur, ac nova insuper addit, » & quidem ferè ex auctoritate Codicum » duorum eximiæ vetustatis (*sc. Cantabrigiensis posteà dicti, & Claromontani*) & versionum, quibus se in secunda hac annotationum Editione locupletatum fuisse » gloriatur. *Jo. Millius p. 131. proleg. in N. T. Gr.*

Nov. Test. Græco-Latinum ex recognitione Ariæ Montani, in 8. Antverpiæ, Plantini 1583.

Novum Testamentum Gr. Lat. ex versione Sebastiani Castalionis, in 8. Venetiis 1583.

Aliæ editiones 1584. 1591.

Nov. Testamentum Græco-Latinum ex recognitione Ariæ Montani, *editio præstantissima*, fol. Antverpiæ, Plantini 1584.

Novum Test. Græcum cum versione Latina vulgata & Syra. V. *Idem Polyglotton* 1584.

N. T. Gr. Lat. Castalionis, 8. Antverpiæ 1584.

Novum Testamentum Græcè sub Aristarchi (*forsan Isaaci Casauboni*) limam revocatum, additis notis marginalibus, in 8°. Basileæ, ex officina Brylingeriana 1586.

Novum Testamentum Græcum cum notis marginalibus (*Isaaci Casauboni*) & nova præfatione, & capitulis Græcis seorsum, Latinis verò in textu, in 16. (*Genevæ*) Oliva Henrici Stephani 1587.

Novum Testamentum Græcum cum interpretatione vocum obscuriorum & quorumdam loquendi generum. 16. Oliva Henr. Stephani 1587.

Novum Testamentum Græcum cum notis Isaaci Casauboni in quatuor Evangelia & Actus Apostolorum. *Ad calcem* adjectæ sunt variæ lectiones omnes cum diligenti similium locorum collatione, 3. *editio*, in 16. *Genevæ*, Eustathii Vignon 1587.

» Typographus Lectori. En tibi amice » Lector, sacrum hoc volumen, jam ter- » tiò à nobis ista formâ editum: nunc verò » etiam auctum & locupletatum... dedi- » mus jam operam ut hæc editio multò » quàm antehac emendatior exiret, &c.

Novum Testamentum Græcum ad editionem Henrici Stephani impressum cum ultima Theodori Bezæ diligenter collatum in 12. Londini Wautrollerii 1587.

Novum Testamentum Græco-Latinum ex vulgata versione, & nova Bezæ, cum ejus annotationibus ex editione tertia, in folio. Genevæ, Jacobi Stoer 1588.

Novum Testamentum, cujus Græco contextui respondent interpretationes duæ; una, vetus; altera, Theod. Bezæ, nunc quartò diligenter ab eo recognita. Ejusdem annotationes, quas itidem hâc quartâ editione accuratè recognovit, & accessione non parvâ locupletavit. Adjecti sunt duo novi indices, in folio. (*Genevæ*) Oliva Henrici Stephani 1589.

» Christiano Lectori Theodorus Beza, » &c. Annus igitur sextus, ex quo, C. L. » quid sit à nobis in tertia hujus voluminis » editione præstitum, sic paucis declaravi. » Hos novi Fœderis libros non modò cum » variis 17. Græcorum codicum &c... Hæc » tum ego igitur... Quartam autem hanc e- » ditionem idem à meexpressit juvandæ ma- » gis ac magis Ecclesiæ studium... Rursum » igitur illa omnia placuit quartò conferre, » dispicere, & diligentiùs etiam quam un- » quam antehac expendere. Observavi quo- » que locos non paucos tum ex veterum » Græcorum & Latinorum Patrum, tum » ex eruditorum nostri seculi scriptis. Con » tuli quoque multa cum Sanctis Pagnini » thesauro *ex editione anni* 1577. Admonuit » etiam me de non paucis Joannes Drusius... » nihil æquè me adjuvit atque Joannes Piscator, &c. Genevæ 1588. »

N. Test. Gr. in 8. Antverpiæ, Plantini 1590.

Novum Testamentum Græco-Lat. Bezæ, 8°. Genevæ, Eustathii Vignon 1590.

N. Test. Græcè, in 24. Leidæ, Raphelingii 1591.

N. Test. Gr. Lat. Castalionis, 18. Lipsiæ 1591.

N. Test. Gr. Lat. Erasmi, in 4°. Lipsiæ 1592.

Novum Testamentum Græco-Latinum, vulgatâ editione Latinâ à Theologis Lovaniensibus quàm diligentissimè recognitâ & emendatâ, Græco contextui è regione oppositâ, in 8. Coloniæ, Arnoldi Mylii 1592.

Novum Testamentum Græcum cum Latina interpretatione vocum obscuriorum in margine, in 16. Londini ex Typographia Regia 1592.

N. Test. Gr. Lat. Erasmi, in 8. Lipsiæ, Voegelini 1594.

Nov. Test. Gr. Lat. Th. Bezæ, in 12. Franekeræ, Radæi 1594. In 24. Francof. 1594.

Nov. Test. Græcum & Lat. adjectis argumentis & concordantiis marginalibus, 8°. Lipsiæ 1595.

N. Test. Gr. studio Davidis Wolderi. V. *Biblia Polyglotta* 1596.

Nov. Teſt. Gr. Lat. ex prioribus Eraſ- A mianæ verſionis editionibus emendata, 8. Francofurti, Palthenii 1596.

Nov. Teſt. Gr. *juxta editionem Roberti Stephani anni* 1550. & 1568. V. *Biblia Græca* 1597.

Ex præfat. horum Bibliorum. » Ad Novum Teſtamentum quod attinet, exemplar Roberti Stephani Typographi Regii, » patris & filii, ſecuti ſumus, atque varias » lectiones quæ non tantum in eo exemplari » ex codicibus Regiis collectæ continebantur; ſed & in Complutenſi, ac in aliis B » editionibus & quorumdam annotationibus reperiri potuerunt, adjici curavimus. »

Novum Teſtamentum cujus Græco contextui reſpondent interpretationes duæ; una, vetus; altera, Theod. Bezæ. Ejuſdem Th. Bezæ annotationes, in quibus ratione interpretationis vocum reddità, additur ſynopſis doctrinæ &c. & ipſe quoque contextus quaſi brevi commentario explicatur. Omnia nunc demùm, ultimâ adhibitâ manu, quam accuratiſ- C ſimè emendata & aucta, ut quodammodo novum opus videri poſſit, *cum nova præfatione & nova Epiſtola Elizabethæ Anglorum Reginæ etiam dicata. 5. recognitio.* in fol. *Genevæ apud Hæredes Euſtathii Vignon* 1598.

» Chriſtiano Lectori Th. Beza. Annus » agitur quadrageſimus ſecundus, ex quo » Novi Teſtamenti Latinam interpretationem ſum aggreſſus (*ſcilicet anno* 1556.) » Græco contextu non modò cum novemdecim vetuſtiſſimis (*ſeptemdecim ſcilicet* D » *Henr. Stephani, Bezano & Claromontano*) » quàm plurimis mſc. & multis paſſim impreſſis codicibus, ſed etiam cum Syra interpretatione collato, & quàm optimâ » potui fide ac diligentiâ, partim cum veterum Græcorum & Latinorum patrum » ſcriptis, partim cum recentioribus Theologorum verſionibus & variis enarrationibus » comparato...

» Ita igitur factum, ut quater iſtud à » me fuerit editum, novis ſemper acceſſionibus valdè locupletatum, dum paucula E » quædam in ipſo contextu facere meliora » ſtudeo, in annotationibus quædam, partim ab amicis admonitus, partim judicio » ipſe meo, emendo; quædam protſus tollo: multa priùs à me non animadverſa, » adjicio ... tantùm abſum ab eo ut toties » innovatæ iſtius rei me pœnituerit, ut in » hac quintâ hujus operis editione eandem, » imò etiam penè majorem, quam unquam » anteà, operam, diligentiam, fidem adhibuiſſe me minimè pudeat. Immò nunc » quoque libens agnoſcam, ac profitear à » me, neque tanti operis magnitudini, neque meo ipſius ſummo deſiderio, quamvis non paucorum veterè amicorum operâ « adjuto, eſſe ſatisfactum. «

Inter hos autem, duos nominatim « hoc loco recenſeam; ſc. *Joan. Piſcatorem* « *& Tuſſanum Berchetum.* .. mecum omnia « communicare ſuſtinuerunt ... ut profiteri « minimè verear non parvam iſtius quintæ, « &, ut ſpero, ultimæ futuræ editionis partem, illorum eruditioni & candori deberi. Quid plura? Hanc ipſam editionem « dum adhuc ſub prelo eſſet, non paucis « in locis, & in ipſo contextu, & in annotationibus, nonnullis partim notatis, partim detractis, partim adjectis, recognovi « &c. Genevæ 1598 «

» Per illam editionem varietatem facrum eſt (*inquit Kortholtus cap.* 15. *de variis* « *Scripturæ ſacræ editionibus* §. 30.) ut annotationes interdum verſioni parùm reſpondeant, imò apertè ſibi adverſentur. »

N. T. Gr. Lat. Eraſmi, 8. Lugduni, Jac. Rouſſin 1598.

Nov. Teſt. Græco-Latinum Ariæ Montani, in fol. & in 8. Ex Officina Commeliniana 1599.

Nov. Teſt. Græcum, 2. vol. in 16. Lugduni, Antonii de Harſi 1599. 1600. *Eadem eſt editio.*

Nov. Teſtamentum Græcum, ut ex Bibliotheca Regia anno 1546. per Robertum Stephanum excuſum fuit, *cum præfatione:* O mirificam &c. in 16. Francofurti, apud Hæredes Andreæ Wecheli 1600.

Nov. Teſt. Græcè, in 12. Leidæ, Raphelengii 1601.

Nov. Teſt. Græcum *juxta editionem Rob. Stephani anni* 1550. in fol. Francofurti apud Wechelios 1601.

Nov. Teſt. Græcum V. *idem Polyglotton* 1602.

Novum Teſtamentum Græcè cum obſervationibus & notis Oligerii ſive Gumnæi Roſenkrantii & aliorum, 2. vol. in 8°. Ex Officina Commeliniana 1602.

Novum Teſtamentum Græcum ex recognitione Henrici Stephani 3. *editio*, in 16. Ex Officina Pauli Stephani 1604.

Nov. T. Græcum in 16. Genevæ, Joan. Criſpini 1604.

Nov. Teſt. Græcum cum Latina interpretatione vocum obſcuriorum in margine, in 12. Baſileæ 1604.

Novum Teſtamentum Græco Lat. Bezæ cum ejus majoribus annotationibus, 2. vol. in 8. Genevæ, Vignon, Criſpini 1604.

Nov. Teſt. Græcè & Latinè ex verſione

Desid. Erasmi, in 8. Wittebergæ, Samuëlis Schalischii 1606.

N. T. Gr. in 16. Genevæ, de la Roviere 1609.

Novum Testamentum Græcum Lat. Ariæ Montani, fol.°& 8. Ibid. iisdem typis 1609.

Idem in 8°. (*Leidæ*) ex Officina Plantiniana 1609.

Idem, 2. vol. in 16. Genevæ, Petri de la Roviere, Jac. Stoer, Jac. & Petri Choüet 1609.

Nov. T. Græcè, in 16. Lugduni, Petri de Harsy 1610.

N. T. Gr. & Lat. ex versione vulgata, 2. vol. 16. Lugduni, apud Viduam Antonii de Harsy 1611.

Nov. Test. Gr. & Lat. ex versione vulgata & nova Bezæ, 8. Genevæ, Jo. Vignon. 1611.

Novum Testamentum Græcum, in 24. (*Leidæ*) ex Officina Raphelengii 1612.

Novum Testamentum Græcum Lat. Ariæ Montani, in 8. *Genevæ*, Samuëlis Crispini 1612.

Idem, in 8°. Leidæ, Raphelengii 1613.

Nov. Test Gr. cum variantibus lectionibus ab Isaac Casaubono recensitum, 12. Genevæ, Vignon 1613.

Novum Test. Gr. V. *idem Polyglotten* 1614.

Nov. Test. Gr. cum variantibus lect. recensitum notisque exornatum ab Isaaco Casaubono, editio 4. *editionis* 1587. *ectypus*, in 16. Genevæ, Joannis Vignon 1615.

Nov. Test. Gr. Lubini. V. *N. Test. Polyglotton* 1615.

Nov. Testamentum Græco-Latinum cum notis Isaaci Casauboni & Henrici Stephani, in 12. Ex Officina Pauli Stephani, 1617.

Nov. T. Græcè & Latine ex versione Erasmi, in 8. Wittebergæ, typis Hæredum Seuberlichii 1618.

Novum Testam. Græco-Latinum ex versione Erasmi studio Matthæi Haffenrefferi editum & recognitum cum ejus præfatione & variantibus lectionibus, in 4. Tubingæ 1618.

Ex præfatione. » Erasmiana versio non » ubique ad verbum servata est ... & ut » constaret quænam vox aut sententia non » Erasmi, sed meæ esset versionis, illam » diverso characterum genere exprimen- » dam curavi, Erasmianis præmissis, &c.

N. T. Græcè typis majoribus cum notis Josephi Scaligeri in locos aliquot difficiliores ad calcem, in 4. Coloniæ Allobrogum, Petri de la Roviere 1620. Servabatur in Bibliotheca hujus editionis Exemplar ab Henrico Ernstio collatum cum viginti Codicibus editis vel manuscriptis.

Nov. Test. Græcè cum notis Stephani, Casauboni & Scaligeri, *editio mendis scatens*, in 8°. Londini 1622. *Editio* 1633. & 1641. *eadem est.* V. *ad an.* 1641.

Nov. Test. Græcum auspiciis & sumptibus Nicephori Thessalonicensis Episcopi, & Demetrii Sacerdotis, directore Erasmo Schmidio, cura Zachariæ Gergani nobilis, 4. Wittebergæ, Augusti Boreci 1622.

Secunda editio additâ ejus versione Latinâ 1658.

Novum Testam. Græco-Latinum Ariæ Montani, in 12. Genevæ, Th. Wautrollerii 1621.

Nov. Testam. Græcum ex Regiis (*i. e. Antverpiensi Philippi II.*) aliisque optimis editionibus summâ curâ expressum *absque versuum distinctione*, in 16. Lugduni Batavorum, ex Officina Elzeviriana 1624.

» Elegans planè hæc editio & admo- « dum emendata; textus ipse, quicquid « ferant Curatores isti ad unum Stephani- « cum tertium totus compositus videtur, « præterquam duodecim in locis, in quibus « solis, quantùm video, à Stephanico re- « cessere. *Joan. Millius p.* 137. *prolegom. N.* « *T. Gr.*

Aliæ editiones Elzevirianæ 1633. 1641. 1656. 1658. 1662. 1675. 1678. *Hæ omnes nitidissimæ sunt, at mendis non omninò immunes.*

» Christophorus Plantinus anno 1571. « Antverpiæ eximium illud opus, quod Bi- « blia Regia vocant, variis linguis emisit, « & Græcum Testamentum aliquoties se- « paratim. Et hoc nostro ævo Elzevirii ne- « mini antecedentium fide & industriâ ce- « dentes, non semel id typis suis descripse- « runt. *Steph. Curcellæus, editionis Græcæ N.* « *T. anni* 1675.

Novi Testamenti Græca editio juxta Editionem Antverpiensem Regiam, Romæ jussu Urbani VIII. Pont. Max. adornanda circa annum 1624. aut 25. (*Utrumque hunc annum determinant electio Urbani VIII. ad summum Pontificatum quæ facta est an.* 1623. *& electio Joan. Matthæi Caryophili qui erat Archiepiscopus Iconiensis an.* 1626. *cùm confutationem Nili Thessalonicensis de Primatu Papæ edidit, de qua tamen dignitate in hac præfatione non meminit.*) Adjectis variantibus lectionibus ex XXII. codicibus msc. imprimis ex Bibliotheca Barberina, studio & labore Joannis Matthæi Caryophili, *cujus præfatio his discrepantibus lectionibus præmissa legitur ad calcem*

tem Catenæ Græcæ in Marcum à Petro Possino Romæ anno 1673. *vulgatæ, ex qua hic exscripta est. Sed hæc novi Test. editio in lucem nunquam prodiit.*

» Ad Lectorem Joannes Matthæus Caryophilus. Græcam Novi Testamenti editionem, quæ, ut archetypa, sacrarum literarum studiosis notissima debet esse, non privato quorumlibet judicio, sed publicâ & legitimâ, hoc est Sedis Apostolicæ, auctoritate probatam, prodire piorum hominum vota optabant. Absoluti enim operis ratio exigebat, ut quod jam pridem in sacris Bibliis juxta LXX. Interpretes, & aliis veteris Testamenti voluminibus Græcè editis, summâ diligentiâ per Sedem Apostolicam præstitum fuit; id ipsum per eandem non minori studio in sacrosanctis Evangeliis, & reliqua sacræ paginæ Græcâ editione præstaretur. Si quidem mira codicum præsertim impressorum varietas & discordia tam crebra lectoribus offerat incommoda, ut passim anceps hæsitaret animus; & quænam præferenda ut germana lectio, quæ minus amplectenda videretur, prorsus ambigeret.

» Ita in Græcis ipsis fontibus puriores requirere fontes oportuit, & Græcam in codicibus dissonantiam ad Græcam prorsus quoad ejus fieri potuit revocare originem; expurgatis ad fidem vetustissimorum codicum inutilibus, plerumque mutationibus, adjectionibus & detractationibus, sive Librariorum vitio sive quorumvis audacia in sacrum textum tot novitates irrepserint.

» Conquisitis igitur jussu Sanctissimi Domini nostri Urbani VIII. manuscriptis codicibus venerandæ antiquitatis, è Vaticana potissimùm & primariis in Urbe bibliothecis, repertisque Evangeliorum Codicibus X. Actuum Apostolorum & Epistolarum omnium VIII. Apocalypsis IV. & collatione cum textu impresso Regii codicis (*i. e. Editione Antverp. anni* 1572.) de verbo ad verbum diligentissimè peractâ, opus, Deo favente, absolutum est; certis hisce universim regulis quinque, *hic relatis.*

» Hisce regulis diligenter observatis, & textus ipse cautissimè emendatus, & singulis capitibus suæ sunt annotationes affixæ. In quibus etiam, ubi opus fuit, reddita ratio est, cur necesse fuerit à regulis recedere, & textum ipsum, ut erat, integrum magno veritatis fundamento relinquere. Summo namque Dei beneficio ex hac collatione perspectum illud est: Vulgatam Editionem Latinam, testimonio Græcorum vetustissimorum codicum & autorum, esse fidelissimam, &

A Græco illi, ut sanctus Hieronymus vocat, « fonti, cujus ille nitore quatuor Evangelia « jussu Damasi emendavit, non immeritò « æquiparandam. »

Pag. 521. *observatur in caput* 5. *prioris Epistolæ sancti Joannis versu* 7. Porro totus 7. versus hujus capitis desideratur in octo (proindeque in omnibus, cum octo tantum codices habeant Canonicas Epistolas) mss. codicibus Græcis.

Novum Testamentum Gr. cum versione vulgata, in 16. Genevæ, Jac. Stoer

B 1615.

Idem 8. Amstelod. Henrici Laurentii 1616.

Idem Græcè curâ Erasmi Schmidii; in 4°. Wittebergæ 1616.

N. T. Gr. Lat. Ariæ Montani, in 8. Genevæ 1617.

Nov Test. Græcum ad fidem probatissimorum codicum cum versione Vulgata, accurante Joanne Morino, in folio. V. *Biblia Græca* 1628.

Nov. T. Gr. 18. Genevæ, de Tournes

C 1628.

N T. Gr. Lat. Bezæ. V. *Idem Polyglotton* 1628.

N. T. Græcum *minutissimo charactere, qui Sedanensis dicitur*, in 32. Sedani, Joan. Jannoni 1628.

Novum Test. Græcè, in 12. Hanoviæ 1619.

N. T. Græcè, in 8. Amstelodami, Jo. Janssonii 1630.

Aliæ editiones 1632. 1638. 1639.

Nov. Test. Græcè. V. *Biblia Latina cum*

D *comment. Jacobi Gordoni*, in folio. Parisiis, Cramoisy 1632.

Novum Test. Græcè. 8. Cantabrigiæ, Joannis Buck 1632. in 24. Genevæ, Joan. de Tournes 1632. in 16. Amstelodami, Joan. Jansonii 1632.

Novum Testamenrum Græcè cum versuum distinctione, in 16. Lugduni Batavorum ex officina Elzeviriorum 1633. *Editio cunctarum Elzevirianarum præstantissima.*

Ex monito ad Lectorem. » Editionem « omnibus acceptam, denuò doctorum o- «

E culis subjecimus, ut si quæ minutissimæ « in nostro, aut in iis, quos secuti sumus « libris, superessent mendæ, cum judicio « & cura tollerentur. Quòd cùm accuratè « ab eis factum esset, ad editionem novam, « his præsidiis muniti, denuò accessimus; « in qua & versus, quos nunc vocant, ac- « curatiùs notavimus. »

Novum Testamentum Græcum cum Isaaci Casauboni, Henrici Stephani & aliorum, tum margini tum ad finem adscriptis notis & variis lectionibus & præfatione Henrici Stephani, 16. Genevæ, Joan. Crispini, 1632.

Nov. Test. Græcè *minutissimo sed elegantissimo charactere*, in 24. Amstelodami, typis Guillelmi Blaeu 1633. *Editio non absque mendis.*

Novum Testamentum Græcum cùm notis & animadversionibus virorum doctissimorum, præsertim Roberti Stephani, Isaaci Casauboni, & Josephi Scaligeri. Variæ item lectiones ex antiquissimis exemplaribus & celeberrimis bibliothecis desumptæ, cum epistola Richardi Whitakeri dicata Carolo I. magnæ Britanniæ Regi, in 8. Londini, apud Richardum Whitakerum (*typis Elzevirianis ut patet ex imaguncula in fronte posita*) 1633.

Ex admonitione ad Lectorem. » Ego quan- » quam mèo hîc honori velificari nolim, » tamen nec dissimulare debeo, editionis » superioris (*anni* 1622.) præcipuè notas & » animadversiones, & multis esse & intole- » randis mendis obsitas. Quæ sic tollenda » curavi, ut tuum &c.

Novum Testamentum Græcum cum præfatione Erasmi Schmidii 8. Witteb. 1635.

Nov. Test. Gr. 16. Basileæ, Jo. Valderi 1636.

Idem, 16. Amstelodami, Joan. Janssonii 1638.

Novum Testamentum idiomate Græco literali & vulgari ex versione Maximi Calliopolitani cum ejus præfatione, & altera Cyrilli Lucaris, *decreto & sumptibus Ordinum Generalium Belgii Fœderati in gratiam modernorum Græcorum, ut asserit præfatio.* In 4. Genevæ 1638.

Nov. Test Græcè ex optimis editionibus, in 8. Amstelodami, Joannis Janssonii 1639.

Nov. Test. Gr. ex optimis editionibus, in 24. Amstelodami, Joannis Janssonii 1639.

Novum Testamentum Græcum &c. (*titulus idem ac ille qui legitur in Novo Testamento anno* 1633. *Londini edito.*) In 8. Lugduni Batavorum typis Elzevirianis 1641. *Eadem est prorsus editio, ut patet ex utriusque exemplaris collatione, ex iisdem characterum formis, & eadem imaguncula in fronte utriusque posita.*

Nov. Test. Græcum. Adjectæ sunt ad calcem variæ lectiones. *Typis majoribus elegantissimis juxta editionem Rob. Stephani.* In folio, Parisiis, è Typographia Regia 1642.

Novum Testamentum, cujus Græco contextui respondent interpretationes duæ: una, vetus; altera, Theodori Bezæ. Ejusdem Theod. Bezæ annotationes &c. *juxta editionem anni* 1598. Accessit etiam Joachimi Camerarii in novum Fœdus commentarius, fol. Cantabr. Rogeri Da-

A niel 1642. *Omnium Bezanarum optima Editio, at minoris literæ.*

Ex monito ad Lectorem. Postremam Be- « zæ editionem secuti sumus, ut potè in « quam ultimas curas, adeòque optimas « Author impenderat. In qua elaboranda « tantùm adjecit, *ut jam novum opus videri* « *possit* Nonnulla, fateor, ex prioribus edi- « tionibus adjecimus, quod tamen nullâ « temeritate, sed necessitate à nobis factum « putes... Bezæ comitem adjunximus Ca- « merarium, tum ob paritatem materiæ, « B tum ut aliquid saltem auctarium & ἐπίμετρον « adderemus ad priores editiones *versuum distinctionem* & indicem de novo ap- « posuimus. »

Nov. Test. Gr. Lat. in 8. Bezæ, Amstelodami 1643.

Novum Test. Gr. ex antiquissimo msf. operâ Joan. Henrici Boëcleri, cui accedit prologus vetus in Pauli epistolas, in 12. Argentorati Jo. Philippi Mulbii 1645. 2. *editio* 1660.

Ex admonitione Boëcleri ad Lectorem.

C Cùm Typographus de editione novi fœ- « deris Græca cogitaret.... lubens illi op- « tima, quæ unquam prodiere, exemplaria « suppeditavi, atque collectis etiam msc. « membranis, ut emendatissima fieret edi- « tio, quantùm licuit, providi &c. «

Novum Testamentum Græcum *ex editione Complutensi* V. *Biblia Polyglotta Parisiensia* 1645.

N. T. G. L. Bezæ, *editio nitidissima*, in 8. Amstelodami, Henrici Laurentii 1647.

Ex monito Typographi. » In textu Græ- « D co secuti sumus eum qui anno 1624. Lug- « duni *Batavorum* prodiit, cui non pauci « viri eruditione & pietate præstantes præ- « fuere, qui ad Regium exemplar ad opti- « mas quasque editiones cum cum cura ex- « presserunt... Huic ex adverso Theod. Be- « zæ interpretationem adjunximus. Est au- « tem hæc editio anni 1573. eique, prout « ex præfatione videre est, præfuit vir doc- « tissimus Loselerius Villerius, eamque ita « edidit ut vix quicquam accuratiùs dari « possit. »

E Novum Testamentum Gr. 8. Amstelod. 1648.

Novum Testamentum Gr. 8. Londini 1648.

Novum Testamentum Græcum in 4°. Londini, Rogeri Daniel sub signo Campanæ 1653.

N. Test. Gr. per Carolum Hool, in 12. Londini 1653.

Nov. T. Gr. *juxta editionem Elzevirianam* 1633. in 12. Roterodami, Arnoldi Leers 1654.

Nov. Test. Gr. Lat. in 12. Hamburgi 1655.

Novum Test. Gr. ex Regiis aliisque optimis editionibus cum cura expressum, in 24. Amstelodami, ex officina Elzeviriana 1656.

Novum Testamentum Græcè (*ex editione Rob. Stephani anni* 1550.) & Latinè (*ex recognitione Bened. Ariæ Montani.*) *Item* Latinè ex Vulgata. V. *Biblia Polyglotta Londinensia* 1657.

Novum Testamentum Græcum edimus juxta Roberti Stephani editionem accuratissimam, *inquit Waltonus in præfatione.*

Nov. Test. Gr. cum vulgata Latina editione interlineari, in fol. Lipsiæ, Kirchneri 1657.

Nov. Test. Græcum, in 12. Roterodami 1658.

Novum Testamentum Græcum, nova editio, *juxta Elzevirianam*, in qua diligentius quam unquam anteà variantes lectiones tam ex msc. quam ex impressis codicibus collectæ & parallela scripturæ loca annotata sunt, studio & labore Stephani Curcellæi *cum docta ejus præfatione*, in 12. Amstelodami, ex officina Elzeviriana 1658. II. *editio* 1675. III. 1699.

Ex præfatione. » Cùm ergo animadverterem cognitionem variarum lectionum » esse valdè utilem & propemodùm necessariam, & tamen magnam partem earum » quas vetera msc. continent, in hodiernis » editionibus desiderari, operæ me pretium » facturum arbitratus sum, si colligerem » omnes quas in diversis exemplaribus invenire possem, & novæ editioni adjicerem. Primùm igitur in manus sumpsi Græcam Bibliorum impressionem quæ Francofurti apud Andreæ Wecheli hæredes » anno 1597. operâ, ut dicitur Francisci Junii doctissimi viri, & ex ea omnes Novo » Testamento adjunctas variantes lectiones » descripsi.... Et ubi aliquis locus mendi » suspectus mihi fuit, eum cum Stephani » editione contuli, atque inde correxi. » Deinde istis inserui varias lectiones excerptas ex antiquo admodum Epistolarum Pauli codice msc. qui olim Beza in » suis annotationibus concinnandis est usus; » nempe quem Claromontanum appellat, » qui posteà in Cll. Puteanorum fratrum » manus devenit. Item ex alio Thuani codice msc. in toto, si Matthæum exemeris, » N. Testamento. Quæ duo collectanea » fuerunt mihi suppeditata à doctissimo Mi- » chaële Falcario.

» Addidi posteà alias ad Evangelia pertinentes, ex msc. Constantinopolitano » plusquàm octingentorum annorum qui est » in Bibliotheca Card. Mazarini, nec non » ex alio msc. adhuc vetustiore: utrasque » ab amico Lutetiâ ad me missas. Præter quas nonnullæ occurrent, quas ex veteribus meæ qualiscumque Bibliothecæ libris collegi. Et hæ omnes simul in margine inferiori nostræ editionis continentur, quæ ad præcedentes Elzevirianas expressa [illegible], nullâ prorsus in textu factâ mutatione, nisi quod voces, quæ diversimodè leguntur, asterisco & duabus lineolis includi curavi, ut statim ab aliis discernerentur, nullúmque posset superesse dubium quonam variæ lectiones referri deberent. Sed postquam hæc editio plusquam dimidiâ sui parte absoluta fuit, alias adhuc accepi à viro docto ex Frobeniana, Hispanica & similibus melioris notæ editionibus excerptas, quibus ne curiosi Lectores privarentur, eas instar appendicis ad calcem operis adtexui; cum nonnullis quas desumpsi ex Isaaci Casauboni notis in Evangelia, & iis quæ in Apocalypsi in Hervagiana Bibliorum Græcorum editione anno 1545. Basileæ facta, adjunctæ inveniuntur.

Quibus intermiscui nonnullas Henrici Stephani aliorumque emendationes ex conjectura, (N. B. *i. e. nota benè*) quas puto non fore ingratas illis qui in obscuriorum Scripturæ locorum sensum accuratius inquirere delectantur (*a*). Quamvis enim ejusmodi correctiones auctoritate cedant iis quæ veterum codicum testimonio fulciuntur; quædam tamen se tanta probabilitate commendant, ut absque veritatis injuria sperni non posse videantur. Si angustia marginum permisisset, ubique libros nominassem quos secutus fui, ut, qui vellent, consulere eos quirent; quanquam id quod nunc in genere de illis monui, abunde sufficere existimem... Hæc sunt præcipua in nova nostra Testamenti Græci editione observanda; quæ non tantum à typothetarum mendis, quam accuratissimè fieri potuit, sicut præcedentes Elzevirianæ, fuit repurgata, sed etiam pleniorem quam ulla aliæ variantium lectionum syllogen exhibet, ut sit instar correctorii vitiorum quæ lapsu temporis auctoritatem sibi acquisiverunt &c. »

(*a*) Hujusmodi meræ conjecturæ (*inquit Saubertus pag. 35. prolegomenorum in variás lectiones S. Matthæi.*) ab omni antiquitatis suffragio desertæ, in sacrum textum nullo admittendæ modo, nisi heterodoxis quibusque campum velimus aperire grassandi pro lubitu, & Scripturas velut sutor corium tractandi. Siquidem quod in profanis auctoribus non audent Critici (sine codicum vel Interpretum auctoritate, vel urgente necessitate) ex proprio ingenio corrigere, & aliam lectionem substituere, (quod in istiusmodi

„ libris vix ferendum) in libris sacris, qui-„ bus multo major reverentia debetur, „ quam ullis scriptis humanis, planè illici-„ tum est. „ *Ita Saubertus.*

† *Curcellæo à nonnullis vitio datum, quod in quibusdam locis visus sit Socinianis frigidam fundere. Peculiarem de hoc argumento dissertationem in 4°. Rostochii a. 1696. edidit.* Jo. Gottl. Mollerus, *quæ inscribitur:* Curcellæus in editione originalis N. T. textus, V. Lect. & Parallel. Scr. Locorum additamentis vestita Socinizans. *Quâ quidem dissertatione, Curcellæum circa tria illa capita, in quibus placita Socino propria sita sunt, de Trinitate sc. Deitate Filii & Satisfactione Christi, in favorem Socinianorum loca Scripturæ classica tam in variantibus lectionibus quam locis parallelis depravasse, ac inde adeo socinizasse, Autor probare contendit.*

Gebh. Theod. Meierus Professor quondam Helmstadiensis de Curcellæi editione in Libello Trium Initiamentorum &c. *Editionis* 1690. §. 16. *pag.* 21. *hæc refert:* „ Nuper „ variarum lectionum acervum accumulare „ instituerunt μικρολόγοι diligentes. Quasi „ verò Typographorum errata & falsario-„ rum corruptelæ in variantibus lectionibus „ sint habendæ. In nupera Amstelodami à „ Neophiti nimis curata Novi Testamenti „ editione vel centum loca sunt corrupta, „ tantum perversâ distinctione & interpunc-„ tione callidum consilium hæresim propa-„ gandi. «

Versio Novi Testamenti nova ad Græcam veritatem emendata & notæ ac animadversiones in idem: quibus partim mutatæ alicubi versionis redditur ratio, partim alia necessaria monentur. Accedit sacer contextus Græcus cum versione veteri &c. *Hæc omnia sub hoc titulo* Erasmi Schmidii opus sacrum posthumum, in folio. Norimbergæ, typis Mich. Endteri 1658.

Ex monitu ad Lectorem. „ Næ id locu-„ pletissima sua eruditione quam ex innu-„ meris Græcorum scriptorum solertissima „ lectione sibi comparaverat, summa sua „ cum laude & obtinuit jam Erasmus Schmi-„ dius, & obtinebit doctissimo suo in novum „ Fœdus commentario, ex quo dnm pluri-„ ma, quibus authentici textus puritatem, „ quem συλοαίζειν nonnulli opinantur im-„ piè, assertum doctissimè, & vocum deri-„ vationes, emphases, diversamque cons-„ tructionis conjuncturam evolutum, enu-„ cleatumque ibat &c. „

„ Hic novam adornavit, eamque ac-„ curatissimam Testamenti Novi versio-„ nem, additis animadversionibus quibus „ partim mutatæ alicubi Bezanæ transla-„ tionis ratio redditur, partim notis ipsius

A occurritur. „ *Kortholtus de variis Scripturæ editionibus cap.* 15. §. 31.

Novum Testamentum Græcum ex versione Erasmi cum glossa compendiaria Matthiæ Flacci Illyrici, *juxta editionem priorem anni* 1570, in folio. Francofurti 1659.

Novum Test. Græcè, studio Johannis Boecleri, 2. *editio*, 12. Argentorati, Josiæ Stædelii 1660.

Novum Test. Græcum in 8°. Tiguri 1661.

B Novum Testamentum Græcum, in 18. Amstelodami, ex Officina Elzeviriana 1662.

Nov. Test. Gr. Lat. Bezæ, in 8. Tiguri 1663.

Nov. Test. Gr. cum liturgia Anglicana Græcè, in 12. Cantabrigiæ, Joannis Field 1665.

N. Test. Gr. Lat. Erasmi, in 4°. Giessæ 1669.

Novum Test. Gr. in 24. Amstelodami 1671.

C N. T. Gr. Lat. Th. Bezæ, in 8°. Tiguri 1671.

Nov. T. Gr. cum resolutione vocabulorum Caroli Hoole, in 12. Londini, Andreæ Clark 1672.

Nov. Test. Græco-Latinum Erasmi cum variis lectionibus, in 4. Francofurti 1673.

Novum Testamentum Græcum cum versione Latina Vulgata, & Gallica Montensi, in 8°. Montibus (*Rotomagi*) 1673.

D Novum Testamentum Græcum ex editione Caroli Hoole, in 12. Londini, Clark 1673.

Novum Testamentum Gr. & Lat. ex Vulgata, cum interpretatione vocum difficiliorum, 2. vol. in 12. Lugduni, Molin. 1673.

N. Test. Gr. Lat. Erasmi, in 12. Francof. 1674.

Novum Testamentum Græcum ex edit. Car. Hoole, in 12. Londini, Clark 1674.

E Nov. T. Gr. 12. Londini, Redmaine 1674.

Novum Testamentum Græcè. Editio nova denuò recusa, in qua diligentius quam unquam antea variantes lectiones tam ex msc. quam impressis codicibus collectæ, studio & labore Stephani Curcellæi *cum ejus præfatione*, 8. Amstelodami, Danielis Elzevirii 1675.

Hæc editio à priori anno 1658. publicata nullo modo differt, nisi quod in prima præter quasdam varias lectiones infra paginam positas, aliæ ad calcem Actuum Apostolorum & Epistolarum Pauli; in postrema vero in

parte infima singularum paginarum omnes collocatæ sunt.

Nov. T. Græcè. Accesserunt parallela Scripturæ loca, necnon variantes lectiones ex plus 100. msc. Codicibus & antiquis versionibus collectæ (curâ & studio Joannis Fell.) *cum præfatione de origine variantium lectionum*, in 8. Oxonii, è theatro Sheldoniano 1675.

Aliæ editiones juxta illam excusæ. 1697. 1702.

Ex præfatione. » Unde imprimis consulto egisse videntur Robertus Stephanus, » Franciscus Junius, & Stephanus Curcellæus, qui ubique appositis juxta textum » sacrum variantibus lectionibus, id præstiterunt, ut quibusvis de iisdem promptè » sententiam ferre facta sit potestas. Cum » vero attentius ea recognosceremus, planè » comparebat pleraque illa, quæ variæ lectiones audiunt, aut nullius esse momenti, » si quidem in vocibus prorsus synonymis, » aut particulis mere expletivis versarentur; » aut demum manifesta esse sphalmata, » solâ analogiâ criticâ & grammatices ope » corrigenda... Cum ergo novi Fœderis editionem moliremur, statuimus mss. codices quotquot haberi poterant, diligen» ter recognoscere, & amicorum ope aliunde accersita, exemplarium alibi gentium » reperiendorum fidem exposcere : porro » versiones veteres Evangeliorum ante 1500. » annos descriptas, Gothicam nempe & » Copticam, in subsidium petere, & tandem omnia lectoris oculis, una cum textu » ipso subjicere.

» Exhibemus ergo quæ Curcellæus ex » Stephano imprimis & Wechelio desumsit; insuper quæ Biblia Polyglotta Anglicana addidere. Porro collationem de » novo instituimus 12. MSC. Bibliothecæ » Bodleianæ, quorum plerique intacti prius, » nec in Polyglottis recensiti. Accedunt » collationes codicum duorum Bibliothecæ » Dubliniensis in Hibernia, quos H. Dodwellus collegit & transmisit. Quatuor itidem è Gallia mittebantur, quorum tres » Dn. Petavii Senatoris Parisiensis musæum » suppeditavit, (*asservantur nunc in Bibl. Vaticana inter codices msc. Reginæ Sueciæ*) » quartum Bibliotheca Cœnobii Gallicani » quæ est S. Germani. Versiones Gothicam » & Copticam recensuit Th. Mareschallus. » Ultimo in loco lectiones varias 22. MSC. » quæ Catenæ in D. Marcum Romæ nuper » à Petro Possino editæ appenduntur, adjicimus. «

» Versionis Copticæ ut & Gothicæ varias lectiones (*inquit Millius p. 152. Prolegom. in Novum Test. Gr.*) reliquis à se congestis inserendas duxit eximius ille rei » Typographicæ omnisque literariæ apud nos olim Curator (*Joannes Fell Episcopus Oxoniensis*) in Editione N. T. quæ prodiit « Oxonii anno 1675. «

» Novum Testamentum Græcum cum « centum msc. collatum, Oxonii ante « quinquennium editum curæ præcipuæ « Episcopi Oxoniensis Joannis Fell debe- « mus. *Paulus Windingus in Adispotis num.* 357.

» Hæc editio (*juxta Rich. Simon cap.* 19. « *hist. crit. textus N. T.*) cæteris omnibus est « anteponenda, quippe quæ majorem præ- « cedentibus variarum lectionum copiam « profert. Infra textum subjiciuntur, ve- « rum quæ in diversis libris editæ prius fue- « rant, non sublatis imo additis quibusdam « sphalmatis, hîc simul collectæ sunt. » *Ita ille*

Novum Test. Græcum ex recensione Jo. Leusden, in 12. Ultrajecti, Smytegalt 1675.

Aliæ editiones Leusdeni 1688. 1693. 1698. *ter.* 1701.

Novum Test. Græcum, in 18. Tiguri 1677.

Novum Testamentum Græcum, in 24. Amstelodami, ex Officina Elzeviriana 1678.

Novum Test. Græcè. V. *Biblia Græca* 1683. 1687.

Nov. Test. Gr. studio Joan. Leusden, in 18. Amstelodami, Abrahami Van Someren 1688.

Novum Testamentum Græcum cum præfatione A. Rechenbergii, in 12. Lipsiæ 1691.

Novum Testamentum Græcum, in quo non tantum selecti versiculi 1900. continentes omnes voces Novi Testamenti asteriscis notantur, sed etiam omnes & singulæ voces semel vel sæpius occurrentes peculiaribus in textu signis distinguntur, & in margine Latinè transferuntur, edente Rudolpho Leusdenio, in 8. Francofurti 1692.

Novum Testamentum Græco - Latinum Erasmi, in 4°. & in 12. Francofurti 1693.

Novum Test. Græcè & Germanicè, studio Joannis Leusden, in 12. Luneburgi 1693.

Novum Testamentum Græcè nunc denuò ad exemplar Oxonii impressum cum præfatione nova Augusti Hermanni Franckii, in 8°. Francofurti, Henrici Richteri 1697.

Novum Testamentum Græcum cum præfatione A. Rechenbergii, in 24. Lipsiæ 1697.

N. Test. Græco-Latinum Ariæ Montani, studio Joannis Leusden, in 12. Amstelodami, Wetstein 1698.

Nov. Test. Græcè absque ulla abbreviatura, studio ejusdem, in 12. Ibidem, iisdem typis 1698.

Ex præfatione. » En tibi hic Novum » Testamentum Græcum nitidissimè & correctissimè impressum, sine ullis literarum » compendiis quæ vulgò abbreviaturæ dicuntur... Hæc editio optimè convenit » cum Bibliis Hebraicis non punctatis, sub » meo nomine Francofurti typis Wustianis anno 1694. editis, adeo ut V. & Novum Testamentum originale simul nunc » in eodem volumine compingi possint, &c. «

B

Nov. Testamentum Græcè & Belgicè, studio Joannis Leusden, in 12. Amstelodami 1698.

Novum Testamentum Græco-Latinum Ariæ Montani, V. *Idem Polyglotton* 1698.

Novum Testamentum Græcum ex editione Stephani Curcellæi, in 12. Amstelodami, P. & Joan. Blaeu & sociorum 1699.

N. Test. Gr. Lat. Erasmi, 8. Francofurti 1700.

C

Novum Testamentum Græcum cum radicibus diffic. vocum, in 8°. Londini 1701.

Novum Test. Græcum, in 12. Londini 1701.

Novum Testamentum Græcum studio Joannis Leusden, in 24. Amstelod. 1701.

Nov. Test. Gr. cum præf. A. Rechenberg. in 24. Lipsiæ 1702. † secunda editio ibidem 1709.

D

Novum Testamentum Græcum nunc denuò ad exemplar Oxoniense impressum. Accesserunt parallela Scripturæ loca, nec non variantes lectiones ex plus 100. mss. codicibus & antiquis versionibus collectæ, revisæ, auctæ, & emendatæ, à B. H. W. cum nova Augusti Hermanni Franckii præfatione, in 8. Lipsiæ, Richteri 1702.

Ex præfatione. » Dicam quod tota res » in revidendis atque conferendis lectionibus variantibus, ob discrepantiam variarum lectionum, diligentiam adhuc magnam requirit, atque necessaria subsidia. » Inde tributas ab aliis huic editioni Oxoniensi laudes viri eruditi vix probabunt. » Ex revisione atque collatione cum aliis » antiquis atque recentioribus codicibus » impressis, illam quam plurimis nævis laborantem deprehendi &c. »

E

Novum Testamentum Græcum cum versione Germanica Lutheri & præfatione Joannis Winkleri, 8°. Luneburgi 1702.

Novum Testamentum Græcè, cum scholiis Græcis, è Græcis scriptoribus magna ex parte desumptis, & variantibus lectionibus, (ex editione Oxoniensi anni 1675. selectis, quam sive in textu sive in locis parallelis omninò secutus est) opera & studio Joannis Gregorii Archidiaconi Glocestriensis collectis, cura Henrici Aldrich editum, in folio. Oxonii, è theatro Sheldoniano, Thomæ Bennet 1703. *Nitida & insignis editio.*

Joannes Gregorius » chartas in secessu « expolivit perpurgavitque, ideo in eo « fuit, ut idoneam edendi operis rationem « iniret. Ast obiit inter hæc diligentissimus « vir, atque adeo impeditus est quo minus « editionem operis ipse curaret, omnesque « rationes ejus confectas daret. Cujus proinde curam suscepit ac editionis negotium « moderatus est Henricus Aldrich... qui « eo rem perduxit, ut prodierit tandem « opus Augustissimæ Principi Annæ, Magnæ Britanniæ Reginæ, inscriptum, & ita « comparatum, ut singulæ paginæ textum « novi Fœderis, loca parallela, variasque « lectiones, & subjecta scholia exhibeant. « Deprompta ista sunt tum ex sacris, tum « ex prophanis scriptoribus, quorum plerumque unde petita sunt loca consignavit, & partim in cujusvis scholii fine notavit, partim peculiari indici, operi præfixo, inseruit, præter Andr. Rinmannum, « clar. Jo. Ern. Grabius... qui inspersit quoque passim sua scholia. *Act. Erud. Lipf. anni* 1704. *p.* 50.

Majorem sane ex hac editione laudem « consequitur is cujus impensis facta est, « quam is cujus studio scholiis fuit onerata. « Ille nitidissimis characteribus, charta pura, delicatissimis imagunculis opus illustravit: hic quasdam tantum interpretationes & nonnulla ex SS. Patribus in primis Theophylacto, quædam etiam ex S. « Joanne Chrysostomo, & in Apocalypsi « ex Aretha Cretensi excerpta loca, Catenarum instar, congessit; quibus varias « immiscuit Philosophorum sententias. Hæc « vero cum à doctrina Evangelica maximæ « sint diversæ, earum insimul collectione « lectoris animus offenditur... Qui scholia « collegit, pauca & quidem brevissima adjunxit ex suis, quæ si penitus omisisset, « egisset certè prudentius; illa namque « nec textum elucidant, nec obscuras ac « difficiles sententias explanant. Mortuo « Joanne Gregory, absoluta est hæc editio. « Variantes lectiones ex maximo tam codicum msc. quam præcedentium editionum numero congregatas inter ipsum « textum & scholia posuit is qui hujus curam habuit. Codex Bezanus, seu Cantabrigiensis ei plurimas suppeditavit. *Memoriæ Trevoltianæ art.* 78. *mensis Junii anno* 1708.

Novum Testamentum Græcè cum variantibus lectionibus, studio Jo. Georgii Pritii cum ejus prolegomenis, 24. Lipsiæ 1703.

Novum Testamentum Græcè, ad probatissimos codices studiosè revisum, adjunctisque summariis *Latinis*, locis parallelis, variis lectionibus, & denique chartis Geographicis, in concinnam hanc formam adornatum, vigiliis & industria Jo. Georgii Pritii, cum ejus præfatione, 2. *editio*, in 12. Lipsiæ, sumptibus Gleditschii senioris 1703. *ibid.* 1709.

Ex præfatione. » Ante omnia de editione emendatissima castissimaque prodenda » fuimus solliciti. Inde præstantissimos circumspeximus codices, (*nempe editionem Erasmi* an. 1522. *Rob. Stephani* an. 1546. *aliamque Coloniensem Arnoldi Birckmanni* an. 1549. *Tigurinam* an. 1559. *Voegelianam Lipsiensem* an. 1564. *Th. Bezæ* an. 1588. *& denique Elzevirianam* an. 1633. *Hi igitur sunt præstantissimi illi, quos vocat, codices.*) » Eosque contulimus studiosè, lectionemque » probatissimam recepimus in textum, & » si aliquibus in locis variabant diversitatem » istam in variis adnotavimus lectionibus... » Quamvis vero typographo adesse non po» tuerimus, confidimus tamen Frid. Guil. » Schnzium muneri huic dextre satisfecis» se... Capitum summaria pleraque hoc in » loco debemus Seb. Schmidio. Porro & » lectionum varietates adposuimus in calce » cujusque paginæ, neque tamen omnes, » sed præcipuas saltem. Hic vero, ne & hoc » dissimulemus, & Curcellæi & Oxoniensis » editio plurimum nobis inservit, sed plu» res tamen, quæ in editionibus illis non » adparent, hinc inde à nobis prætereà » observatas adjunximus... Non integrum » vero fuit insimul memorare, quod qui» dem desiderat Rich. Simonius, ex quibus » codicibus illarum unaquæque lectionum » fuerit deprompta. Tabulas geographicas, » quibus Palæstina & itinera à Paulo obita » repræsentantur, debemus Christophoro » Cellario &c. «

Novum Test. Græcum, in 8°. Londini 1703.

Nov. T. Græcum, in 24. Parisiis, apud Societatem Bibliopolarum 1704. *Editio mendosa.*

Novum Testamentum Græco-Germanicum, ad probatissimos codices exactum, accuratéque revisum, item locis vere parallelis illustratum atque auctum, & summariis instructum, cura Jo. Henrici Maji, *adjecta præfatione Joannis Winkleri*, 8°. Giessæ Hassorum, Jo. Max. à Sande 1705.

Novum Testamentum Græcum cum versione Latina Erasmi Græco textui è A regione adjecta, additis commatum numeris: Annorationes ejusdem singulis paginis subjiciuntur. V. *Ejus operum* Tomi VI. *editio nova* fol. *Lugduni Batavorum* 1706.

Novum Testamentum Græcum, cum lectionibus variantibus MSS. Exemplarium, Versionum, Editionum, SS. Patrum & Scriptorum Ecclesiasticorum, & in easdem notis. Accedunt loca scripturæ parallela, aliaque ἐξηγητικὰ & Appendix ad variantes lectiones. Præmittitur *præ*- B *longa & docta* dissertatio, in qua de libris N. T. & Canonis constitutione agitur: Historia S. Textus N. Fœderis ad nostra usque tempora deducitur; & quid in hac editione præstitum sit, explicatur, studio & labore Joannis Millii, in fol. Oxonii, è Theatro Sheldoniano 1707.

Ex tertia parte hujus dissertationis pag. 167. *Postquam Editor disseruit fusius de MSS. Exemplarium, Editionum, Versionum & Monumentorum SS. Patrum aliorumque Scriptorum Ecclesiasticorum lectionibus va*- C *riantibus, quibus in editione hac usus est, addit:* » Ad Editionem Roberti Stephani « tertiam, magnificam illam an. 1550. con- « formati id operam dedimus, ut κεφάλαια « tam Evangeliorum vetera, quam in Actis « & Epistolarum Euthaliana (adjunctis in- « super iis, quæ ad oram Apocalypseos ad- « notavit Arethas) una cum sectionibus E- « vangelici textus Ammonianis & Eusebiano Canone in interiori margine colloca- « rentur; tum verò ut lectiones Exempla- « rium ejus sedecim in inferiori margine « D ponerentur, ut & cæteræ omnes, quas « undecumque collegimus... Et quidem « haud exigua spes est, lectionum, quas « undecumque accumulavimus, & notula- « rum nostrarum beneficio, lectori paulò « attentiori perspectum fore, quænam in « singulis penè locis fuerit genuina S. Textus « lectio. «

Feci certè quod potui, per annos jam « propemodum triginta, labore ferè con- « tinuo & planè incredibili, ut antiquorum « Patrum & Scriptorum Ecclesiasticorum, « E versionum Orientalium, aliarumque ve- « tustissimarum, Exemplarium denique (ut « Editiones sileam) MSS. optimorum, ac « cæterorum cujuscumque seculi ac notæ, « referatis Thesauris & in unum collatis, « videat statim lector, quem in modum se « habuerit, ab ipsis Canonis N. T. primordiis, in codicibus cujusque seculi, textus « Græcus Novi Fœderis; tum verò ut in « suo de variationibus majoris momenti, « quæ occurrunt, judicio nostris hinc inde « notulis nonnihil adjuvetur. Sed & ad ex- « plicationem sacri codicis hujus sensuum « haud parum contulisse me spero, diligenti «

» locorum parallelorum, aliorumque quo-
» rumdam annotatione. «

De hac editione ita loquitur Bentleius p. 95. Epistolæ suæ ad Joan. Millium. Hæc
» *Editio* ea typorum elegantia est & magni-
« ficentia, ea in annotationibus eruditio
» elucet, in variis lectionibus industria,
» quippè etenim ad eam copiam compa-
» randam omnia SS. Patrum scripta, om-
» nes antiquas versiones & infinitam vim
» codicum mss. curinsè excussisti. »

» Has (inquit Jo. Alb. Fabricius lib. 4.
» cap. 5. §. 16. Bibl. Græcæ) quamvis mag-
» nificas laudes etiam vincit opus ipsum &
» Editio N. T. luculenta Milliana quæ hoc
» anno 1707. Londini in folio lucem vidit
» cum uberioribus & eruditissimis prolego-
» menis complectentibus non modo histo-
» riam criticam Canonis sacri quem dili-
» genter confirmat, sed etiam per singula
» secula progrediendo censuram continen-
» tibus codicum quibus Patres Græci & La-
» tini fuerunt usi, denique recentium vi-
» rorum doctorum industriam, qui N. T.
» ediderunt, vel varias lectiones college-
» runt. «

† *In Actis Erudit. Lips. à 1709. p. 1. N. T. Milliani historiæ hæc præmittuntur :*
» Dudum expectatum summis orbis Chris-
» tiani studiis opus jam demum, Sereniss.
» Britannorum Regina, nequicquam obs-
» tantibus belli & pacis curis, urgente, in
» lucem prodiit, Auctore quidem paucis
» post illud publicatum diebus mortalibus
» rebus erepto : nimirum vanos hominum
» plausus vel non admittendos ei, qui men-
» tem tamdiu in istis defixam habuisset,
» vel longo eosdem labore, Herculea cons-
» tantia per XXX. annos heic exantlato,
» impares esse ostendentibus fatis. Stat in-
» terea immortalis gloria operis, & ut fas
» est ominari à verbo vitæ vitam trahet at-
» que immortalitatem. «

Nov. Test. Græco-Latinum Bezæ, in 12. Lipsiæ 1708.

Novum Testamentum Græcè, cum Lectionibus Variantibus *& reliqua*, *ut supra*, studio & labore Jo. Millii S. T. P. Totum opus denuò recensuit, meliori ordine disposuit, appendice integra prioris editionis, & majori parte prolegomenon sub textum revocata ; variis præterea lectionibus plurium codd. mss. spectandæ vetustatis, novisque observationibus auxit Ludolphus Kusterus, in folio Amstelod. sumptibus Jo. Frid. Gleditsch. Bibliopolæ Lips. & Casp. Fritsch Bibliop. Amstelodamensis 1709.

Ex præfatione Kusteri » *Joannes Millius*
» accurata sua diligentia effecit, ut omni-
» bus nunc apparere possit, discrepantiam
» Codicum MSS. Novi Testamenti longè

A minoris esse momenti, quam non solùm «
homines erga S. Scripturam malè animati «
ante jactitaverant, sed etiam multi for- «
san ex iis qui benè de religione sentirent, «
sibi persuaserant. «

Ut autem Lector de variantibus lectio- «
nibus Novi Testamenti eo meliùs judi- «
care possit, de earum naturâ & differen- «
tiâ paucis hîc differere visum est. «

Quatuor variantium lectionum statuo «
genera, 1°. Falsò ita dictarum sive quæ «
tales esse videntur, at revera non sunt. «
B 2°. Dubiarum. 3°. Verè quidem talium, «
sed nullius momenti. 4°. Verè itidem ta- «
lium, sed alicujus vel magni momenti. «

Variantes lectiones falsò ita dictæ sunt «
illæ quas certò constat, esse textus depra- «
vationes. Ad hanc igitur classem non so- «
lum referendæ sunt lectiones contradic- «
toriæ, absurdæ, sed etiam lectiones va- «
riantes codicis alicujus, quem ex alrero «
codice adhuc extante, descriptum esse «
constat. Huc etiam pertinent menda ty- «
pographica Editionum : itemque discre- «
pantiæ lectionum, ortæ ex citationibus, «
C quas non ex fide codicis alicujus veteris, «
sed ex memoria factas esse constat .... «
Neque rectè variantium lectionum nu- «
merum auxerint voces illæ, quæ diversa «
tantum ratione scribendi (quarum utram- «
que apud veteres Librarios usu receptam «
fuisse constat,) inter se discrepant, ma- «
nente eadem prorsus significatione vocis... «
Haud paucas hujusmodi lectiones varias «
falsò ita dictas in collatione hac Milliana «
reperiri *fateor* : quas si pro veris omnes «
Millius habuit, absque dubio deceptus «
D sæpè fuit : sin scivit quidem non esse ve- «
ras lectiones variantes, & tamen eas quo- «
que annotandas esse censuit, ne quicquam «
ejus generis prætermitteret ; exactissimam «
ejus diligentiam meritò laudandam esse «
arbitror. «

Quod ad secundum genus variantium «
lectionum adtinet ; eò præcipuè referen- «
dæ sunt citationes illæ Patrum, de quibus «
exploratum non est, utrum fide & auc- «
toritate codicis alicujus veteris nitantur, «
an verò conceptæ tantum sint verbis, «
E quæ memoria fortè citanti suggerebat, «
De talibus ergo sententia ferenda est, ut «
neque illicò pro variis lectionibus habean- «
tur, neque ex earum numero temerè ex- «
cludantur, donec omnibus rectè ponde- «
ratis de illis judicari possit... «

Pergo nunc ad variantes lectiones ve- «
rè tales, sive eas quæ specimen veri ha- «
bent, & auctoritate codicis alicujus mss. «
nituntur ; & quidem iis in locis, de quo- «
rum vera & Archetypa lectione nondum «
liquidò constat. Has bifariam nobis disper- «
tire visum est, quarum alteras esse dixi- «
mus

» mus nullius momenti; alteras alicujus vel magni momenti. Nullius momenti dico eas, quæ nullam sententiæ loci inferunt mutationem, adeo ut nihil intersit, utrum hanc an illam amplectaris. Hujus generis variantes lectiones innumeræ penè in collectione hac Milliana occurrunt.

Restant igitur variantes lectiones alicujus vel magni momenti; quarum non ita multæ, pro reliquarum numero, in editione hac Novi Testamenti reperiuntur. De harum plerisque Cl. Millius tam in notis quam in Prolegomenis magnâ diligentiâ egit; post quem actum non agemus.

Restat ut quid in nova hac editione à nobis præstitum vel additum sit, Lectori paucis exponere. Primo, *Textum Græcum* cum XXII. codd. mss. quibus Cl. *Millius* usus non est, collatum damus. Ex his novem, qui tantum quatuor Evangelia continent, (nono tamen excepto, qui præter quatuor Evangelia, & alias Novi Testamenti partes complectitur) Parisiis in Bibliotheca Regis Christianissimi asservantur... Præter has collationes Parisienses, trium aliorum Codd. collationibus Editionem hanc locupletavimus sc. Codicis Græci quatuor Evangeliorum sexcentorum annorum quem in notis nostris *Lipsiensem* vocamus, quod eum possideat vir Reverendus Jo. Gotlob Carpzovius, Ecclesiastes Lipsiensis: Codicis *Seideliani* ita appellati à possessore ejus *Seidelio* Berolinensi, ante paucos annos defuncto, septingentorum annorum; in hoc Codice desiderantur quatuor Evangelia; continentur autem reliqui libri Novi Testamenti omnes: Ultimi denique & nulli reliquorum secundi, codicis sc. *Borneriani* olim Petri Francii, nunc Christiani Friderici Borneri S. T. D. & Græcæ Latinæque apud Lipsienses Professoris, qui quidem codex tredecim tantum Epistolas Paulinas complectitur, & qui octingentorum annorum ætatem excedit...

Notas Textui subjectas numeris versuum in quos ipse textus divisus est distinximus, iisque longam appendicem calci prioris Editionis annexam, non sine magno labore inseruimus... In iisdem notis loca ex Prolegomenis passim citavimus præsertim illa, in quibus Millius vel sententiam suam corrigit, vel quædam affert ante indicta.«

† Novum Testamentum Græcè, ad probatissimos codices revisum &c. vigiliis & industria Jo. Georg. Pritii. Editio secunda locis parallelis & variis lectionibus *ex Millii editione* subinde aucta & emendata. Accessit Historia Passionis Jo. C. ex IV. Evangelistis Græcè collecta, Præfatio etiam nova addita est, in 12. Lipsiæ, sumpribus Joannis Frid. Gleditsch, 1709. *Elegans & insignis editio, charactere minori quam prioris editionis.*

† Novum Testamentum Græcum cum versione Latina Vulgata, & nova præfatione Adami Rechembergii, 24. Lipsiæ 1709.

Novum Testamentum Græcum variantibus lectionibus ex viginti Codicibus impressis selectionibus collectis cum præfatione Adami Rechembergii, Lipsiæ Henischii.

Idem, in 12. Ratisbonæ, Binkmanni.

Novum Testamentum Græcum cum versione Latina Montani, in quo omnes & singulæ voces semel vel sæpius occurrentes peculiari nota distinctæ, auctore Joanne Lensden. Accedit nova præfatio, & appendicis loco tabulæ Chronologicæ & Geographicæ, in 12. Gothæ, Hentici Heuschii 1710.

Novum Testamentum Græcum & Barbaro-Græcum cum præfatione, in 12. Halæ Saxonum è Typographia Orphanotrophii 1710.

Novum Testamentum, post priores Stephani Curcellæi, tum & DD. Oxoniensium labores, quibus parallela scripturæ loca, nec non variantes lectiones ex plus C. mss. Codd. & antiquis versionibus collectæ exhibentur; accedit tantus locorum parallelorum numerus, quantum nulla adhuc, ac ne vix quidem ipsa profert præstantissima Editio Milliana: Variantes præterea ex ms. Vindobonensi; ac tandem crisis perpetua qua singulas variantes earumque valorem ac originem ad XLIII. Canones examinat G. D. T. M. D. (*hoc est*, Gerardi de Trajecto Mosæ Doctoris, seu Gerardi Von-Mastrich) cum ejusdem Prolegomenis & notis in fine adjectis, 8°. Amstelodami, ex Officina Wetsteniana, curâ & typis Henrici Wetstenii 1711. *Editio nitidissima sine ligaturis, seu literarum nexibus & compendiis.*

Novum Testamentum Græcum ex optimis regiis aliisque exemplaribus cum postrema editione Milliana collatis impressum, 2. vol. in 12. Parisiis, Emery 1715.

Ex præfatione Typographi. » Decrevi itaque Editionem Oxoniensem de novo, sed accuratioribus, quàm adhuc à me factum erat, oculis perlustrare, nimirùm ut examinarem atque perpenderem, quâ potissimùm ratione quam commodissimè ac utilissimè à nobis recudi posset. Verum hic occurrebant difficultates non paucæ nec leves. Errata reperiebam in textu, in «

» Parallelis, in variantibus, tum in notis A » vel signis... Textum emendavi ad Editio- » nem Elzevirianam anni 1633. à Cl. Leuf- » denio mendis purgatam. Parallela con- » tuli haud segniter cum aliis editionibus; » & si quæ erant mutila & manca, quæ cer- » tè erant nec pauca, ea in ipsis locis in- » vestigando in integrum restitui. At nimi- » rùm quantùm (sed quam immenso labo- » re!) eorumdem auxi numerum, ex aliis » editionibus, præcipuè verò Milliana tam » sedulò conquisitum, ut nulla hodie extet » novi Fœderis editio tot parallelis abun- B » dans, nec ipsa Milliana.... nec præter » hæc quicquam adderem, nisi laudanda hic » veniret exactissima accuratio atque dili- » gentia clarissimorum virorum, Græcéque » doctissimorum, quâ laborem meum in » corrigendo hoc opusculo adjuvare volue- » runt. Eam vero talem, credo, reperies » quâ nulla major reperiri possit. «

Novum Testamentum Græcum, in 12. Londini 1715. *Editio præstantissima.*

Novum Testamentum Græcum & libri Apocryphi Græci; studio Ernesti Sa- C lomonis Cypriani, in 8°. Gothæ Saxonum 1716.

IV. Evangelia Græcè *ex editione Antverpiensi an.* 1572. & Latinè *ex vulgata* cum commentariis Franc. Lucæ Brugensis, 4. vol. fol. Antverpiæ, Moreti 1606-1616.

Novi Testamenti libri Historici, *sc. IV. Evangelia & Actus Apostolorum Gr. Lat. ex versione vulgata, & Bezæ commentario illustrati*, studio Balduini Walæi, in 4°. Amstelodami, Joannis Ravesteinii D 1662.

Evangelium Matthæi & Lucæ, Acta Apostolorum, Epistolæ Pauli ad Timotheum, Titum & Philemonem, Epistola Jacobi, tres Joannis, & Ep. Judæ, Græcè cum vulgata versione & commentario Joannis Pricæi, in quibus Vulgatæ sermo purus Latinusque ostenditur, contextus Græci litera explicatur, &c. in folio. Londini excudebat Jacobus Flesher 1660.

Evangelium Matthæi & Epistola ad E Romanos Græcè & Belgicè ex versione Adami Boreel Memnonitæ, in 4°. Amstelodami 1693.

Evangelium S. Joannis Gr. Lat. in 8°. Basileæ 1547.

Evangelium Joannis & Epistolæ Apostolorum Græcè & Latinè ex versione Jo. Coccеii. V. *Ejus opera*, in folio 1673. 1689. 1701.

Acta Apost. Gr. Lat. in 12. Ingolst. Sartorii 1595.

Acta Apostolorum Græco-Latina literis majusculis è Codice Laudiano (suprà pag. 183. citato) characteribus uncialibus exarato, & in Bibliotheca Bodleiana (cod. 1119.) asservato descripsit, edidit-que Thomas Hearnius A. M. Oxoniensis, qui & Symbolum Apostolorum ex eodem codice subjunxit, in octavo. Oxonii è Theatro Sheldoniano 1715.

Præmittitur specimen Codicis & Alphabetum illius Latinum & Græcum.

» Ad Codicis antiquitatem quod attinet « mea fert opinio, eum esse annorum plus « mille; id quod facilè assequor ex ipsa li- « terarum formâ.... Itaque non multum « refert quod à nobis aliquantulum dissen- « tiat Cl. Millius, qui minore curâ (id quod « nollem dicere, nisi ita postularet veritas) « quam par erat, hunc codicem evolverat, « ut è notis nostris ad imum paginæ positis « manifestum erit «. *Hearnius p. 4. Præfationis.*

Epistolæ D. Pauli Græcè cum triplici versione Latina ad veritatem Græcam, *quarum prior est Erasmi, altera Jacobi Fabri Stapulensis, postrema vulgata*, cura Damiani Lauri, in 8°. Venetiis, de Sabio 1533.

Epistola ad Galatas Gr. Lat. in 8°. Bremæ. 1612.

SECTIO SEXTA.

BIBLIA BARBARO-GRÆCA.

PEntatenchus hoc idiomate ex Hebræo translatus à Judæis, literis Hebraicis. V. *Pentat. Polygl.* 1547.

» Versione ista Græco Barbara utuntur « vulgò (sed non in Synagogis) Judæi quot- « quot linguam illam habent vernaculam, « præcipuè verò Karraitæ Constantinopolitani. Sunt vero Karraitæ, Judæorum secta, « quæ recipit tantum Scripturas, Rabanistasque & Traditiones Talmudicas damnat. De eorum Pentateucho Græco hæc « habet Antonius Legerus ad Buxtorfium « *pag.* 78. *editionis* 4. *Bibliothecæ Rabbinicæ.* « *Editus est*, inquit, *tempore Solimani, Turcarum Imperatoris, Constantinopoli anno* « *mundi* 5307. (*h. e. Christi* 1547.) *una cum* « *Haphtaroth & quinque Meghilloth, Hebraicè, Græcè & Hispanicè, addito etiam* « *Targum Onkeli & commentario R. Salomonis. Nam Constantinopolitani Judæi, ex iis* « *oriundi, qui ante multa secula eo migrarunt,* « *Græcè sacras literas legunt, & sunt ferè* « *Karraitæ. Qui autem non ita pridem (i. e.* « *ab anno* 1491.) *ex Hispania sedes transtulerunt, qui plerique omnes Rabbanitæ sunt,* « *Hispanicè Sacram Scripturam lectitant.* «

Humphr. Hody lib. 4. *de Bibliorum textibus Origin. p.* 633.

Non ideo Carræis tribuendus est hic Pentateuchus, quod Barbaro-Græcam versionem habeat; si enim huic editioni aliquam operam Carræi impendissent, R. Salomonis ut potè magni Rabbanitæ commentarium ab ea prorsus eliminaßent.

Sequentem Novi Testamenti versionem non viderat Hody, cum scripsit ibidem: » Aliam versionem totius Scripturæ Vet. & N. Test. in linguam Barbaro-Græcam in usum plebis Christianæ fieri imprimique curavit Cyrillus Lucaris Patriarcha Constantinopolitanus. »

Jobus in lingua sancta & in lingua Romanica, *seu Græca-vulgari*, charactere Hebræo, Interprete R. Mose F. Eliæ Pobian (*cujus præfationem suprà in libris Hebraicis retuli*). Editio rarissima, in 4. Constantinopoli 5336. (1576.

Testatur interpres in præfatione, quam operi suo præmisit, se in eamdem quoque linguam Salomonis Proverbia convertiße.

Novum Testamentum D. N. J. C. bilingue, in quo divinus originalis Textus, & è regione posita ex hoc citra ullam mutationem, in communem linguam (*hoc est Barbaro-Græcam*) facta Metaphrasis à beato Domino Maximo Kalliupolita, simul edita habentur. Præmittitur ejusdem Præfatio & Epistola Cyrilli Lucaris ad lectores orthodoxos. 4. Genevæ ad Anchoram circumplicatam Delphini eam mordentis amplexu (*quod est signum Petri Chouet*) typis majoribus nitidisque 1638.

» In hac editione (*inquit Jo. Mich. Langius pag. 4. dissert. de hac editione*) præter textum totius Novi Testamenti duplicem, duplex præfatio. Barbaro-Græca extat. Prior est ipsius metaphrastæ Maximi Kalliupolitæ, in qua Lectori suum institutum exposuit, & necessitatem metaphraseon.... Tandem totum opus ut edatur, in hac sua præfatione prope finem commendat Ordinibus Fœderati Belgii his verbis: *Et ut hoc opus Deo gratum, commune, & toti Græcorum genti infelici utile fiat, concido ad pedes Illustrissimorum & Pientissimorum meorum Dominorum, Ordinum divinitus custoditæ & Potentissimæ Reipublicæ Belgicæ, atque per Dei misericordiam precor & obsecro ut mihi hanc præstent munificentiam, quo præsens liber prælo subjiciatur, in honorem Dei & Ecclesiæ ædificationem. Hoc enim erit in nostram nationem æternum monumentum ipsorum beneficentiæ & benevolentiæ quam nobis probavit Illustrissimus illorum Dominus Legatus, Dominus Cornelius Aga* (vel potius de Haga) *in quo confidentes, scriptum præsens offerimus.* »

Fortè his verbis nixus est Augustus Pfeifferus, quando in Crit. sacra cap. XI. §. 14. p. m. 323. asseruit *decreto & sumptibus Ordinum Generalium Belgii in gratiam hodiernorum Græcorum* versionem hanc fuisse editam. † *Generalium Belgii fœderati Ordinum sumptibus & curis hanc μετάφρασιν deberi, in præfatione posteriori Cyrillus disertè memorat; illos autem ut ejus rei curam susciperent, præcipuè impulit Jac. Golius. Id enim de eo Gronovius in Or. Funebri. p. 21. testatur conf. Baylè Lex. T. I. p.* 1249. † Constat alias de loco hujus primæ editionis N. T. Barbaro-Græci doctos viros admodum dissentire. Alii Genevam allegant; alii Antverpiam; alii Amstelodamum; alii alia loca. Multis probabilissimum videtur, in Belgio hanc editionem esse adornatam, sive Amstelodamum, sive alius locus prælum subministrarit. »

Hanc conjecturam falsitatis ipse auctor argueret, si vidißet exemplar quod servatur in Bibliotheca Oratoriana (& alibi:) illud quidem Genevam præfert, & fuit olim Tanaq. Fabri, postea Joan. Graverol.

» Altera sive posterior Præfatio est Patriarchæ Constantinopolitani Cyrilli Lucaris... postquam (*pergit Langius ibidem*) etiam hic ipse Cyrillus metaphraseon utilitatem & necessitatem declarasset, tandem hæc verba adhibuit: *Hoc idem sciens & æstimans, quantam utilitatem possit adferre, Illustrissimus Dominus Agas, qui hoc tempore Constantinopoli est Eminentissimorum & Inclytorum Dominorum Belgii, h. e. Flandriæ, Legatus, benevolentia & amore prosecutus nationem Græcorum, curavit multa cum sollicitudine, ut fidelissimè & correctissimè in linguam communem transferretur sacrum Evangelium, hoc est quatuor Evangelistæ, & Acta & Epistolæ Apostolorum, & Apocalypsis S. Joannis, quæ totum Testamentum Novum D. & Salvatoris N. J. C. absolvunt.* ». Hæc Cyrillus. *Idem Langius ibidem aßerit* Calliopoliten non interpretatione aut expositione SS. Patrum Græcorum, sed Bezæ usum fuisse.

« In fine totius operis habetur adhuc adjecta epistola purius Græca, quæ editorum est, quibus operæ pretium fuerat visum, lectorem de uno & altero, tam ratione consensus inter textum originalem & Metaphrasim quam ratione orthographiæ Neo-Græcæ monere. Sunt autem hæc tria, Primum huc redit. *Primum* est *quod* alia editione Metaphrastes, alia autem Typographus fuerit usus, unde accidit, ut textus originalis non ubique per omnia Metaphrasi consentiat; propterea omnino necessarium est hanc ex aliis editionibus aut supplere aut concidere, quo Metaphrasis Textui Originali omninò

» consentiat. Deinde notandum quod frequenter distinctio versiculorum non sit similis, adeò ut una vel duæ voces ex præcedente in sequentem aut vice versâ sint assumendæ. Tandem verò monemus Metaphraseos orthographiam non esse vitiosam, licet quibusdam aliter videri possit. Re verâ factum est ut aliter sentiret Helladius qui Calliopoliten nunquam artem orthographicè scribendi ex regulis Grammaticis didicisse affirmat.

» Si quæras (*pergit Langius*) in quo pretio hæc versio sit Græcis habita ? omnino respondendum fuerit, pretium vix adeo magnum illam fuisse consecutam in Græcia. » *De ea sic loquitur Jeremias Sacerdos Græcus in Epist. quæ extat in Appendice Henr. Hilari ad Philippi Cyprii Chron. Eccles.* » Interrogas utrum apud nos venundatur Testamentum in linguam vulgarem translatum ? Scito quod apud nos N. T. legatur illa, qua conscriptum est, lingua. Et licet quidam illud Barbare interpretati sint, videtur tamen metaphrasis inutilis, ut potè quam nemo emerit. »

» De bac translatione dici potest (*inquit Rich. Simon cap.* 20. *hist. crit. versionum N. T. pag.* 230 231.) hanc ex illis esse, quæ his ultimis temporibus conditæ sunt, accuratiorem ac majori judicio concinnatam. Textum originalem sat exprimit ; quibusdam tamen in locis, ut clarior esset nonnulla verba Interpres intertexuit... in primis cum concisior est Græcus, aliterque se sensum reddere non posse arbitratus est... Denique Maximus varias ad marginem, raro tamen, annotat Græci contextus lectiones. » *Hæc ille.*

» Etsi præcipua causa rejecti Novi Testamenti in vulgari lingua editi illa unica sit, quod scilicet bujusmodi interpretationes non minus supervacaneæ quàm ridiculæ sint : non tamen desunt aliæ etiam & quidem gravissimæ : 1°. est quod nulla inveniatur translatio præsertim sacrarum Scripturarum, ubi neque addere quicquam nec demere licet, sed verbo tenus interpretanda sint omnia. Tale aliquid esset metuendum, si ea in hac vulgari lingua Græcorum fieret, cujus nibil bactenus certò stabilitum invenitur ; nam una eademque vox bujus linguæ diversis in regionibus Græciæ aliam & aliam habet significationem : ita ut quod Thessalus maximè æstimet, idem Thrax vel Macedo necnon Insulanus ludibrio habeat. 2°. quod in pluribus Scripturæ dictis, pautis saltem mutatis vocabulis, eadem manere debeat lingua, quæ & in originali textu fuerat; 3°. quod tam obscurus in nonnullis maneat sensus vulgaris interpretationis Novi Testamenti, quàm in originali textu, ne dicam obscurior, 4°. quod interpretes hujus vulgaris editionis haud Ecclesiæ Græcæ fautores visi sunt, textumque originalem ad suas hypotheses stabiliendas fuvendasque malè interpretantes aliqualiter à veritate deflexerunt. Denique quod si textus originalis adimeretur Græcis, summum esser periculum ne planè in barbariem grex Græcorum subitò vertiat, nam unicè Scripturas sacras saltem antiquâ linguâ scriptas habent, per quas utpotè faciliores ad alios authores percipiendos, præsertim Patres, sese assuefacere solent. « *Hæc Helladius cap IX. libri quem inscripsit* Status præsens Eccl. Græcæ pag. 133. *Idem cap. XVII. hanc Metaphrasim obiter examinat.*

Novum Testamentum translatum antè plures annos in linguam vulgarem (Græcam) pro communi Christianorum usu, per Hieromonachum Maximum Calliupoliten, & nunc denuò excusum ex correctione Seraphimi, Hieromonachi Mitylenensis, in 12. Londini Britanniæ, Mottæi 1703.

» Hoc saltem obiter addam (*inquit Helladius p.* 238. *libri citati*) græculos modernos, ut adversariorum more loquar, non absque sontica gravissimaque causa priores illas Novi Testamenti editiones rejecisse : imò verò addam, quod ignotum est eruditis hactenus, Seraphimi editionem in medio Aulæ Patriarcbalis Constantinopoli anno ni fallor 1704 post anathema vulcano traditam «. Editor Seraphinus Græcus præfationem adjecit ; at textum literalem cum duplici præfatione præcedentis editionis penitùs omisit. Quæ verò in hac editione redarguantur, in notis ad subsequentem editionem legi possunt.

Novum Testamentum bilingue, hoc est illius divinus, qui originalis est, textus, Græcè exhibitus, una cum bujusce in vulgarem Græcorum hodiernorum phrasim quæ ἁπλῆ dici consuevit, versione è regione collocata, in 12. Halæ Saxonum, è Typographia Orphanotrophii 1710.

Hæc editio facta est juxta Londinensem correcta ex recensione Anastasii Michaëlis Macedonis, accurante Hermanno Augusto Franckio Professore Theologo Hallensi qui & Præfationem Latinam adjecit, præmissâ aliâ Græcâ Joannis Heimani, linguarum Orientalium Professoris Leidensis, sumptibus serenissimæ Reginæ Borussiæ, Sopbiæ Louisæ.

Ex Præfatione Latina Franckii. » De adornanda ejusmodi librorum Novi Fœderis editione consilium studio inserviendi Ecclesiis Græcis jamdudum inivimus.... sub initium nostri conatus haud aliam editionem versionis Novi Testamenti in lin-

„ guam Græcam vulgarem, nisi nuperam
„ Londinensem habuimus. Hujus editionis
„ exemplar quinque abhinc annis D. Anas-
„ tasio Michaeli Macedoni, Constantino-
„ poli ad nos profecto tradidimus, ut ei
„ manum admoveret, & quæ rectius cre-
„ deret exprimi posse, quò tum textui ori-
„ ginali tum linguæ vulgaris indoli exactius
„ responderent, ea sedulo annotaret. Id ille
„ præstitit.... Exemplar illud à D. Anas-
„ tasio correctum, fundamenti loco assump-
„ tum, ut & emendatior & accuratior da-
„ retur metaphrasis, etiam Calliupolitæ
„ studiosè collata, nec cessatum ab opere
„ fuit, usque dum ad umbilicum perducere-
„ tur.

„ Antequam autem summa illi manus ad-
„ jecta sit, commodè accidit, ut D. Joannes
„ Heymanus ex Oriente in Belgium profi-
„ ciscens in itinere mihi Berolini sui copiam
„ daret. Is à me rogatus, Præfatione nos-
„ tram Novi Testamenti editionem donare
„ promisit, fidemque datam paulò post e-
„ tiam liberavit.

„ Quantum ad textum originalem atti-
„ net, editionem præcipuè Leusdenianam
„ quæ Amstelodami anno 1698. lucem vi-
„ dit, secuti sumus.... In textu versionis
„ orthographia, in editionibus binis prio-
„ ribus admodùm neglecta, hîc ad linguæ
„ antiquæ indolem normamque magno stu-
„ dio fuit redacta .. deinde voces Turcicæ
„ & Italicæ, quibus priores editiones sca-
„ tent, quæque Græcis, si harum linguarum
„ expertes fuerint, barbaræ & ridiculæ vi-
„ dentur, ejectæ τῷ δύναμιν sunt, & Græcæ
„ aut ἑλληνικῇ aut ἁπλᾷ in earum loeum
„ substitutæ.

„ Tum lacunæ, quarum viginti & sep-
„ tem observatæ in Londinensi editione,
„ expletæ sunt. Voces enim, versuum partes,
„ immo integri versus hic illic in ista edi-
„ tione omissi fuerunt ... divisiones versuum
„ divisionibus quæ in Leusdeniana Editione
„ cernuntur æquatæ sunt, exceptis binis lo-
„ cis Joh. XIV. 12. 13. & Ephes. II. 14. 15.

„ Ipsa metaphrasis sic comparata est, ut
„ explicandis nonnullis locis non spernen-
„ dum lumen præferat.

Novum Testamentum in linguam Græcorum vulgarem translatum à Liberio Colleti Sacerdote; in folio.

Helladius p. 344. libri suprà pluries citati loquitur de hoc interprete, eumque non Atheniensem sed in Italia natum & educatum vocat.

„ Non verò minus ridiculum videtur dum
„ præponens hoc nomen, se Græcum Athe-
„ niensem vocat, & in Calendario quod ex
„ editione Novi Testamenti Græci in par-
„ vo folio Venetiis huc (anno 1710.) trans-
„ tulit suumque fecit &c. *Idem pag.* 358. Si &
„ Psalterium ita Dom Liberio Colleti in-

A terpretatus est, uti Novum Testamentum „
moneo ne prelo subjicias. „

Tentamen Metaphraseos Novi Testamenti in linguam modernam Græcorum factum ab Alexandro Helladio Græco super caput II. Evangelii secundum Matthæum.

Hoc Tentamen editum est pag. 302. *libri hujus interpretis, cui titulus* Status præsens Ecclesiæ Græcæ, *in octavo* Lipsiæ 1714.

B

CAPITIS IV.

PARS PRIMA.

BIBLIA LATINA.

SECTIO PRIMA.

ANTIQUÆ VERSIONES

C

LATINÆ.

MUltas olim fuisse Latinas sacræ Scripturæ versiones docet S. Augustinus lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 11. in quo ait: „ Qui Scripturas in linguam Græcam verterunt „ numerari possunt, Latini autem Interpre- „ tes nullo modo: ut enim cuique primis fidei „ temporibus in manus venit codex Græ- „ cus, & aliquantulum facultatis sibi u- „ triusque linguæ habere videbatur, ausus „

D est interpretari. „

VERSIO VULGATA VETUS ex Græco.

INter illas autem una erat, quæ ab Augustino loco citato cap. 15. *Itala* „ (*forsan ait Ric. Simon*, quia in Italia primum nata fuerat, aut inde ad cæteras gentes, quibus Latinus sermo erat vernaculus, transierat) „ ab Hieronymo in „ cap. 14. & 49. Isaiæ *Communis* & *Vulgata*, „

E à Gregorio M. epist. ad Leandrum ante „ Moral. præfixa *Vetus* appellata erat, „ quam reliquis prætulerunt, quia, ut ait „ Augustinus, *erat verborum tenacior cum „ perspicuitate sententiæ*: hæc vero in Eccle- „ sia Latina in usu fuit, unde nomen *Italæ* „ & *Vulgatæ* habuit, quia verò reliquis an- „ tiquior erat, *Vetus* dicebatur. Facta est „ autem hæc versio ex Græca LXX. & „ magnæ auctoritatis erat apud Ecclesias „ Occidentis... Hujus lectione usa est Ec- „ clesia longè ante Hieronymi tempora, & „ etiam multo post, usque ad tempora Gre- „ gorii Papæ... An vero sanctus Hieronymus Latinam illam versionem ex Græca „

» LXX. de novo fecerit, an tantum Vulgatam & Italam emendaverit, vix liquido constat. Probabile mihi tamen videtur quosdam libros de novo vertisse, reliquos tantum emendasse. De novo vertit Psalterium, ut ipse scribit ad Sun. & Fret. Librum Jobi, ut ex utraque præfatione constat, & Libros Salomonis, ut lib. 2. adversus Ruff. cap. 8. habetur: reliquos solum emendavit.... Asteriscis etiam & obelis hanc suam versionem notavit ex ipso textu Hebraico, &c. » *Ita Waltonus proleg.* x. §. 1. † *conf. P. Pithæus de Lat. Bibl. interpretibus p.* 5. *edit. Opp. Parisiens.* 1609.

» Hujus editionis (nihil nunc de Novo Testamento dicimus) integrum corpus, quod sciamus, non extat. Partes multæ ex plerisque libris, cum apud cæteros Latinos Patres habentur, tum apud S. Hieronymum in commentariis atque aliis libris. Ex eadem Psalterium, quomodo ferò à S. Hieronymo est emendatum, in hodierna quoque vulgata remansit... Ex eadem remanserunt partes quædam Esther & Danielis, Prophetia Baruch, Epistola Hieremiæ, libri Maccabæorum.. *Nobilius in præfatione Bibl. Latin. Romæ* 1588. *editorum.*

Vetus Testamentum secundum LXX. Latinè redditum & ex auctoritate Sixti V. Pont. Max. editum *cum annotationibus & scholiis, studio & cura Flaminii Nobilii, cum ipsius præfatione, juvantibus Antonio Agellio, Lælio, Bartholomæo Valverda & Petro Morino*, in folio. Romæ, in ædibus Populi Romani apud Georgium Ferrarium 1588.

Ex Epist. nuncupatoria Antonii Carafæ Cardin. ad Sixtum V. » Superiore anno Sacros. LXX. Interpretum Græca Biblia ad vetustissimorum probatissimorumque codicum fidem ab eruditissimis viris ad id munus delectis accuratè recognita jussu Sanctitatis Vestræ in lucem prodierunt. Eadem nunc iisdem (quantum fieri potuit) verbis, quibus usi sunt Latini Patres, auctoritate Sanctitatis V. Latinè reddita & Flaminii Nobilii... notationibus illustrata sub felicissimo ejusdem Sanctitatis Sixti V. nomine emittuntur. «

Ex præfatione Nobilii. » Quoniam nihil usquequaque integrum est, & alias quoque interpretationes conferre non est inutile, positæ sunt in notationibus aliæ lectiones, ex quibus boni aliquid excerpi posse videbatur... Quod autem ad Latinam interpretationem attinet: diligenter operam dedimus, ut quæ ipsius sanctæ Scripturæ partes à Latinis Patribus alicubi recitantur, eas eòdem modo atque ab ipsis sunt recitatæ, nisi aut illorum inter se aut nostri exemplaris varietas obstaret, poneremus: in reliquis, quas recitatas non invenimus, eadem verba, easdem locutiones, quantum res ipsa ferret, retinemus. Prorsus autem, ubi nobis integrum fuit, ingenuè profitemur incultam nos illam sequutos interpretandi rationem, in qua verbum verbo redditur, paulò durioris constructionis reprehensionem parum veritos... Multa tamen in notationibus dicta sunt quæ ad ipsam asperitatem leniendam faciant, &c. «

Ex Epistola Petri Morini ad Silvium Antonianum pag. 368. *Opusc. Epist.* 31. » Cum Cardinalis *Antonius* Carafa Biblia Latina adhibitis Flaminio Nobilio, Antonio Agellio, Lælio, Valverda, & me (*Petro Morino*) detulisset emendata ad Sixtum V. Ecce Pontificatu Gregori XIV. tu ipse, Morine, dixisti, ad Biblicos labores? &c. «

Antonii Agellii » egregiis curis non exiguam sanè partem tribuendam ejus Latinæ versionis septuaginta, quam Flaminius Nobilius Sixto V. Pontifici subindè obtulit, testimonio Joannis Baptistæ Bandini D. Petri Canonici, affirmamus. « *Joseph. Silos lib.* 13. *Hist. Cleric. Regul. pag.* 533.

Aliæ editiones V. Biblia Græca 1628. *Polyglotta* 1657.

» Quanquam Italam illam totam ex Latinorum Patrum scriptis maximo labore collectam consarcinare & renovare studuerit Flaminius Nobilius Lucensis: unde sacrorum voluminum purè, presse, religiosè interpretandorum quivis documentum capere possit. Attamen cum pannos illos è Patribus undequaque corrasserit Nobilius, & non Italam unam, sed complures alias, passim tunc temporis emergentes, & omnium usui permissas, promiscuè Patres usurparent; imo pro captu suo loca ex tempore sæpè converterent, vel ab aliis conversa memoriter recitarent; cumque è LXX. Senum Editione κοινῇ profecta sit Italica; Sixtinæ autem, quam puram illam esse, Hexaplis intextam eruditi propugnant, Nobiliana consentiat; certissimum est non faciliùs in Nobiliana Italam quam aliam quamlibet reperiri posse. « *Dan. Huetius de Claris Interpretibus p.* 110.

» Hanc puram putam esse Ecclesiæ Latinæ versionem, quæ ante Hieronymum sola in Occidente legebatur, nemo rei criticæ peritus affirmaverit; fieri siquidem non poterat ut Nobilius illam modis omnibus absolutam & perfectam ex Patrum testimoniis hauriret, qui eam non exactè sequuti fuerant; & si qui eorum Græcè docti fuerunt, versionem

» novam ad Græcum sermonem LXX. » Interpretum condere non ipsis fuit reli» gio. His omnibus accedit Hieronymum » antiquam illam versionem, quam in lo» cis quibusdam accuratam deprehenderat, » & pro regionum & exemplarium diversi» tate parum constantem, refecisse. » *Rich. Simon cap. 19. Disquisit. crit. de variis Bibl. edit. p. 158.*

» Versio illa Latina Interpretationis » LXXviralis, quæ fertur sub Nobilii no» mine, pro vera versione Itala haberi mi» nimè debet. In multis eadem est, in mul» tis diversa, & maximam, opinor, partem » ipse Editor elaboravit. » *Humphr. Hody lib. 2. de Bibliorum textibus origin. pag. 343.*

Latinam versionis Græcæ 70. Interpretum tralationem ex SS. Patrum operibus summâ curâ collectam adornant eruditi Patres Benedictini è Congregatione sancti Mauri.

Liber Psalmorum, Maccabæorum uterque, liber Sapientiæ & Ecclesiastici, partes quædam Esther & Danielis, Prophetia Baruch, Epistola Jeremiæ ex antiqua Itala, quâ ante S. Hieronymum Ecclesia Latina utebatur, in vulgata Hieronymiana retenti & conservati *juxta Nobilium & Jo. Morinum lib. 1. Exercit. Bibl. 9. cap. 1. §. 11. V. Biblia Vulgata Latina infra.*

» In Vulgata hodierna remanserunt par» tes quædam Esther & Danielis, Prophe» tia Baruch, Epistola Hieremiæ, Libri » Maccabæorum, ex non Canonicis tertius » & quartus Esdræ. Sapientiæ verò & Ec» clesiastici interpretatio, quæ in Bibliis » vulgatis extat, ita vetus est, ut ea non » modo S. Augustinus in speculo, sed Lu» cifer Calaritanus, & S. Ambrosius & S. » Cyprianus & S. Hieronymus longè pu» riore & emendatiore sint usi; quæ aut » ex alia editione fuit, aut ab ea quæ à S. » Hieronymo fuerat restituta. «

Liber Job cum asteriscis & obelis antehac ineditus: Liber Psalmorum cum asteriscis & obelis partim editus, partim ineditus: Liber alter Psalmorum sive Romanum Psalterium. *Hi tres libri è Græcis LXX. Interpretibus in Latinum sermonem translati à S. Hieronymo. Extant in ejusdem Bibliotheca Divina part. 2. in fol. Parisiis 1693.*

» Vetus Novi Testamenti editio Lati» na, quæ Itala dicebatur, cum textu Græ» co vulgari congruebat. Eam ex codicibus » emendatissimis & hominum rei criticæ » peritorum ope revisis S. Hieronymus re» cognovit. Revera sanctus ille doctor quan» doque meminit exemplarium, quæ accu» ratione sua vulgares editiones longè superabant, v. gr. comment. in Matth. cap. « 24. *In quibusdam Latinis codicibus additum* « *est*: neque filius, *cum in Græcis & maximè* « *Adamantii & Pierii exemplaribus hoc non* « *habeatur adscriptum*«. *Rich. Simon cap. 3. hist. crit. version. N. T. p. 24.*

Idem p. 27. addit: » Maximam hujus « versionis partem in vetustis antiquiorum « Patrum codicibus, v. gr. in Hilarii Diaco- « ni commentariis in Paulum, quæ sub no- « mine S. Ambrosii vulgata sunt, adhuc « reperiri«. *Asserit idem in hoc capite & in sequenti vetustissimos codices Regium & Sangermanensem veterem illam versionem in textu Latino nobis exhibere, atque cum commentariis S. Hieronymi, Hilarii Diaconi & Pelagii Hæresiarchæ, qui erant coætanei, omnino convenire.*

Novum Testamentum præter Epistolas Canonicas & Apocalypsim. V. *supra codices Græco-Latini Novi Testamenti scilicet Cantabrigiensis, Claromontanus & Sangermanensis, † Bodleianus & Lipsiensis.*

Novum Testamentum Latinum. Versionem vulgatam antiquissimam continet hic codex, quo se magnus noster Erasmus plurimo cum fructu usum bis sua manu notavit. *Biblioth. Berolinensis, Jac. Tollius in Epist. 2. Itineraria p. 45.*

Vulgata antiqua Latina & Itala versio Evangelii secundum Matthæum. Codex in antiquis membranis exaratus literis Saxonicis vel Merovingicis ante octingentos annos juxta Doctissim. Baluzium, fuit olim Bibl. Corbeiensis, nunc *Bibl. S. Germani à pratis cod. 21.* Alter ejusdem Bibliothecæ eleganter descriptus, & æqualis antiquitatis. *Ibid. cod. 15.*

Eadem ex codice Corbeiensi, cum variis lectionibus & prolegomenis, studio Jo. Martianay. 12. Parisiis, Ant. Lambin 1695.

Epistola canonica S. Jacobi Apostoli juxta vulgatam veterem seu versionem Italicam in 4°. Codex vetustissimus annorum 800. vel 900. unus è præstantissimis monumentis Monasterii veteris Corbeiæ in Francia, nunc *Bibl. S. Germani à pratis cod. 625.*

Eadem juxta hunc codicem, studio Jo. Martianay edita, 12. Parisiis, Ant. Lambin 1695.

Biblia sacra, sive libri omnes Canonis Hebræi ad Hebraicam veritatem à sancto Hieronymo seniore facto in Latinum sermonem conversi; Tobias & Judith ex Chaldæo, sicut patet ex ejus epistolis ac præfationibus, quas libris à se translatis præscripsit. *Novum Testamentum* (inquit S. Doctor in fine libri de Script. Eccles.). *Græcæ fidei reddidi, vetus juxta Hebraicam transtuli.*

Quo tempore & ordine, qua ratione & quorum precibus, has versiones adornaverit, ad quos tandem illas nuncupaverit, qui voluerit cognoscere, Joannis Martianay Prolegomena in 1. volumen S. Hieronymi adire, legereque poterit.

De ratione qua in convertendis sacris Codicibus usus est sanctus Doctor, duo tantum loca proferemus. I. *Ex Epist. ad Sunniam & Fretellam.* » Noluimus ergo immutare » quod ab antiquis legebatur, quia idem » sensus erat... Sed & in hoc nulla est sen- » sus mutatio, & nos antiquam interpreta- » tionem sequentes, quod non nocebat, » mutare noluimus. » *Quid mirum igitur si ex antiqua Latina versione nonnihil in hac nova S. Hieronymi remanserit?* II. *Ex proæmio in Ecclesiasten:* » Hoc breviter admo- » nens, quod nullius autoritatem secutus » sum; sed de Hebræo transferens, magis me » LXX. Interpretum consuetudini coapta- » vi; in his duntaxat quæ non multum ab » Hebraicis discrepabant. Interdum Aquilæ » quoque, Symmachi & Theodotionis re- » cordatus sum: ut nec novitate nimia lec- » toris studium deterrerem; nec rursum » contra conscientiam meam, fonte veri- » tatis omisso, opinionum rivulos consec- » tarer. «

S. Eusebii Hieronymi Divina Bibliotheca antehac inedita, complectens translationes Latinas Vet. & Nov. Testam. scholia quoque marginalia Hebræi cujusdam (*qui tempore Rabani Mauri in scientia Legis celebratissimus fuit.*) Prodiit ex vetustissimis msc. codicibus, studio Joannis Martianay, fol. Parisiis, Joan. Anisson 1693.

Edita est » ex sex msc. exemplaribus, » quorum IV. totum dividunt vetus Testa- » mentum per tres ordines. *Incipit primus » ordo Legis: incipit secundus ordo Prophetarum: » incipit tertius ordo Agiographorum.* Codices » illi sunt, unus insignis Ecclesiæ Narbo- » nensis, alter Ecclesiæ Carcassonensis, ter- » tius Monasterii S. Germani à pratis (*codi- » ce 9.*), quartus Bibliothecæ Illustriss. Do- » mini de Mesmes in Curia Parisiensi Præ- » sidis (non habet ille codex scholia mar- » ginalia)... Tria exemplaria jam dicta » Memmianum, Carcassonense & Sanger- » manense scripta sunt eodem tempore, & » si expertis credimus, ante octingentos » annos... Aliud exemplar Canonis He- » braicæ veritatis suppeditavit nobis Biblio- » theca Regia, illudque antiquissimum & » optimæ notæ 2. vol. in fol. codd. 3563- » 64..... Psalterium ex Hebræo Latinè » versum à S. Doctore, restitutum est ad » fidem decem præstantissimorum & anti- » quissimorum MSS. exemplarium: nam » præter canonis exemplaria recensita, aliis sex uti licuit, uno Vaticano, altero Au- « gustinianorum Burdigalensium, tertio « Monasterii S. Michaëlis in periculo ma- « ris, quarto Bibliothecæ Sorbonicæ, quin- « to Corbeiensi, & sexto demùm Monaste- « rii S. Petri Carnutensis. *Hæc Jo. Martianay in laude MSC. codd. quibus usus est ad calcem prolegomenorum.*

Cum voluminis hujus Editor asserit divinam hanc Bibliothecam fuisse antehac ineditam, nihil sanè aliud vult innuere quam quod in ea sint novus librorum ordo, novæ capitulationes ex msc. codd. collectæ, scholia denique marginalia quæ nondum in lucem prodierant. Libri namque in hac Bibliotheca contenti, exceptis Psalmis, nullo modo different à Vulgata Latina, proindeque toties editi fuerant, quoties Vulgata publicata est.

Psalterium Lat. ex Hebræo, Interprete S. Hieronymo. V. *omnes ferè ejusdem operum editiones.*

Biblia Latina Vulgata, quibus nunc passim utitur Ecclesia Latina à temporibus Gregorii Magni, & à Concilio Tridentino pro authentica declarata, ex Hebræo Græcoque textu concinnata, sc. omnes Hebræi canonis libri præter Psalterium; item liber Tobiæ & liber Judith ex Chaldæo juxta versionem S. Hieronymi; Psalterium vero, Sapientia, Ecclesiasticus, additamenta Jeremiæ, libri Esther & libri Danielis, & duo libri Maccabæorum ex Græco ab antiquo Interprete ante D. Hieronymum, eoque incognito. Novum Testamentum ex Græco juxta emendatam à S. Doctore versionem illam quæ ante ipsum vulgata erat. V. *omnes Bibliæ Latinæ Vulgatæ editiones.*

De his ea scribit Franc. Lucas Burgensis notation. in 2. lib. Regum cap. 4. num. 5. » Videtur id ipsum hoc loco accidis- « se, quod proximè præcedenti observa- « vimus, nimirùm Latinam Hieronymi & « Græcam Septuaginta duorum interpreta- « tiones, in Latinis libris, impetita temeri- « tate conjunctas. «

» Ea nostra sententia est (*ait Joannes Mariana sub finem capitis 18. tract. pro Vulgata editione*) plurimos libros nostræ « editionis ex Hieronymi interpretatione « esse, paucos quosdam ex alterius, quæ « olim apud Latinos editio Vulgata voca- « batur, neutros olim ex parte sinceros, « sed quibusdam locis aut verbis ex diversa « editione commutatis. «

Ex Prolegomenis Joan. Millii in N. T. Gr. pag. 50. Explicanda restat indoles, ut « ita dicam, & constitutio versionis Italicæ « N. T. Ea verò, quod ex stylo colligimus, « non unius erat Interpretis, sed variorum, « qui

»qui in id unum incumbebant, ut sermo- »ne simplici ac plano, qualis Ecclesiis Oc- »cidentis jam in usu erat, textus Græcus »castè & fideliter exprimeretur. Interpres »*Matthæi* fidus imprimis erat, & quidem »superstitiosè accuratus. Apices Græci tex- »tus scrupulosè insectatus est; nec conten- »tus verbum verbo reddidisse, quoad lin- »guæ utriusque ratio ferret, Græcorum »haud raro casus, genera, tempora, nu- »meros, regimen, in sua transtulit Latina, »reclamantibus regulis Grammaticæ. *Ho- »rum exempla hic adducuntur.*

» (*Pag.* 51.) Interpretem *Marci* à Mat- »thæi illo diversum fuisse, ex eo apparet, »quod aliis omninò in eadem re exprimen- »da utatur vocabulis, *quædam hic subjiciun- »tur*... Græca sua haud malè ferè hic in- »terpretatus est. Nonnunquam pressius ad »literam... Obsoletum etiam apud eum, »nonnihil... In Evangelio *Lucæ*, Interpres »(qui & ipse alius fuisse videtur ab utroque »priori) Græca sua religiosè κατὰ πόδας ubi- »que ferè insecutus est. Hinc verba verbis »relata, etiam ubi minimè opus erat.... »Sed & ex eadem ἀκριβείᾳ factum, ut cum »in exprimendis apicibus quibusque textus »sui nimirum quantum versatur Interpres, »ad proprietatem regulasque ipsas sermo- »nis Latini haud satis attendat... Evange- »lii *Joannis* versionem quod attinet, & ip- »sa quidem Auctoris fuisse videtur à cæteris »tribus diversi: id enim ex diversa vocum »earumdem interpretatione colligo... Ut »Latina sua verbis Evangelistæ velut ad »amussim responderent, id unum ei curæ »erat: nil pensi de elegantia, vel etiam »Latinitate versionis. Hinc singularis, ut »dixi, ἀκρίβεια...

» (*Pag.* 52.) *Actorum Apost.* idem Trans- »lator, qui *Evangelii Lucæ*; id enim ex »vocum quorumdam utrique libro isti »communium interpretatione colligimus... »(*pag.* 53.) Versio hujus libri satis ferè ac- »curata... Certè vetus Italica tam religio- »sè ferè Græca sequitur, ut raro ab ea »rectè & cum judicio recessum arbitrer. »Ego ne quidem minus Latina, quæ in ea »occurrunt, lubens mutatim; multo minus »barbara, quæ vocant, & obsoleta...

» In Latinis Epistolæ *ad Romanos*, nihil »non ferè ad Græca accuratè expressum »est. Interpreti res erat cum codice (qua- »les reliqui istius ætatis) ἀδιαστίκτῳ, nullis- »que accentuum ac spirituum notis affec- »to; undè offusæ ipsi tenebræ, uno & al- »tero loco. (*pag.* 54.) Epistolæ *ad Corin- »thios* prioris versionem quod attinet, dis- »tinguenda primum inolita quædam vitia »quæ textum ejus occuparunt, à Latinis »ipsius interpretis... Ad Epistolæ posterio- »ris *Corinthiis* inscriptæ Latina quod spec- tat, & ipsa ad originarium textum accu- « ratè composita erant. Id unum dolen- « dum, in iis describendis nimirùm quan- « tum sibi permisisse Librarios... In versio- « ne Epistolæ *ad Galatas* omnia rectè se ha- « bebant; etiam pleraque omnia quæ cen- « soria virgula notavit in commentariis suis « Hieronymus. (*pag.* 55.) Ad Epistolæ *Ephe- « sis* inscriptæ versionem accedimus. De « hac autem ut rectiùs judicetur, notanda « primum loca quædam interpolata, quæ « pro Latinis ipsius interpretis habuit Hie- « ronymus... In Epistola *ad Philippenses*, « versio est ubique accurata. Neque enim « quæ jam in Vulg. à Græcis abeunt, In- « terpretis nostri sunt, sed aut Scribarum, « aut Scholiastarum. «

Idem Joannes Millius pag. 56. » Epistola « ad *Colossenses* quæ præ cæteris hic illic « obscura est, & interpretatu paulò diffici- « lior, translatorem nescio quem nacta est « indiligentem & minus eruditum. Græcis « usus est Interpres spirituum, accentuum, « distinctionum expertibus... In Epist. ad « *Thessalon.* priori, versio in plerisque ac- « curata, sed & in uno & altero loco laxior, « & ad sensum magis expressa, quam ad « verba ipsa Apostoli... Prioris ad *Timo- « theum* Epistolæ Latina quod attinet, se- « cernenda primum, quæ in iis interpolata « sunt, à germanis ipsius Interpretis... In « reliquis quæ haud dubiè genuina, cum « Interpres rectè ferè incedat, tum certè « in paucis quibusdam recedit à fonte suo, « absque omni planè causa, remotioribus « nescio quibus explicationibus delectatus, « cum ad manum essent vocabula, quæ « textum Græcum accuratè exprimerent. « In Epistola posteriori ad *Timotheum*, ni- « hil in versione haud satis sanum. In Epis- « tola ad *Titum*, contentus erat Interpres « subinde transferre ad sensum, cum ad « manum esset propria locoque summè con- « grua verbi significatio... (*pag.* 57.) Ut « de Epistolæ ad *Hebræos*, post ὁμολογούμενα « scripta N. T. in Canonem receptæ, adeo- « que diversum quemdam ab istis Interpre- « tem nactæ, versione Latina ritè judice. « tur, ante omnia secernendæ inolitæ quæ- « dam interpolationes in hanc invectæ, à « genuino contextu Interpretis... In reli- « quis, quæ sunt interpretis genuina, pro- « dit auctor iste (quod reliqui) hic illic La- « tini sermonis negligentiam... In Epistola « *Jacobi*, distinguendæ primo, quæ jam « olim in versionis veteris textum aliundè « irrepsere lectiones, ab ipsius Interpretis « genuinis... In Epistola priori *Petri* distin- « guenda interpolata loca à germano tex- « tu ipsius Translatoris.... (*pag.* 58.) In « Epistola posteriori *Petri* Latina quippe ad « Exemplar interpolatum expressa, variis «

» in locis abeunt à textu ipsius Apostoli ; A sed neque in reliquis quidem satis accurata sunt.... In Epistola prima *Joannis*, quæ à Græcis abeunt, pro Vulgatæ interpolatis habeo... In Epistolæ *Judæ* Latinis omnia, quantum video, proba, præterquam versiculorum 22. 23. quæ jam olim mutata fuerunt à primigenia lectione ad Exemplaria Græca posteriorum temporum...

» Et quidem cum reliquæ partes N. T. Deutero-Canonicæ, diversis, uti videtur, temporibus emerserint ; & ab Ecclesiis B aliæ citius, aliæ serius fuerint admissæ ; verisimile est, singulas distinctos nactas esse Interpretes... In *Apocalypsi*, Versio, quantum ex collatis invicem veterum citationibus colligere licet, admodum accurata erat, ipsisque textus Græci vestigiis ubique ferè κατὰ πόδας insistebat, nisi cum series narrationis exigeret, ut mutarentur verborum tempora... Atque hactenus de Translatione N. T. qualem eam, nostro quidem judicio, edidere primi Interpretes. » *Jo. Millius in prolegomenis ad* C *N. T. Gr.*

» Veterem *Novi Testamenti* Italicam, seu ad exemplaria primæva compositam, summa veneratione prosequimur (*inquit idem pag. 142. prolegom. in Nov. T. Gr.*) ejusque vel semesa fragmenta qualibet auro contra non cara ducimus. Neque vero de ejusdem, jam quod macularum haud parum contraxerit, Editione Hieronymiana derogatum quidquam volumus. Optandum equidem foret, ut Hieronymus, ex collatione præstantissimo- D rum, quæ ætate ista comparari poterant, Codicum Latinorum, restituere studuisset Italicam originariæ suæ puritati. Cum autem ex Græcis suis eam castigare ipsi visum sit, ex animo certè gaudemus, quod in hac re parùm sibi permiserit ac pauca duntaxat immutarit. Hoc siquidem pacto manet haud exigua pars Italicæ, textusque adeo primævi originarii vestigia passim haud obscura videre est, quæ ex morosiori ejus ad Codices Græcos, E qui tum ferebantur, conformatione plerаque prorsus periissent. Hæc nostra est de Vulgata versione sententia ; quam certè tantum abest ut ad Græcum excusum quemcunque reformatam velim ; ut contra optimè cum ea actum existimem, si MSS. exemplarium diligenter collatorum ope talis apud posteros prodeat, qualem eam edidit Hieronymus. *Sic ille.*

Biblia ex LXX. Interpretibus Latina facta & translata jussu Ptolemæi Philadelphi. *Theodoretus in dissert. msc. in Prophetas à Philippæo in præfatione comment. super Oseam pag. 21. laudata ita scribit :* Καὶ πᾶσαν γραφὴν Ἑλληνικήν τε καὶ Ρωμαϊκὴν, ἔτι τε καὶ Αἰγυπτίαν ἐξαχθῆσαι παρεσκεύασεν. *Et omnem ille* (Ptolemæus) *Scripturam Latinam ut faceret amplius & Egyptiacam, dedit sedulo operam.* Licet Theodoreti authoritatem elevâre difficile sit, quis tamen hæc nullo nixum testimonio referentem admiserit ?

Bibliorum Latina translatio, qua sæculo IX. utebatur Ecclesia Lugdunensis, multum à vulgata nostra discrepans, *juxta Andream Duvallium qui de ea sic loquitur in notis ad librum Ecclesiæ Lugdunensis adversus Joannem Scotum, tom. 15. Bibl. PP. Lugdun. pag. 663.* Quod ad Scripturæ versionem, qua Ecclesia Lugdunensis utitur, incertum est cujusnam sit, certum tamen est multùm à Vulgata discrepare, cum nullum proferat testimonium quod ab ea non discrepet ; fortè propriam sibi versionem fabricaverat illa Ecclesia, utpotè viris apprimè doctis refertissima, quia juxta Augustinum lib. 2. de doct. Christ. cap. 11. Græci traductores numerari possunt, Latini verò minimè &c. «

Mirari satis non possum quod tam asseveranter Duvallius scripserit peculiarem fuisse Ecclesiæ Lugdunensi Latinam Bibliorum versionem, cujus testimonia in scripto suo prolata à Vulgata Latina multum discrepant. Ego verò hujus libri adversus Joannem Scotum msc. codicem Corbeiensem qui servatur in Bibliotheca Sangermanensi, cum varias illius editiones cum vulgata Latina contuli, eumque in omnibus ferè, paucissimis exceptis, cum Vulgata nostra concordare deprehendi.

SECTIO SECUNDA.

PRÆCIPUI CODICES
antiqui manu exarati.

BIBLIA Sacra Latina Vulgatæ editionis (in quibus Psalterium secundum versionem Hebraïcam S. Hieronymi, adjectis ad marginem variis lectionibus) quæ egregiis characteribus sed parvis circa annum Christi 790. sibi describi fecerat Theodolphus tunc Monachus & Abbas Floriacensis, deinde Episcopus Aurelianensis. » Perstant hodieque Parisiis in Bibliotheca Memmiana egregii operis illustre monumentum, idem ipse Bibliorum codex, quem Theodulfus olim exarandum curaverat, cum iisdem ipsis versibus quos in libri fronte aureis characteribus expressos collocarat. Aliis literis argenteis describi præfixi sunt bre- «

» vi Chronico (*quod Bibliis adjunctum est* A
» *ante Novum Testamentum*) Isidori & opus-
» culo Eucherii de interpretatione Hebrai-
» corum nominum & Græcorum cum cla-
» ve, ut nonnullis visum est, Melitonis Epis-
» copi Sardensis. « *Ita Sirmondus tomo* 2.
Operum pag. 1046. *& seq.* Codex membra-
naceus in folio minori : versus literis au-
reis in membranis purpureis exarati sunt,
Chronicon verò Isidori & opusculum Eu-
cherii argenteis. Illum inspiciendi facul-
tatem mihi perhumaniter concessit Illus-
triss. Dominus de Mesmes in supremo Gal- B
liarum Princeps, *apud quem religiosè ser-
vatur.*

Biblia Latina cum vetusta Chronogra-
phia S. Isidori, libro de nominibus He-
braicis, altero de expositione diversarum
rerum & tractatu de Deo, de ejus attri-
butis & de variis rebus moralibus. Hæc
omnia in 138. articulos distincta sunt. Le-
guntur in hoc volumine Theodulfi car-
mina charactere vix legibili quorum ul-
tima hæc sunt :

Codicis hujus opus struxit Theodulphus amore C
Illius, hic cujus lex benedicta tonat.
Nam foris hoc geminis auro splendescit & ostro
Splendidiore tamen in suo honore mi-
tat.

In ultima codicis olim splendide cooper-
ti pagina hoc epigramma reperitur.

Vive diu felix, per plurima tempora Lector;
Theodulphi ne sis immemor, oro, tui.

Ante textum Biblicum præmittitur synop- D
sis Bibliorum versibus elegiacis à Theodul-
fo descripta quæ sic habet :

Quidquid ab Hebræo stylus Atticus atque Latinus
Sumpsit, in hoc totum codice, Lector, habes ;
Quo loca prima tenet Genesis primordia mundi,
Diluviumque canens, gestaque magna Patrum.

Hi versus omnes in præcedenti codice
etiam leguntur. Asservatur istud exem- E
plar ex dono ipsius Theodulphi (*ut asse-
rit Odo de Gissey in Hist. Gallica Dominæ
nostræ Podiensis lib.* 2. *c.* x. *pag.* 236.) *in hu-
jus Ecclesiæ Thesauro, ibique etiamnum ex-
tat, ut litteris inde acceptis didici.*

Biblia Latina studio & sumptibus Ra-
donis S. Vedasti apud Atrebates XI. Ab-
batis, primo ejus regiminis anno, *hoc est
anno Christi* 795. exarata. Codex totus rui-
nosus & plerisque locis præ vetustate vix
legibilis. *Bibl. Vindobonensis, Lambecius lib.*
2. *p.* 402.

» Latinorum Bibliorum exemplar in
tæ Agri Senensis custoditur, totum ma- «
jusculis literis exaratum, sicut antiquitus «
apud Romanos scribi passim solebat. Id «
quod antiquitatem illam redolens, circi- «
ter jam mille à Christo octo annos exis- «
timatur scriptum : nam tempore B. Gre- «
gorii Magni conscriptum fuisse omninò «
existimatur, (*Si de codicis hujus antiqui-* «
tate constaret, ante præcedentem foret repo- «
nendus) de quo in commentariis Pii II. «
lib 9. circa finem fit mentio hisce verbis : «
Sacram supellectilem habuit pretiosam & «
Bibliothecam nobilem, cujus pauca extant «
volumina, inter quæ unum maximum & ad- «
mirabile Veteris & Novi Testamenti literis «
majusculis exaratum, quod Pius Pontifex «
cupidè vidit. » *Angelus Rocca in Appendice
Biblioth. Vaticanæ p.* 487.

Biblia Latina. Codex triplici columna
distinctus VII. vel VIII. seculi ; fuit olim
Monasterii Farfensis ut patet ex his ad
finem Orationis Manassæ subjectis verbis :
*Domine Deus Omnipotens quæso respice in
Biblia Abbatis Farfensis, Bibl. Vaticana
cod.* 6729.

Biblia Latina. » Romæ *in Bibliotheca* «
Vallicellana PP. Oratoris ex dono Achillis «
Statii habetur, (*inquit Jo. Mabillonius p.* «
68. *Itinerarii Italici.*) Codex Bibliorum «
ab Alcuino dicatus Carolo Magno, uti «
versus ad calcem adscripti testantur. «

Nomine Pandecten proprio vocitare memento «
Hoc corpus sacrum, Lector, in ore tuo. «
Quod nunc à multis constat Bibliotheca dicta, «
Nomine non proprio, ut lingua Pelasga docet. «

Et post pauca. «

Codicis illius quot sunt in corpore sancto «
Depictæ formis litterulæ variis : «
Mercedes habeat, Christo donante, per ævum «
Tot Carolus Rex, qui scribere jussit eum. «

Tum, «

Pro me, quisque legas versus, orare memento. «
Alcuine dicor : Tu sine fine vale. «

De hoc codice hæc habet Card. Baronius «
tom. 9. *Annal. Ecclesiæ ad an.* 778. » Sed & «
quod præstat cæteris, eidem Carolo Ma- «
gno debemus ingens opus ab Alcuino sive «
Albino elaboratum, quo totius divinæ «
Scripturæ tam Veteris quam Novi Tes- «
tamenti editio emendata est ; (*ut testatur* «
ipse Alcuinus in Epist. ad Gislam libro vi. «
commentar. in Joannem præfixa, his verbis : «
Totius forsan Evangelii Expositionem direxi «
vobis, si me non occupasset Domini Regis præ- «

ceptum in emendatione Veteris Novique Testamenti.) Acciderat enim, ut ipsa multiplicium librariorum exscribentium vitio mendis obsita jam vilesceret. Quod periniquo animo ferens Carolus, ut quam emendatissima ederetur, in pristinamque vindicaretur integritatem atque splendorem, studio propensiori curavit... qui ut, quod omnes refugerent ob nimiam difficultatem, omnino perficeretur, opus delegavit Albino ut absolveret. Qui in idipsum viribus totis invigilans, universam divinam Scripturam è vetustioribus ac veB rioribus fontibus descriptam, recognitam & emendatam, eidem Carolo Magno obtulit: ad cujus calcem hos, quos suprà descriptos legis versus, apposuit, per epigrammata diversa distinctos. Extat ejusmodi vetus Bibliorum Codex, Alcuini labor, in Vallicellana nostra Bibliotheca, ubi velut ingens thesaurus asservatur, utpotè quod viri eruditi, qui in emendatione Vulgatæ iterum nostro tempore laborarunt, eo ut antiquiori sunt usi, cui & plurimùm detulerunt. «

Caroli Magni studium in sacros codices demonstrant hæc verba ex ejusdem præfatione in Homiliarium Pauli Diaconi apud Mabillonium tom. 1. Analect. pag. 25, » Igitur quia curæ nobis est ut Ecclesiarum nostrarum ad meliora semper proficiat status, obliteratam penè malorum nostrorum dissidio reparare vigilanti studio literarum satagimus officinam & ad pernoscenda sacrorum librorum studia nostro etiam, quos possumus, invitamus exemplo. Inter quæ jam pridem universos D Veteris ac Novi Testamenti libros librariorum imperitia depravatos, Deo nos in omnibus adjuvante, examussim correximus &c. *Hæc quæ sequuntur Thegani verba de gestis Ludovici Pii Imperatoris p. 277. tomi 2. script. Hist. Franc. ab Andr. Du Chesne editorum eadem probant.* Postquam divisi fuerant, dominus Imperator (*Carolus Magnus*) nihil aliud cœpit agere nisi in orationibus & eleemosynis vacare & libros corrigere. Nam quatuor Evangelia Christi... in ultimo anno ante obitus sui E diem cum Græcis & Syris optimè correxerat. «

Biblia Latina. *Tiguri, in Bibliotheca Canonicorum* quæ Carolina dicitur: duo membranacei codices extant in folio maximo seu regali; quorum alter codex Caroli Magni vulgò dicitur; alter ex iis visus est Maturino Wesserio La Crose, de quo sequens hoc testimonium perbibuit. » Codex Bibliorum accedit ad tempora Caroli Magni; scriptus est eo charactere, qui passim nuncupatur ab antiquariis scriptura Caroli Magni restituta, etsi non-A nihil ad Longobardicam, quam vocant, declinet. Nonnulla habet digna quæ annotentur; Testimonium SS. Trinitatis quod in 1. Joannis deest, sicut & in multis ejusdem antiquitatis codicibus; Psalmi in quibus asterisci & obeli nonnullis in locis adscribuntur. Cæterum non omninò correctè scriptus est. « *Hæc ex catalogo msc. variarum Sanctæ Scripturæ editionum quem ad me misit Joannes Baptista Ottius.*

Biblia Latina, 2. vol. fol. Codex membranaceus, scriptus anno 41. regni Caroli Magni, imperii vero 8°. id est Christi 809. ut patet ex adjuncta in fine Chronologia. Fuit olim S. Petri Corbeiensis. *Bibl. S. Germani à pratis cod.* 1. 2.

Biblia Latina, 2. vol. Codex membranaceus in folio majori oblongo (sicut eum vocat Rob Stephanus, qui eo usus est in edendis Bibliis Latinis) annorum amplius octingentorum, sub initio seculi noni. Desunt Epistolæ Pauli 2. ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad C Hebræos. *Geneseos 3. 15. legitur:* Ipse conteret &c. *Ibidem cod.* 3 4.

Biblia Latina, 2. vol. in folio maximo. Codex membranaceus nongentorum annorum, in quo duplex Psalterium S. Hieronymi, unum Hebraïcum, alterum Græcum obelis & asteriscis *Geneseos 4: 8. omittuntur hæc verba:* Egrediamur foras. *Andegavi, Bibl. S. Albini Ordinis S. Benedicti* codd. 1. 2.

Biblia Latina. Codex perpulchrè exaratus ejusdem antiquitatis ac præcedens. *Andegavi, Bibl. sancti Sergii ejusdem Ordinis.*

Biblia Latina. Codex in folio membranaceus, vulgo dictus S. Mauri, elegantissimis characteribus exaratus tempore Caroli Calvi circa an. 876. Primæ tres paginæ libri Geneseos uncialibus literis aureis scriptæ sunt. Præfigitur carmen in membranis purpureis charactere aureo descriptum, in honorem Caroli Calvi, quod sic incipit:

Bibliorum seriem Karolus Rex inclytus istam
Contexit chryso corde colens catharo &c.

Hunc codicem donavit Carolus V. Sapiens dictus Monasterio sancti Dionysii in Francia. Cum autem Monachi an. 1595. *ut fert traditio*, illum cogitarent grandi pecunia vendere, jussit suprema Curia Parisiensis ut in Bibliotheca Regia reponeretur, sicuti patet ex instrumento quod in prima pagina legitur. Juxta hunc etiam codicem Editionem Bibliorum anni 1528. concinnavit Rob. Stephanus. *Biblioth. Regia cod.* 3562.

Biblia Latina perantiqua, in fol. *Ibidem cod.* 3565.

Alia septingentorum annorum (in quibus deest prologus Canonicarum Epistolarum,) in folio. *Ibidem cod.* 3564.

Biblia Latina elegantissima Carolo Calvo circa annum 876. à Monachis S. Martini Turonensis oblata. Codex membranaceus in majori folio. Leguntur initio versus in membranis purpureis charactere aureo exarati, quorum primi hi sunt.

Rex benedicte tibi placeat Bibliotheca Carle

Testamenta duo quæ relegenda gerit.

Deinde sequitur titulus prologi Galeati literis aureis & uncialibus; plurimæ sunt in hoc codice imagines; ad calcem extat ipsa effigies Caroli Calvi in throno sedentis: præfiguntur ei alii versus eodem, quo præcedentes, charactere scripti, & legitur: *Hic petit veniam Monachus S. Martini, præsentat hanc Bibliam Carolo Imperatori.* Istud exemplar Bibliorum diu in Cathedrali Ecclesia Metensi servatum Canonici Metenses *Bibliothecæ Colbertinæ* donarunt anno Christi 1675. in qua custoditur *cod.* 1.

Hi duo codices, Regius 3562. & Colbertinus, nulla litura & recognitione deformati sunt.

Biblia sacra tempore Caroli Calvi. » Romæ in archivo adjuncti *Basilicæ Paulinæ* Monasterii asservatur insignis Codex » Bibliorum *magnificentissimè scriptus*, in » quo Caroli Francorum Regis effigies præ- » mittitur; Magni an Calvi, non levis in- » ter Romanos controversia est. (*Angelus Rocca in Appendice Biblioth. Vaticanæ putat esse Caroli Magni*). *Hæc refert Joannes Mabillonius pag. 53. Itinerarii Italici. Sed pag. 70. † ubi & ipsa effigies lectorum oculis subjicitur, hæc addit:* Indubiè existima- » mus hanc esse Caroli Calvi effigiem: tum » quia facies oblonga, aliaque vultus deli- » neamenta apprime respondent illi Caroli » Calvi imagini quæ apud eruditum Balu- » zium in tomo II. Conciliorum col. 1276. » & seq. ex codice Metensi proponitur; » tum quia scriptura codicis prorsus con- » venit cum illa quæ Caroli Calvi tempore » usitata erat; tum quia multos Bibliorum » ejusmodi libros similes describi curavit » idem Rex, quales sunt Metensis, Ratis- » ponensis & alii. *Ita Joannes Mabillonius Bibl. Monasterii Sancti Pauli extra Urbem.*

Biblia Latina. Codex membranaceus, 2. vol. in fol. majoris & quadræ formæ, summâ curâ & eleganter scriptus ante an. 882. quo defunctus est Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, qui eum Ecclesiæ suæ dono dedit, ut patet ex usitatæ ejus donationis formula, quæ folio 186. verso & 187. recto visitur majusculis literis exarata *Hincmarus Archiepisc. pus dedit sanctæ Mariæ Remensis Ecclesiæ* Folio verso 7. legitur scriptum paulò recentiori manu. *Hic liber est Ecclesiæ Remensis in quo continentur libri XXIX. recepti, & editus anno Domini M. CC. L. mense Junio.* folio 104. verso ante librum I. Regum insertum est exiguum scriptum *de ordine quo libri divini in Ecclesia leguntur per anni circulum* à Septuagesima ante Pascha usque ad natalem Domini qui ordo haud multùm diversus est ab eo qui nunc in Ecclesia Remensi aliisque ferè Ecclesiis obtinet. Hæc autem annotatio de sacrorum librorum lectione eadem manu descripta est quâ Bibliorum ipsorum corpus. *Bibliotheca Ecclesiæ Remensis. Hæc & alia perofficiosè mecum communicavit Ludovicus de Targni hujus Ecclesiæ Thesaurarius, Bibliothecæ Regiæ custos alter.*

Biblia Latina codex IX. vel X. seculi; fuit olim Monasterii sancti Chrysogoni de Urbe: *Bibl. Vaticana cod.* 4220.

Biblia Latina annis abhinc octingentis exarata, ut asserit Edmundus Martenne part. 1. pag 39. Itinerarii Literarii *Bibl. Abbatiæ sancti Eugendi seu sancti Claudii.*

Biblia Latina Veteris Testamenti Codex in folio minore, membranaceus, octingentorum annorum, bonæ notæ & accuratè emendatus. Complectitur omnes Canonis Hebraici libros, præter 18. priora capita libri Geneseos & 58. posteriores Psalmos, librosque sequentes qui desunt. In margine apposita sunt scholia cujusdam Hebræi à D. Joan. Martianay in Bibliotheca divina S. Hieronymi anno 1703. edita. *De hoc codice, quo in editionibus Bibliorum Latinorum usus est Robertus Stephanus, sic loquitur in præfatione editionis anni* 1528. » Cum itaque anno 1524. hujus « Urbis pervetustas Bibliothecas evolvere- « mus, maximè quæ est apud S. Germa- « num à pratis, in manus tandem nostras « pervenit exemplar quoddam miræ vetust- « tatis, quod ut manu diligentissimè scrip- « tum, ita & à viris doctis, ut videre licet, « accuratè perlectum erat, & si quando li- « brariorum vitio mendæ irrepsissent, tan- « to studio castigatum, ut non credam a- « liud usquam pari. *Illud in præfat. Bibliorum anni* 1540. parvum *vocat*, quod & exiguo corpore est & literis scriptum minutioribus. *Bibl. sancti Germani à pratis cod.* 9.

Biblia Latina. Codex membranaceus, literis minutissimis exaratus à Benedicto

Papa V. adhuc privato, quæ secum tulisse fertur Hamburgum, ubi ab Othone III. Imperatore relegatus obiit cum restituendus foret in Pontificatum anno 963. *Romæ Bibl. sanctæ Mariæ super Minervam seu Dominicanorum. Baronius in ann. Eccl. ad an.* 963.

Biblia Latina. Codex membranaceus in folio maximo scriptus tempore Guillelmi Abbatis S. Benigni Divionensis, hoc est anno Christi circiter millesimo, siquidem ordinatus est Abbas S. Benigni anno 990. & obiit 1031. *Bibl. S. Benigni Divionensis, ut notat ejus catalogus msc. quem mutuo mihi dedit Joannes Mabillonius.*

» Biblia Latina ante sexcentos amplius » annos Gothicis literis descripta in tem» plo Toletano servantur, quibus Hiero» nymi versionem integram contineri di» versam à veteri editione Vulgata multa » indicabant. Psalmi ex Hebraico conversi » uti inter ejus opera extant, quod fortasse » in paucis Bibliorum codicibus invenias. » Baruch prætermissus, ut Hieronymus se » prætermisisse ait... In his Bibliis omnes » libri præter Psalmos extant ut in Editio» ne nostra Vulgata, paucis tantummodo » verbis commutatis pro varietate regio» num scilicet. » *Ita Joannes Mariana tract. pro edit. Vulgata cap. 6. pag. 48. & cap. 18. pag. 93. at in præfatione suorum scholiorum in N. T. ita loquitur :* » Gothicus apud » nos codex in membranis, magnæ fidei & » antiquitatis, fortasse ante octingentos an» nos descriptus, rerum, credo, potientibus » Gothis ante eversam Hispaniam à Mau» ris. Certè ante sexcentos triginta annos » Ecclesiæ Hispalensi donatum ad ejus cal» cem scriptum est *scilicet ante annum* 990. *Hæc scribebat Mariana anno* 1618.

Biblia Latina duobus magnis voluminibus comprehensa, antiquitate simul & integritate paucis aut nullis secunda. Codicis hujus variantes lectiones in editione sua anni 1540. retulit Rob. Stephanus. *Bibl. Cathedralis Ecclesiæ Divi Donatiani Brugensis. Franc. Lucas p. 22. notation. in Biblia 4. Antverpiæ* 1580.

Bibliorum duobus tomis contentum msc. exemplar simul vetustate & integritate venerandum, scriptum, ut ad calcem libri diligens scriptor notavit, à F. Goderanno, anno Incarnationis Dominicæ 1084. indictione 7. concurrente 1. Epacta 11, rege Henrico æquè Henrici Cæsaris filio jam trienni-obsidione urbem Romanam graviter premente, concluso in ea Gregorio Papa, qui & Hildebrandus, anno 9. præsulatus Henrici Ecclesiæ Leodicensis, 8. autem Gerardi Cameracensis, 6. quoque Arnulfi Abbatis Lobiensis cœnobii S. Petri. Habet hoc exemplar, triplex tribus columnis distinctum Psalterium, Gallicum, Romanum & Hebraïcum. Gallicum, nostra est Vulgata editio ab Hieronymo castigata, & obeliscis atque asteriscis notata. Romanum, ea est qua Romani ante Hieronymi castigationem videntur usi. Hebraïcum, Hieronymi est ex Hebræo versio. *Bibl. Cœnobii Lobiensis in Belgio. Franc. Lucas ibidem p. 22. in indice librorum quibus usus est, in quo plurimos alios codices msc. commemorat ; & Sanderus part. 1. Bibliothecæ Belgicæ pag.* 299.

Biblia Latina, 2. vol. in folio maximo. Codex membranaceus pulchrè exaratus circa initium seculi XI. forsan ad usum Chori, librorum enim ordo vulgaris non observatus est : deest quoque volumen quod complectebatur Psalterium & quatuor Evangelia, quæ in hoc exemplari absunt. *Parisiis Bibl. Minorum Conventualium.*

Biblia Latina 2. vol. in fol. majori perpulchrè scripta seculo X. vel XI. ut conjicitur. *Asservantur in Thesaurario Regalis & Collegiatæ Ecclesiæ D. Stephani in urbe Gallicarum Drocensi. Ad calcem extat hæc donatio his verbis scripta :*

Noscant Lecturi præsentes atque futuri
Thomæ Dapiferi donum fore scripta Rogeri:

Anglis Henricus, Francis præerat Ludovicus.

Noverint omnes Ecclesiæ filii tam præ- » sentes quam futuri, quod Thomas Dapi- » fer Domini Gervasii, inspirante sibi gra- » tia, hanc Bibliothecam Deo sanctoque » proto-martyri Stephano dedit pro reme- » dio animæ suæ & uxoris Ermelinæ ac filio » suo Herberto & filiabus, Margarita atque » Fredeburga, qua causa Canonici Ecclesiæ » supradicti proto-martyris ipsis concesse- » runt beneficia & orationes ejusdem Ec- » clesiæ, & post transitum hujus seculi dies » Anniversarii eorum in eadem Ecclesia » annuatim perpetuo celebretur. Data ma- » nu ipsius Thomæ & manu conjugis super » altare proto-martyris Stephani in die Na- » tivitatis Domini, anno ab Incarnatione » Domini millesimo centesimo XVI. reg- » nante piissimo ac Dei cultore magno Re- » ge Lodovico *Sexto* filio Regis Philippi » *Primi.* »

Biblia Latina. Codex Capituli Ecclesiæ B. Mariæ Vernonensis circa seculum XI. exaratus in membranis cum figuris, & literis uncialibus ad initium uniuscujusque libri, 2. vol. fol. in fine primi habentur sequentes articuli duo, scriptura recentissima. *Anno* 1102. *reddita est Acharon civitas transmarina, civitas nobilis, Phi-*

lippo Regi Francorum, à duobus viris nobilibus & ejusdem civitatis custodibus, scilicet Meßrudo & Caracolo, mense Julio, regnante Saladino & illustrissimo si fidem Dei suscepisset. Anno Domini 1203. sexto Calendas Augusti die Dominica ad Pontem Bovinarum dimicavit Philippus Rex Francorum &c. *Parisiis Bibl. Nic. Jos. Foucault Comitis Consistoriani.*

Biblia Latina, studio & cura Stephani II. Abbatis Cisterciensis emendata, *de quibus hæc refert pag. 11. Appendicis tom. 3. Operum sancti Bernardi Joannes Mabillonius in nota ad censuram ejusdem Stephani.* » Hæc invenitur in codice Bibliorum apud Cisterciense Monasterium, cujus Abbas secundus Stephanus prædictum codicem exarari curavit, ut testatur hæc clausula: anno MCIX. ab Incarnatione Domini liber iste finem sumpsit scribendi, gubernante II. Abbate Stephano cœnobium Cisterciense » Codex membranaceus 4. vol. in fol. *Bibl. Cisterciensis.*

Ex hac censura. » Unde nos multum de discordia nostrorum librorum, quos ab uno interprete suscepimus, admirantes, Judæos quosdam in sua scriptura peritos adivimus, ac diligentissimè lingua Romana inquisivimus de omnibus illis scripturarum locis, in quibus illæ partes & versus, quos in prædicto nostro exemplari inveniebamus, & jam in hoc opere nostro inserebamus, quosque in aliis multis historiis latinis non inveniebamus Qui suos libros plures coram nobis revolventes, & in locis illis ubi eos rogabamus, Hebraïcam sive Chaldaicam scripturam Romanis verbis nobis exponentes, partes vel versus, quibus turbabamur, minimè repererunt: Quapropter Hebraïcæ atque Chaldaicæ veritati & multis libris Latinis, qui illa non habebant, sed per omnia duabus illis linguis concordant, credentes, omnia illa superflua prorsus abrasimus, veluti in multis hujus libri locis apparet, & præcipuè in libris Regum, ubi major pars erroris inveniebatur. «

Biblia Latina, ante annos sexcentos elegantissimis apicibus exarata, quæ Petrus Duval Episcopus Sagiensis secum asportavit ad Concilium Tridentinum 2. vol. fol. *Bibl. sancti Martini Sagiensis codd. 1. & 2.*

Biblia Latina. Duo exemplaria imperfecta cum notis ad marginem, XII seculo elegantibus characteribus descripta. Fuerunt olim Monasterii Beccensis, *nunc extant Parisiis in Bibliotheca Illustrissimi Nicolai Josephi Foucault Comitis Consistoriani.*

Biblia Latina à Garnero S. Remigii Remensis monacho scripta à quingentis annis (circa 1200.) 3. vol. fol. *Bibl. S. Remigii Remensis cod. 1. 2. 3.*

Biblia Latina, 2. vol. in fol. grandiori. Codex membranaceus, annorum circiter quingentorum. *Bibl. S. Germani à pratis cod. 5. 6.*

Biblia Latina 2. vol. in folio. Codex scriptus ante annum 1225 ut colligitur ex quibusdam in calce libri scriptis. *Bibl. Monasterii S. Illidii Claromontensis Ord. S. Bened. cod. 1.*

Biblia Latina recognita & emendata id est à scriptorum vitiis expurgata: additis ad marginem variis lectionibus codicum mss. Hebraïcorum, Græcorum & veterum Latinorum ætate Caroli Magni scriptorum 4. vol. in folio majori, characteribus ferè Gothicis in membranis scripta. Appositæ sunt ad marginem variantes lectiones ex codicibus MSC. tam ex Latino, quam ex Hebræo & Græco, Caroli Magni jussu undequaque collectis excerptæ. Emendata sunt hæc Biblia circa annum Christi 1236. per Fratres Dominicanos jussu Jordani Ordinis Prædicatorum Magistri & Hugonis de S. Charo conventus Parisiensis Priore. Desunt Psalmi. *Parisiis, Bibl. Dominicanorum in vico S. Jacobi.*

» Hic MSC. codex quem accuratè examinavi (*scribit Rich. Simon cap. 1. part. 2. nov. observ. in T. & V. novi Testam. pag 12.*) idem esse ac ille de quo Franciscus Lucas Burgensis mentionem facit, vel potius ipsius apographum, mihi visus est; charactere ferè Gothico in nitidis membranis descriptus est. Adjectæ sunt ad marginem notæ criticæ, in quibus non solum variantes Latinæ lectiones referuntur, sed & illæ quæ in Vet. Testamento ex Hebræo, & Græca LXX. Interpr. versione, & in Novo ex textu Græco excerptæ sunt. Hæ aliquando supra voces in Vet. Testamento collocatæ sunt. » *Ita ille qui plura alia in isto capite addit de hoc codice. Idem ibidem pag. 137. hac ratione probat* » hunc codicem ab eo, qui fuit Lucæ Burgensis, differre, licet sit ipsius ectypus, quod iste nonnullas habeat sub finem notas, ad quas aureo signo in textus margine collocato lector remittitur (ut scribit ipse Lucas notarion. in caput 19. Libri Job.) ille vero ad marginem duntaxat notationes admittat. «

Biblia Latina. Codex in folio absolutus anno Domini 1238. Lovanii Bibl. PP. Recollectorum *Henr. de Bukentop lib. 2. Lucis de luce pag.* 180.

Biblia Latina. Codex in folio *in Bibliotheca S. Victoris* propè Parisios extat, ex dono Blanchæ S. Ludovici matris circa annum 1240. *num.* 870. *Præter hunc codicem alios octo Bibliothecæ hujus recenset atque etiam temporis indicat Franciscus Veron*

part. 1. *Methorum de Controversiis Religionis pag.* 518. Pars Bibliorum exarata circa an. 960. *num.* 379. Codex integer 4. vol. in folio *num.* 583-586. scriptus circa annum 1200. Tertius circa annum 1260. *num.* 362 Quartus, Quintus & Sextus circa annum 1300. *num.* 312. 313. 314. Septimus circa an. 1350. *num.* 457. ultimus circa an. 1360. *num.* 968.

Biblia in magna admodùm forma à Fratribus Præmonstratensibus conscripta anno D. 1263. Hoc exemplari usi sunt Deputati Concilii Tridentini &c. ante illos Joannes Hentenius in editione Bibliorum anni 1547. *Bibl Ecclesiæ Parcensis Ordinis Præmonstrat. Sanderus, Bibl. Belgic. part.* 2. *pag.* 164.

Biblia Latina charactere satis nitido, scripta anno Christi 1264. Oxonii. *Bibl. Collegii Wadhamensis cod.* 1. *num.* 2512. *catalogi libr. MSC. Angliæ.*

Biblia Latina scripta à Joanne Burch anno 1264. *Bibl. Cœnobii Murensis in Helvetia. Ottius.*

Biblia Latina elegantissimè scripta; initio omnes S. Scripturæ Genealogiæ & Chronica referuntur; *ad calcem legitur*; Finis. Anno Domini M CC. LX. decimo complete scriptus est liber iste. *Bibliotheca Sorbonæ.*

Biblia Latina. *Ad calcem hæc leguntur alia manu scripta.* Ista Biblia est pauperum de Sorbona ex legato Dn. Stephani de Abbatisvilla Canonici Ambianensis, & fuit apportata ad Domum anno Domini M. CC. LXXXVIII. *Bibliotheca Sorbonæ.*

Biblia Latina majusculis literis exarara à Philippo Trecensi Presbytero anno D. 1290. 4. vol. *Oxonii, Bibl. Collegii novi cod.* 3-6. *num.* 967-970. *catalogi ejusdem.*

Biblia Latina. Codex membranaceus in folio in cujus fine hæc leguntur; Scripta est hæc Biblia anno D. 1292. *Bibl. Gothana cod.* 8.

Biblia Latina eleganter scripta 400. annorum. *Bibl. sancti Remigii Remensis cod.* 22.

Biblia Latina in folio ante annos 400. scripta, in quibus deest Psalterium. *Bibl. Ecclesiæ Cathedralis Turonensis cod* 1. *Jonan. pag.* 1. *catalogi.* Alia integra in 4°. cum versibus Fratris Minoritæ ante annos 400. scripta. *Idem ibidem cod.* 2.

Biblia Latina scripta anno 1307. in fol. *Bibl. Patavinæ pag.* 8. *catalogi, Thomasinus.*

Biblia Latina. Codex 300. aut 400. annorum, in quo liber Esther in ordine suo positus antiquam Italam exhibet eodem modo quo refertur à S. Hieronymo in præfatione bujus libri. Notam quæ legitur in fine libri Esther exscripsit D. Jo. Martianay in Biblioth. Divina S. Hieronymi columna 1152. *Bibl. S. Germani à pratis cod.* 164.

Biblia Lat. seculi XI. 2. vol. in folio. *Bibl. Sorbonæ.*

Bibl. Lat. Codex 2. vol. in pergameno scriptus magno charactere, sed hinc inde mutilus, notatur annus 1336. *Bibl. publica Bernensis num.* 3. 4. *Ottius.*

Bibl. Lat. pulchrè scripta à S. Brigitta, ut habet traditio. In 12. *Lipsiæ, Bibl. Paulinæ, Fellerus pag.* 92.

† Biblia Lat. in tenuissimis membranis nitidè exarata. Codex in 12. quem Lutherus Joan. Ern. quondam duci Augusto, Numburgensis Episcopatus Administratori donavit. *Lipsiæ penes Maurit. Gasl. Weidemannum Bibliopolam.*

Bibl. Lat. charactere perpolito parumper Gothico scripta. Leguntur ad calcem hæc verba: *Ceste Bible à nous Charles le V. de nostre nom Roy de France.* Deinde: *Ceste Bible est à nous Loys* (Duc d'Orleans) *fils de nostre Pere & Seigneur Charles de susdit & laquelle nous donons & avons donne aux Religieux Celestins de Paris.* Hic codex in folio scriptus est in membranis vitulinis. *Parisiis, Bibl. Cælestinorum.*

Bibl. Lat. scripta anno 1370. 2. vol. *Bibl. Cathedralis Tornacensis, Sanderus part.* 1. *p.* 210.

Biblia Lat. Codex in maximo folio, charactere perpolito exaratus & variis decoratus picturis. *Leguntur initio hæc manu recentissima scripta:* Hæc Biblia sacra ex Archivo Ecclesiæ cujusdam Collegiatæ Diœcesis Avenionensis deprompta, ibique Biblia Papæ passim vocitata; fuisse liquet celebris illius quondam è Genevæ Comitibus Roberti, qui primùm Parisiensis Ecclesiæ Canonicus, tum Episcopus Cameracensis, & S. R. E. Cardinalis de Geneva nuncupatus, demum ad solium Apostolicum evectus initio magni, quod vocant, schismatis Occidentis, Clementis Papæ VII. assumpto nomine: is Avenione sedit ab anno Domini 1378. ad annum 1394. Id ipsum non obscurè testatur gentilitium Genevæ Comitum stemma cum insignibus Pontificiis voluminis tegumento circumpositum. *Fuit olim hoc exemplar Joannis Ducis Bituricensis, Caroli V. Regis Francorum fratris, hujusmodi saltem meminit Joannis librorum catalogus à Dn. le Laboureur pag.* 78. *historiæ ipsius una cum historia Caroli VI. editæ:* » Une belle Bible en Latin escrite en lettre Boulonnoise, bien historiée à ecussons aux armes du feu Pape Clement de Geneve & de Monseigneur. « *Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Ludovici Antonii de Noailles Parisiensis Archiepiscopi.*

Biblia

Biblia Lat. Codex membranaceus in folio, ad cujus calcem legitur: » Anno » Domini 1391. finitus est præsens hic liber » feria 2. infra octavam S. Wenceslai mar- » tyris gloriosi per manum Andreæ d'Auf- » strali plaga sive de Austria, tunc temporis » plebani Ecclesiæ in Lilvchanitz, regnan- » te Wenceslao Rege Romanorum & Boe- » miæ. « *Bibl. Gothana n.* 3.

Biblia Lat. Codex membranaceus, in folio majori 3. vol. constans; scriptus videtur seculo XIV. desinente vel ineunte XV. circa annum 1401. grandi characte- re, & pro illis temporibus eleganti. In eo pleræque initiales literæ condecorantur picturis ex auro & coloribus. Libri II. & III. voluminis perturbato ordine recensentur; desunt quoque quatuor Evangelia. *Bibl. Ecclesiæ Remensis, de Targny in catalogo hujus Bibliothecæ ab ipso incœpto.*

Biblia Latina. Codex ingentis formæ ex tersissima & pulcherrima membrana, constans IV. voluminibus; scriptus videtur sub finem seculi XIV. vel seriùs ineunte seculo XV. summâ curâ & perpulchro charactere ut ferebat illa ætas, exaratus & ornatus imagunçulis affabre pictis in auro aliisve coloribus. Datus Ecclesiæ Remensi, ut notatur folio primo verso à M. Joanne Jennart Canonico ejusdem Ecclesiæ; qui defunctus est anno 1433. *Ibidem Ludov. de Targny.*

Biblia Lat. scripta ante annum 1416. *Non tanquam msc. exemplar, sed ut factum singulare illud hic recensere placuit.* » In la- » teribus Monasterii *Aulæ Regiæ in Bohemia* » Vetus & Novum Testamentum ab initio » Genesis usque ad Apocalypsim Joannis » literis majusculis in tabulis scriptum con- » tinebatur, notis quo altius irent paulatim » crescentibus, ita ut à summo usque deor- » sum facilis lectio præberetur. Sed hoc de- » cus post Wenceslai mortem Hussitarum » rabies delevit. » *Hæc Æneas Silvius cap. 36. Hist. Bohemicæ.*

Biblia Lat. charactere Gothico à Benedicto XIII. Pont. Max. quondam S. Vincentio Ferrerio dono data. *Valentiæ in Hispania Bibl. Hieronymitarum. Hæc ibi vidisse anno* 1701. *literis mihi significavit R. P. Desserres Congr. nostræ Presbyter.*

Biblia Lat. olim Benedicti XIII. Pont. Max. 5. vol. fol. *Biblia Regia cod.* 3702ª. &c.

Biblia Latina, Codex in folio scriptus in membranis anno Domini 1443. à Joanne filio Domini Zachariæ Pellificis civis Pragensis. *Bibl. Vindobonensis, Lambecius lib.* 2. *p.* 746.

Biblia Latina 2. vol. in fol. » Volumina hæc tantæ sunt molis, tantóque studio « adornata, ut vero nequaquam simile sit, « quod scriptor in fine annotat. » Finis Ve- « teris ac Novi Testamenti totiusque Bi- « bliæ, quam calamus fidelis anno Domini « 1452. quarta Aprilis inchoando nona Julii « anni sequentis superno inita juvamine « consummavit. « *Biblia Gothana cod.* 4. & 5.

Biblia Latina, minore forma ac litera purè ac nitidè exarata à Margareta Kartheiserin moniali in Conventu S. Catharinæ Norimbergensis Ord. Prædic. quæ vivebat anno 1458. & 1470. *Bibl. Norimbergensis. Saubertus de hac Bibliotheca, orat. p.* 95.

Biblia Latina scripta anno 1462. Codex papyraceus in folio. *Bibl. Gothana p.* 46. *catalogi.*

Biblia Latina 4. vol. in folio cum figuris elegantissimis inauratis. *Bibl. Vindobonensis.*

Biblia Latina 5. vol. regio membranæ folio, *de quibus hæc scribit Franc. Lucas in admonitione præmissa libello duplici notarum ad varias lectiones*, » Insigne exemplar La- « tinorum Bibliorum msc. & antiquitate & « integritate venerandum. » *Bibl. Ecclesiæ Cathedralis S. Audomari.*

Biblia Latina 2. vol. in fol. in membranis optimè scripta. *Parisiis, Bibl. Augustinianorum.*

Biblia antiquiora quibus adjecta sunt scholia ad marginem. *Ibidem.*

Biblia Lat. Codex 2. vol. in folio maximo membranaceus & vetus; fuit olim Capituli Lochiarum in Turonibus. *Bibl. S. Genovefæ.*

Biblia Lat. in quibus locus 1. Joan. cap. 5. vers. 7. 8. corruptus. Parisiis *Bibl. Collegii Soc. Jesu cod.* 2. 3.

Biblia Lat. 4. vol. in fol. elegantissimè scripta. *Parisiis, Bibl. Capucinorum in vico S. Honorati..*

Biblia Latina. Codex prægrandis pulchrè exaratus & manu antiqua, literis initialibus cujusque libri elegantissimo auro variegatis. *Biblioth. Bodleiana cod.* 1426.

Biblia sacra, in quibus ea Scripturæ loca, quæ depravata fuerant, restituit Marcellus Cardinalis S. Crucis, deinde Pontifex Maximus hoc nomine secundus, *juxta hæc Joannis Cochlei verba præf. discept.* de novis ex Hebræo translationibus. » De quo malo salubriter ex Ec- « clesiâ tollendo, audio geminam his- « ce annis (hæc scribebat an. D. 1544.) « rationem, viamque constitutam Romæ « fuisse, unam à Clemente Papa VII. felic. « record. qui voluerit per quosdam tum ex « Christianis, tum ex Judæis linguarum pe- «

„ riros restituere nobis Veteris Testamenti „ certam & ab omni mendo repurgaram „ lectionem ; alteram à Reverendissimo „ Domino D. Marcello Cardinale titulo „ S. Crucis in Hierusalem , qui ex anti„ quissimis & probatissimis undique col„ lectis utriusque Testamenti exemplari„ bus Latinis ea Scripturæ loca, quæ quo„ libet casu aut injuria videntur deprava„ ra restituerit nobis «. *An id præstiterit, & ubinam servetur hic pretiosus labor, non dicitur.*

Biblia Lat. S. Hieronymi 2. vol in fol. B Duo hæc volumina, mole grandia, characteribus antiquis optimè scripta exhibent passim & prologos Hieronymi & capitulorum utriusque ferè libri syllabum initio & stichometriam in fine. *Bibl. Bodleiana codd.* 1416-17.

Biblia Latina in folio magno pulcherrimè exarata in membranis. *Cantabrigiæ, Bibl. Collegii Sancti Emmanuelis cod.* 69.

Biblia Latina optimè descripta, litera admodum vetusta in membranis, in 4°. C *Ibid. cod.* 70.

Biblia sacra in 2. voluminibus elegantissimè descripta, ad singulos tam Veteris quam Novi Testamenti libros imaginibus miro artificio depictis decorata, compacta cooperculis insigni admodum holoserico circumvolutis. Scripta sunt vero temporibus Reverendissimi Domini Georgii Egmond Episcopi Trajectensis, Abbatis Commendatarii circa annum Domini 1540. *Bibl. Monasterii Elnonensis, vulgo sancti Amandi in Papula, Sanderus part.* 1. D *p.* 31.

Nova sacrorum Bibliorum editio innumeris versionibus insignita ex variis linguis exque plusquam LX. authoribus magno labore collecta ab Aloysio Novarino. Opus in VI. volumina deductum. V. *ejus operum recensio*, 8°. Veronæ 1646.

Præter hos recensitos integrorum Bibliorum Latinorum codices reperiuntur innumeri alii tam in Parisiensibus quam in cæteris Gallicanis Bibliothecis, v. g. in Bibl. Regia 20. E exemplaria, in Colbertina 36. &c. *In aliis etiam Europæ Bibliothecis*, sc. Florentiæ in Bibl. Laurentiana 15. in Bibl. Bodleiana 42. in Bibl. Collegiorum Cantabrigiæ 40. in Ecclesiis Cathedralibus Angliæ 66. &c. *quæ cum nihil habeant quod notari mereatur, hic collectim produco.*

Pentateuchus, libri Josuæ, Judicum, Ruth, & libri IV. Regum. Item Prophetæ majores & minores. Codex pergamenus in folio maximo annorum ferè 800. In hoc volumine sunt scholia quædam ad marginem Geneseos & Danielis. *Bibl. Monasterii sancti Michaëlis de S. Michaële in Lotharingia, cujus catalogum officiosè mecum communicavit Augustinus Calmet eruditus hujus Cœnobii Religiosus.*

Pentateuchus vetustissimus in fol. cum quibusdam antiquissimis figuris. In eo desunt aliqua præ vetustate. Codex enim iste scriptus ante annos MC. *Bibl. Ecclesiæ Cathedralis Turonensis cod. 4. Joann. p. 1. catalogi.*

Pentateuchus. Codex in veteri membrana, formæ quadræ, lacerus & penè detritus fugientes literas vix ostendit, incipit à capite ultimo libri Geneseos & continet quatuor libros Moysi. Ab Hincmaro, ut creditur, hic liber datus est Ecclesiæ Remensi, quod nullo tamen indicio deprehenditur ; character IX. seculi desinentis vel X. incipientis tempus arguit. Fortè posset ad Tulpini Archiepiscopi Remensis tempus referri. » Inter eos (inquit Flodoardus lib. 2. Eccl. Remensis cap. 17.) » qui Bibliothecam S. Mariæ « Remensis ditarunt librorum numeribus, « recenseri debet imprimis Tilpinus ejus- « dem Ecclesiæ Præsul. Is enim obtulerat « eidem Ecclesiæ sacrarum codices litera- « rum, quorum aliquibus suo ipsius tem- « pore (ait idem scriptor) utebatur Eccle- « sia Remensis «. *Bibl. Ecclesiæ Remensis. Lud. de Targny.*

Bibliorum pars incipiens ab Isaia usque ad Apocalypsin. Codex iste in 8°. fuit olim Philippi Pulchri Francorum Regis circa annum 1290. deinde Joannis Ducis Bituricensis, ut illic annoratum est manu Nicolai Flamel anno 1403. *Bibl. Colbertina cod.* 5976.

Pars Veteris Testamenti & Novum integrum. Codex membranaceus octingentorum annorum, simplex & accuratus in folio laro, (ita eum vocat Robertus Stephanus, qui hoc integro codice usus est, cum Biblia Latina imprimeret ;) complectitur Cantica utriusque Testamenti, Proverbia Salomonis, librum Sapientiæ, Ecclesiasticum, Paralipomena, libros Esdræ, Esther cum obelis, Tobiam, Judith, Macchabæos, Novum Testamentum & partem magnam libri Pastoris. Hæc omnia *secundùm D. Joannem Martianay*, exceptis libris Proverbiorum & Esther, antiquam versionem Italam exhibent. Absunt quædam præfationes quæ S. Hieronymo vulgo tribuuntur. Legitur ad calcem Epistolæ ad Hebræos quæ ultimo loco posita est : *Bibliotheca Hieronymi Presbyteri Betlehem secundum Græcum ex emendatissimis libris collata. Bibl. S. Germani à Pratis cod.* 15.

Liber Job literis uncialibus descriptus ante nongentos annos cum commentario

Philippi Presbyteri, S. Hieronymi auditoris; *de isto codice hæc habet Joan. Martianay proleg. 2. in Bibl. divinam S. Hieronymi.* » Genuinos illos Philippi commentarios majori ex parte descriptos retinet, Codex Monasterii Corbeiensis ante nongentos annos in membranis robustissimis & densissimis exaratus. Totus libri Job sacer contextus in hoc exemplari scriptus est literis uncialibus; interlineares verò Philippi commentarii Longobardicis characteribus sunt adjecti, quibus, ni fallor, satis explorata est ætas msc. codicis. « *Bibl. S. Germani à pratis cod.* 660.

Job, Proverbia & alii qui deinde sequuntur libri usque ad Ezechielem. Codex literis miræ magnitudinis, emendatus ante trecentos annos ex Caroli Magni Bibliis undequaque collectis jussu) *ut fert præfatio*) Fr. Jordani Ord. Prædicatorum Magistri, & Fr. Hugonis *à S. Charo* Prioris Provincialis in Francia, à Prædicatoribus S. Dominici Fratribus, quorum & emendationum rationes sub libri finem leguntur, ad quas textus aurea marginis nota remittit. « *Fr. Lucas in annotat. ad Bibl. in catalogo libr. MSC. quibus usus est.*

Libri Job translatio Latina vetus & nova. Codex scriptus anno D. 1587. *Bibl. Colbertina cod.* 2100.

Psalterium quod S. Germano usui fuisse dicitur, juxta editionem antiquam Italicam quam edidit in Psalterio suo Jacobus Faber Stapulensis. Codex in folio antiquissimus, literis uncialibus, ut plurimùm argenteis, ac subinde aureis, in membranis purpureis exaratus. Hunc ex spoliis urbis Toletæ circa annum Christi 542. adsportavit Childebertus I. Francorum Rex. *Malingre, Antiquitez de Paris livre 2, page 212. Hujus codicis mentionem facit Petrus Pithœus tract. de Latinis Bibliorum Interpretibus circa finem.* » Atque inter cœtera videre hodieque est tot integra ferè Biblia minoribus literis, sed & Psalterium iis quas *Unciales* vocarunt, argenteis, partem etiam Evangeliorum aureis, utraque in purpureis membranis descripta inter reliquias librorum Sancti Germani Parisiensis, quæ B. illius Præsulis fuisse posteri per manus sibi traditum asserunt. » *Bibl. S. Germani à pratis cod.* 780.

De hoc codice seculi VI. *hæc habet Joannes Mabillonius in libro de re diplomatica lib. 5. pag.* 356. Scriptus est codex iste literis argenteis *Romanis* præter titulos Psalmorum & nomen Dei quæ aureis literis exarata sunt. Psalterium istud usui fuisse B. Germano Parisiorum Episcopo, qui anno DLXX. ad superos abiit, hujusce loci vetus traditio est, ut probat index Thesauri nostri ante annos quadringentos scriptus. *Specimen hujus codicis hic refertur.*

Psalterium Latinum ante annos MCL. exaratum. Conservatur hîc Coloniæ apud « Divum Panthaleonem Psalterium Latinum vetustissimum, quod ego ante M. annos scriptum esse arbitror; (*hæc scribebat Joan. Isaac anno 1559 lib. 1. pag. 39. contra Lindanum*) » cui integer Psalmus Latinus est insertus, qui neque in Hebraïco neque Græco textu, neque vel in translatione latina reperitur. «

Psalterium Latinum sanctæ Salabergæ. Codex seculi VII. » Fuit hæc conditrix & Abbatissa prima Cœnobii S. Joannis in urbe Laudunensi, in Monachorum cœtum conversi ante annos quingentos. Istic in sacrario etiam nunc custoditur. Psalterium sanctæ Salabergæ creditum; Psalmos omnes continet sub duabus columnis. Salaberga devixit sub annum DCLV. ac proinde ejus Psalterii scriptura ad seculum VII. revocanda est. » *Ita Jo. Mabillonius ibid. p. 358. specimen hujus codicis hic etiam profert.*

Psalterium Latinum optimæ notæ cum aliis precibus, orationibus & litaniis, scriptum vivente Leone III. summo Pontifice, qui an. Christi 795. Pontificatum iniit: *Parisiis Bibl. Achillis de Harlay nuperi Principis Parisiensis Senatus.*

Psalrerium cum prolegomenis. Titulus ita se habet: *In Christi nomine incipit Psalterium de translatione septuaginta Interpretum, emendatum à S. Hieronymo Presbytero in novo.* Exemplar membranaceum « venerandæ antiquitatis in octavo majori, jussu & cura Caroli Magni cum adhuc esset tantum Rex Francorum, totum literis aureis exaratum, quod Summo Pontifici Adriano I. dono misit anno 772. quo in Summum Pontificem electus est. Præmittuntur versus dedicatorii literis aureis (*uniuscujusque Psalm. lemmata referuntur apud Lambecium*) ab ipso Carolo M. compositi. Sequitur aliud carmen, quo Dagulfus qui codicem istum propria manu exaravit, laborem suum Carolo M. Francorum Regi offert. Hic pretiosissimus codex *Carolinus* in Archiepiscopali Ecclesiâ Bremensi per integra octo secula & amplius adservatus est, ut patet ex præfixo eidem codici publico publici alicujus Notarii Imperialis instrumento: *Hocce Psalmorum Davidicorum codice beata Hildegardis Caroli Magni Conjux, dum viveret, usa fuit. Quem deinde ipse Imperator in sui ac suæ Conjugis memoriam inter cætera Cimelia Ecclesiæ Bremensi anno Christi 788. donavit, in qua octo integris seculis, & quod excurrit, asservatur & velati sacer habitus ac annua-* «

» *tim stato tempore cum reliquis ejusdem Ecclesiæ sanctorum Reliquiis publicè populo ostensus est.* Romam non Bremam à Carolo magno iste codex fuit missus, atque ibi in Bibliotheca Cubiculari summi Pontificis Hadriani I. permansit usque ad annum 788. quo S. Villebodus ab eodem, consensu Caroli Magni, primus Episcopus Bremensis declaratus est, &c. » *Ita Lambecius lib. 2. comment. de Bibl. Vindobonensis p. 261. 266. & 287. Bibliotheca Vindobonensis.*

Psalterium pulcherrime & literis majusculis deanratis delineatum. Codex membranaceus in folio. *Bibl. Joannis Mori Episcopi Norvvicensis in Anglia cod. 48. num.* 9234

Psalterium cum Hymnis & Orationibus literis majusculis deauratis. Codex membran. in fol. *Ibidem cod. 471. num. 9657. catalogi msc. Angliæ tom. 2.*

Psalterium. Codex membranaceus in folio seculi XI fuit olim Abbatiæ Moissiacensis. Præmittuntur Kalendarium, Præfationes S. Hieronmi, Alcuini & aliorum: Tituli & Capitula Psalmorum, Litaniæ Sanctorum. Initio & in fine leguntur plurimæ devotissimæ precationes. *Parisiis, Bibliotheca Illustriss: Dn. Nic. Jos. Foucault Comitis Consistoriani.*

Psalterium, de translatione LXX. Interpretum, emendatum à S. Hieronymo Presbytero in novo. Insignitum est asteriscis & obeliscis. Psalterium hoc olim pertinebat ad Regem Æthelstanum qui floruit 930. *Bibl Cottoniana p. 62. catalogi libr. MSC. ejusdem Bibliothecæ.*

Psalterium ad usum Hemmæ Reginæ. Psalmus primus in membrana purpurea literis aureis exaratus. Sequuntur alii Psalmi quorum plerisque imagines Psalmi argumentum exprimentes præfiguntur. Codex in 4°. septingentorum annorum. *Bibl. S. Remigii Remensis cod. 46.*

Psalterium Davidicum omnes Psalmos contiuens; quibus singulis breves tituli » vice argumenti præfiguntur. Versio autem illa non eadem est in omnibus cum ea quam in hodierno Breviario usurpamus. *Extat hoc Psalterium* in Breviario ad usum Chori Monasterii Montis Cassini *quod asservatur Parisiis in Bibl. Domus Institutionis Oratorii.* Codex iste in pelle perpolita vitulina, literis Longobardicis, nitidissimo charactere, industria singulari exaratus, adjectis ornamentis plurimis sive intra ipsa folia, quæ exquisitiori auro ubique fulgent, sive in exteriori tegumento, cujus pars olim argenteis laminis tecta erat.... Hunc codicem paulò post annum 1086. conjicimus fuisse elaboratum. » *Ita Pasch. Quesnel in observat. ad hoc Breviarium quæ extant tomo 1. Pœnitentialis Theodori Cantuar. p. 327.*

Psalterium scriptum circa seculum XI. V. *Idem Polyglotton MSC. cod. D.*

» Psalterium Gallicum, Romanum, Hebraïcum & Græcum. Exemplar vetustissimum & lectissimum anno Domini 1115. scriptum, id quod, quatuor colnmnis, quatuor Psalterii editiones exhibet, Gallicam, Romanam, Hebraïcam & Græcam. Græca est ipsa translatio Latinis literis scripta. » *Franc. Lucas in catalogo mss. quibus usus est in annotat. in Biblia pag. 24. Bibl. S. Martini Tornacensis cod. 30. Sanderus part 1. Bibl. Belgic. p. 92. addit:* » ante anno 510. fuisse jussu Odonis Cœnobii S. Martini Tornacensis Abbatis posteà Episcopi Cameracensis scriptum, quo usus est D. Lindanus Ruremondensis Episcopus in castigando Psalterio. «

S. Hieronymi quadripartitum Psalterium hoc ordine & modo scriptum. *In prima columna*, Psalterium Gallicum secundum Hebraïcum & LXX. Interpretes emendatum à S. Hieronymo. *In secunda*, Psalterium Romanum quod de Hebræo in Græcum transtulerunt LXX. Interpreres *In tertia*, Psalterium Hebraïcum quod de Hebræo in Latinum transtulit Hieronymus Presbyter. *In quarta*, Psalterium Græcum, quod in aliquibus locis concordat cum Gallico, in aliquibus cum Romano, in aliquibus cum Hebræo, Græcis literis exaratum. *Bibl. Monasterii Elnonensis in Belgio, Sanderus part. 1. p. 38.*

Psalterium sancti Ludovici, ita nuncupatum quod fuit olim ad usum sancti Ludovici. Codex in folio minori præstantissimis characteribus paululum oblongis & grandioribus exaratus in nitidissimis membranis vitulinis. Præmittuntur ad numerum triginta exquisitissimæ effigies auro & minio decoratæ, quibus sacra vitæ & mortis Christi mysteria exhibentur: unaquæque suum habet titulum paucissimis verbis, lingua Gallica vetustissima. Has sequitur Calendarium in quo nomen sancti Bernardi, qui inter Sanctos numeratus est anno D. 1174. sicut & in Litaniis fere ad calcem libri positis, desideratur: in eo adjecta est manu recentiori festivitas Conceptionis B. Mariæ Virginis vi. Idus Decembris, & altera manu etiam recentiori scripta sunt hæc verba vi. Calendas Augusti: *Anno Domini M. CC. XIV. veinquit Phelippe li Rois de France en bataille le Roy Othon & le Comte de Flandres & le Comte de Boloigne & plusors autres Barons.* Ad calcem hujus Calendarii legitur charactere Gothico & vetusto: *Ce Psautier fu S. Loys.* CL. Psalmos excipiunt Cantica

Veteris & Novi Testamenti, Oratio Dominica, (abest Salutatio Angelica) tria Symbola & aliæ plurimæ preces devotissimæ. Hunc librum vetustare venerandum, Regiiqne Prophetæ versibus olim a sanctissimo Rege cantari solitis nobilitatum, *nunc possidet illustriss. Dominus Joannes Jacobus de Mesme Comes d'Avaux &c. Princeps supremi Galliarum Senatus.*

Extrait des Heures anciennes de S. Loüis imprimé au commencement du chap. 15. du Recueil historique de pieces antiennes publiées par le P. Labbe pag. 617. » En la Bibliotheque de Monsieur le President de Mesme se voit un Tresor incomparable, à sçavoir le Psaurier de S. Loüis, orné de quantité de tres-belles figures de l'ancien & du nouveau Testament en fond d'or tres-éclatant, apporté d'Angleterre l'an 1649. par Monsieur de Bellievre retournant de son Ambassade en ce Royaume-là. Au commencement du Livre sont ces mots: Ce livre fust au Roy S. Loüis, qui en la fin de ses jours le donna à Messire Guillaume de Mesme son premier Chapelain, & que Messire Guillaume le donna au jonr de son trepas à Messire Renaulr de Mesme son neveu, qui depuis le donna à l'Eglise & Gonvent des Cordeliers de Paris, où il se fit enterrer, & là a demeuré grand-temps jusqu'au temps de Messire Thomas de Cussi Cordelier Liseur dudit Convent, & je ledit Frere Thomas pout la necessité dudit Convent ay vendu ledit Sautier en plein marché au plus offrant sept vingt & quatre francs le 14 jour du mois de Juillet l'an 1381. & en signe de verité je ledit Frere Thomas ay mis mon signet manuel en ce present Sautier, Frere Thomas de Cussi, & l'acheta Messire Leon le Clerc de la Chapelle de la Reine Blanche pour ladite Royne. *Frere Thomas de Cussi.* «

Psalterium Latinum figuris quibusdam auro minioque expressis ornatum. Præfigitur Calendarium, in qno non repetitur nomen sancti Bernardi Clarevallensis, sancti vero Thomæ Cantuariensis festus dies indicatur IV. Calendas Januarias. Codex membranaceus in folio minori sæculo XII. exeunte, vel ineunte XIII. literis Longobardicis scriptus. *Bibl. Oratoriana n.* 904.

Psalterium, pulcherrimis figuris elegantissimisque delineationibus ornatum, cum hymnis & symbolo Athanasiano. Præmittuntur Calendarium, tabulæ &c. Illic plusquam semel extar pictura R. Richardi II. genibus flexis coram B. Virgine Jesum in sinu habente. Liber in illius nsum, dum puer esset, videtur illluminatus (*circa annum* 1374.) *Bibl. Cottoniana pag.* 135. *catalogi.*

Psalterium Larinum vetusto charactere exaratum cum versione Gallica; præmittitur imaginum ante multa sæcula depictarum collectio quæ historiæ V. & N. Testamenti illustrandæ inserviunt, & Calendarium vetus. Submirtuntur Psalterio Cantica V. & N. T. Te Deum, Oratio Dominica, Symbolum Apostolorum & Athanasianum cum versione Gallica, Orationes & Collectæ &c. *Bibl. Cottoniana pag.* 54. *catalogi.*

Psalterium juxta Romanam editionem. » *Extat* (inquit Joseph. Carus vel Thomasius in præfat. editionls Psalterii) *in Archivo Canonicorum Basilicæ Liberianæ S. Mariæ ad Præsepe* (Romæ) *Psalterium Romanæ editionis hac inscriptione prænotatum:* Ad honorem omnipotentis Dei & gloriosissimæ Virginis Mariæ matris ejus. Incipit Psalterium ad usum venerabilium Dominorum Canonicorum venerabilis Basilicæ & Ecclesiæ S. Mariæ Majoris de Urbe secundum consuetudinem Clericorum Romanæ utbis ejusque districtus &c. Quodque Psalrerium scriptum & illuminatum fuit sumptibus & expensis nobilissimæ Dominæ Domnæ Caredonnæ de Anibalis de Urbe, tempore Archipresbyteratus Reverend. D. D. Guill. de Estouville Episcopi Hostiensis Cardinalis &c. sub anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, tempore Sixti IV. anno vero ejus nono. »

Novi Testamenti seu potius IV. Evangeliorum & Actorum Apost. codex Cantabrigiensis, † Actorum codex Bodleianus, & Epistolarum D. Pauli codex Claromontanus seu Regius & Sangermanensis † itemq; Lipsiensis jam recensiti sunt inter Manusc. Græcos & Latinos.

Novum Testamentum Latinum. Codex literis Saxonicis exaratus annis abhinc mille. *Bibl. Morbacensis in Alsacia.*

Novum Testamentum. Codex charactere Gothico in membranis, magnæ fidei & antiqnitatis octingentos annos & amplius (*Hæc scribebat Mariana anno* 1600.) descriptus. Certe ante sexcentos annos Ecclesiæ Hispalensi fuisse donatum ad ejus calcem scriptum est. *Jo. Mariana in præfat. Scholiorum in N. Test.*

Novum Testamentum. Fuit olim Margaretæ Caroli Cæsaris Amiræ, cujus in editione tertia suæ versionis Erasmus freqnenter adduxit testimonium aurei codicis titulo, nt ipse in præfatione scribit. Codex insignis, totus aureis conscriptus literis, servatur Mechliniæ. *Desid. Erasmus initio annotat. in N. Test. tertiæ editionis.*

Hunc codicem ita describit Claudius Clemens pag. 533. *Musæi seu Bibliothecæ &c.*

» 4°. *Lugduni* 1635. » Item alius quatuor Evangeliorum liber aureis literis in pereleganti membrana pergamena scriptus, compactus tabulis atque Attalico texto coopertus. Sic eum describi jussit Henricus II. Imperator, uti fuerat inchoatus Conradi Imperatoris jussu ... circiter sexcenti anni sunt (circa an. 1040.) cum scriptus est ... Erasmus Roterodamus codicem hunc quem *aureum* appellat, mirifice extollit, ac profitetur se legitimas & germanas lectiones inde eruisse, quas in aliis exemplaribus haud repererat; nec nisi quadam pompa & accensis tædis sibi monstratum refert. Eum tunc possidebat *Margarita Maximiliani* filia, Joannis Principis uxor (*Caroli V. Imper. Amita*); venit postea in manus Mariæ Reginæ, quæ illum dedit Philippo II. Caroli V. fratris sui filio. *Bibl. Escurialensis*, *Cl. Clemens ibidem.*

Novum Testamentum perantiquum, in fol. *Bibliotheca Regia cod.* 3571.

Novum Testamentum, vetustissimo charactere, quo usus fuit Desid. Erasmus in editione 2. Novi Testamenti, quod citat sæpissime in annotationibus, ac vocat codicem Corsendoncensem. *Bibl. Corsendoncana*, *Sanderus part.* 2. *pag.* 68.

Novum Testamentum Latinum. » Vetustissimos (*inquit Erasmus*) Latinæ linguæ codices duos, quos exhibuit Joan. Coletus Paulinæ apud Londinum Ecclesiæ Decanus, adeo priscis literarum typis, ut mihi ab integro discenda lectio, & in noscitandis elementis fuerat repuerascendum, recognovimus. » *Hæc sunt verba Erasmi Roterod. initio præfationis annotationum N. T. in qua mentionem facit de his duabus translationibus, quas hic liber unus complectitur*, cum concordantia brevi in fine. Liber optima membrana, elegantissime scriptus, a Matthæo Parkero Cantuariensi Archiepiscopo, Academiæ Cantabrigiensi datus. *Bibl. publica Cantabrigiensis cod.* 225. *num.* 2405. *pag.* 171. *catalogi editi.*

Novum Testamentum Latinum. Codex optime & accurate scriptus ante seculum XI. ut judicare est non solum ex characteribus, sed etiam ex quibusdam notis, quæ ante id tempus non erant in usu: complectitur novam S. Hieronymi editionem, exceptis Evangeliis S. Matthæi & S. Marci, quæ sunt ex antiqua Latina Vulgata, quibusdam tamen in locis recognita. Hic codex in textu S. Matthæi castigationes S. Hieronymi aliquando admittit: S. Marci textus valde diversus est à Vulgata nostra Latina; exscriptus videtur ex vetustissimo codice aliquantum recognito. *Ita Rich. Simon part.* 2. *cap.* 21. *Nov. Obs. in T. & V. Novi Testamenti. Bibl. Colbertina cod.* 4051.

Novum Testamentum a Garnero S. Remigii Remensis monacho scriptum quingentis abhinc annis circa initium seculi XIII. in folio majori. *Bibl. S. Remigii Remensis cod.* 14. Idem ab eodem in folio minori scriptum. *Ibidem cod.* 15.

Quatuor Evangelia Latina. V. *Codex Cantabrigiensis inter codices Græcos & inter Latinos.*

IV. Evangelia. Codex membranaceus in folio cum præfixis canonibus antiquis & argumentis singulorum capitum cum picturis passim insertis, literis quibusdam intertextis, miri operis & antiquitatis, liber *D. Columkelli* dictus, quod est nomen Notarii. Hic codex literis majoribus & perpulchris iisque Psalterii S. Germani simillimis exaratus est, proindeque VI. seculi. In eo desunt præfationes S. Hieronymi; plurimæ vero variantes lectiones antiquæ Italicæ versionis leguntur. At ipse codex misere habitus fuit; nulla enim est pagina in qua non aliquid desideretur. *Hæc mihi olim scribebat Cl. Ycard Decanus Achonriensis; Dublini Bibl. Collegii SS. Trinitatis cod.* 277. *num.* 417. *catal. mss. Hiberniæ.*

IV. Evangelia. Codex in 8°. annorum circiter M. *Turonis*, *Bibl. S. Gatiani.*

IV. Evangelia literis Saxonicis *juxta Th. Smith*, majoribus & rotundioribus literis Romanis *secundum Humphredum Wanley*, *qui hunc codicem describit pag.* 151. *libri alterius de antiqua litteratura Septentrionali*, *his verbis*: Codex membranaceus & antiquus in 4°. Haud absque majoris momenti lectionibus ab editione Vulgata discrepantibus. *Credit idem Wanleius* hunc codicem unum esse eorum quos ad Augustinum Anglorum Apostolum mille & centum abhinc annis misit Gregorius Magnus Papa Romanus. Hunc codicem ad Abbatiam S. Augustini Cantuariensis pertinuisse ante septingentos annos fidem facit conventio Saxonica (paulo ante initium Evangelii secundum D. Marcum) quæ facta fuit circa annum D. 949. Ad calcem Evangelii secundum D. Matthæum habetur Testamentum Eathburgæ, cujus testes subscripti vixerunt anno D. 860. *Ita Wanleius. Cantabrigiæ*, *Bibl. Corporis Christi cod.* 122. *num.* 1589. *catalogi.*

IV. Evangelia. Codex membranaceus in fine mutilus, in folio, charactere Lombardico scriptus, qui a quibusdam ad seculum septimum refertur, quamvis de hujus codicis antiquitate nihil certi affirmari queat, ineptæ tamen picturæ, aliaque ad seculum XI. pertinere satis judicant. *Bibl. Rehdingeriana Vratislaviæ*; *Unger.*

IV. Evangelia. Codex in 4°. mille annorum, *juxta Rich. Simon*, literis uncialibus exaratus. In Matthæum plane similis codici Cantabrigiensi seu Bezano; in Marcum, Lucam & Joannem ex alia manu, quæ priorem imitari tentaverat, sed mera vulgata est. *Parisiis, Bibl. Collegii Soc. Jesu, cod. Latino* 1. » Hic codex quoad Evangelium Matthæi, a quo avulsa sunt prima quædam folia incipit tantum a versu 15. capitis tertii, ex antiqua Itala editione, ejusdem est antiquitatis, parisque calligraphiæ ac codex Claromontanus Bibliothecæ Regiæ & Corbeiensis S. Germani a pratis: illis vero præstat in eo, quod recognitorum manu non sit deformatus. *Rich. Simon part.* 2. *cap.* 21. *Novar. Observ. in T. & V. Novi Testamenti pag.* 442. *Et pag.* 447. *addit* » versionem S. Matthæi plurimum cum ea qua usus est Lucifer Calaritanus libr. 2. pro S. Athanasio ad Constantinum Imperatorem, *cujus rei multa jam antea exempla protulerat.*

IV. Evangelia codex in 8°. charactere unciali accurare exaratus, circiter mille annorum *juxta Rich. Simon*, absque vocum distinctione. Quædam loca omissa literis minoribus, eadem tamen manu ac reliqua, eodemque atramento scripta sunt. *Bibl. Regia cod* 4582.

IV. Evangelia. Codex membranaceus in fol. charactere unciali & absque distinctione vocum descriptus; desunt quædam capita Evangelii S. Joannis; quod superest hujus Evangelii, valde fuit igne vitiatum. Codex olim Emerici Bigotii, nunc *in Bibl. Regia cod.* 3706. Eadem peranti qua, bis. *Ibidem codd.* 3932. 3934.

IV. Evangelia. Codex literis aureis descriptus, annorum circiter mille. *Turonis, Bibl. S. Martini.*

IV. Evangelia. Codex literis uncialibus scriptus a quodam Gondoino anno 3. Regis Pipini, id est, circa annum Christi 964. Alter codex etiam literis uncialibus exaratus, annorum circiter mille. *Bibl. Eccl. Cathedralis Augustodunensis.*

IV. Evangeliorum codex vetustissimis Latinæ interpretationis, in fol. scriptus in membranis literis uncialibus, sive charactere, uti vulgo appellatur, Gothico, Italis *Scriptura Rozza*, ea sane majestate qua vetus illud linguæ Gothicæ monumentum Ulfilæ Evangeliorum traductio Gothica. Folia ejus alternatim purpurei coloris, aureis literis in universum fulget. *Bibliotheca Regia Stockolmiensis ex dono Joannis Gabrielis Sparvvenfeldii pag.* 1. *catalogi editi, in* 4°. *anno* 1706.

IV. Evangelia. Codex in folio pene quadrato, splendissime pro tempore auro & variis coloribus illuminatus, literis etiam Saxonicis rotundioribus, per cola & commata, annis abhinc fere mille scriptus, & quondam pertinuit ad Bibliothecam Abbatiæ sancti Augustini juxta muros Cantuariæ. *Hæc ex Humphr. Vanley pag.* 182. *libri alterius antiquæ literaturæ Septentrion. Bibl. Bodleiana cod.* 1974.

IV. Evangelia. Codex in folio membranaceus eximio & antiquo charactere scriptus circa finem, ut creditur, seculi IX. *Bibl. Tigurina Civica, Ottini.*

IV. Evangelia. Codex literis majusculis exaratus tantæ vetustatis, ut characteres Romani referant characteres Græcos, in quo versus notantur absque tamen ulla verborum in unoquoque versu distinctione. *Cantabrigiæ Bibl. Collegii S. Benedicti cod.* 136. *num.* 1413. *catalogi.*

IV. Evangelia. Codex membranaceus in folio minori, sanctæ Aur æ Abbatissæ, quæ seculo VII. claruit, fuisse dicitur. *Parisiis asservantur in Sacrario S. Eligii apud PP. Barnabitas.*

IV. Evangelia Latina. Codex a Carolo Magno (ut refert Theganus in vira Ludovici Pii) ad Græca & Syra Exemplaria egregie correctus, religiose *Aquisgrani*, ut ipse vidi (inquit Cornelius a Lapide cap. 2. 839 Encomii S. Scripturæ) *asservatur.* De hoc forsan codice loquitur Claudius Clemens pag. 382. Musæi cap. 3. sect. 2. lib. 2. » Codex ille textûs sacri Evangeliorum in cortice scripti, qui repertus in sepulcro Caroli Magni una cum ejus ense & cornu venatorio Aquisgrani. «

IV. Evangelia ad Græcos & Syros codices collata à Carolo Magno Imperatore. *Baronius ad ann.* 718. *Ann. Eccles. tom.* 9. *pag.* 340. *asserit:* » correxisse ante obitum suum cum Græcis & Syris Evangelia Carolum Magnum. « Idem affirmant Annales Francici à Pithæo editi pag. 109. Extât ille codex in membranis eximio artificio exaratus, imaginibusque auro & minio illitis & pictis adornatus, prout & tulere tempora, & in S. Pauli cœnobio prope Urbem servatur diligenter. *Dion. de Reves pag.* 64. *dissert. de Origenis Exaplis.*

Veterrimus Evangeliorum Codex, quem Petrus Abbas ab annis fere nongentis, scilicet principatu Ludovicl Pii, Pontificatu Ebonis Archiepiscopi à Placido monacho literis aureis eleganter exarari curavit. *Extat in Altivillarensi Agri Rhemensis Monasterio. Joan Mabillon. cap. XI. Supplem. de Re Diplomatica p.* 51.

IV. Evangelia, ab annis circiter nongentis scripta. 4°. *In Gallia Bibl. Monasterii B. Mariæ de Crassa Ord. S. Ben.*

IV. Evangelia literis pene initialibus. Codex membranaceus in folio. *Bibl. Monasterii Murbacensis in Lotharingia.*

IV. Evangelia literis uncialibus exarata. Codex membranaceus, in 4°. *Bibl. Sorbonica, plut. 2. radio.* 3.

IV. Evangelia. Codex in 4°. supra octingentos annos scriptus, ex dono Hincmari; prima pagina & initia aliorum Evangeliorum aureis & majoribus literis depicta in membrana purpurea. *Bibl. S. Remigii Remensis cod.* 17. Tres alii IV. Evangeliorum codices octingentorum annorum. *Ibid. codd.* 18. 19. 20.

A. IV. Evangelia versionis Vulgatæ cum interlineari versione Dano Saxonica & præfationibus, Picturæ Evangelistarum propriis Evangeliis præmittuntur cum symbolicis imaginibus; codex membranaceus in folio quadrato. *Bibl. Cottoniana pag.* 57. *catalogi V. Th. Smith. pag.* 33. *Synopsis historicæ hujus Bibliothecæ.*

» S. Eadfridus octavus Lindisfarniensis » Ecclesiæ Antistes sacrum textum propria » manu descripsit... Codicem descriptum » illuminavit, principes literas effinxit, ac » imagines plures S. Crucis & Evangelistarum improbo plane labore delineavit ac » depinxit S. Æthewaldus qui in Sedem » Lindisfarniensem Eadfrido successit. Bilfridus quoque Anachoreta codicem scriptum ac inluminatum tegmine argenteo, » deaurato, gemmisque pretiosis exornavit. Aldredus denique Presbyter totum » librum versione Dano-Saxonico-Boreali » glossavit, qui nonnunquam etiam adnotatiunculas suas ad quædam loca præfertim in Evangelium sancti Matthæi margini adscripsit. Quod ad tempora attinet » in quibus floruerunt hi præstantes viri, » notandum est, non omnes in eodem se» culo simul vixisse. Etenim S. Eadfridus in » Episcopum Lindisfarnensem consecratus » fuit circa annum D. 688. S. Æthewaldus » circa ann. D. 721. ante quem annum ne» cesse est ut liber à S. Eadfrido scribère» tur.... Secundùm hanc computationem » mille annorum vetustas hujus codicis La» tino textui adjudicanda est. De Aldredi » ætate nihil certi habeo quid dicam; ex » dialecto autem glossæ & manu qua scripta est, illum circa tempora Ælfredi Regis » octingentis ab hinc floruisse existimo. *Ita Humphredus Wanleius lib. altero antiquæ literaturæ Septentrionalis pag.* 250.

IV. Evangelia literis Saxonicis. Codex in 8°. accurate exaratus al Ælbrigto Monacho Benedictino octingentorum circiter annorum. *Bibl. Regia cod.* 4583.

IV. Evangelia. Codex supra octingentos annos scriptus lireris majusculis, fere unciales quas vocant referentibus, in fine deficit, *Rich. Simon. Bibl. Colbertina cod.* 1895.

IV. Evangelia. Codex annorum octingentorum. *Bibl. Majoris Monasterii prope Turonas cod.* 87.

IV. Evangelia. Codex membranaceus in 4°. literis Romanis rotundioribus antiquissimis exaratus. In eo inveniuntur plurimæ magni momenti lectiones à recentioribus mss. variantes; textus etiam sæcer creberrimè punctis distinguitur & emendatur ab Anglo-Saxone quodam annis abhinc octingentis *Humphr. Wanley pag.* 84. *catalogi libr. mss. Anglo-Saxonum. Bibl. Bodleiana cod.* 2698.

IV. Evangelia. Codex in 4°. in Gallia, ut videtur, circa tempora Caroli Magni Imperatoris scriptus. *Wanley ibid. pag.* 182. *Bibl. Bodleiana.*

IV. Evangelia. Codex seculi IX. *Romæ, Bibl. Cardinalis Ottoboni. Parisiis, Bibl. S. Genovefæ.*

IV. Evangelia. Codex in folio quadratæ formæ in membrana purpurea; scriptus est, ut conjicere promptum est, seculo IX. eleganter & summa cura, literis ex auro & argento in charta purpurea, sed cum hoc gravi incommodo, ut literas ex argento jam pene evanuerint, fugiantque aciem oculorum, superstitibus literis ex auro. Non est dubium quin dictus Evangeliorum codex inservierit ad opus sacrum in Ecclesia Remensi à primis temporibus. Quis hunc librum Ecclesiæ huic dono dederit, nullo argumento, nulla nota deprehenditur in ipso opere: ab Hincmari Archiepiscopi liberalitate profectum esse suadet Flodoardi testimonium, qui lib. 3. suæ Remensis historiæ cap. 5. refert inter Hincmari dona in Ecclesiam Remensem collata, quod *Evangelium aureis & argenteis describi fecerit literis*, quæ conveniunt huic præsenti codici. *Bibl. Eccl. Remensis Lud. de Targny in catalogo incæpto.*

IV. Evangelia. Codex in folio membranaceus, eximio & antiquo charactere scriptus circa finem, ut creditur, IX. seculi. *Bibl. Civica Tigur. Ottius.*

IV. Evangelia. Codex septingentorum annorum. *Bibl S. Remigii Remensis cod.* 21.

IV. Evangelia. Codex membranaceus in 4°. fere quadrato septingentis abhinc annis elegantissimè scriptus, & splendidissimè illuminatus. *Bibl. Bodleiana, Wanley ibidem ut supra pag.* 181.

IV. Evang. quibus præfiguntur scripta plurima, inter quæ VIII. versus in laudem Æthelstani. IX. Declaratio Regis Æthelstani, in qua hunc librum Ecclesiæ Christi dedicat. » Liber ab Æthelstano, ut videtur, Regum Angliæ usibus destinatus, quando in coronatione ad juramentum adhiberi solet. » *Bibl. Cottoniana pag.* 18. & 19. *catalogi editi.*

IV.

IV. Evangelia » in Sacrario Monasterii Luxoviensis asservatur egregius codex Evangelia complectens, tempore Gerardi Abbatis, (*qui anno* 1050 *floruit*) cujus nudum in indicibus nomen sine temporis nota occurrit, eleganter exaratus. *Joan. Mabillon pag.* 11. *Itinerarii Germanici tomo* VI. *Analectorum.*

IV. Evangelia. Codex optimæ notæ, ubi & effigies Lotharii Imperatoris seculo X. exaratus. *Bibl. Regia cod.* 3705.

IV. Evangelia, quorum magna pars literis aureis exarata. *Ibidem cod.* 3932. Eadem. Codex ejusdem fere antiquitatis ac præcedens. *Bibl. Abbatiæ S. Salvatoris Vicecomitis Constantiensis Diœceseos.*

IV. Evangelia. Codex in folio ex tersa & veteri membrana, formæ quadratæ, in quo undecim initia singulorum Evangeliorum aureis, grandibusque literis describuntur cum multo ornatu & non sine purpura. Quâ autem ætate scriptus sit, nullo satis indicio deprehenditur; scriptura ejusmodi est ût possit ad nonum seculum referri, si tamen non sit à perita manu ad codices ætatis illius expressa & delineata; quod suspicari promptum est ex quarumdam literarum apicibus & ductu, tum ex integritate membranæ quam vix putes adeo incolumem ex tot seculorum spatio ad nos devenisse. Ut ut sit, vetustissimum esse codicem nemo dubitarit, qui characterem, literas & formam contemplatus fuerit. Itaque valde credibile est non seriùs decimo aut undecimo seculo scriptum hunc librum, qui videtur in Ecclesia Metropolitana Remensi inservisse ad opus sacrum. *Bibl. Eccl. Remensis, Lud. de Targny in catalogo msc. hujus Bibliothecæ mecum perhumaniter communicato.*

IV. Evangelia Latinè. Codex membranaceus decimi seculi Alter codex nitidissimus, in 8°. XI. seculi. *Parisiis, Bibliotheca illustriss. Dn. Nicolai Josephi Foucault Comitis Consistoriani.*

IV. Evangelia. Codex egregiè admodum & curiosè exaratus ante annos quingentos. *Bibl. S. Lamberti Leodiensis, Sanderus part.* 2. *pag.* 21.

IV. Evangelia, bis. Codices antiqui in fol. *Bibl. Regia codd.* 3704. 3706. 3706^{2}. 3706^{3}. 3706^{4}. 3706^{5}. 3706^{6}. 3706^{7}. 3933. 3937. 3937^{2}. *in* 4°. *ibidem* 4307.

IV. Evangelia scripta ante annum 1382. V. *Eadem Polyglotta mss. cod. E.*

Evangelia Latinè secundùm Matthæum, secundùm Marcum & secundùm Lucam usque ad cap. decimum retentis plurimis vetustissimæ versionis Italicæ lectionibus. Codex iste inscribitur S. Ceddæ textus Evangeliorum Matthæi, Marci & Lucæ &c. *Wanley uti supra pag.* 289. *Bibl. Ecclesiæ Cathedralis Lichfieldensis cod.* 7. *num.* 1387.

Evangelia S. Matthæi & S. Marci Latinè. » *Vercellis* in Sacrario Ecclesiæ Beatæ Mariæ Majoris asservatur veterrimus Codex membranaceus, Evangelia sancti Matthæi & sancti Marci continens: qui à sancto Eusebio Episcopo & Martyre illo generosissimo, quem tantopere vexarunt Arriani, (*hic obiit* 371.) scriptus, atque huic Ecclesiæ concessus creditur. (*Si certa sit hæc traditio, codex iste omnium Latinorum quos supra citavi vetustissimus censendus erit.*) » Certe membrana situ fere corrupta est, characteres pene fugientes ac semideleti tantisper à Romana scriptura degenerant. Litera A. ad modum Græcè Λ, M. litera superne clausa à semicirculo incipit: aliæ literæ Romanis fere similes. Codicis operculum ex argento à Berengario Imperatore ab annis fere octingentis instauratum, ex una parte Salvatoris effigiem, ex alia sanctum Eusebium exhibet: ad cujus caput hi versus adscripti leguntur:

PRÆSUL HIC EUSEBIUS SCRIPSIT,
SOLVITQUE VETUSTAS:
Rex Berengarius sed reparavit idem. «

Hæc refert Domnus Joannes Mabillon pag. 9. *Itineris Italici, quod extat initio Musæi Italici.*

Evangelia Matthæi & Marci. Codex, mutilus, desunt enim quinque priora capita & pars sexti cap. sancti Matthæi, & 9. priora capita sancti Marci, in 4°. literis aureis iisque elegantissimis exaratus in membranis purpureis ab annis circiter M. Hoc codice usus est Rob. Stephanus. *Bibl. S. Germani à Pratis cod.* 777. Apographum eorumdem in 4°. *Bibl. Regia cod.* 4507.

Evangelium sancti Marci. Codex quadratus, operculo argenteo deaurato, confectus ex phylira seu papyro Ægyptiaca. Folia agglutinata simul sunt & putrida, ut non facile possint diduci sine fractione: (nam locus perquam humidus, & brevi periturus funditus est codex, si istic maneat.) Characteres autem, etsi vix legi possint, evidenter Latini sunt, nam multoties occurrunt littera D. & R. quæ non habent eandem in Græcis atque in Latinis formam... Aiunt vulgo Autographum esse sancti Marci. Nullum sane codicem se vidisse *asserit Domnus Bernardus de Montfaucon* (*cujus verbis utor*) qui majorem isto antiquitatis speciem præferat. Multa scripsisse aiunt linguâ Latinâ, atque hæc fuit Eutychii de origine Ecclesiæ Alexandrinæ pag. 152. & Card. Baronii sententia, quæ nullo idoneo teste nititur. *Venetiis, Bibl. S. Marci, de Mont-*

faucon pag. 55. 62. Diarii Italici, ubi multa alia de hoc codice narrat.

Evangelium D. Joannis, D. Lucæ usque ad versum 2. cap. 22. & pars Evangelii D. Marci Latinè secundùm B. Hieronymum, non tamen absque lectionibus quibusdam differentibus observatu dignis. Codex membranaceus in 4°. literis rotundis ante mille annos exaratus. *Humphredus Wanley pag. 250. libri alterius antiq. Literat. Septentrion. Bibl. Eccles. Cathedralis Dunelmensis in Anglia cod. 223. num. 288. catalogi editi.*

Acta Apostolorum, Epistolæ Canonicæ & Apocalypsis. Codex literis quadratis ante annos mille calamo exaratus. *Romæ Bibl. Vallicellana, Joan. Mabillon pag. 67. 68. Itin. Italici.*

Epistolæ B. Pauli Apostoli cum glossa interlineari & annotationibus ad marginem. Hoc codice in folio & in membranis exarato usus est Guillelmus Estius, qui eum frequenter citat, & annumerat probatioribus codicibus mss. ut videre est cap. 5. Epist. ad Rom. vers. 12. cap. 7. vers. 15. Epist. ad Philem *Bibl. Monasterii Mariæ Virginis de Laude Diœcesis Tornacensis: Sanderus pag 97. Bibl. Belgicæ part. 2.*

Epistolæ sancti Pauli manu Mariani Scoti Monachi Fuldensis anno Christi 1079. exaratæ, & ab eodem annotationibus marginalibus, *nondum editis*, illustratæ *Biblioth. Vindobonensis, Lambecius lib. 2. pag. 749.*

Nova translatio Epistolarum B. Pauli in sermonem Latinum. *Bibl. Jo. Mori Episcopi Norwicensis in Anglia cod. 218. num. 9404.*

† *Codices Bibl. Lat. mss. qui Lipsiæ extant in Biblioth. Paul. recensentur à Fellero Cat. p. 1. seq.*

SECTIO TERTIA.

BIBLIA LATINA VULGATA à Catholicis excusa.

» PRimæ Bibliorum Latinorum edi-
» riones mendis quam plurimis sca-
» tent, juxta codices namque mendosos
» plerumque excusa sunt. *Rich. Simon initio cap. XI. hist. crit. versionum N. T. addit deinde:* » Franciscum Cardinalem Ximenium primùm Vulgatam Latinam accuratiorem quàm antea vulgasse. » *Idem asserit Jo. Millius pag. 107. Prolegom. in N. Testam Gr. his verbis:* » Franciscus Ximenius instituta complurium melioris notæ mss. librorum diligenti collatione, translationem veterem multò quàm antea puriorem & correctiorem emisit. »

A *Correctior prodiit anno 1540. diligentia & labore Roberti Stephani ex vetustissimis quibusdam exemplaribus msc. emendata & recognita: Item anno 1541. studio Joannis Benedicti, & 1573. aliorum Theologorum Parisiensium, præsertim Jacobi Fabri: Anno 1547. cura Joannis Henteuii, & 1574. aliorum Theologorum Lovaniensium, imprimis Francisci Lucæ Brugensis: Anno 1590. jussu & auctoritate Sixti V. Pont. Max. Anno denique 1592. jussu & auctoritate Clementis VIII. Pont. Max. ex omnibus prio-* B *ribus emendationibus, quæ quidem sola editio nunc in Ecclesia viget. Editiones quæ annum prænotant 1443. 1446 1459. falsæ sunt ac supposititiæ; quæ laudatur hujusmodi in quibusdam catalogis, nullam fidem meretur, quippe quæ mendis typographicis, vel æra temporis manu exarata fulciuntur; Editio verò Moguntina, si quæ unquam fuit anni 1450. cujus meminit post Trithemium Andreas Schottus in catalogo Interpretum sacræ Scripturæ, tentamen typographicum, potiùs habenda est, ut refert Andreas Chevillier,* C *quàm perfecta editio, quæ hic admitteretur, si illius aliquot superesset exemplar.*

Biblia Sacra Latina juxta vulgatam editionem, 2. vol. in folio. *Legitur ad calcem:* Presens hoc opusculum finitum ac completum & ad eusebiam dei in civitate maguntina per Joannem fust civem & Petrum schoeffer de gernsheym clericum diecesis ejusdem est consummatum Anno incarnationis dominice MCCCCLXII. in vigilia assumptionis gloriose virginis Marie.

D *Hæc est prima & extans omnium Bibliorum impressorum editio, quæ licèt rarissima sit, attamen novem ejus exemplaria in membranis excusa, Parisiis in Bibl. Colbertina, Dn. Coustard Senatoris Parisiensis, Dn. d'Estrées Franciæ Mareschalli, Dn. de Lamoignon Præsidis Infulati, Navarræa, Regia, Sangenovefæana, Dn. de Verthamon in magno Consilio Præsidis Primarii, & in Bibl. Victorina videre mihi contigit: Extat etiam Mutinæ in Bibl. S. Benedicti Padolironensis, de Montfaucon pag. 31. Diarii Italici. Bononiæ in Bibl. Canon. Regul. S.* E *Salvatoris. Idem pag. 37. & Florentiæ in Bibl. S. Laurentii plut. 26. cod. 1. & 2.*

Aliud est exemplar in Bibliotheca Achillis de Harlay nuper Parisiensis Senatûs Principis, quod à præcedentibus discrepat, chartaceum enim est & inscriptio libri, quæ ad calcem voluminis ultimi legitur, alia fere est: sic se habet: Presens hoc opusculum (*sic vocantur 2. vol in folio magno*) artificiosa adinventione imprimendi seu characterizandi absque calami exaratione in civitate maguntina sic effigiatum & ad eusebiam dei industrie per Joannem fust

civem & Petrum ſcheoiffer de gernsheym clericum diœceſis ejuſdem eſt conſummatum anno incarnationis dominice MCCCCLXII. in vigilia aſſumptionis glorioſe virginis. *Hujus inſcriptionis meminit Corn. à Beughen in diſcurſu præliminari incunabul. Typographiæ*, 12. *Amſtelod.* 1686.

† Hanc editionem Jo. Fauſtus & P. Schoefer pararunt Moguntiæ, & tanquam ſcripta manu eſſent vendiderunt ejus exempla Pariſiis pretio 60. coronatorum. Hinc ex multitudine illorum in ſuſpicionem artis magicæ venerunt, donec comperto artis typographiæ artificio, ſententia Parlamenti fuerunt abſoluti. Serarius *rerum Moguntiæ l.* 1. *&* Chevillierus *in Originibus typographiæ Pariſ. p.* 1. *c.* 1. *Fabricius Bibl. Gr. lib.* 4. *cap.* 5. *Hæc à me ut minus verè conſona prætermiſſa fuerunt, ſi quidem impreſſa eſſe anno* 1462. *hæc exemplaria ad calcem libri legitur; fortè hæc dicta ſunt de codicibus quibuſdam in quibus hæc ſuperior ſaltem clauſula deſiderabatur.*

Referuntur à variis ſcriptoribus editiones aliæ Moguntinâ vetuſtiores, nempe Latinæ annorum 1450. 1458. 1459. *& Germanicæ* 1447. 1449. 1455. 1457. 1461. *Has omnes tanquam ſpurias, nec æram temporis deſignatam habentes penitus omiſi. Recenſentur à Cornelio à Beughen ibid.*

» Biblia Moguntiæ, ex officina Fauſti & » Schoiffer 1459. teſte Henrico Salmutho » in notis ad Pancirolum de recens inven- » tis tit. de Typographia. *Ac mox adjungit:* » Quamvis Joh. Saubertus, viſis octo exem- » plaribus, teſtetur ea iis notis caruiſſe.

Biblia Latina in folio (Pariſiis) per Ulricum Gering, Martinum Crantz & Michaëlem Friburger. *Anni non eſt expreſſus niſi his ſequentibus verſibus:*

Jam ſemi undecimus luſtrum Francos Ludovicus
Rexerat, Ulricus, Martinus, itemque Michaël
Orti Teutonia hanc mihi compoſuere figuram.

Coronatus eſt Ludovicus Undecimus Gallorum Rex XI. *die menſis Auguſti anno* 1461. *unde ſequitur hæc Biblia fuiſſe typis expreſſa anno* 1464. *Aſſervatur iſtud rariſſimum exemplar cujus nullum ſupereſt Pariſiis veſtigium, in Bibliotheca Cantabrigienſi, nuper huic Bibliothecæ datâ à Sereniſſimo Rege Angliæ cum omnibus libris Joannis Mori Epiſcopi Norwicenſis*, ut refert Michaël Maittaire pag. 71. Annalium Typographorum.

Biblia Latina 2. vol. in fol. Embricæ 1465. *Hæc vidiſſe ſe ſcribit clariſſ. Von-Maeſtrich.*

Biblia Latina, Auguſtæ Vindelicorum, Joannis Bemler 1466. *Melchior Adam in vita Joannis Guttenber.* » Auguſtæ Joannes » Bemler Biblia Latina excudit anno » 1466. «

Biblia Latina, in fol. Reutlingæ, Joannis de Averbach 1469.

Biblia Latina cum opuſculo Ariſteæ, & Epiſtola Joannis Andreæ Epiſcopi Alerienſis, ad Paulum II. Pont. Max. ſcripta Romæ 15. Martii, natalis Domini anno MCCCCLXXI. 2. vol. in fol. *in quorum fine legitur.*

Aſpicis illuſtres Lector quicumque libellos,
Si cupis art ficum nomina noſſe, lege.
Aſpera ridebis cognomina Teutona forſan,
Mitiget ars Muſis inſcia verba virûm.
Conradus Suvenheim, Arnoldus Pannartſque Magiſtri
Romæ impreſſerunt talia multa ſimul.
Petrus cum fratre Franciſco Maximus, ambo
Huic operi optatam contribuere domum.

MCCCCLXXI. *Extant Romæ in Bibl. Vallicellana, Baronius; & Pariſiis in Bibl. Regia.*

Biblia Latina 2. vol. in fol. *Legitur ad calcem*: Præſens hoc opus præclariſſimum alma in urbe Moguntina inclitæ nationis Germanicæ.... artificioſa quadam adinventione imprimendi, ſeu characterizandi abſque ulla calami exaratione ſic effigiarum, & ad euſebiam Dei induſtrie conſummatum per Petrum Schoiffer de Gernsheim anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo in vigilia Matthiæ Apoſtoli.

Non aliam hac editione priorem agnovit poſt Lucam Brugenſem Brianus Walton Proleg. 4. *ſub finem*: » Prima, *inquit*, Biblio- » rum editio impreſſa (erat Latinæ Vulga- » tæ) Moguntiæ anno 1472. teſte Luca Bru- » genſi præfat. libri de variantibus Scrip- » turæ locis; aliam tamen illa priorem qui- » dam ſe vidiſſe dicunt. « *Mirum eſt profectò quod hæc prima editio Lucam Brugenſem fugerit, qui codices, quibus in præclariſſima ſua editione anni* 1540. *Rob. Stephanus uſus eſt, quas inter recenſetur & illa prior editio Moguntina anni* 1462. *ipſe Lucas laudaverit.*

Biblia Latina, 2. vol. in folio, *abſque loco & typographo* 1473.

Biblia Latina, in 4°. Placentiæ, Joannis Petri de Ferratis Cremonenſis 1475.

Biblia Latina, in folio, opus impreſſum conſummatumque in regia civitate Nurnbergenſi per Antonium Coburger incolam civitatis ejuſdem. Anno Incarnationis Dominicæ 1479. ipſo die ſancti Othmari Confeſſoris 16. Novembris. *Hanc tanquam Bibliorum Hebraicorum*

editionem primam laudat Marianus Victo- A
rius in indice Operum S. Hieronymi.

Biblia Latina, in folio. Parisiis (1476.) *ut patet his versibus quæ leguntur ad calcem voluminis.*

Jam tribus (*a*) undecimus lustris Francos Ludovicus (*b*)
Rexerat, Ulricus (*c*), Martinus (*d*), itemque Michaël (*e*),
Orti Teutonia hanc mihi composuere figuram.
Parisii arte sua me correctam vigilanter
Venalem in vico (*f*) Jacobi sol aureus offert. B

(a) *Tribus lustris, id est quindecim annis.* (b) *Obiit Carolus VII. anno* 1461. *die* 22. *Julii, & coronatus fuit Ludovicus XI. die* 15. *Augusti ejusdem anni; anno itaque hujus regni decimo sexto ineunte, hoc est anno Christi* 1476. *typis excusa sunt hæc Biblia & absoluta Parisiis.* (c) *Ulricus Gering* (d) *Martinus Crantz* (e) *Michael Friburger.* (f) *in vico sancti Jacobi ad insigne Solis aurei.*

Biblia Latina, in folio. Venetiis, Francisci de Hailbrun & Nicolai de Francofordia 1476. C

Biblia Latina charactere Gothico, in folio. Venetiis, opera & impensis Nicolai Jenson Gallici 1476. *Utraque collatis à me inter se exemplaribus diversa reperta sunt.*

Biblia Latina, in folio. *Legitur ad calcem:* Editum opus & emendatum accuratissimè ac diligenter impressit Matthias Moravus vir singulari arte ingenioque in urbe Neapoli, Ferdinando Rege invicto, D anno Christi Dei millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. *Editio rarissima. Horum exemplar fuit D. de Maridat magni Consilii Senatoris, quod vidi Parisiis apud Dn. de La Haye Past rem quondam S. Jodoci Parisiis.*

Biblia aurea. Ulmæ 1476.

An hoc exemplar sacros contineat codices non indicavit mihi cl. Ottius, qui illud recenset in commentariis suis mss.

Biblia Latina, 2 vol. fol. *ad calcem legitur:* Anno Incarnationis Dominicæ mil- E lesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, Augusti verò Kl. tertio. Insigne Veteris Novique Testamenti opus cum canonibus, Evangelistarumque Concordantiis impressum in regia civitate Nürnbergensi per Antonium Coburger &c.

Biblia Latina, 2. vol. in fol. impressa per Bernardum Richel civem Basileensem 1477.

Biblia Latina Gothicè, in folio. Venetiis, Leonardi de Vuild pro Francisco de Hailbrun & Nicolao de Francofordia 1478.

Biblia Latina Gothicè, fol. Venetiis, Theodorici de Reynsburg & Reinaldi de Noviomago 1478.

Biblia Latina cum canonibus Evangelistarumque concordantiis Menardi Monachi, 2. vol. in fol. Norimbergæ, Antonii Coburger 1478.

Biblia Latina, fol. Lugduni per Perrinum Lathomi de Lotharingiis 1479.

Biblia Latina Gothicè, in folio. Venetiis, Nicolai Jenson Gallici 1479. Coloniæ 1479. Norimbergæ, Antonii Coburger 1479.

Biblia Latina Gothicè, in folio. *Absque nomine loci & Typographi. Ad calcem leguntur hi versus, qui etiam reperiuntur in nonnullis sequentibus editionibus.*

Fontibus ex Græcis & Hebræorum libris
Emendata satis & decorata simul
Biblia sum, præsens superos ego testor, & astra
Est impressa, nec in orbe mihi similis.
Singula quæque loca cum concordantiis extant:
Orthographia simul quam bene pressa manet. MCCCC. LXXIX.

Biblia Latina, in 4°. Venetiis, Octaviani Scoti 1480.

Biblia Latina Gothicè, in 4°. Franc, de Hailbrun 1480.

Biblia Latina cum summariis & concordantiis Menardi Monachi, fol. Ulmis, Jo. Zainer 1480.

Biblia Latina, in folio. *Ad calcem legitur:* Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octogesimo, Maij verò Kl. octavo decimo: hoc insigne Veteris & Novi Testamenri opus cum canonibus, Evangelistarumque concordantiis in oppido Nürnbergensi per Antonium Coburger, cum epistola Menardi Monachi ad Jac. de Ysenacho.

Biblia Latina cum postillis Nicolai de Lyra, 7. vol. in fol. Coloniæ 1480.

Aliæ editiones cum ejus postillis 1481. 1482. 1487. 1489. 1493. 1498. 1502. V. *Biblia cum glossa ordin. ad annum* 1493.

Biblia Latina charactere perpulchro, in fol. *absque nomine loci & Typographi.* M. CCCC. LXXXI.

Biblia Latina Gothicè, in folio. Venetiis, Leonardi Wild de Ratisbona 1481.

Biblia Latina cum postillis Nicolai de Lira, 4. vol. in fol. *ad quorum calcem hæc leguntur:* Exactum est Venetiis hoc opus Bibliæ cum postillis Nicolai de Lyra, cumque additionibus per Paulum Burgensem editis, ac replicis Matthiæ Dorinck, impensa curaque Joannis de Colonia, Nicolai Jenson, sociorumve ann. 1481. pridie Calendas Sextiles. Eadem, in fol. Norimbergæ, Conradi Leontorii 1481.

Biblia Latina cum postillis Nicolai de Lyra, 3. vol. fol. Venetiis, Renner de Hailbrun 1482.

Biblia Latina, *in quorum fine leguntur iidem versus anno* 1481. *editi*, in fol. Argentorati, per Marcum Reinhardi de Argentina & socios 1482.

Biblia Latina, in fol. Norimbergæ, Ant. Coburger 1482.

Biblia Latina, *cum iisdem versibus supra laudatis*, in fol. *absque nomine loci & Typographi* 1483.

Biblia, *præfigitur Epistola Francisci Moneliesto à Genua*, 2. vol. in fol. *Ad calcem legitur*: Exactum est inclyta in urbe Venetiarum sacro-sanctum Scripturæ volumen integerrimis expolitisque literarum characteribus Mag. Joannis dicti Magni Herbort de Selgenstat Alemanni anno 1483. pridie Calendas Novembris.

Biblia Latina, in 4°. Venetiis, Francisci Renner de Hailbrun 1483.

Biblia Latina, in 4°. Venetiis, Herbort de Selgenstat 1484.

Biblia Latina, in fol. (*Ulmis*) per Joannem Zainer Ulmensis oppidi incolam 1484.

Biblia Latina, in folio. Norimbergæ 1484.

Biblia Latina, in folio. *Absque nomine loci & Typographi* 1485. 1486. 1487. 1489. *Forsan non diversa sed una eademque editio.*

Biblia Latina, in 4°. Venetiis 1487.

Eadem, in fol. 1487.

Biblia Latina, in fol. Antuerpiæ, Nic. Kesler 1487.

Biblia Latina, in fol. Basileæ 1487.

Biblia Latina cum postillis Nic. de Lyra, 5. vol. fol. Norimbergæ 1487.

Eadem, in folio. Venetiis, Octaviani Scoti 1489.

Biblia Latina Gothicè, correcta per Stephanum Parisetti, in fol. Impressa per Jac. Malieti 1490.

Biblia Latina, fol. Venetiis, Simonis de Gara 1491.

Eadem, in 4°. Venetiis 1491.

Biblia Latina *minimo charactere*, (*in hac editione Actus Apostolorum Epistolis sancti Pauli postponuntur.*) in 8°. Basileæ, Joan. Froben 1491.

Eadem impensis & cura Nicolai Kesler civis Basileensis, fol. ibidem 1491.

Biblia Latina cum postillis Nicolai de Lyra, 4. vol. in fol. Argentinæ 1492.

Biblia Latina cum glossa ordinaria &c. 6. vol. in folio. Norimbergæ 1493.

Aliæ editiones cum eadem Glossa 1495. 1496. *bis absque anno.* 1502. 1508. 1520. 1524. 1528. 1545. 1588. 1589. 1617. 1634.

Biblia Latina, in fol. typis Matthiæ Hus Alemanni 1494.

Biblia Latina Gothicè, in 4°. Venetiis, Fr. de Hailbrun 1494.

Biblia Latina, in 4°. Venetiis, Sim. Bevilaquæ 1494.

Biblia Latina Gothicè, in 8°. Basileæ, Jo. Frobenii 1495.

Biblia Latina cum glossa ordinaria & postillis Nic. de Lyra, edita & emendata per Bernardum Eadolum D. Michaëlis Murani Priorem, in fol. Venetiis, Paganini de Paganinis 1495.

Biblia Lat. emendata per Angelum de Monte Ulmi Ordinis S. Francisci, in 4°. Brixiæ per Jacobum & Angelum Britannicos 1496.

B. Lat. cum glossa ordin. Norimbergæ 1496.

B. Lat. in fol. Coloniæ 1497. Argentorati 1497.

Biblia Lat. Gothice cum summariis &c. in 4°. Typis Franc. Fradin & Joannis Pivard 1497.

B. Lat. emendata per Angelum de Monte Ulmi, 8°. Venetiis, Hieron. de Paganinis 1497.

B. Lat. cum postillis de Lyra, 6. vol. in fol. Basileæ 1498.

B. Lat. in 4°. Venetiis, Simonis Bevilaquæ 1498.

B. Lat. Gothice, fol. *absque anno, loco & Typographo.*

Biblia Latina Gothice, *absque literis majusculis initialibus, notis numeralibus & indice sequentis paginæ* 2. vol. in folio. *non indicato anno, loco & Typographo.*

Biblia Lat. cum glossa ordinaria &c. 4. vol. in folio. *absque anno, loco & Typographo.*

Eadem 7. vol. in fol. In Valle Engaddi vulgo Engebal, curâ Conradi Leontorii *absque anno.*

Biblia Latina cum figuris & descriptionibus chorographicis, in 8°. Lugduni, Claudii de Huschia, *absque anno.*

Biblia Lat. in 4°. Typis Joannis Pivard 1500. In fol. Parisiis, Simonis Vostre 1500. fol. Norimbergæ 1500.

B. Lat. in 8°. Lugduni 1500. Basileæ, Joan. Frobenii 1500.

B. Lat. curâ Gabrielis Bruni ex Ordine Min. in folio. Parisiis, Joannis Petit 1501.

B. Lat. correcta per Angelum de Monte Ulmi, in 8°. Venetiis, Paganini de Paganinis 1501.

Biblia Lat. cum glossa ordinaria &c. 6. vol. in fol. Ex officina Frobeniana 1498-1502.

Biblia Latina cum commentariis Hugonis Cardinalis, 6. vol. in folio. Basileæ 1504.

Biblia Latina Gothice cum pleno apparatu summariorum, concordantiarum &c. 2. editio in folio minori. Parisiis, Thelmanni Kerver pro Joanne Petiti 1504.

Biblia Latina. Gothice, in folio. Lugduni, Claudii Davost, aliàs de Troyes 1505.

Biblia cum pleno apparatu tersissimè & nitidissimè impressa. *Ad calcem.* Hoc opus per præstantissimum S. Theologiæ Professorem Albertum Castellanum emendatum atque impressum characteribus Venetis, in folio. Lugduni, per Jacobum Sacon 1506. in fol. Venetiis apud Juntas 1506.

B. Lat. in fol. Parisiis, Philippi Pigouchet 1507.

B. Lat. cum glossa ordinaria &c. 7. vol. in fol. Ex Arta Valle ultra Birsam Basileanam 1506-8.

B. Lat. in fol. Lugduni, Jacobi Sachon 1509.

B. Latina. in fol. Basileæ 1509. 8°. Parif. 1509.

Biblia Lat. in 8°. Parisiis, Jo. Clereret 1511.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, Jac. Sachon 1511.

B. Lat. in fol. Rothomagi, Petri Olivier 1511.

B. Lat. in 4°. Cadomi 1511. Eadem per Albertum Castellanum; in 4°. Venetiis 1511.

Biblia Latina cum pleno apparatu summariorum, indicis numerique foliorum distinctione tersissime ac nitidissime impressa, in fol. Parisiis, typis Philippi Pigoucbet 1512.

Biblia Latina emendata per Albertum Castellanum, in fol. & in 8°. Lugduni, Jac. Sacon 1512.

B. Lat. in 4°. Lugduni, Nicolai de Benedictis 1512.

Biblia cum concordantiis V. & N. Testamenti, ac diversitatibus textuum in margine positis per Albertum Castellanum Ord. Prædic. studiosissimè revisa, correcta & emendata, in fol. Lugduni per Jacobum Sacon, expensis Antonii Koburger 1513. Nornbergæ 1513. *Eadem forsan ac Lugdunensis editio.*

Biblia Latina per Albertum Castellanum, in fol. Lugduni 1514. *Eadem forsan ac præcedens editio.*

Biblia Latina, in fol. Basileæ, Joan. Frobenii 1514.

Biblia Latina, in 8°. Parisiis 1514.

Biblia Latina cum brevibus annot. 8°. Lugduni, Marefchal 1514.

Biblia cum concordantiis ejusdem & Juris Canonici per Joannem de Gradibus, in fol. & in 8°. Lugduni, Jacobi Sacon 1515.

Biblia Latina, in fol. Lugduni, Jacobi Sacon 1516.

Biblia Latina 2. vol. in fol. Lugduni, Joan. Moylin 1516.

Biblia Latina emendata per varios Theologos Hispanos. V. *Biblia Polyglotta Complutensia* 1517.

» Codices Complutenses innumeris locis veterem lectionem immutarunt, non « ex aliorum exemplarium collatione, id « enim dissimulari poterat, sed ex Hebraicis & Græcis fontibus: tametsi iis Bibliis « edendis Cardinalis Hispaniæ prudentissimi accessit auctoritas &c. *Joan. Mariana tract. pro editione vulgata cap.* 14.

» In hoc doctissimum Cardinalem Ximenium laudo (*ait Rich. Simon cap.* 17. « *Disquis. critic. de variis Bibl. edition. pag.* « 215.) quod Latinam editionem, quæ tunc « innumeris mendis scatebat, in multis repurgarit. Verum ista castigatio non ubique feliciter ei successit, iis præsertim in « locis, ubi contextus Hebraïci verbis pressius hærens Latinum Interpretem ex illo « solum & absque Latinorum codicum ope « correxit, lapsus similiter in reformandis « interdum ad Hebraïca Græcorum Interpretum exemplaribus; etsi palam testetur « se non vulgaria seu temerè oblata exemplaria sequutum fuisse, sed vetustissima simul & emendatissima. «

» Sub initiis ferè Typographiæ textus « Latini (*Vulgatæ Versionis N. T.*) vitia « benè multa abstersere primi Editores. In « aliis mox Edit. adjecere insuper ad oram « variantes quasdam lectiones suorum codicum. Tandem verò Franciscus Ximenius Cardinalis, instituta compluriumme- « lioris notæ MSS. librorum diligenti collatione, translationem veterem multo « quam anteà puriorem & correctiorem emisit. » *Jo. Millius p.* 107. *prolegom. in N. T. Gr.*

Biblia Latina, in fol. Lugduni 1517.

Biblia Latina, in 8°. Lugduni, Jacobi Sacon 1518.

Biblia Lat. in 8°. Parisiis, Joan. Prevel 1519. 8°. Ibid. Joan. Clereret 1519. in 4°. Lugduni 1519.

Biblia Lat. in fol. & in 8°. Lugduni, Jacobi Marefchal 1519.

Biblia Lat. 8°. Venet. Lucæ de Giunta 1519.

Biblia Lat. Gothice. in fol. Lugd. Jo. Marion 1520.

Biblia Lat. charact. grandiori, fol. Ibid. Moylin 1520.

Biblia Latina cum glossa ordinaria 7. vol. in folio. Lugduni, Jacobi Marefchal 1520.

Biblia Latina cum concordantiis V. & N. Testamenti, summâ cum diligentiâ revisa, correcta & nuperrimè emendata per Joannem de Gradibus, nec non & additionibus in marginalibus varietatis diversorum textuum &c. novissimè additæ sunt concordantiæ ex 20. libris Josephi de Antiq. Judaicis &c. cum figuris ligno incisis, in fol. & in 8°. Lugduni, Jacobi Sacon 1521.

Biblia Lat. eadem in fol. Lugduni, Jac. Sacon, Stephan. Gueynard, Joan. Moylin 1522.

Biblia Latina, in 8°. Parisiis, Jo. Prevel 1523.

Biblia Latina, in fol. Lugduni, Jacobi Mareschal 1523.

Biblia cum glossa ordinaria, 8. vol. in folio. Parisiis, Joannis Cornicularii 1524.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni 1524.

Biblia Lat. 5. vol. in 16. Parisiis, Simonis Colinæi 1525.

Biblia Lat. in fol. Lugduni, Jac. Mareschal 1525.

Biblia Latina, in 8°. Parisiis, Thielmanni Kerver 1526. Alia in 8°. Ibidem, iisdem typis *absque anno.*

Biblia Lat. fol. Lugduni, Jo. Theobaldi 1526.

Biblia Lat. in fol. & in 8°. Lugduni, Jacobi Mareschal 1526. *Editio in fol. eadem ac præcedens.*

Biblia Latina 3. vol. in 8°. Coloniæ & Antverpiæ, impensis Francisci Birckmanni 1526.

Biblia Lat. in fol. Coloniæ 1527. In folio Lugduni, Jacobi Mareschal 1527. *Eadem editio ac anni 1525.*

Biblia Latina emendata per Joan. de Gradibus, in fol. Lugduni, Joan. Crispini 1527.

Biblia, *ex veteribus exemplaribus emendata*, in fol. Parisiis, typis Roberti Stephani 1528.

Ex præfatione. » Cum sacratissima u- » triusque Testamenti Biblia typis nostris » exprimere statuissemus, Christiane Lec- » tor, operæ pretium facturum esse arbitra- » ti sumus, si priusquam aggrederemur rem » ipsam, vetera exemplaria consuleremus, » inde germanam lectionem excerpturi, » quo authoritate eorum fulti, & quæ de- » pravata essent, restituissemus... Cum ita- » que anno 1524 hujus urbis pervetustas » Bibliothecas evolveremus, eam maximè » quæ est apud D. Germanum à pratis; in » manus tandem nostras pervenit exem- » plar quoddam miræ vetustatis, quod ut » manu diligentissima scriptum, ita & à » viris doctis, ut videre licet, accuratè per- » lectum erat, & si quando librariorum vitio mendæ irrepsissent, tanto studio e- « mendatum, ut non credam aliud un- « quam pari. Ejus nobis copiam libenter « fecerunt, qui illi Bibliothecæ præerant, « à quibus & alterum simili propè diligen- « tia conscriptum mutuo accepimus. (*Utrumque etiamnum anno 1720. extat in eadem Bibliotheca, prius num. 9. posterius num. 1. & 2. signatum.*) in quo videas accentus « superscriptos dictionibus ambiguæ signifi- « cationis; quod & imitati sumus. Nec his « quidem contenti, evolvimus & Biblio- « thecam sancti Dionysii, in qua unicum « exemplar reperimus (*asservatur nunc in Bibl. Regia cod. 3562.*) quod ad fidem præ- « dictorum accederet &c... Contulimus ea « cum iis quæ tunc ut emendatissimè im- « pressa circumferebantur... Contulimus « nostram tralationem, quæ in illis (*sc. Bibliis Complutensibus*) inserta sunt, cum « nostris exemplaribus, deprehendimusque « per omnia ferè consentire &c. «

Aliæ editiones Latinæ Roberti Stephani 1532. 1534. 1540. 1545. 1546. hujus sectionis; 1555. & 1557. sequentis. Priores edita anno 1547. & 1548. censura notarunt Parisienses Theologi, qui in notis tantummodo, summariis & indicibus quædam esse animadversione digna censuerunt. Easdem Joannes Hentenius in præfat. Bibliorum anni 1547. impensè laudat his verbis : » Nemo est qui nesciat « quantam diligentiam, quantasque im- « pensas tulerit Robertus Stephanus Re- « gius apud Lutetiam Typographus, quem « honoris causa nomino, ut accuratissima « & castigatissima nobis Biblia traderet, « propter quod plurimum etiam illi debent « quotquot sacrarum literarum lectioni « sunt addicti; quem ob id etiam in multis « secuti sumus. Et tamen candido pectori « (*ea sanè non dixisset Joannes Hentenius, si Roberti Stephani ad censuras Theologorum Parisiensium Responsionem, quæ postea anno 1552. edita est, tum potuisset legere*) impo- « suerunt hi Pseudochristiani, & sub ovina « pelle latentes lupi rapaces, maximè in « marginum annotationibus, præfationibus « ac in indice sententiarum. «

Biblia Lat. in 8°. Parisiis, Jo. Prevel 1528.

Biblia Latina, fol. Lugd. Joan. à Porta 1528.

Biblia cum glossa ordinaria &c. 6. vol. in fol. Lugduni, Jacobi Mareschal 1528. *Eadem forsan editio ac præcedens anno 1524. publicata.*

Biblia Lat. Antverpiæ, Guill. Vorteman 1528.

Biblia Lat. 6. vol. in 24. Parisiis 1529. in fol. Lugduni 1529.

Biblia integra V. & N. Testamenti non solum ad Hebraïcam veritatem, ve-

rum & ad vetustissimorum & emendatissimorum utriusque linguæ codicum fidem, multo quam antehac diligentius recognita: una cum singulorum capitum argumentis, Eusebii tabulis, & marginalibus annotationibus juxta Hebræorum maximè lectionem plus mille nunc locis locupletata, in folio. Coloniæ, Quentel 1529.

Cum in Bibliothecis Parisiensibus horum exemplar non invenerim, ex ejus præfatione aliquid, quo methodus Editoris exhiberetur, excerpere non licuit.

Biblia Lat. in fol. Coloniæ, Eucharii Cervicorni 1530.

* Biblia Lat. 8°. Parisiis, Thielm. Kerver 1530.

Biblia Lat. fol. Lugduni, Jacobi Myt 1531.

Biblia Lat. 8°. Ibidem, Joan. Mareschal 1531.

Biblia *ex veteribus exemplaribus emendata.* Breves in eadem annotationes ex doctissimis interpretationibus & Hebræorum commentariis. Interpretatio propriorum nominum Hebraïcorum. Index copiosissimus V. & Novi Testamenti *studio & cura Rob. Stephani, cum ejus præfatione*, in fol. Parisiis, ex officina Roberti Stephani 1532.

Aliæ editiones cum iisdem annotationibus 1534. 1537. *bis*, 1538. *ter*, 1540. 1543. 1544. 1550. 1551. V. *in seq. sectione* 1536. 1545. 1546.

» Robertus Stephanus Lectori. Ne tu forte, Christiane Lector, nihil in hac Bibliorum altera editione præstitum existimares amplius quam in prima quæ ex nostra officina ante aliquot jam annos (*sc. anno* 1528) prodiit: voluimus paucis hic indicare, quo quidque modo, quaque diligentia perfectum fuerit. Primum omnium vulgarem Bibliorum tralationem denuò tanta accuratione contulimus cum veteribus exemplaribus manu descriptis, quæ annis superioribus Monachi sancti Dionysii, itemque sancti Germani & gravissimum illud Theologorum Parisiensium Collegium nobis communicarunt, ut nihil jam omissum putemus, (agnoscimus enim quod conquesti sunt amici quidam in priore editione nonnihil esse dormitatum) esseque nostram tralationem nunc primùm propè integram & illibatam, qualis ab ipso Interprete quondam scripta fuerat... Hoc unum semper curavimus, ut hæc nostra tralatio integra maneret, neque quicquam ab ea detraheretur aut minueretur, quod nisi auxilio veterum exemplarium fieri baud potuisse quis non intelligit? .... Annotavimus ad marginem interiorem ea quæ à diversis Interpretibus aliter atque aliter reddita sunt... Placuit Origenem & Hieronymum imitari, & variorum interpretum annotationes ex ipsis Hebræorum commentariis depromptas, quam paucissimis fieri potuit, ad marginem adscribere &c. «

Biblia Latina, in folio. Lugduni, Joannis Mareschal 1532. in 8°. Ibidem, Trechsel 1532.

Biblia Latina, in fol. Lugduni 1533.

Biblia Latina (*minutissimo charactere juxta edit. Rob. Stephani* 1532.) cum quibusdam paucissimis ad marginem notis, in 8°. Parisiis, ex officina Roberti Stephani 1534.

* Biblia Lat. cum annotationibus (*Rob. Stephani seu à Rob. Stephano anno* 1531. *editis*) in folio Antuerpiæ, excudebat Martinus Cæsar impensis & opera Godofredi Dumæi 1534.

Eadem, in fol. Antverp. Guill. Vorsterman 1534.

Biblia Lat. in 8°. Parisiis, Yolande Bonhomme 1534.

Biblia Lat. in folio. Lugduni, Boylin 1535.

Biblia Latina ad Hebraïcam veritatem & ad vetustissimorum codicum fidem emendata, in 4°. Lugduni, Jacobi Juntæ 1535.

Biblia Lat. cum concordantiis per Henricum Regium, 4. Coloniæ, Melchior. Novesiani 1535.

Biblia Latina. Lugduni, Joan. Savoreæ 1536.

Biblia Lat. Lugduni, Henrici Laureti 1536.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, Jac. Giuntæ 1536.

Biblia Latina cum annotationibus *Rob. Stephani.* in fol. Lugduni, Scipionis de Gabiano 1536.

Biblia Latina cum iisdem annotat. fol. Lugduni, Guill. Boulle 1537. In 4°. Antverpiæ, Joan. Steelsii 1537.

Biblia Latina. Parisiis, Joannis Goult 1537.

Biblia Lat. cum iisdem annotat. in fol. Lugd. Hugonis à Porta 1538.

Eadem, in 8°. Venet. Bernardini Stagnini 1538.

Eadem, in 4°. & 8°. Antverpiæ, Jo Steelsii 1538.

Biblia Latina, 4. vol. in 16. Parisiis 1539.

Biblia *ad fidem vetustissimorum codicum msc.* XIV. *& trium editionum antiquarum* (*quorum index post præfationem reperitur*) *emendata, adjectis ad marginem quam plurimis variantibus lectionibus ex illis collectis, studio & opera Roberti Stephani, juvante Guillelmo*

Guillelmo Fabritio. Hebræa, Græca & Latina nomina virorum &c eum interpretatione Latina. Locorum descriptio è cosmographis. Index rerum & sententiarum &c. His accesserunt schemata tabernaculi Mosaïci & Templi Salomonis, quæ præeunte Francisco Vatablo summâ curâ & fide expressa sunt, in fol. Parisiis, ex officina Roberti Srephani. Index rerum anno 1538. editùs, Novum Testamentum 1539. & Vetus 1540.

Ex præfatione Stephani. » Prodierant ante annos octo (*id est anno* 1532.) è nostra Typograpbica Officina Biblia magna fide ad antiquissimos codices Latinos excusa. Tum enim virorum Doctissimorum consilium fuit, ut ea lectio, quæ in vetustissimis illis exemplaribus inventa fuisset, si cum Hebraïcis Veteris Testamenti codicibus aut Græcis Novi Testamenti libris consentiret, excuderetur, ne variis & diversis lectionibus margines occupatæ essent... Censuimus in consilium adhibendos nostrates Tbeologos, quorum sententia fuit, ut antiquissimos quosque codices excusos in exemplaria nobis proponeremus, ita tamen ut quæ aliter in vetustissimis mss. codicibus legerentur, & cum Hebraïcis & Græcis libris amicè conspirarent, ea margo interior nostrorum Bibliorum vindicaret, nominibus exemplarium, unde quæque lectio desumpta esset, fideliter expressis...

» Horum itaque sententiam secuti, comparaȓis & conflatis undique miræ vetustaris codicibus, aliis ante multos annos scriptis, aliis verò jam inde ab ipsa typographices infantia excusis, assiduis & improbis laboribus tandem perfecimus, ut ea tralatio, qua nostræ Ecclesiæ passim utuntur, ne verbo quidem uno mutato, typis exprimeretur. Varias autem & à mulris seculis repetitas lectiones, quæ tamen cum Hebraïco & Græco contextu consenriebant, io margine interiori magna diligenria & fide excudendas curavimus. *Index XXIV. Exemplatium veterum Latinorum mss. quibus usus est in hac Editione Rob. Stephanus ; S. Germani à pratis quinque oblongum, latum, parvum, aureum, argenteum ; S. Dionysii in Francia exemplar ab amicis commodatum ; Taurinense (seu Ebroïcense S. Taurini) ; aureum Margaritæ Caroli Cæsaris amitæ ; Paulinum Coleti Decani Londinensis ; Conserdonkense ; Constantiense Donatianum seu Burgense ; Suessionense ; & Correctorium Sorbonicum. Preterea Biblia Latina edita Moguntiæ* 1462. *Basileæ* 1495. *& Complutense* 1517. *Deinde addit,* » Agnosco beneficii acceptum à Guillelmo Fabririo Canonico Pictaviensi, viro Hebraïce, Græce & Latine eruditissimo, qui in his

A Bibliis emendandis, & locis cognatis annotandis candido & liberali studio me plurimum adjuvit. «

Hæc editio omnium R. Stephani præstantissima est atque optima ; cujus exemplar in membranis excusum corio violaceo & deaurato coopertum, atque ornatum regio stemmate ac litera majuscula F. ex utraque stemmatis parte notatum, ab ipso Stephano fuit Francisco I: Francorum Regi oblatum, servaturque in Bibliotheca Regia : opus sanè in arte typographica, si unquam fuit, per- B *fectum. Istam variantium lectionum syllogen jam confecerat Stephanus anno* 1524. *ut refert in præfatione Bibliorum anno* 1528. *ab ipso excusorum.*

Illud inest discrimen inter hanc & alteram anni 1531. *Stephanicam Bibliorum editionem, quod in hac textus emendatus fuerit : in illa autem idem ferè textus ac Moguntinus anni* 1462. *emendationes verò ad marginem appositæ designatis codicibus manuscriptis. In hac imprimenda usus est Rob. Stephanus* 15. *mss. codicibus & triplici editione sc. Moguntina anni* 1462. *à qua in uno* C *Pentateucho vicibus* 52. *discedit, Basileensi minori (forsan anni* 1495.) *à qua differt vicibus* 50. *& Complutensi quo cum in eodem libro* 167. *vicibus non concordat.*

Biblia cum duplici translatione & scholiis, in fol. Parisiis, Petri Regnault 1540. *Hanc editionem memorat Index expurgatorius quam videre mihi non contigit.*

Biblia Lat. 8°. Parisiis, Petri Regnault 1540. In 8°. Venetiis 1540. In 4°. *absque nomine Typographi* 1540.

Biblia Lat. 8. vol. in 16. Parisiis, Simonis D Colinæi 1539-40. Eadem in 4°. Lugduni *absque Typographi nomine* 1540.

Biblia Lat. cum annorationibus *Rob. Stephani*, in fol. Antverpiæ, Antonii Goini 1540.

Biblia Lat. juxta veterem editionem qua hactenus utitur Ecclesia Latina, in fol. Parisiis & Lugduni 1541.

Biblia Lat. insignium figurarum simulachris cum venustatl tum verirari accommodatis illustrata, in 8°. Excudebat Franc. Gryphius 1541.

E Biblia sacra juxta Vulgatam, quam dicunt, editionem, à mendis, quibus innumeris partim scribarum incuria, partim sciolorum audacia scatebat, summâ curâ parique fide repurgata, atque ad priscorum probatissimorumque exemplarium normam, adhibita interdum fontium autboritate, restitura, annorum à mundo ereato ad Christum natum computo illustrata, *cum brevi præfatione Joannis Benedicti ejusque scholiis ad marginem*, in folio. Parisiis, ex officina Simonis Colinæi pro Galeoto à Prato 1541.

Aliæ editiones cum scholiis Joannis Benedicti 1549. 1552. 1558. 1564. 1565. 1567. 1573.

Ex præfatione. » Miror cur tanta scriptorum in tractandis transcribendisque » sacris atque adeo scriptis divinis hactenus fuerit incuria ; ut tot reperiantur » exemplaria quot codices. Quibus si non » brevi occurratur, rediens tandem Hieronymus, & quisquis optimus Interpres, » quæ nobis integra tersaque reliquerunt, » negabunt esse sua. Huic autem morbo utcumque mederi volentes, quos potuimus » vetustissimos & scriptos manu & impressos inter se codices & illos tandem cum » Hebræis Græcisque contulimus, ut veriorem editionis nostræ sensum integritati » suæ restitueremus. Nec tamen tantum vetustati tribuimus, quin Ecclesiæ usum, & » qui passim legitur & cantatur in templis, » textum pro captu reformaremus. Collatis » igitur Latinis codicibus cum Hebræis, » qui nobis ex Hebræo canone traduntur, » atque cum Græcis, qui tantum Græcè » leguntur, differentias annotavimus, asteriscos, inquam, In quibus Latina à peregrina deficit editio, obelo in quibus abundat ; scholiis vero doctorum super difficilimis locis literis a. b. c. &c.

» Inutile foret (*inquit Rich. Simon cap. 11. hist. crit. Versionum Nov. Testam. pag.* 143. 144.) alia hujus editionis loca pervestigare. In ea enim nullæ recensitæ sunt » variæ lectiones, nulla proinde certa inest » reformationis regula ; utilis tamen potest » esse iis qui noscere cupiunt, in quo Vulgata Latina ab Hebræo in Vetere Testamento, & à Græco in Novo discrepet. » Nam præter obelos & asteriscos, nova ab » autore apposita est in margine translatio » verborum, quæ in nostra vulgata non satis ad literam reddita fuisse arbitratus est. » Verum hæ correctiones non omnes tanquam mendæ in Vulgara sunt habendæ ; » namque ad novas ut plurimum Latinas » Bibliorum versiones ex Hebræo Græcoque factas sine nlla necessitate corrigit atque reformat. »

Biblia Lat. in folio. Antverpiæ, typis Martini Mariani, apud Joannem Steelsium 1541.

Biblia Latina, in 8°. Antverpiæ, Ant. Batman, Ant. de Jahide, Henr. Petersen, Ant. Merani 1541. *Hæ quatuor editiones veluti diversæ ab auctore Indicis librorum prohibit. referuntur.*

Biblia Lat. cum figuris, in 8°. Excudebat Franciscus Gryphius 1541. *Eadem forsan ac editio anni* 1541.

Biblia Latina, 5. vol. in 16. Parisiis, Petri Regnault 1542. In 8°. & 6. vol. in 16. Lugduni, Theob. Pagani 1542.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, apud Hugonem à Porta, Caspar Treschel excudebat Viennæ 1542.

Biblia Latina, in 8°. Lugduni Guill. Boulle 1542. In 8°. ibidem Jacobi Juntæ 1542. In 8°. ibidem, Sebastiani Gryphii 1542.

Biblia Lat. *cum variis lectionibus juxta edit. Stephani* 1540. in fol. Antverpiæ, Jo. Steelsii 1542.

Biblia Latina. in fol. Venetiis, P. Itecbem & Magnantii 1542.

Vulgata Editio Veteris & Novi Testamenti, quorum alterum ad Hebraïcam, alterum ad Græcam veritatem emendatum est quam diligentissimè, ut nova editio non facilè desideretur, & vetus tamen hic agnoscatur ; adjectis ex eruditis scriptoribus scholiis, ita ubi opus est locupletibus, ut pro commentariis sint : multis certè locorum millibus, præsertim difficilioribus, lucem afferunt. Auctore Isidoro Clario &c. in folio Venetiis, Petri Schoiffer 1542.

Aliæ editiones cum ejusdem scholiis 1557. 1564.

Ex præfatione. » Alii nova in linguam « Latinam versione, alii commentariis, alii « utraque re Christianam Rempublicam « dirare pro se quisque conati sunt. Sed duo « mibi deesse adhuc videbantur. Nam in « his horum omnium studiis atque laboribus æditio illa, qua totus Christianus orbis utitur, ac semper, ut facilè conjecto, « usurus est, nondum squallorem suum deposuerat, nec ei quisquam errores, qui- « bus innumeris pænè scatebat, adimere « adhuc curaverat ; quæ res eo magis reprehensione digna mihi videbatur, quo eorum major esset hac ætate copia, qui huic « malo mederi potuissent. Alterum erat, « quod desiderabam, ut scilicet ea loca, « quæ in utroque sunt Testamento obscuriora, & aliqua egent luce, ita plana fierent, atque ea brevitate explicarentur : « ut nihilominus uno volumine sacrorum « Bibliorum opus claudi posset...

Hanc ergo geminam provinciam & « corrigendæ videlicet editionis, & lucis « afferendæ locis difficilioribus aggressus « sum, ut viri docti qui in utraque hac parte sese exercuerunt amare me de hac re « debeant, qui profitear me ex eorum lucubrationibus (*Sebastiani præcipuè Munsteri, quas ferè integras exscribit, ut patebit ei qui utriusque scholia contulerit*) non exigua accepisse adjumenta, præsertim in « ipsa Bibliorum correctione, ut quidquid » hic profectum sit, ipsis eorumque vigiliis « referri acceptum velim, (quanquam accedere & ipsi, quæ Dei est benignitas, ad « Hebræos fontes possumus ;) sed & turius «

» & minus invidiosum fuit, hac ingredi via, » ne plus aliquid unus, quam tot eruditi » viri qui hactenus scripserunt, viderer sapere voluisse. » (*Immerito igitur eum plagii postulat Matthæus Polus præfat. Synopseos Criticorum.*)

» Verum quod ad castigationes pertinet, » consilium id fuit meum, non ad vivum, » quod aiunt, omnia resecare, sed ubi vel » nihil vel perparum immutaretur de sententia, indulgendum consuetudini judicavi: atque hisce tamen locis admonere » lectorem in scholiis soleo, quo pacto se » habeant: alioquin si statera aurificis & » non populari potius quadam rrutina uti » voluissem, offensæ fuissent omninò Ecclesiæ aures, neque id quod cogitaveram essem » consecutus, ut scilicet vulgata æditio agnosceretur... Verum etsi ea quam diximus » moderatione usi fuerimus, loca tamen ad » octo millia annotata atque emendata à nobis sint. *Ita ille.*

Ex regulis generalibus Indicis librorum prohibit. Regula IV. Ex Bibliis Isidori Clarii tollantur Prologus & Prolegomena, » & præterea quod notatur in hujus Indicis » expurgatorii classe secunda in verbo *Isidorus Clarius*, & hoc pacto permittitur » liber, hac cautione, ut nemo habeat pro » textu editionis vulgatæ. « *Hoc quidem in editione anni* 1564. *confectum est.*

Melchior Canus loc. Theol. lib. 2. *cap.* 13. » Isidorus Clarius ferendus non est, cujus » emendario nihil est aliud quam veteris » Interpretis reprehensio. Pollicetur enim » in operis fronte veterem editionem correctam; posteà verò quam pollicitatione » hac depellit invidiam novitatis, multa inferit, adjicit quædam, nonnulla mutat; » ut lector non aliud possit in locis mutatis » intelligere, quam aut veteris Interpretis » errorem, aut veterum codicum depravationem. »

» Non melius describi poterat (*inquit Rich. Simon cap.* 11. *Disquis. Critic. de var. » Bibl. edit.*) ingenium & interpretatio Isidori Clarii, qui in plerisque locis, quæ » castigat in Latino Interprete, ineptum » se ac linguæ Hebraïcæ imperitum ostendit. Hæc autem editio Romæ prohibita » est.

Idem cap. 11. *Hist. Crit. Version. N. T. pag.* 144. 145. *hæc addit:* Acriori sanè judicio pollebant Romani, ut apud eos aliquo in pretio esset hujusmodi Bibliorum » incondita reformatio, in qua author eo » prætextu quod textibus inhæreat originalibus, menrem ut plurimum suam promit ac sequitur. In optimorum codicum » manuscript. lectione erat versatus eo usque, ut lectiones minus acceptas intra » textum reponeret. Græcum exemplar in iis locis, in quibus vulgatâ minus accuratum est, tanquam prototypum exprimit... « Licere sibi credidit ea, quæ ipsi aspera visa sunt & barbara, murare. Præterea id « sibi concessit ea, quæ Græco contextui « non satis congruere putabat, denuò interpretari; sed ubique imperitiæ suæ indicia prodidit. Audacter dehinc profitetur se in Vulgata mendas ad octo millia « correxisse. *Qui de hac editione nosse plura voluerit, legat quæ in hoc capite sequuntur.*

Benignius tamen judicium de eo tulit Clarissim. Huetius lib. de claris Interpretibus num. 16. » Isidorus Clarius non tam novæ auctor editionis, quam veteris, uti in operis « sui fronte prænuntiat ipse, emendator « & corrector dicendus, cujus tituli modestiam & veritatem, adeoque laudabilem, « immeritò castigat Melchior Canus. Hoc « autem nomine non magis inter Scripturæ « sacræ Interpretes quam Conr. Pellicanus, « Lucas Osiander, aliique, videtur esse referendus. « *Ex his huc usque allatis patet hallucinatum fuisse Jacobum Gretserum, cum tract. de novis translationibus Biblicis cap.* 1. *scripsit*, » utrumque Testamentum vertisse ex Hebræo & Græco Isidorum Clarium Brixianum. «

Biblia Latina cum annorationibus *Rob. Stephani*, in 8°. Parisiis, Petri Regnault 1543.

Biblia Latina, in 8°. Parisiis, Yolandæ Bonhomme 1543.

Biblia Latina. Antverpiæ, Jac. Lisbest 1543.

Biblia Lat. 8. Par. & Lugd. Hug. à Porta 1544.

Biblia Lat. cum annorationibus marginalibus, in fol. Lugduni Ærnonis à Porta 1544.

Biblia Latina. Antverp. Guill. Vortesman 1544.

Biblia Latina, in 8°. Veneriis, Bart. de Albertis ad insigne Spei 1544.

Biblia *charactere nitidissimo & minimo, duplici distincta columna, quarum alteram occupat versio Latina Vulgata, alteram verò nova translatio Tigurina juxta editionem anni* 1543. *adjectis annotationibus quæ vulgò dicuntur Vatabli; has Bertinus le Comte ex ejus publicis prælectionibus excerpserat studio & precibus Rob. Stephani, qui doctrina illas Calviniana inspersit. Adjectis ad marginem variis lectionibus.* Quid in hac editione præstitum sit, vide in ea, quam operi præposuimus, ad lectorem epistola. In 8°. Parisiis, ex officina Roberti Stephani 1545.

Aliæ editiones cum annotationibus. V. in sequenti sectione ad an. 1557. 1586. 1605. 1721.

» Robertus Stephanus Lectori. Consilii «

» nostri rationem in postrema hac Bibliorum editione paucis accipe Christiane Lector. Veteris Interpretis tralationem primo loco impressimus, integram quidem, in qua nil immutatum reperias. Si quando autem, collatis jam olim vetustissimis & iis manuscriptis codicibus, varia occurrit lectio, quæ Hebræo codici responderet: eam margini adnotavimus; ut nemo jure queri possit nos veterem & usitatam lectionem quoquomodo invertisse. Secundo loco, ex pluribus de Hebræo tralationibus, quæ nostro tempore emerserunt, eam potissimum elegimus (*Tigurinam scilicet*) quam veteri è regione apponeremus, quæ viris doctis videretur cœteris Latinior. Nam Sanctis Pagnini versionem sicut omnium doctissimam confitentur qui judicio sunt in hoc genere excellentiori, sic paulò obscuriorem esse queruntur, quòd verbum verbo reddere studuerit.

» Hanc igitur novam tralationem tametsi existimaremus fidelem, & veritatem Hebraïcam proximè exprimere, cum vellemus tamen cum aliorum versionibus, maximè autem Sanctis Pagnini conferre: ecce commodum amici de prælectionibus Francisci Vatabli doctissimi Hebraïcarum literarum professoris Regii nos admonent; neminem majori vel eruditione vel fide magisque perspicua expositione sacros veteris Testamenti libros omnes, quos Hebræi receperunt, interpretatum esse: multos esse ejus diligentissimos auditores qui percepta ab eo magna fide excepissent. Horum igitur consilium secuti, diligentissimum quemque ex illius auditoribus rogavimus ut suos nobis libros commodarent: quod illi alacres libentique animo fecerunt. Nos verò quanta animi attentione fieri potuit, excepta ab illis cum hac nova versione contulimus... Quod si Vatablus ipse has annotationes edidisset, Deus bone! quantum doctrinæ, quantum facilitatis accessurum fuisse existimamus: verum quo minus adhuc id, sicut cupiebat, præstaret, publicæ professionis occupationibus est prohibitus. Hæc autem de libris Veteris Testamenti tantum, & qui sermone Hebraïco scripti sunt, intelligetis.» *Ita ille.*

» A bonis & doctis ejus (*i. e. Vatabli*) discipulis, quorum adhuc manent reliquiæ, intellexit illum ea supposititia editione sic fuisse offensum, ut protinus Robertum Stephanum Typographum, jam apostasiam illam suam meditantem & accelerantem, ad se accersitum objurgaret, & falsi criminis postularet.» *Hæc Genebrardus in præfatione operum Origenis anni* 1574.

Hac suspicione meritò laborat Robertus Stephanus, qui circa annum 1540. *filium suum Henricum vix duodecennem Calvini Catechismum ex Gallico sermone in Græcum convertentem approbavit.*

» Mihi vero Roberti Stephani nunquam probatum est facinus (*inquit Fronto Ducæus apud Huetium de claris Interpretibus* §. 17.) quum hanc Tigurinorum editionem, suppresso Leonis Judæ nomine, ad Vulgatam adjecit, & annotationes suas nova doctrina conspersas in lucem dare cogitans, insidioso eas prælectionum Vatabli titulo apud incautos venditavit: quumque aliquot post annis novam molitus editionem, Santis Pagnini interpretationem, ex authoris *αὐτογράφῳ* & Vatabli prælectionibus, ut ipse ait, emendatam; ut ego judico, ad arbitrium suum interpolatam cum Vulgata publicavit... Quamvis autem harum editionum neutra, neque iis adtextæ annotationes Vatablum auctorem habeant, utraque tamen, quod mirere, Vatabli nomen hodie præ se fert; & recepto apud omnes usu Biblia Vatabli ambæ appellari consueverunt.«

Biblia cum glossa ordinaria &c. 7. vol. in folio. Lugduni, Casparis Treschel 1545.

Biblia Latina. Lugduni, Joannis Giuntæ 1545. Ibidem, Hugonis à Porta 1545. Antverpiæ 1545. *Tria hæc notat Index expurgatorius.*

Biblia Latina *cum variis lectionibus, juxta editionem anni* 1540. *charactere tamen minori*, in folio. Parisiis, ex officina Roberti Stephani 1546.

Omnes usque ad hunc annum studio & typis Roberti Stephani excusas editiones Theologi Sorbonici tribus quatuorve censuris notarunt: ad quas responsionem nimis acerbam Latinè & Gallicè scripsit & anno 1551. *edidit Robertus Stephanus cum ipsis censuris. His autem accurate perlectis textus sacri codicis remanet integer & intactus, ideoque multi æstimandus, utpote unus è paucis ante correctionem Clementinam emendatissimus. Editiones verò ann.* 1555. *&* 1557. *publicatæ ad sectionem sequentem remittuntur, si quidem tunc Calvini doctrinam publicè professus fuerat Robertus Stephanus, qui anno* 1551. (*non autem* 1547. *ut refert Lud. Morerius*) *patria relicta Genevam se contulit, ubi hoc anno* (1551.) *Elementa Religionis Christianæ & Novum Testamentum Græcum cum duplici interpretatione Latina, typis suis in lucem emisit. Antequam proficisceretur, opera sancti Justini Græcè Parisiis tanquam Typographus Regius typis Regiis hoc ipso anno vulgaverat.*

Biblia Latina, in fol. Lugduni, Jac. Grozet 1546.

Biblia Latina, in 8°. Lugduni, apud Hæredes Jacobi Juntæ 1546.

Biblia Latina, 8°. ibidem, Hugonis à Porta 1546.

Biblia Latina, in 8°. ibid. Juntæ 1546. *Has tres editiones notat Index Expurgatorius.*

Biblia ad vetustissima exemplaria recens castigata, curâ *Jo. Hentenii cum ejus præfatione*, fol. Lovanii, Bartholomæi Gravii 1547.

Ex præfatione Joannis Hentenii. » Considerantes quod tota Latina Ecclesia tot » seculis Vulgata editione semper usa sit.... » summo studio curavimus, ex jussu, in» structione ac judicio gravissimorum Theo» logorum hujus Academiæ Lovaniensis. » ut comparatis undique, non solùm quæ » castigatius excusa erant, exemplaribus, » verùm aliis quoque plus minus viginti: » quorum recentissimum ante ducentos an» nos manu scriptum erat, alia ante trecen» tos, quadringentos imò & sexcentos, vel » plures etiam annos: ex horum collatione » restitueremus quoad fieri posset, veterem » & vulgatam editionem sinceritati suæ at» que puritati.... Itaque acceptis variis » exemplaribus, & per Rob. Stephani co» dicem plurimis etiam aliis, quæ ille suis » annotarat marginibus, ex complurium » consensu nonnulla è textu sustulimus aut » immutavimus &c. » *In fine hujus præfationis triginta codices msc. Editor accuratè recenset.* Viginti ab exordio castigationis & alios decem progressu temporum nactus est.

Ex Privilegio Caroli V. Imperatoris. » Exhibita nobis fuit supplicatio Magistri » Bartholomæi Gravii Typographi civitatis » nostræ Lovaniensis, qua referebatur ip» sum à probis gravibusque viris sollicita» tum fuisse ut Biblia à Doctoribus Theo» logis per nos deputatis approbata excu» deret, eo quod plurima, tam Latina & » Teutonica quàm Gallica Biblia nostro » decreto prohibita essent & condemnata... » Quapropter annuimus, ut prædicta Biblia » Latino, Gallico & Teutonico sermone » excudere & vendere » (*Biblia Latina ejus typis mandata sunt anno* 1547. *Gallica* 1550. *Teutonica seu Belgica* 1548.)... » hoc ta» men servato ut prinsquam dictus suppli» cans excudat aut vendat exemplar Biblio» rum cujusvis trium supradictorum idio» matum, exhibeat dilectis nobis magistris » Ruardo Tappero... & Petro Curtio ejus» dem Facultatis Theologicæ doctoribus » &c. Datum Bruxellis 1546.

» Hentenius juxta exemplar Rob. Ste» phani anno 1540. Parisiis excusum suam editionem paravit nisi quod codicum « msc. ad marginem omissis nominibus, nu« merum duntaxat indicavit. « *Rich. Simon. cap. 9. hist. crit. version. N. Test pag.* 135. *Præterea illas quandoque adauxit: novas quasdam lectiones varias adjecit; quæ verò expungenda in Vet. Testamento notaverat Stephanus, licet ea in textu reliquerit: Hentenius ab eo ut plurimùm expunxit.*

Hæc est prima Bibliorum Latinorum Lovaniensium, ad illam quam anno 1540. *vulgavit Rob. Stephanus, facta editio, quæ licet unius Hentenii nomen in fronte gerat, tanquam totius Lovaniensis Academiæ fœtus haberi debet, siquidem ex jussu, instructione ac judicio gravissimorum hujus Academiæ Theologorum concinnata sit.*

Aliæ editiones Lovanienses 1563. 1565. 1566. *bis*, 1567. 1572. *bis*, 1575. 1579. *Editiones ex altera DD. Lovaniensium recognitione* 1574. 1575. 1580. 1582. 1583. 1584. 1587. 1590.

Biblia Latina cum iconibus historiarum veteris Testamenti, in 4°. Lugduni 1547.

Biblia Latina, in 8°. Parisiis 1548.

Biblia Latina cum scholiis Joan. Benedicti, 2. editio, fol. Parisiis, apud Carolum Guillard & Desbois 1549.

Biblia Latina, in 8°. Parisiis, Yolandæ Bonhomme 1549.

Biblia Latina, in 8°. Lugduni, Theobaldi Pagani 1549.

Biblia Latina *grandioribus nitidissimisque typis excusa* ad optima quæque veteris ut vocant tralationis exemplaria, editio correcta (cujus errata quædam perpauca ex adversa tituli pagina posita sunt; deinde sequitur Epistola Joanni Bellaio Parisiensium Præsuli nuncupata.) 2. vol. in folio. Lugduni, Sebastiani Gryphii 1550.

Ex Epistola dedicatoria. » Hæc itaque « tam singularis ac pene incredibilis tuæ hu« manitatis fiduciâ adductus, summisque « tuis beneficiis itentidem invitatus, rem « neque tibi prorsus ingratam, neque ab « officio meo prorsus alienam facturus vide« bar hanc instrumenti utriusque historiam « majoribus augustioribusque typis excu« sam, Amplitudini tuæ consecrare. « *Hæc editio characterum forma & nitore, ut nulli cedit, nisi illæ quæ anno* 1642. *è Typographia Regia prodiit.*

Biblia Latina, 5. vol. in 16. Lugduni, Sebastiani Gryphii 1550.

Biblia Latina, in 4°. Venetiis, apud Juntas 1550. in 8°. Parisiis 1550.

Biblia Lat. in 8°. Parisiis, Yolandæ Bonhomme 1551. In fol. Lugduni, Frelon 1551.

Biblia Latina, in 8°. Lugduni apud Hæredes Jac. Juntæ 1551.

Biblia Latina, in 8°. Ibidem. Jac. de Millis typis Joannis Pullon 1551.

Biblia Latina cum scholiis Joannis Benedicti, in fol. Parisiis, Carolæ Guillard & Guillelmi Desbois 1551.

Biblia Latina, in 4°. Parisiis 1552.

Biblia Latina, in 8°. Lugd. Joan. Frellonii 1555.

Biblia Latina ex recognitione Dominici de Soto. Salmanticæ, Andreæ à Portonariis 1555.

» Horum correctio (*ut legitur in Indice librorum expurgatorio sub voce Biblia*) sive » recognitio falsò imponitur fratri Domi- » nico de Soto Segoviensi Theologo, Ord. » Prædicatorum. »

Biblia Latina, 5. vol. in 12. Lugduni, apud Gryphium 1556.

Biblia Latina, in 8°. Ibid. Jac. de Millis 1556.

Biblia Latina ex secunda recognitione Isidori Clarii cum ejusdem præfatione & scholiis, in folio. Venetiis, apud Juntas 1557.

Ex monitu ad Lectorem. » Habes candide » Lector Sacra Biblia novis typis instau- » rata, & ab eodem Isidoro tota recognita, » & quam plurimis tum scholiis, tum Bi- » bliorum emendatione locupletata. »

Biblia Latina cum scholiis Joan. Benedicti, in fol. Parisiis, apud Hæredes Carolæ Guillard 1558.

Biblia Latina, in 8°. Lugduni 1558.

Biblia Latina cum præfatione Joan. Hentenii, 8°. Antverpiæ, typis Christophori Plantini 1559.

Aliæ editiones Christophori Plantini 1563. 1564. 1565. *ter*, 1567. *bis*, 1569. *bis*, 1580. 1583. 1584. 1587.

Biblia Latina, in 8°. Parisiis, Jac. Kerver 1560.

Biblia Latina cum annotationibus *Rob. Stephani anni* 1532. in fol. Antverpiæ, Joan. Steelsii 1561.

Biblia Latina, in 8°. Lugduni, apud Hæredes Jac. Juntæ 1561.

Biblia Latina cum præfatione Hentenii, in 4°. Antverpiæ, apud Joan. Steelsium, typis Joannis Vinthagii 1563.

Biblia Latina, in 8°. Antverp. Plantini 1563.

Eadem, 5. vol. in 16. Antverp. Christophori Plantini 1564.

Biblia Latina cum scholiis Joannis Benedicti, adjectis stromatibus & præfatione Renati Benedicti, & libro III. Machabæorum, in folio. Parisiis, Joannis Macé 1564.

Biblia sacro-sancta Veteris ac Novi Testamenti, adjectis ex eruditis scriptoribus scholiis; ita ubi opus est interpretibus, ut pro commentariis sint: multis certè locorum millibus, præsertim difficilioribus, lucem afferunt, auctore Isidoro Clario &c. ex secunda ejus recognitione: Deputatorum Concilii Tridentini servata censura (*omissa scilicet præfatione & Prolegomenis*) III. *editio*, in fol. Venetiis apud Juntas 1564.

Biblia cum scholiis Joannis Benedicti ex ultima editione, eaque castigatissima nempe ad fontes de integro collata, in folio. Parisiis, apud Guillelmum Merlin, Guillelmum Desbois & Sebastianum Nivelle 1565.

Biblia Latina cum præfatione Hentenii, in 4°. in 8°. & 5. vol. in 12. Antverpiæ, Christophori Plantini 1565.

Biblia Latina cum scholiis Joannis Benedicti &c. in folio. Parisiis, Joannis Macé. 1566. *Eadem editio ac anni* 1564.

Biblia Latina, in fol. & in 8°. Lugduni, Frellon 1566.

Biblia ad vetustissima exemplaria nunc recens castigata. His accesserunt schemata tabernaculi Mosaici &c. cum præfatione Joan. Hentenii, in fol. Francofurti ad Mœnum, Georg. Corvini, Sigism. Feyrabend & Hæredum Wigandi Galli 1566. *Una ex editionibus Hentenii castigatissima.*

» *Ex admonit. Typographi.* Multi docti « & exacto prædíti judicio homines apud « nos institerunt flagitatione, ut quoniam « sacra Biblia variis in nostro idiomate for- « mis jam aliquoties excudissemus.... La- « tinam D. Hieronymi editionem... inte- « gram sartamque tectam nostris novis des- « criberemus characteribus. Quorum peti- « tiones cum justas esse censeremus... ex « ploribus editionibus quæ nostro tempore « prodierunt, eam potissimum selegimus... « quæ correctissima esset & omni apud Or- « thodoxos vereque Christianos Lectores « offensione usquequaque careret. Hujus- « modi autem erat... Lovaniensis & Ant- « verpiensis &c. «

Biblia Latina cum præfatione Hentenii, *minimis characteribus*, in 8°. & 5. vol. 24. Antverpiæ, Christoph. Plantini 1567. In 8°. Lugduni 1567.

Biblia Latina cum scholiis Jo. Benedicti, fol. Parisiis, Merlin 1567. *Eadem editio ac anni* 1665.

Biblia Latina, in 8°. Lugduni, Joan. Frellonii 1568.

Biblia Latina, in 8°. Coloniæ 1568.

Biblia Latina cum versione Gallica Renati Benoist, 2. vol. in 4°. Parisiis, Chesneau 1568.

Biblia Latina cum præfatione Jo. Hentenii, in 4°. & in 8°. Antverpiæ, Christoph. Plantini 1569.

Eadem cum figuris, in fol. & 5. vol. in 16. Antverpiæ, apud Hæredes Jo. Steelsii,

typis Birckmanni 1570. 3. vol. in 12. ibid. 1570.

Biblia Latina, in 8°. Venetiis ex offic. Juntarum 1571.

Biblia Latina. V. *Biblia Polyglotta Antverpiensia* 1572.

Biblia Latina ad vetustissima exemplaria castigata, Romæque revisa, cum præfatione Jo. Hentenii, in fol. Venetiis apud Juntas 1572.

Biblia Latina cum præfatione Hentenii, 8°. Antverpiæ, apud Hæredes Joan. Steelsii 1572.

Biblia sacra Veteris & Novi Testamenti ab aliquot Theologis Parisiensibus accurate recognita & emendata cum præfatione Jacobi Fabri Doctoris Sorbonici & scholiis Joannis Benedicti ad marginem, in folio. Parisiis, apud Sebastianum Nivellium 1573.

Ex præfatione, quæ adversus Sectarios inprimis scripta est. » Jam verò ut instituti
» nostri habeatur ratio, cum cernerent bo-
» ni & docti sacra Biblia ab Hæreticis sæpe
» violata, truncata sæpius, interpolata sæ-
» pissime, plerisque additis vel detractis,
» aliis immutatis, inducto sensu peregrino
» & adulterino per commentarios... Viam
» aggressi sumus & rationem demonstrare,
» qua ratione & methodo ex Vulgata ver-
» sione Latina juxta Decreti Tridentini
» præscriptum verus scripturarum sensus
» solidè juxta ac purè hauriri queat; si
» videlicet sedulo castigata ad suos revoce-
» tur repurgatis rivulis textus & scholiorum
» fontes, unde nobis emanavit illustranda
&c. »

Biblia Latina. Quid in hac editione à Theologis Lovaniensibus præstitum sit eorum præfatio indicat, in 8°. & 3. vol. in 24. Antverpiæ, typis Christoph. Plantini 1590.

Aliæ editiones ex recensione DD. Lovaniensium 1580. 1582. 1583. 1584. 1587. 1590.

Hæc Biblia quoad textum juxta editionem à Joanne Hentenio anno 1547. *vulgatam, iterum à DD. Lovaniensibus; inprimis Francisco Luca Brugensi, juvantibus Joanne Molano, Augustino Hunnæo, Cornelio Reyneri Gaudano, & Joanne Harlemio, ad mss. exemplaria vetustissima collata, & notis plurimis illustrata (quæ tamen notæ anno duntaxat 1580. prodierunt) ut docet catalogus librorum à Plantino excusorum anni* 1575. *& Epistola dedicatoria Francisci Lucæ Annotat. in Biblia anni* 1580.

Ex præfatione. » Inprimis Vulgatæ edi-
» tionis Latinæ lectiones variæ in msc.
» exemplaribus deprehensæ, cum exempla-
» rium in quibus inventæ sunt numero,
» margini adscriptæ sunt. Et istud quidem
A partim ante annos aliquot D. Joannis «
Hentenii, partim nunc delectorum Theo- «
logorum industria factum est. Cum enim «
plurimæ etiam earum lectionum, quæ «
verè nostri Interpretis videri possent, D. «
Joan. Hentenii diligentiam præterierint, «
additæ sunt nunc paucæ, poteruntque si- «
mili labore adjici plures. Id ergo inprimis «
hac editione præstitum est. «

Deinde universæ lectiones variæ, tum «
illæ quas Hentenius invenit, quam eæ «
quæ nunc repertæ sunt, primum ad eum «
B Vulgatæ editionis textum, qui in Bibliis «
Regiis excusus est, collatæ sunt. Neque «
immerito: nam etiamsi non omni in loco «
elimatus, neque ab omni corruptela sit «
vindicatus ille textus; tamen locis pluri- «
mis, emendatioribus scriptis consentiens, «
genuinam exhibet Scripturæ lectionem: «
quibusdam etiam, codicibus universis, «
qui & ab aliis & à nobis consulti sunt, «
contradicens sinceram habet Interpretis «
translationem: quippe qui, Cardinali «
C Ximenio teste, ex delectissimis manuf- «
criptis expressus sit.... Primum igitur ad «
hunc variæ lectiones collatæ sunt. Tum «
ad veterum Tractatorum textus & com- «
mentaria examinatæ sunt.... Propterea «
expensæ sunt eædem lectiones ad Hebrai- «
cum, Græcum & Chaldaicum: novi verò «
ad Græcum & Syriacum editionis Regiæ «
textus. Quia verò talis propemodum «
exemplarium Græcorum, qualis Latino- «
rum, diversitas est etiam aliarum editio- «
num, exemplaria Græca à nobis consulta «
D sunt. Ad hæc igitur universa jam recen- «
sita variæ lectiones collatæ sunt. «

Ex secunda præfatione. » Imprimis mini- «
mè ignorandum est illum hac editione «
prodire Bibliorum textum qui à Domino «
Hentenio castigatus & Lovanii anno «
1547. est excusus, eumque neutiquam «
mutilatum verbis (nam distinctio subinde «
certis de causis mutata est) ita ut nec ger- «
manæ lectiones in textum relatæ sint, nec «
spuriæ textu pulsæ. «

Approbatio. Has Bibliorum varias «
E lectiones ex diversis Vulgatæ editionis «
mss. exemplaribus, olim quidem ex man- «
dato Facultatis nostræ Theologicæ ma- «
gna ex parte collectas: nunc verò ex «
ejusdem Facultatis commissione auctas, «
& fideliter examinatas, nos infra scripti «
Theologi vidimus & probavimus, anni «
1573. mense Maio. Joannes Molanus, Au- «
gust. Hunnæus, Cornelius Reyneri Gau- «
danus. «

Biblia Latina ad vetustissima exemplaria castigata cum præfatione Hentenii, in 4°. Venetiis, apud Altobellum Salicatium 1575.

Biblia Latina cum novo Testamento

ex versione Desid. Erasmi, in 4°. Venetiis 1578.

Biblia Latina cum præfatione Hentenii, in 8°. Venetiis, apud Juntas 1579.

Biblia Latina cum præfatione DD. Lovaniensium, editio secunda, cui adjectæ sunt Notationes in sacra Biblia quibus variantia discrepantibus exemplaribus loca summo studio discutiuntur, auctore Francisco Luca Brugensi *cum ejus Epistola Cardinali Sirleto nuncupata*, in 4°. & in 8°. Antverpiæ, Christoph. Plantini 1580.

Ex ejus Epistola. » Jam demum prodeunt, secunda Bibliorum editione, quæ à quinquennio (*anno st.* 1574.) primæ editioni jungendæ fuerant, promissæ Notationes. Meritò notandum me existiment aliqui non statim ab initio servati promissi, quod Bibliorum illorum, nostra tunc opera expolitorum, margines absque Notationibus his, ad quas etiam Lectorem remittunt, intelligi nequeant. Cæterum, facile me culpa exsoluturus est, qui causas intellexerit, *quas hic auctor recenset*... Statuit *Synodus Tridentina*, ut hæc ipsa vetus & Vulgata editio quam emendatissimè imprimatur; emendatè autem imprimi haud posse videtur, nisi, collatis variis illius exemplaribus, menda deprehensa eliminentur, sincera lectio admittatur. Qua in re, ut Synodi desiderio satisfaceret Theologica Facultas, & D. Hentenio olim, & post nobis, hoc operis demandavit.

» Quanquam à nobis textus, ut ab Hentenio est editus, verbis nequiquam mutatus sit. Non enim ex Hebræo, Græco, Chaldæo aut Syro, Vulgatam emendare studuimus versionem: sed cum variare reperta essent Vulgatæ versionis exemplaria, adhibita sunt Hebræa & Græca, plerumque etiam Chaldæa & Syra, ut dignosci posset quæ exemplaria lectionem servarent germanam... Hoc conati sumus, cum in marginibus Bibliorum tum maximè his in Notationibus. Usque adeo verò à nobis abfuit animus, vel minimum recedendi ab ipsa veteris Interpretis scriptura, ut is scopus noster fuerit ipsam quærere Interpretis scripturam &c.... In his porro elaborandis adfuit præcipuè Joannes Wilhelmi Harlemius.... qui legit hæc pleraque omnia, suum eis calculum additurus, si vita comes fuisset; ut & delecti à Facultate Theologica Doctores, ii qui Bibliorum editioni superscripserunt, nisi jam à nobis mortuò sejuncti, &c. Brugis Flandrorum, quarto Idus Augusti 1579. «

Biblia *majori charactere* cum præfatione DD. Lovaniensium & figuris ære incisis.

Ad calcem sunt Notationes Franc. Lucæ Brugensis in SS. Biblia, *editio præstantissima*, in fol. Antverpiæ, Christoph. Plantini 1583.

Biblia Latina cum præfat. Hentenii & figuris, 4°. Venetiis, apud Hæredes Bevilaquæ 1583.

Biblia Lat. cum præfat. DD. Lovaniensium *minusculis literis*, in 8°. Antverp. Christoph. Plantini 1583.

Biblia Latina ex duplici translatione, una Vulgata, & altera Vatabli (*non est illius, sed Tigurina, sacræ Inquisitionis jussu, quibusdam locis paucissimis recognita*) studio Doctorum Salmanticensium cum annotationibus ejusdem Vatabli (*vel potius R. Stephani juxta editionem Parisiensem anni* 1545.) ab iisdem Doctoribus emendatis, 2. vol. in fol. Salmanticæ, Gaspari à Portonariis 1584.

Tertia, (*inquit Laurentius Beyerlinck præfat. Bibliorum variarum translationum*) » Francisco Vatablo adscribitur, & hoc « nomine commendatur à Roberto Ste. « phano in editione sua Bibliorum anno « Domini 1545. verius tamen translationis « istius Architectus existimatur Leo Judas « (*vel potius* Judæ.) Et hanc quoque uno « atque altero errore quoad textum, pluribus verò circa notas repurgatam à ge- « nerali Inquisitionis Regio Senatu in Hispaniis reperi. «

Biblia Latina cum præfat. DD. Lovaniensium *minutissimis characteribus*, in 8°. Antverp. Plantini 1587.

Biblia Latina Hentenii, in 4°. Venetiis, apud Jolitos 1588. In 8°. Lugduni 1588.

Biblia vulgatæ editionis cum glossa ordinaria & interlineari, Nicolai Lyrani postillis ac moralitatibus *Pauli* Burgensis & Thoringii replicis, quibus annotationes adjectæ sunt, scripturæ allegationes, Canonum concordantiæ in marginibus collocatæ &c. 4. vol. in fol. Venetiis 1588.

Eadem. Ediderunt Franc. Feuardentius, Jac. de Cueilly & Joan. Dadræus, 6. vol. fol. Parisiis, apud Societatem 1588. Lugduni, Joan. Bapt Regnault 1589. Parisiis, apud Societatem 1590. *Non triplex sed eadem editio.*

Biblia Lat. cum præfat. DD. Lovaniensium, fol. & 8°. Antverp. ex offic. Plantiniana 1590.

Biblia sacra Vulgatæ editionis tribus tomis distincta, fol. Romæ, è Typographia Vaticana 1590.

Sequitur alter titulus: Biblia sacra Vulgatæ editionis ad Concilii Tridentini præscriptum emendata, *attitis viris doctissimis Flaminio Nobilio, Antonio Agellio, Lælio*

Lælio Cardin. Carafæ Theologo, Petro Ma-
rino & Angelo Rocca, ab ipso Carafa qui
huic editioni præfuit, & à Sixto V. P. M.
recognita & approbata, in fol. Romæ, ex
Typographia Apostolica Vaticana *opera*
Alui Manucii Aldi abnepotis. M. D. XC.

Ex Constitutione Sixti V. quæ huic edi-
tioni præfigitur: »Hæc autem Vulgata Edi-
» tio cum una esset, variis lectionibus in plu-
» res quodammodo distracta videbatur.
» Quarum licet nonnullas aut veterum co-
» dicum, aut SS. Patrum invexisset autho-
B » ritas, plurimæ nihilominus, vel ex injuria
» temporum, vel ex librariorum incuria;
» vel ex impressorum imperitia, vel ex te-
» mere emendantium licentia, vel ex recen-
» tiorum Interpretum audacia... vel de-
» mum ex Hæreticorum scholiis ad margi-
» nem captiosisque fallaciis obrepserant. Et
» quamvis in hac tanta lectionum varietate
» nihil huc usque repertum sit, quod fidei
» & morum causæ tenebras offundere po-
» tuerit; verendum tamen fuit, ne cres-
» cente magis ac magis in dies addendi,
C » detrahendique temeritate, hæc probatissi-
» ma Scripturarum Editio.... multiplex
» evaderet.... Id igitur nos indignè feren-
» tes, eoque indignius, quod per hosce jam
» viginti duos annos (*vel potius ab anno per-*
acti Concilii Tridentini, sc. 1563. die 4. De-
cembris ad ann 1585. viginti & duo elapsi
sunt anni, hoc autem decretum ann. 1546.
» *factum est*) qui à dicto Tridentini Concilii
» decreto ad nostri usque Pontificatûs exor-
» dium (*anno* 1585) interfluxerant, licet
» hujusmodi opus aliquando cœptum fue-
D » rit, tamen ob alias fortasse occupationes
» intermissum, nullumque huic imminenti
» malo remedium adhibitum fuerat: ac
» propterea tanto impensiore cura ac studio
» id prosequendum censentes.... viros com-
» plures doctos, qui sanctarum Scriptura-
» rum, sacræ Theologiæ, multarumque lin-
» guarum scientia, ac diuturno variarum
» rerum usu, acrique, cum aliquid discer-
» nendum est, judicio ac solertia præsta-
» rent, delegimus ac simul congregavimus,
» ut in germana sinceraque sacri textûs edi-
E » tione perquirenda, strenuè laborarent,
» nobisque adjumento forent.
» Nos enim rei magnitudinem perpen-
» dentes.... haud quaquam gravati sumus,
» inter alias Pontificiæ sollicitudinis occupa-
» tiones, quoque hunc non mediocrem ac-
» curatæ lucubrationis laborem suscipere,
» atque ea omnia perlegere quæ alii college-
» rant aut senserant, diversarum lectionum
» rationes perpendere, SS. Doctorum sen-
» tentias recognoscere, quæ quibus antefe-
» renda essent dijudicare: adeo ut in hoc
» laboriosissimæ emendationis curriculo,
» in quo operam quotidianam, eamque plu-

A ribus horis collocandam duximus, alio- «
rum quidem labor fuerit in consulendo, «
noster autem in eo, quod ex pluribus esset «
optimum, deligendo: ita tamen, ut vete- «
rem multis in Ecclesia abhinc seculis re- «
ceptam lectionem omnino retinuerimus. «
Novam interea Typographiam .. extru- «
ximus... ut in ea emendatum jam Biblio- «
rum volumen excuderetur: eaque res quo «
magis incorruptè perficeretur, nostra nos «
ipsi manu correximus, si qua prælo vitia «
obrepserant, & quæ confusa, aut facilè «
B confundi posse videbantur, ea intervallo «
scripturæ ac majoribus notis & interpun- «
ctione distinximus. «
Cæterum, nostri ne hujus consilii insti «
tutique rationes ignorentur, sed potius «
universæ Ecclesiæ Catholicæ, ipsique pos- «
teritati notissimæ ac testatissimæ relin- «
quantur, cunctique facilè intelligant, «
quisnam ordo in hoc opere conficiendo, «
quæ lex ac methodus inita, quæ indagan- «
di veri norma à nobis servata sit: illud «
sanè omnibus certum atque exploratum «
C esse volumus, nostros hos labores ac vi- «
gilias nunquam eo spectasse, ut nova edi- «
tio in lucem exeat, sed ut Vulgata vetus, «
ex Tridentinæ Synodi præscripto, emen- «
datissima, pristinæque suæ puritati, qualis «
primum ab ipsius Interpretis manu stylo- «
que prodierat, quoad ejus fieri potest, «
restituta imprimatur. «
In hac autem germani textûs pervesti- «
gatione, satis perspicuè inter omnes con- «
stat, nullum argumentum esse certius ac «
firmius quàm antiquorum probatorum- «
D que Codicum Latinorum fidem, quos «
tam impressos quàm manuscriptos ex Bi- «
bliothecis variis conquirendos curavi- «
mus. In quacumque igitur lectione plu- «
res vetustiores atque emendatiores libri «
consentire reperti sunt, ea jure optimo, «
quasi primigenii textûs verba, aut his «
maximè finitima, retinenda decrevimus. «
Id verò ad germanam editionem consta- «
biliendam præsidium sicubi desideratum «
est, tunc SS. Patrum veterumque expo- «
sitorum enarrationes, quibus diversa «
E Scripturarum loca & libros illustrarunt, «
subsidio fuere: in quibus quidquid è nos- «
tra observatum fuit, id in hujus operis «
partem ascitum est. In iis tandem quæ ne- «
que codicum neque Doctorum magna «
consensione satis munita videbantur, ad «
Hebræorum Græcorumque exemplaria «
duximus confugiendum, non eò tamen, «
ut inde Latini Interpretis errata corrige- «
rentur, sed ut in eorum verborum locum, «
quæ, cùm apud Latinos ambigua sint, «
potuissent, quo non oporteret, inflecti, «
certum aliquid atque indubitatum suffi «
ceretur, sive ut, quod apud nos varianti «

„ bus codicibus inconstans, diversum ac A
„ multiplex erat, id uniforme, consonum,
„ uniusque modi, ipsorum fontium veritate
„ perspecta sanciretur...
„ Quemadmodum ergo laudabile est,
„ ubicumque nostri codices ipsi per se aut
„ conciliari aut intelligi non possunt, lin-
„ guarum externarum præsidia quærere:
„ ita, cum id necessarium non est, levissi-
„ mis de causis majorem nostrorum sanc-
„ titatem, sapientiam, consensum, vetus-
„ tissimamque Ecclesiæ consuetudinem non
„ vereri, temeritas planè, pertinaciaque B
„ censenda est... Nos autem ut hæc vetus e-
„ ditio, quæ nunc prodit nostro excusa præ-
„ lo, ejusdem Synodi præscripto modis om-
„ nibus responderet, non solum veteres &
„ ab Ecclesia receptos loquendi modos con-
„ servavimus, sed etiam apocrypha rejeci-
„ mus, authentica retinuimus. Nam 3. & 4.
„ Esdræ libros, 3. Matchabæorum & Ora-
„ tionem Manasse ab hac editione prorsus
„ explosimus... Nonnullas etiam aliquan-
„ do sententias, quæ aliunde accersitæ,
„ Vulgatæ editioni interpositæ erant, ne- C
„ que in antiquis exemplaribus, neque in
„ SS. Patrum commentariis inveniebantur,
„ delevimus. Hanc denique editionem à va-
„ riis, qui vitio multorum irrepserant, er-
„ roribus accuratè emendavimus atque pur-
„ gavimus, atque in pristinam veritatem
„ summa diligentia restituimus &c. Datum
„ Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1589.
„ Kalendis Martii.

Hæc editio licet annum 1590. in fronte gerat, non ideo hoc anno absoluta fuit, imo jam prælo subacta erant Biblia Latina auctoritate Sixti V. duobus ferè ab hinc annis; D
„ nam (*ut fert Angelus Rocca in libro de Bibliotheca Vaticana pag. 228.*) Biblia re-
„ center impressa Sixtus de integro perle-
„ git antequam prodirent, constitutionem-
„ que Kalendis Martii anno 1589. scriptam
„ huic editioni præfixit. At intra duos men-
„ ses integra illa relegere multis aliunde
„ detentus occupationibus non potuisset;
fatendum igitur est saltem sub finem anni 1588. excusam fuisse, divulgatamque duntaxat anno 1590. ut fert & operis titulus, & E
inscriptio quæ reperitur in Bibliotheca Vaticana, de qua hæc ait idem Angelus Rocca ibidem. „ Quarta inscriptio ingentem in-
„ dicat curam & verè Pontificiam quam
„ Sixtus V. toto suscepit conatu pro Bibliis
„ Vulgatæ editionis emendandis & impri-
„ mendis juxta Concilii Tridentini præs-
„ criptum. Qua in re præstanda tot ac tan-
„ tos die noctuque perpessus est labores,
„ quantos unquam verbis explicare nemo
„ possit, ut mihi persuadeo, qui hujus ge-
„ neris labores re ipsa videns non semel
„ tanquam oculatus testis obstupui. Univer-

sa enim Biblia antequam prælo commit- «
terentur, ad verbum perlegit... Nec eo «
contentus universa Biblia sic emendata & «
recenter impressa de integro perlegit ut «
omnia fideliter recognita in lucem pro- «
dirent. Quam rem inscriptio quæ infra «
legitur apertis hisce verbis breviter pate- «
facit: *Sanctam paginam ex Concilii Tridentini præscripto quam emendatissimam divulgari mandavit*, vel *curavit*, ut legitur apud Mutium Pansam p. 323. de Bibliotheca Vaticana.

„ Deprehendi (*ait Henricus de Bukentop in præf. lib. 2. Lucis de luce pag. 317.*)
istam Sixti V. editionem in Veteri Testa- «
mento admodum convenire cum Bibliis «
primum editis per Hentenium an. 1547. «
deinde curâ Theologorum Lovaniensium «
sæpiùs reimpressis, in Novo autem Tes- «
tamento non adeo. «

Angelus Rocca ibidem pag. 424. „ Nec
silentio prætereundum censeo me hoc «
totum ferè opus (*de Bibliotheca Vaticana*) «
ante duos jam annos elucubrasse, & penè «
absolvisse, magnaque ex parte jam inde «
ab eodem tempore fuisse impressum, sed «
Sixtus V. è medio cursu me revocavit, «
graviorique negotio destinavit. Hinc fac- «
tum est ut in hujus generis onere mihi «
imposito, Bibliis scilicet Vulgatæ editio- «
nis ex sacri Concilii Tridentini decreto «
& præscripto quam emendatissimè in lu- «
cem edendis, non solum ob multos stu- «
diorum labores, verùm etiam ob pluri- «
mas corporum defatigationes, quibus «
diem totum, majoremque noctis partem «
consumebam &c. «

Elsius in Bibl. Augustinianorum recenset illius Notas seu scholia in utrumque Tes- «
tamentum ad ea comprobanda quæ ex «
Concilii Tridentini decreto in sacris Bi- «
bliis Vulgatæ editionis corrigendis à sa- «
cris Congregationibus tam linguarum va- «
rietate ac manuscriptorum antiquitate, «
quam auctoritate ac lectione SS. Patrum, «
atque rationibus ipsis præstita fuerunt, «
quæ forsan in Bibliotheca Vaticana servantur.

„ Singulari Dei providentia ingens il- «
lud *Sixtus V.* præstitit Ecclesiæ Catholi- «
cæ beneficium, quod sacræ Scripturæ co- «
dices juxta potiora & vetustiora Hebræo- «
rum & Græcorum exemplaria correctos «
restitui, & in lucem emitti solertissimè «
curaverit. Cum enim sacro-sancta Tri- «
dentina Synodus inter plerasque Latinas «
editiones sacrorum Bibliorum, solam ve- «
terem & Vulgatam, quæ longo tot secu- «
lorum usu in Ecclesia probata fuerat, gra- «
vissimo decreto authenticam declarasset, «
atque illa ipsa emendatissimè, quoad fieri «
posset, imprimi jussisset, opusque gravis- «

» fimum & apprime neceffarium aggreffus » effet, Pius Quartus & profecutus Pius » Quintus, ac demùm cura illa, propter alias » moleftas Sedis Apoftolicæ occupationes, » omninò intermiffa fuiffet: Sixtus provin- » ciam hanc denuò commendavit lectiffimis » aliquot S. R. E. Cardinalibus, aliifque tum » facrarum literarum, tum variarum lingua- » rum peritiffimis viris, qui adhibitis anti- » quiffimis codicibus manufcriptis, infpectis » quoq; Hebraïcis, Græcifq; Bibliorum codi- » cibus, confultis denique veterum Patrum » commentariis, prædictam editionem ac- » curatiffimè priftino fuo nitori reftituerent.

» Atque in hoc opus Sixtus ipfe ardentif- » fimo ftudio totus incubuit: ita ut cum » jam effet completum & excufum, Prin- » ceps oculatiffimus majori adhuc ufus di- » ligentiâ (quæ in tanta re nunquam pote- » rit effe nimia) cum aliqua deeffe & alia » incuriofius præli vitio irrepfiffe deprehen- » diffet, opus ad incudem revocari præce- » pit, quod demum undique perfectum, » illo decedente, paulò poft Clementis » VIII. inaugurationem fub Sixti nomine » feliciffimè prodiit.» *Lucas Wadingus p.319. Scriptorum Ord. Minorum.*

Biblia facra Vulgatæ editionis Sixti V. Pontificis Max. juffu recognita & edita, *annuente Clemente VIII. fummo Pontifice, cujus præmittitur Conftitutio data nono Novembris 1592. & Præfatio Roberti Bellarmini nondum Cardinalis, ipfo opus accurante*, in folio. Romæ, ex Typographia Apoftolica Vaticana 1592.

Aliæ edit. Romanæ 1593. 1598. 1624. 1671.

Ex præfatione. » Quamvis infignium » Academiarum Theologi in editione vul- » gata priftino fuo nitori reftituenda magna » cum laude laboraverint; quia tamen in » tanta re nullâ poteft effe nimia diligen- » tia, & codices mfc. complures & vetuf- » tiores fummi Pontificis juffu conquifiti » atque in Urbem advecti erant; & demum, » quoniam executio generalium Concilio- » rum, & ipfa Scripturarum integritas & » puritas ad curam Apoftolicæ Sedis potif- » fimum pertinere cognofcitur; ideò Pius » IV. Pont Max. pro fua in omnes Eccle- » fiæ partes incredibili vigilantiâ, lectiffimis » aliquot Sanctæ Romanæ Ecclefiæ Cardi- » nalibus aliifque tum facrarum litterarum, » tum variarum linguarum peritiffimis viris, » eam provinciam demandavit, ut Vulga- » tam editionem Latinam, adhibitis anti- » quiffimis codicibus mfc. infpectis quoque » Hebraïcis Græcifque Bibliorum fontibus, » confultis denique veterum Patrum com- » mentariis, accuratè caftigarent. Quod » itidem inftitutum Pius V. profecutus eft.

» Verùm Conventum illum ob varias » graviffimafque Sedis Apoftolicæ occupa- tiones jam dudum intermiffum, Sixtus V. « divinâ Providentiâ ad fummum Sacerdo- « tium evocatus, ardentiffimo ftudio revo- « cavit, & opus tandem confectum typis « mandari juffit. Quod cum jam effet excu- « fum, & ut in lucem emitteretur, idem Pon- « tifex operam daret, animadvertens non « pauca in facra Biblia præli vitio irrepfiffe, « quæ iteratâ diligentiâ indigere videren- « tur, totum opus fub incudem revocan- « dum cenfuit atque decrevit. Id verò cum « morte præventus præftare non potuiffet, « Gregorius XIV qui poft Urbani VII. duo- « decim dierum Pontificatum Sixto fucce- « ferat, ejus animi intentionem executus « perficere aggreffus eft, ampliffimis aliquot « Cardinalibus, aliifque doctiffimis viris ad « hoc iterum deputatis. Sed eò quoque, & « qui illi fucceffit, Innocentio IV. breviffi- « mo tempore de hac luce fubtractis, tan- « dem fub initium Pontificatûs Clementis « VIII. opus in quod Sixtus V. intenderat, « Deo benè juvante perfectum eft. «

Accipe igitur, Chriftiane Lector, eo- « dem Clemente fummo Pontifice annuen- « te, ex Vaticana Typographia veterem ac « Vulgatam facræ Scripturæ editionem, « quantâ fieri potuit diligentiâ caftigatam: « quam quidem ficut omnibus numeris ab- « folutam, pro humana imbecillitate, affir- « mare difficile eft, ita cæteris omnibus, & « quæ ad hanc ufque diem prodierunt « emendatiorem, puriorémque effe, mini- « mè dubitandum. Et verò quamvis in hac « Bibliorum recognitione in codicibus ma- » nufcriptis, Hebræis Græcifque fontibus, « & ipfis veterum Patrum commentariis « conferendis non mediocre ftudium adhi- « bitum fuerit; in hac autem pervulgata « lectione, ficut nonnulla confultò mutata, « ita etiam alia, quæ mutanda videbantur, « confultè immutata relicta funt... Porro « in hac editione nihil non canonicum... « appopere vifum eft... & nullæ ad margi- « nem concordantiæ, nullæ notæ, nullæ « variæ lectiones, nullæ denique præfatio- « nes, nulla argumenta ad librorum initia « confpiciuntur &c. «

Huic editioni fub Gregorio XIV. Pont. Max. præfuerunt M. Ant. Columna (a. b. f. g. h.) *Cardinalis; Guill. Alanus* (a. b. d. f. h.) *Cardinalis, &* (b. d. f. h.) *Bartholomæus de Miranda Magifter facri Palatii, juvantibus Roberto* (b. e. d. e h.) *Bellarmino, Antonio* (f. g. h.) *Agellio, Petro* (f.) *Morino, Flaminio Nobilio, Lælio & Valverdio: & fub Clemente VIII.* (g.) *Francifcus Toletus, Auguftinus Valerius, & Fridericus Borromæus Cardinales, juvantibus iifdem Bellarmino, Agellio, Morino &* (d.) *aliis duobus; quæ quidem editio Latina fola nunc probata eft tanquam au-*

thentica in Ecclesia Catholica, & juxta præscriptum Concilii Tridentini in lucem emissa.

(a) *Guillelmus Alanus Cardinalis à Sixto V. renunciatus*, » ab ejus verò successore Gregorio XIV. loco Antonii Cardinalis Carafæ demortui Bibliothecarius Apostolicus declaratus, & Archiepiscopus Maciensis electus, atque ad reformationem editionis Vulgatæ sacrorum Bibliorum à Sixto V. cœptam, cum Cardinali Columna deputatus. » *Ita Augustinus Oldoinus in addition. ad Ciaconium de vitis summ. Pontif. & Card. editionis* 1677.

(b) *Bellarminus* » anno 1591. Gregorio XIV. author fuit ut Biblia Sixti ad incudem revocarentur, & restituta, adjectâ præfatione, cuderentur. Gregorius ad ea recognoscenda & ad Lovaniensia præcipuè revocanda Congregationem instituit; id actum est Zagarolæ in ædibus Marci Antonii Columnæ Cardinalis. Intererant Cardinalis ipse Columna, Alanus, Magister sacri Palatii, & Bellarminus alii tres aut quatuor viri docti. Gregorio XIV. ac Innocentio IX. demortuis, Clemens VIII. ea recognita, sub Sixti nomine; edi jussit; præfationem eis præfixam confecit Bellarminus. » *Victorellus in additionibus ad Ciaconium de vitis Pontif. Roman. &c. columnâ* 1904. *editionis anni* 1630.

(c) » Anno 1590. missus Bellarminus à Sixto V. in Gallias est... inde post decem menses redux, jubente Gregorio XIV. sacra Biblia unus è paucis ad id designatis, liberavit erratis, quæ prima editione à Sixto imperatâ irrepserant, & præfationem ipse composuit, quæ impressa est hodieque perlegitur. » *Alegambe in Bibl. Scriptorum S. J. p.* 408.

(d) *Sylvester à Petra sancta in vita Cardin. Bellarmini qui ex Italico Fuligati Latinam fecit anno* 1626. *lib.* 2. *cap.* 9. *hæc ait*; » Cum recognosci & iterùm edi Biblia Sixti V. deberent... Gregorius XIV. mandaverat coram se conventum agi, in quo præscriberetur modus ejus recognitionis... In eo primùm auditæ sententiæ, & post Bellarmini consilium omnes approbarunt; qui meditationi aliquot doctissimorum hominum relinqui posse dixit, de integro ea repurgare, conferendo ad antiquas editiones & ad manuscripta exemplaria tum Græcorum, tùm Latinorum & ad commentarios Patrum... Hujus consilii exequendi causâ contulerunt se (*anno* 1591.) in ædes Marci Antonii Columnæ Cardinalis, qui aderat, & unà etiam Cardinalis Guillelmus Alanus, (*Bartholomæus de Miranda*) Magister sacri Palatii, Robertus Bellarminus, atque alii quatuor. Hi verò sacras paginas studio atque industriâ sinâ reddidêre Ecclesiæ eâ formâ quam nunc habent, prælo datas initio Pontificatûs Clementis VIII. In opere obeundo fuit Bellarmini præcipuus labor, & in eum quoque sententiæ redibant omnium.... Præfationem idem composuit, quæ ante eadem Sixti V. Biblia hodieque impressa legitur. « *Hæc ille.*

(e) *Ipse Bellarminus in Epistola ad Franciscum Lucam Brugensem fatetur, se unum fuisse è numero correctorum his verbis*: » Scias velim, Biblia Vulgata non esse à *nobis* accuratissimè castigata, multa enim de industriâ justis de causis pertransivimus, quæ correctione indigere videbantur. Variæ lectiones quæ in Bibliis Lovaniensibus habentur, & in quas tu librum utilissimum scripsisti, mihi videbantur omninò addendæ, quippe quæ instar Bibliothecæ mihi esse videntur, sed non placuit aliis, ut in primâ editione apponerentur. *Hoc fragmentum refert Franc. Lucas in sua Epist. nuncupatoria Libelli alterius de variis lectionibus in Bibliis Latinis, qui ad calcem Bibl. Latinorum*, 4. *Antverpiæ* 1618. *& alibi repetitur.*

(f) *Petrus Morinus in Epist. ad Sylvium Antonianum pag.* 368. *opusculorum hæc ait*: » Cùm Cardinalis Carafa Biblia Latina, adhibitis Flaminio Nobilio, Antonio Agellio, Lælio *Theologo suo*, *Bartholomæo* Valverdio ac me, detulisset emendata ad Sixtum V. ecce Pontificatu Gregorii XIV. tu ipse, Morine, dixisti, ad Biblicos labores? & miratus sum. Sed tamen ab Illustriss. Cardinali M. Antonio Columna accersiti sumus, Bellarminus, Agellius & ego; cùmque res traheretur, ab eo ducti Zagarolum, unà cum Illustrissimo Alano Cardinali, ac reverendiss. Miranda Magistro Sancti Palatii; ac ibi novem decem dies commentati unà sumus; cùm Illustriss. Columna ea annotaret, & de quibus, obscuris ac dubiis, dissentiebamus. «

(g) In instauranda editione, quam Vulgatam sive communem appellamus, laboratum profectò impensiùs ab eo cœtu, quem diximus, (*inquit Jos. Silos*) præcipuè ab Agellio. Enimverò cùm conferri vetustissimi codices cum Hebraïco textu, ac versione Septuaginta, ac singula locorum momenta atque interpretationes agitari in commune, atque exacti accuratè ad prisca ea exemplaria deberent: exploratum habemus, Agellii in eo labore principes fuisse partes ac curas; ita ut cum aliorum, tum ejus maximè ingenio ac vigiliis perducta ad summam manum Veteris ac Novi Testamenti emendatio fuerit, ac Sixto V. Pontifici à Cardinali Carafa oblata. Hujus autem

» absolutissimæ correctionis publicatio in- » terturbata, atque ejus loco excusa Vati- » canis formis alia quædam fuit; quam » quidem divinitùs factum est, ut neque » promulgari contigerit, elato nimirum » Sixto, qui suo marte concinnaverat. Eli- » manda siquidem ac repurganda interiore » planè studio fuit Gregorii XIV. jussu. In » quam curam evocatus iterum cum pleris- » que aliis viris doctis Agellius fuit, tem- » perante ea studia Cardinali Columna; » qui erepto tum quidem è vivis Carafa » impositus à Gregorio gravissimo illi mu- » neri fuerat; succedebatque ex sententia » labor; quæ magnorum consiliorum condi- » tio est sæpè intercipi; abrupit item eas » curas Pontificis fatum. Nempe reservata » præclari operis gloria Clementi VIII. » fuerat, qui amplexus egregio planè ardo- » re ac studio negotium restitui, imprimi, » evulgarique Vulgatam jussit. Et verò » quamvis confecisse rem penè totam visus » fuerit Franciscus Cardinalis Toletus, cui » unà cum Cardinalibus (*Augustino Valerio* » *Episcopo*) Veronensi ac (*Frederico*) Bor- » romæo demandatæ ex Bibliorum curæ » tunc fuere: nihilo tamen minùs comper- » tum esse ait Ghislerius, usum Toletum » clarorum virorum, quos diximus, Agel- » lii præsertim laboribus; atque ex iis suas » lucubrationes correctionesque adornasse. *Josephus Silos lib.* 13. *Hist. Cler. Regul. pag.* 533. 534.

Idem ad hæc probanda adducit ipsius Agellii testimonium, in præfatione ad scholia in Hieremiæ Threnos » hoc, *ait*, in La- » mentationem Hieremiæ non continuata » opera, sed sæpius interrupta confeceram; » cùm in corrigendis Vulgatæ editionis li- » bris occupatus essem... Ad hoc sunt (*pergit* » *Jos. Silos*) qui pro ejus rei testimonio di- » xere viri probi ac docti, Romæ tunc tem- » poris agentes, qui usurpavere ipsis oculis » tum Agellii cum Antonio Cardinali Ca- » rafa congressus, tum secessus Zagarolam » cum Cardinalibus Columna & Alano, & » sacri Apostolici Palatii Magistro, & Bel- » larmino; qui postremus rem etiam lucu- » lenter ac citra fucum testatum voluit Vin- » centio nostro Ricardo... Cùm enim Agel- » lii mentio incidisset; fassus ingenuè est, » se quidem in divinorum codicum emen- » datione Theologum egisse; ut, si quæ sub- » orirentur dubia, ad sacræ Theologiæ sen- » sa enodaret: cœterùm quod ad germa- » nam scripturarum notionem, fontémque » pertinet, Agellium instar omnium fuisse. *Hæc ille.*

» In hac editione sunt aliqua post im- » pressionem partim calamo, partim aliter » correcta, quæ nimirum antequam exem- » plaria istius editionis divulgarentur, in-

A notuerunt, & mendosa judicata sunt. « *Bukentop. p.* 129. *Lucis de luce.*

Biblia Latina Sixti V. Pont. Max. jussu recognita atque edita (*Clementis verò VIII. auctoritate recusa*). Additæ sunt concordantiæ marginales, explicationes nominum Hebræorum, & Index rerum, in 4°. Romæ, ex Typographia Vaticana 1593.

Editio Vaticana Clementis VIII. anni « 1592. quæ est omnium prima post factam « emendationem, est quidem quoad præ- « B lum multo exactior & accuratior quam « ista anni 1593. *Idem Bukentop ibidem.*

Biblia Latina, adjecti sunt tres indices seu catalogi locorum corrigendorum, unus pro his ipsis Bibliis, alius pro Bibliis anni 1592. Tertius pro editione anni 1593. in 8°. Romæ, iisdem typis 1598.

Biblia Latina, *adjecta est facultas Sancta Biblia imprimendi Joan. Moreto à Clemente VIII. concessa anno* 1597. in 4°. & in 8°. Antverpiæ, Joan. Moreti 1599.

C » Differunt Biblia ista (*sc. Vaticana, & Antverpiensia*) in variis & notabilibus lo- « cis, *quæ refert Henr. de Bukentop lib.* 3. *cap.* 7. *puncto* 3. *Libri Lucis de luce pag.* 507.

Biblia Latina ad vetustissima exemplaria nunc recens castigata cum figuris, 4°. Venetiis 1599.

Biblia Lat. cum glossis Hugonis Cardinalis *addito indice*, 8. vol. in fol. Venetiis, apud Sessas 1600.

Biblia Latina cum glossa ordinaria &c. D 5. vol. in folio. Venetiis, apud Juntas 1603.

Biblia Latina, *adjecta sunt ad calcem Romanæ Correctionis in Latinis Bibliis editionis Vulgatæ jussu Sixti V. Pontificis recognitis loca insigniora observata à Francisco Luca Brugensi*, in fol. Antverpiæ, Joannis Moreti 1603.

Biblia Latina Vulgata cum figuris, in 4°. Venetiis, Evangelistæ Deuchini 1607.

Biblia Latina cum figuris, in fol. Ibid. E iisdem typis 1608.

Biblia Latina, in 8°. Ibid. apud Juntas 1608.

Eadem in fol. V. *Biblia Gallica* 1608.

Biblia Latina, 8°. Antverpiæ, Moreti 1608.

Biblia, Vulgatâ editione, translatione ex Hebræo Santis Pagnini, translatione Romanâ ex Septuaginta, & Chaldaicæ paraphrasis translatione congestis. Novum verò Testamentum, Vulgata editio translationi ex Syriaco Guidonis Fabricii Boderiani conjuncta, studio & labore Fortunati Schacci Fanensis, 2. vol. in fol. Venetiis, Antonii Pinelli 1609.

Biblia Latina, in 8°. Parisiis, Petri Hennengii 1609.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, apud Hæredes Guil. Rouilli 1609.

Biblia Lat. in 8°. Coloniæ, Joan. Merthenich 1609.

Biblia Lat. nunc CXL. figuris illustrata à Jacobo de Bie. Adjectæ sunt ad calcem Romanæ Correctionis loca insigniora, à Francisco Luca Brugensi, in 4°. Moguntiæ, Joan. Albini 1609.

Biblia Lat. 4°. Venetiis 1611. 8°. Lugduni Juilleron 1611.

Biblia Latina, in 8°. Lugduni, Rouilli 1613.

Biblia Latina, 8°. Ibidem iisdem typis 1614.

Biblia Lat. cum versione Gallica DD. Lovaniensium, in folio. Parisiis, Dion. Thierry 1615.

Biblia sacra variarum translationum. *Vetus Testamentum vulgatæ editionis: translationis ex Hebræo Sanctis Pagnini: translationis Romanæ ex Septuaginta: Chaldaicæ paraphrasis translationis in Pentateuchum, cæterorum librorum versionis novæ Francisci Vatabli (vel potiùs Tigurinæ). Novum Testamentum vulgatæ editionis, translationis ex Syriaco Guidonis Fabricii Boderiani; translationis Benedicti Ariæ Montani, & translationis Desiderii Erasmi ex Græco. Omnia edita à Laurentio Beyerlink cum ejus præfatione.* 3. vol. in fol. Antverpiæ, Joannis Keerbergii 1616.

Ex præfatione. » Habes hic, studiose Lector, omnes libros sacros, quorum... varias translationes post editionem studio F. Fortunati Fanensis, Senatûs Veneti permissione, concinnatam evulgamus... Præter Vulgatam & receptam ab universâ Ecclesiâ Editionem, alias insuper ubi eæ haberi potuerunt, quæque tanquam permissæ circumferuntur, adjunximus. Et quidem libros omnes Mosis... etiam translatione *Sanctis Pagnini*, *LXX. Interpretum & Chaldaica adornamus*. Reliquos verò... iisdem etiam translationibus ut putà *Vulgatâ*, *Pagninianâ & LXX. Interpretum* auctam damus; quibus in locum *Chaldaicæ* Paraphrasis quæ in libros Mosis habetur purior & magis sincera: eam versionem adjunximus quam *Francisco Vatablo* nonnulli adscribunt... Libri Tobiæ & Judith *Vulgatâ* duntaxat & versione *LXX. Interpretum* emittuntur... Psalterium suavi *Vulgatæ & Pagninianæ* editionis concentu decantatur. » *Sub finem agnoscit versionem Francisco Vatablo adscriptam esse Leonis Judæ ab Inquisitoribus repurgatam.*

Ex præfatione tertio tomo præmissa. » Habes hic Lector sacrorum Bibliorum plurium translationum partem pari sedulitate ac typorum elegantiâ quâ priores adornatam, Novum scilicet Jesu Christi Testamentum, hoc est libros omnes &c... Atque hos iterùm non unicâ duntaxat translatione in lucem emittimus, sed præter eam quam *Vulgatam* appellant, & alteram à *Guidone Fabricio* ex Syriaco fonte collectam, binas insuper adjecimus, *Benedicti Ariæ Montani* unam & *Desiderii Erasmi* alteram. «

Biblia Lat. in fol. Lugduni 1616.

Eadem cum figuris, in 4°. Venetiis 1616.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, Bartholomæi Vincentii 1617.

Biblia *juxta editiones ante correctionem Clementinam vulgatas*, cum glossa ordinaria primùm à Strabo Fuldensi collecta, nunc novis explicationibus locupletata, cum postillis Nicolai de Lira, nec non additionibus Pauli Burgensis & Matthiæ Thoringi replicis, operâ & studio Theologorum Duacenorum, *in primis Leandri de sancto Martino & Joannis Gallemart* emendata. In fine cujusque tomi adjiciuntur Correctionis Romanæ loca insigniora à Francisco Luca Brugensi collecta, cum ejusdem Leandri conjecturis, 6. vol. in folio. Duaci, Balthazaris Belleri 1617.

Ex præfatione Leandri de S. Martino. » Petierunt Typographi ut conferremus paulatim exemplaria, inventaque sunt, collatione factâ, tam multa hiulca, in verbis, in sententiis, in testimoniis, tam multa in iisdem etiam pagellis bis ad longum posita, quædam etiam dicta authorum satis periculosa: quàm plurima verò parùm ad rem facientia, potiusque spatiis paginarum replendis, quàm sensui illustrando accommodata... Ergo coacti sumus, partitis inter nos vigiliis, totum opus ad exemplaria msc. & antiquioris impressionis examinare, Patrum ipsorum originalia consulere: & sua singulis, à quibus desumpta erant, prout ab illis erant scripta, hoc est emendata restituere, indicatis ad singula testimonia auctorum, qui extant, libris &c... Admonendus es præterea, Lector, nos ipsum textum sacrum illo prorsus modo reliquisse, quo in antiquis Glossæ & Lirani editionibus ipsum invenimus.... Sed in fine unjuscujusque tomi addidimus Correctiones Romanas à Franc. Luca Brugensi collectas, & illis attexuimus conjecturas nostras. «

Biblia Lat. in 8°. Romæ, Andreæ Phæi 1618.

Biblia Lat. cum frontispicio editionis Sixtinæ. Adjecta sunt ad calcem correc-

Correctionis Romanæ loca insigniora, in folio. Parisiis, Fouët, Buon, Cramoisy 1618.

Biblia Lat. in 4°. Parisiis 1618. Lugduni, Pillebotte 1618.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, Juilleron 1618.

Biblia Lat. Vulgatæ editionis. Adjecta sunt ad calcem Correctionis Romanæ in Bibliis Latinis loca insigniora, & denuo aucta à Francisco Luca Brugensi. Item libellus alter continens alias lectionum varietates in Bibliis Latinis ex vetustis msc. exemplaribus &c. in 4°. Antverp. Balthazaris Moreti 1618.

Biblia Latina, in 8°. Antverpiæ, Baltbazaris Moreti 1619. Coloniæ Agrippinæ 1619.

Biblia Lat. cum commentariis Leonardi Marii (*hic codex Pentateuchum duntaxat continet*,) in fol. Coloniæ 1621.

Biblia Lat. 10. vol in 16. Romæ, sumptibus Andreæ Brugiotti, apud Hæredes Bartbol. Zanetti 1624.

Biblia sacra cum scholiis plurimùm auctis Joannis Marianæ & notationibus Emmanuëlis Sa, addito Petri Lansselii supplemento: Adjiciuntur ad calcem Franc. Lucæ Brugensis Correctionis Romanæ in Bibliis Latinis loca insigniora, & ejusdem libellus continens alias lectionum varietates &c. 2. vol. in fol. Antverp. Balthazaris Moreti 1624.

Biblia Lat. in 8°. Antverp. iisdem typis 1628.

Biblia Lat. in 8°. Parisiis, Casp. Meturas 1629.

Biblia Lat. 5. vol. in 16. Antverp. Balthazaris Moreti 1629.

Biblia Latina *charactere minutissimo & nitidissimo absque summariis*, in 12. Coloniæ Agrippinæ, Bernardi Gualteri 1630.

Biblia sacra cum expositionibus priscorum Patrum litteralibus & mysticis, ipsorum verbis fideliter prolatis. Adjecta sunt & scholia iis locis quibus Hæretici abutuntur. *In fine Francisci Lucæ Brugensis Correctionis Romanæ in Bibliis Latinis loca insigniora.* Collectore & scholiaste Francisco Haræo, in fol. Antverp. Hieron. Verdusii 1630.

Biblia Lat. cum brevi explicatione totius S. Scripturæ ex optimis quibusque auctoribus per epitomen collectis, curâ & studio Stepbani Menochii, 2. vol. in folio. Coloniæ Agrippinæ, Joan. Kinchii 1630.

Biblia Lat. in 8°. Lugd. Cl. Rigaud & Cl. Obert 1631.

Biblia Lat. in 4°. Antverp. Balth. Moreti 1631.

Biblia Latina cum versione Gallica D. Lovaniensium, in fol. Parisiis, Joan. Rebuffé 1631.

Biblia Lat. cum commentariis Jacobi Tirini, 3. vol. fol. Antverp. Martini Nutii 1632.

Biblia Lat. cum commentariis ad sensum literæ & explicatione temporum, locorum, rerumque omnium, quæ in sacris codicibus habent obscuritatem, auctore Jacobo Gordono, 3. vol. in fol. Parisiis, Sebast. Cramoisy 1632.

Biblia Lat. *cum summario*, in 8°. Coloniæ, Bern. Gualteri 1634. 6. vol. in 24. Ibidem apud ejus Hæredes 1634.

Biblia cum glossa ordinaria à Strabo Fuldensi collecta, novis Patrum Græcorum & Latinorum explicationibus locupletata, & postillâ Nicolai Lyrani cum additionibus Pauli Burgensis ac Matthiæ Tboringi replicis, Theologorum Duacensium studio emendatis, tomis VI. comprehensa. Omnia dennò recensuit Leander à sancto Martino, adjecitque plures antiquos ac novos tractatus, analyses, parallela, tabulas chronologicas & prosographicas cum indicibus copiosissimis, ut meritò hæc editio dici possit Tbeologorum & Concionatorum Thesaurus, 6. vol. fol. Antverp. Jo. Meursii 1634. *Editio cum glossa ordinaria & omnium optima.*

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, Cl. de Villiers 1637.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, Cl. Rigaud 1638.

Biblia Lat. in 8°. & 6. vol. in 24. Coloniæ Agrippinæ, apud Hæredes Bern. Gualteri 1638. *Eadem forsan editio ac ea quæ ann.* 1634. vulgata est.

Biblia Latina *charactere grandiori*, 8. vol. in fol. Parisiis, è Typographia Regia 1642.

Biblia Magna commentariorum literalium Joannis Gagnæi, Guillelmi Estii, Emmanuelis Sa, Joannis Menochii & Jacobi Tirini; Prolegomenis Menochii, Chronico sacro Tirini, & indicibus locupletissimis illustrata, curâ & labore Joannis de la Haye, 5. vol. in fol. Parisiis, sumptibus Michaëlis Soly & sociorum 1643.

Biblia Lat. juxta editionem Bibliorum Regiorum ann. 1572. V. *Biblia Polygl. Parisiens.* 1645

Biblia Lat. in 8°. Parisiis, Lud. Boullanger 1647.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, Cl. Rigaud 1647.

Biblia Lat. in 8°. & 5. vol. in 24. Coloniæ Agrippinæ, apud Hæredes Bern. Gualteri 1647.

Eadem forsan editio ac anni 1634. *&* 1638.

Biblia Lat. fol. Parisiis, Sebast. Huré & Joan. Jost 1648.

Biblia Lat. in 8°. Venetiis, apud Juntas 1648.

Biblia Lat. cum versione Gallica Doctorum Lovaniensium, in fol. Rothomagi, Geofroy 1648.

Biblia Lat. in 4°. Antverp. Joan. Moreti 1650.

Biblia Lat. de exemplari Romano fidelissimè expressa, in 8°. Parisiis, Casp. Meturas 1650.

Biblia Lat. jussu Cleri Gallicani denuò edita, (ut referunt Acta Comitiorum Gener. anni 1650. pag. 386.) 8. vol. in 12. Parisiis, Ant. Vitré 1652. *Aliæ editiones* Ant. Vitré 1662. 1666.

In hac editione quam eximium artis Typographicæ opus appellat Andreas Chevillier pag. 144. de orig. hujus Artis, plurimæ sunt mendæ, licet accuratissimam esse Typographus eam prædicet. Prior jussu Cleri Gallicani publicata, ipsa fuit Heptaglotta Parisiensis.

Ex Epistola Nuncupatoria. » Exolvi munus impositum & demandatum mihi vestris in comitiis sacrorum codicum editionem sub tutela sacri vestri nominis in lucem edita..... Verùm etsi doleo in re tanta nihil me amplius potuisse; gaudeo tamen nihil à me prætermissum esse diligentiæ, ut nova hæc editio & nitida prorsus & emendatissima prodiret: ac citra omnem ostentationem profitebor, quantulumcumque illud est quod anteacta vita ad Typographicæ artis elegantiam attuli, postremi hujus speciminis nihil aliud quàm tyrocinium extitisse. »

Biblia Lat. *charactere minimo & nitidissimo*, in 4°. Parisiis, è Typographia Regia 1653.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni 1653.

Biblia Lat. *charactere minutissimo seu Sedanensi, Richeliana vulgò dicta* sumptibus *Joannis Armandi du Plessis de Vignerod*, Ducis Richelii, in 16. majori, Parisiis, Sebastiani Martin 1656.

Biblia Latina, in 8°. Lugduni 1656.

Biblia Lat. V. *Biblia Polygl. Londinensia* 1657.

Biblia Lat. in 8. Lugduni, Borde & sociorum 1658.

Biblia Lat. in 8°. Coloniæ, Balthazaris ab Egmont 1659.

Biblia Maxima versionum ex linguis Orientalibus, pluribus sacris msc. codicibus: innumeris ferè & veteribus Patribus & Interpretibus Orthodoxis, collectarum; earumque concordantia cum Vulgata (*cujus solus textus integer refertur*) & expositione literali; cum annotationibus Nicolai de Lira, Joannis Gagnæi, Guill. Estii, Stephani Menochii, & Jacobi Tirini; additis amplissimis prolegomenis, Chronico sacro, studio & opera Joan. de la Haye, 19. vol. fol. Parisiis, Bechet & sociorum 1660.

Opus maximum numero voluminum, at variantium lectionum superflua multitudine incompositum, nec satis accuratum, mendisque refertum typographicis.

Ex præfatione. » Vulgatæ nostræ verba expendentes, illius verba præmittenda duximus, quibus varias lectiones adjecimus, ex linguarum fontibus (*vel potiùs ex fontium versionibus Latinis*) haustas, exque SS. Patrum libris aliisque Interpretibus collectas.... In variis lectionibus ea tantùm ferè verba apposui, in quibus à nostra Vulgata discrepant. «

Biblia Lat. notis chronologicis & historicis illustrata *à Claudio Lancelot cum ejus præfatione* & sacra chronologia *ex Annalibus Jacobi Usserii fere excerpta*, additâ quoque Geographiâ *Nicolai Sanson*; fol. Parisiis, Ant. Vitré 1662.

Ex præfatione. » Cùm hæc nova sacrorum Bibliorum editio instrueretur, nec ullis parceretur curis, ut quàm ornatissima prodiret in publicum: ego, virorum gravium hortatu, adduci me passus sum, ut in hac aliquid opellæ meæ conferrem; quò, novæ utilitatis accessione, lectoribus commendatior esse posset.... temporum seriem in omnibus sacrorum voluminum partibus, ac singulis penè capitibus adscripsimus... singulis libris titulos præfiximus... Libros Maccabæorum, brevi synopsi initio præpositâ, ambos inter se conciliavimus... multis in locis curavimus, ut historicis notis ad marginem additis, quæ in contextu minùs patebant, illustrarentur... Integram Chronologiam sacram concinnavi, eamque ad libri calcem apponendam duxi... temporum distributioni, locorum quoque descriptionem adjici curavimus... Hoc autem novum opus *Geographicum* labori debetur *Nicolai Sanson* doctissimi Regis Christianissimi Geographi. «

Ex præfatione Chronologiæ sacræ. » Cùm tot inter Chronologiæ scriptores non incelebres, qui hoc & altero seculo floruerunt, tam variæ sint sententiæ; omnibus ferè diligenter excussis & examinatis, dum quod probabilissimum videbatur elegimus, Usserii nos Annalibus in omnibus penè congruentes deprehendimus: unde etiam plura ab eo excerpere levandi laboris causâ scrupulus non fuit. «

Editio vulgò à Claudio Lancelot adornata creditur

Biblia

Biblia Lat. in 8°. Lugd. Philippi Borde & sociorum 1663.

Biblia Lat. cum notis & summariis Francisci Cheminant Presbyteri Cenomanensis, in 12. Parisiis, Franc. Coustelier 1664.

Biblia Lat. 3. vol. in 12. Parisiis, Clem. Gasse 1665.

Biblia Lat. notis chronologicis & historicis illustrata (*à Claudio Lancelot, ut vulgaris est opinio.*) *Eadem prorsus editio ac praecedens anni 1662. omissis Chronologiâ sacrâ integrâ & Indice Geographico à Nicolao Sanson; horum loco adjectae sunt ad calcem:* Tabulae sacrae Geographicae auctore Augustino Lubin, & Tabulae Chronologiae sacrae *ex praecedentibus anno 1662. editis excerptae, ut fert praefatio*, in 4°. Parisiis, excudebat Ant. Vitré 1666.

Biblia Lat. juxta minorem editionem Ant. Vitré, 8. vol. in 12. Coloniae (*vel potiùs Joannis Blaeu*) 1666.

Biblia Lat. literalibus & moralibus commentariis illustrata per Ant. de Escobar & Mendoça, 9. vol. fol. Lugd. Philippi Borde & sociorum 1667.

Biblia Lat. fol. Lugd. Honorati Boissat 1669.

Biblia Lat. in 4°. ibid. Bourgeat 1669. In 8°. ibid. 1669.

Biblia Lat. 5. vol. in 24. Coloniae, Balthazaris ab Egmont 1670.

Biblia Lat. V. *Biblia Arabica Romae* 1671.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, Walfray 1674.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, Carteron 1676.

Biblia Lat. in 4°. & 6. vol. in 12. Lugd. Beaujolin 1680.

Biblia Lat. cum brevi & dilucida explicatione Gallica Marci de Berulle juxta sensum literalem &c. 2. vol. in fol. Gratianopoli, Cl. Faure 1681.

Biblia Lat. in 8°. Coloniae, Corn. ab Egmont 1682.

Biblia Lat. fol. Lugduni, sumpribus Fratrum Huguetan 1684.

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, Guillimin 1686.

Biblia Lat. notis Chronologicis, Geographicis & Historicis illustrata, *juxta editionem Antonii Vitré anni 1666. charactere minori nec tam venusto*, in 4°. Parisiis, Aor. Dezallier 1691.

Biblia Lat. in 8°. Lugd. Ant. Carteron 1691.

Biblia Lat. Episcopi Bambergensis jussu edita, in fol. Bambergae 1693.

Biblia Lat. 6. vol. in 24. Parisiis, Friderici Leonard 1697.

Biblia Lat. cum versione Gallica *Isaaci*

A *le Maitre* cum brevibus notis, 4. vol. in fol. Leodii, Broncard 1701.

Eadem *charactere majori & nitidiori*, 3. vol. in fol. Ibid. iisdem typis 1702.

Eadem, 16. vol. in 12. Parisiis, Desprez 1696-1702.

Biblia Lat. 7. vol. in 16. Parisiis, Friderici Leonard 1705.

Biblia Lat. fol. Lugd. 1705.

Biblia Latina, in 8°. Viennae Austriae 1705.

B Biblia Lat. cum brevissimis & selectis annotationibus ex optimis quibusque Interpretibus excerptis, prolegomenis, novis tabulis Chronologicis *Petri Jos. de Tournemine*, Historicis & Geographicis illustrata, auctore Joanne-Baptista Du Hamel, fol. Parisiis, Dion. Mariette & sociorum 1706. *Editio mendis scatens.*

Biblia Lat. in 4°. Rothom. Boucher Fratrum 1707.

Biblia Lat. Vulgatae editionis, curâ & industriâ D. Joannis Martianay edita. Puncta summo studio notantur; adjectae

C sunt plurimae variae lectiones ex Codicibus Hebraïcis, Graecis & Latinis excerptae; loca parallela auctiora, seu Concordantiae novae de veteribus recognitae. Praemittuntur quinque prolegomena &c. *Haec fusius explicat Auctor pag. 293. libri Gallici quem inscripsit:* Harmonia Analytica Veteris & Novi Testamenti. *Parisiis* 1708. *Haec editio morte auctoris obveniente non est in lucem data.*

Biblia Latina ex duplici versione; una, Vulgata juxta editionem Antonii Vitré;

D altera, secundùm versionem Pagnini ex Hebraeo, cum notis Francisci Vatabli ex editione anni 1545. 2. vol. fol. Parisiis, Barrois 1721.

Libri quinque Mosis, Josuae, Judicum & Ruth Latinè, in 16. Lugd. Jo. Clein 1519.

Libri Moysis quinque cum annotationibus & observationibus Hebraïcis haud quaquam poenitendis, quae prolixi commentarii vice esse possunt, *adjectis variis lectionibus*, in 4°. Parisiis, Rob. Stephani 1541.

E » Robertus Stephanus Lectoribus. Constitueram, Christiane Lector, in tertia « Bibliorum editione (*anni* 1540.) annota- « tiones ut antehac semel à nobis factum « fuerat (*scilicet anno* 1532.) in interiori « margine imprimere; idque saepiùs quàm « commodè fieri posset tentatum est. Ve- « rùm frustrà, tam magnum enim incre- « mentum posteriores annotationes acceperunt, ut solae jam seorsum volumen etiam « maximum sibi postulent.... Eam autem « accessionem nolim mihi acceptam referri.... Hoc sanè rarrùm praestitimus, ut « nonnulla ex iis, quae Professorum Regio- «

» tum auditores exceperant, ad vos Typographicæ artis beneficio permanerent. » Adjecta etiam fuerunt à nobis his annotationibus, quæ in vetustissimis & castigatissimis exemplaribus msc. aliter lecta deprehendimus, quàm passim impressa exemplaria habeant. »

Eædem sunt ad verbum annotationes, quæ anno 1545. in Bibliis Latinis in 8°. cum duplici versione excusæ sunt, omissis tantùm variis lectionibus.

Psalterium Latinum editum. 1457. *Lambecius lib. 2. cap. 8. pag. 989. Comment. de Bibliotheca Vindobonensi hæc ait:* » *Reperi inter ea unum impressum codicem in membrana : in cujus fine legitur :* Præsens » Psalmorum codex venustate capitalium » decoratus, rubricationibusque sufficienter distinctus, adinventione artificiosa » imprimendi ac caracterizandi absque calami ullâ exaratione sic effigiatus, & ad » eusebiam dei industriè est consummatus » per joannem fust civem moguntinum & » petrum schoiffer de gernsheim anno domini MCCCCLVII. in vigilia assumptionis. » *Hic codex fuit olim Matthiæ Corvini Hungariæ Regis, nunc asservatur in Bibl. Vindobonensi. Hanc Epigraphen ex libro ipso excerptam mecum communicavit cl. Leibnitius.*

Psalterium Latinum vetustissimæ editionis *ad cujus calcem legitur :* Psalterium explicit, quod quidem omni sedulitate Mgr. Gabriel Pierio impressit, in 16. Venetiis, *absque anno. Hic Biblia Italica edidit ann.* 1477.

Psalterium Lat. Norimbergæ, Frid. Creusner 1474.

Psalterium Lat. in 4°. Parisiis, Petri Levet 1488.

Psalterium Lat. in fol. *in cujus fine legitur.* Præsens Psalmorum codex venustate capitalium decoratus, rubricationibusque ac notis sufficienter distinctus, absque ulla calami exaratione in nobili civitate Moguntina hujus artis inventrice elimatriceque prima. Sic effigiatus per Petrum Schoeffer de Gersheim est consummatus, ann. Dom. 1490. ultimâ die mensis Augusti.

Psalterium Lat. cum obelis & asteriscis, adjectis commentariis Brunonis Herbipolensis, in 4°. (Norimbergæ) Ant. Coberger 1494.

Psalterium Lat. in 4°. Basileæ 1502. In 4°. Argent. 1508.

Quintuplex Psalterium, Gallicum, Romanum, Hebraicum, Vetus & Conciliatum *cum præfatione Jacobi Fabri Stapulensis, & ejus studio editum*, in fol. Parisiis, Henr. Stephani 1509. *In fine hujus voluminis legitur :* Absolutum fuit hoc quintuplicis Psalterii opus in cœnobio S. Germani prope muros Parisienses anno à natali Christi Domini 1508. & in præclarissimo Parisiorum gymnasio ex chalcotypa Henr. Stephani (*patris Roberti*) officina 1509.

Ex præfatione ad Guillelmum Briconnetum Cardinalem. » Cœterùm in unum corpus quinque Psalteria redegimus ut ex eorum mutua invicem collatione juventur ii qnos similis indaginis cura mordebit... « Hac crediderim ratione *Romanum* dici « quòd Romæ emendatum à S. Hieronymo in Ecclesia caneretur Romana, i. e. « Gallica Transalpina. Et *Gallicum*, quòd « eo Ecclesia Gallica, id est Cisalpina uteretur. *Hebraicum* verò quòd nulla mediâ « intercedente linguâ ex Hebræo S. Hieronymus Latinâ illud donavit coloniâ.... « Purro Psalterium *Vetus* dicitur, quòd eo « vel maximè ante editiones à S. Hieronymo emendatas uteretur Ecclesia. *Conciliatum*, quòd pauca addat aut mutet ad « Gallicum, quò magis veritati & Hebraico concordet Psalterio &c. «

» Qui ex congregatione S. Mauri in « Gallia novam S. Augustini operum editionem adurnarunt, in ea elaboranda no- « verunt Psalterium vetus à Jacobo Fabro « Stapulensi editum, de verbo ad verbum « ex commentariis S. Augustini prorsus ex- « cerptum fuisse, ideoque non differre ab « exemplari quo ipse in explanandis Psalmis usus est. «

Idem, in folio. Parisiis, iisdem typis 1513.

Psalterium quintuplex ejusdem, studio Petri de Pratis editum, in fol. (*Cadomi*) Petri Olivier 1515.

Psalt. Lat. cum argumentis, in 24. Parisiis 1514.

Psalterium, Proverbia, Ecclesiastes, & Canticum Canticorum cum brevissimis annotationibus ex Hebræorum commentariis, in 4°. Parisiis, Roberti Stephani 1528.

Psalterium vetus obelis & asteriscis distinctum, cum commentariis S. Brunonis, studio Joannis Cochlæi editum, in fol. Herbipoli 1531. In 4°. Lipsiæ 1533.

Psalt. Lat. cum tenoribus ad rectè pronuntiandum aptissimis, in 8°. Lugduni, Bonbomme 1545.

Psalt. Latinè ex versione veteri Vulgata, & nova *Tigurina*, cum brevibus annotationibus ex Hebræorum commentariis, in 8°. Parisiis, Rob. Stephani 1546.

Psalt. Latino-Gallicum, in 8. Parisiis 1555.

Psalt. Lat. ex versione veteri Vulgata & nova *Pagnini* cum iisdem notis, sed fusioribus, in 8°. Oliva Rob. Stephani 1556. *Optima editio.*

Psalt. Lat. juxta morem Ambrosianæ Mediolanensis Ecclesiæ, in fol. Mediolani 1557.

Psalt. vetus à sexcentis mendis castigatum studio Guill. Lindani, in 8°. Antverpiæ, Guill. Silvii 1568. In 8°. Coloniæ, Host 1568. In 8°. ibidem, Alectorii 1576.

Psalt. Lat. cum spatio interlineari, in 4°. Lovanii, Joan. Bogardi 1571. 1586.

Psalt. Lat. cum annotat. Petri Viel, in 16. Parisiis 1576.

Psalt. Lat. ex recensione Gilberti Genebrardi, in 24. Parisiis, Dionysii Du Val 1578.

Psalt. Lat. cum calendario multiplici & notis Genebrardi, in 8°. Parisiis, Petri l'Huillier 1581.

Aliæ editiones. V. *ejusdem comment. in Psalmos.*

Psalterium *charactere majori*, jussu Henrici III. editum, in 4°. Parisiis, Mettayer 1586.

Psalterium Romanum ad usum Cleri Basilicæ Vaticanæ, cum præfatione Marii Alterii Theologi & Canonici ejusdem Basilicæ, ejusque curâ editum, in 8°. Romæ, è Typographia Vaticana 1591.

Ex præfatione. » Quamvis Romana Ecclesia vulgatam sacrorum librorum Latinam editionem longo seculorum usu probatam, & à sacris conciliis celebratam in Ecclesiasticis conventibus recitare semper consueverit ; Clerum tamen Romanum Psalmos & alia quædam antiquâ versione retinuisse certum exploratumque est. Quod Basilica S. Petri, quos ad hunc usque diem usum hujus Psalterii tenet &c. «

Psalterium justè litigantium, studio Jacobi de Champront, in 8°. Parisiis, Mettayer 1597.

Psalt. & Libri V. Sapientiales, *charactere Sedanensi*, in 12. Parisiis, Sebast. Martin 1657.

Psalterium Romanum cum vetustissimis exemplaribus msc. summâ curâ collatum, & primariæ, antiquæ, veræ ac genuinæ lectioni restitutum. Romæ 1663.

Psalt Lat. ex duplici versione, una Vulgata & altera S. Hieronymi ex Hebræo, in 12. Parisiis 1676.

Psalterii juxta editionem Romanam & Gallicanam editio, ex antiquis mss. exemplaribus digesta per Josephum Carum (*vel potiùs Josephum Mariam Thomasium.*) *Præmittuntur varii SS. Patrum tractatus, sive præfationes de Psalterio, & ad calcem adjiciuntur Cantica consuetudinaria*, in 8°. Romæ, typis Tynasii 1683.

Ex secunda parte præfationis. » Præfationes excipit Psalterium ipsum ex duplici editione : quam Romanam & Gallicam appellant. Harum utraque est juxta LXX. Interpretes : utraque à S. Hieronymo correcta ; prior quidem Romæ S. Damasi Papæ jussu : altera verò Bethlehem, utraque tandem in Ecclesiis frequentata, & Romana quidem Editio ad illam veterem Latinam interpretationem pertinere non levi creditur conjecturâ. «

Psalt. Lat. ex duplici versione, *una Vulgata, altera eadem ad textum Hebraicum reformata à Ludovico Du Pin*, cum ejus notis, in 8°. Parisiis, Andr. Pralard 1691.

Psalt. Lat. ex duplici versione, una Vulgata, altera S. Hieronymi cum notis Jacobi Benigni Bossuet, in 8°. Lugduni, Anisson 1691.

Psalt. Lat. cum canticis, versibus prisco more distinctum, & à Josepho Maria Thomasio novâ explicatione dilucidatum, in 4°. Romæ 1697.

Editiones Psalterii juxta Vulgatam cùm penè sint innumeræ, præcipuas duntaxat recensui.

Libri Sapientiales Latinè, in 4°. Parisiis, Georgii Wolf 1491. In 8°. Parisiis, Guill. Bossolezi 1537. Iidem in 16. Lugd. Theobaldi Payen 1562. Parisiis, de Marnef 1566.

Ecclesiastæ versio Latina vulgata, *cui adjiciuntur aliæ octo, scilicet Editio Veneta anni 1551. quæ est Munsteri ex Hebræo, alia Roberti Shirwode ex eodem, tertia Alphonsi de Zamora ex Chaldæo, quarta Petri Costi ex eodem, quinta Flaminii Nobilii ex Græco, sexta editionis Brylingerianæ, vel potius Complutensis ex eodem ; septima Victorini Sialac ex Syro, octava ejusdem ex Arabico : Hæ omnes extant ad calcem cujusque capitis Comment. in Ecclesiasten, quæ concinnavit Joannes de Pineda, ediditque.* In fol. Hispali 1619.

Novum Testamentum Latinum juxta Vulgatam editionem. V. *Idem Polyglotton* 1584. 1599. 1602. 1614. 1673. 1698. V. *Idem Græcum* 1527. 1551. 1555. 1569. 1588. 1589. 1598.

Novum Testamentum Latinum, in 8°. Parisiis, Joan. Barbier 1507.

Nov. Test. Latino-Germanicum, in 4°. Antverpiæ 1509.

Nov. Testamentum Lat. in 8°. Coloniæ 1522.

Nov. Testamentum Lat. in 8°. Moguntiæ 1523.

Nov. Testamentum Lat. *accurante Roberto Stephano (ut ait ipse in respons. ad censuras Theol. Parisiens.)* in 16. Parisiis, Simonis Colinæi 1523. *Editio emendata, elegantique charactere excusa.*

N. T. Lat. in 12 Parisiis, Joannis Petit 1524.

N. T. Lat. in 8°. Ibid. Guichardi Soquand 1525.

N. T. Lat. in 8°. Coloniæ 1525.

N. T. Lat. 2. vol. in 16. Parisiis, Sim. Silvii 1527.

N. Test. Lat. in 8°. Lugduni 1527.

N. Test. Lat. in 12. Parisiis, Simonis Colinæi 1528. in 24. Ibidem, iisdem typis 1531.

N. T. Lat. in 14. Parisiis, Ambrosii Girault 1531.

N. Test. Lat., in 24. Ibid. Joan. Kerbriandri 1531. In 12. Antverpiæ 1531.

N. T. Lat. in 12. Parisiis, apud Viduam Thielm. Kerver 1535.

N. T. Lat. in 16. ibid. Yolandæ Bonhomme 1536.

N. T. Lat. 2. vol. in 18. Antverp. Joan. Steelsii 1537. In 18. Parisiis, Guill. Bossolezi 1537.

N. T. Lat. in 16. typis Francisci Gryphii 1539.

N. T. Lat. in 16. ibid. Joannis Barbou 1540.

Novum Testamentum. Breves variarum tralationum annotationes, adjectâ veterum Latinorum exemplarium mss. diversâ lectione, cum præfatione Roberti Stephani, 2. vol. in 8°. Parisiis, ex officina Roberti Stephani 1541.

Aliæ editiones Stephani 1543. 1545.

» Robertus Stephanus Lectori. Quum » ante quinque annos collectis mss. iisque » antiquissimis codicibus adornaremus No- » vi Testamenti impressionem, in cujus » marginibus, præter veterum codicum » lectionem, varia quoque doctissimorum » hominum tralatio adscriberetur: Amico- » rum in Hebraica & Græca lingua exer- » citatissimorum consilio adducti, eo ani- » mi proposito facilè destitimus & super- » sedimus tantisper, dum illi nobis expli- » cassent partem aliquam Hebraismorum, » qui in Novo Testamento sunt plurimi: » ut eorum accessione & necessario corol- » lario nostræ margines excolerentur atque » exornarentur. Hoc autem cùm illi liben- » ter & propensè nobis præstitissent, obse- » quii nostri nos pœnitere non potuit.... » Posteà sedulam dedimus operam, ut istæ » linguæ Hebraicæ observatæ proprietates, » & quæcumque ad Novi Testamenti ex- » plicationem collegeramus, prælo com- » mitterentur.... Est præterea quòd te la- » tere nolim, veterem tralationem eâ fide » & religione excudimus, ut ne voculam » quidem prudentes & scientes mutaveri- » mus. Deinde lectionem veterum codicum » Latinorum cum Græcis libris congruen- » tem in margine interiori collocavimus. «

» Hujusmodi editio Novi Testamenti, » quæ in omnium cedebat utilitatem, eo-

A rum imprimis, qui Hebraicam & Græcam linguam non callebant, ab omnibus « probari merebatur; notata tamen fuit « gravissimâ Doctorum Parisiensium cen- « surâ, etiamsi plurimæ ibi legerentur no- « tationes, quæ in bonam partem sumi po- « terant, ut potè viri potiùs Grammatici, « quàm Theologi. Cùm autem quasdam ille « notas, quæ novis Protestantium opinio- « nibus favere videbantur, nimis incautè « inserere affectasset, hâc notâ à Theolo- « gis jam in eum exulceratis meritò inustus «

B est. *Ita Rich. Simon cap. 39. Hist. Crit. Comment. in N. T. p. 566.*

Novi Testamenti Vulgata quidem editio, sed quæ ad vetustissimorum utriusque linguæ exemplarium fidem nunc demum emendata est diligentissimè, ut nova non desideretur; adjectis scholiis & quibusdam locis ita locupletibus, ut pro commentariis sufficere possint, authore Isidoro Clario &c. 2. vol. in 8°. Veneriis Petri Schoiffer 1541. *Alia editio* 1544.

» Textus prorsus idem est cum Latino «

C vulgato (*inquit Humphredus Hody lib. 3. part. 2. cap. 13. num. 35. de Bibl. text. origin.*) lectio veterum Codicum Latinorum cum « Græcis libris congruens in margine exte- « riori collocatur: quæ viri literati è Græ- « cis codicibus aliter in sermonem Latinum « converterunt, quam vetus Interpres trans- « tulerit, asteriscos & obeliscos non omisi- « mus (*inquit Editor*) illos ut quæ in Græcis « libris ampliùs erant, elucerent; istos verò « ut quod in veteri tralatione abundabat, « juxta Græcum exemplar confoderemus, «

D Origenem & Hieronymum secuti. «

Novum Testam. Latinum cum spatiis interlinearibus, in 4°. Parisiis, Simonis Colinæi 1541. 2. vol. in 16. iisdem typis 1541.

Novum Test. Lat. 2. vol. in 16. Parisiis, Ambrosii Girault 1541.

Novum Test. Latinum 8°. Moguntiæ 1541.

Novum Test. Lat. in 12. Antverpiæ, Joan. Richardi, in ædibus Joannis Steelsii

E 1541.

Novum Testamentum Latinum haud pœnitendis sacrorum Doctorum scholiis Joannis Benedicti curâ concinnatis illustratum, in 8°. Parisiis, Simonis Colinæi 1543.

Aliæ edit. cum scholiis Benedicti. 1551. 1554. 1563.

» Joan. Benedictus Lectori. Desidera- « bas ex nostra Bibliorum editione amplio- « ra in Novum Testamentum scholia, qui- « bus adjutus difficiliora Vulgatæ editionis « loca intelligeres. Tuo itaque satisfacere « cupiens desiderio, selectissimas ex sacro- « rum Doctorum in divinam Scripturam «

» accommodatissimis scriptis sententias col- A
» legi quoad potui meliùs; easque locis qui-
» buslvis novi instrumenti aptissimas studio-
» sè adjeci. Consideravi insuper maximè
» huic rei cunducere, si virorum & loco-
» rum insignium historias describerem, at-
» que suis quæque locis aptarem, idque
» audaciùs fortè quam doctiùs aggressus
» priori adjeci editioni (*quæ cum Veteri*
» *Testamento anno* 1541. *publicata est*) in
» studentium non parvum sublevamen &
» commodum. Cujus quidem editionis si
» fueris immemor, notabis abundantiam B
» peregrinæ editionis ad nostram, asteris-
» co defectum, & item obelo: dissidium,
» numeris 1. 2. 3. &c. Scholia verò alphabe-
» ticis literis a. b. c. &c. Annos præterea
» à Christo nato suis accommodavi histo-
» riis ad finem Actuum Apostolorum. Cæ-
» tera si quæ sint signa, tuo studio facilè
» ipse conjicies. Vale.»

» Optimum sanè Joan. Benedicti con-
» silium fuit, (*inquit Rich. Simon cap.* 40.
Hist. Crit. Comment. in N. T. pag. 588.)
» editio quippè Vulgatæ versionis his om- C
» nibus instructa notis plurimos potuisset
» juvare, si opus suum auctor fideliter &
» accuratè concinnasset Sed nec ipsum Græ-
» cum textum consuluisse videtur; suas ut
» plurimùm notas excerpsit ex Cajetano,
» Erasmo, Fabro Stapulensi; puram inte-
» gramque editionem Vulgatam, adjectis
» duntaxat observationibus criticis, profite
» tur dare in lucem, ex Græco tamen tex-
» tu (*scilicet ut ab Erasmo & Fabro legitur*)
» eam quibusdam in locis recognovit.«

Novum Testamentum Latinum *cha-* D
ractere majori cum variantibus lectionibus
& brevibus variorum tralationum an-
notationibus *juxta editionem anni* 1541.
2. vol. in 12. Parisiis, Roberti Stephani
1543.

Novum Testamentum Latinum in 16.
Parisiis, Jacobi Fezandat, Oliverii Mal-
lard 1543.

Novum Test. Lat. in 8°. Antverpiæ,
Graphæi 1543. Idem, in 12. Ibidem, Joan.
Richardi 1543.

Nov. Test. Lat. 2. vol. 16. Parisiis, Sim. E
Colinæi 1544.

Novum Test. Lat. brevibus variarum
translationum annotationibus illustratum
ad vetustissimorum utriusque linguæ e-
xemplarium fidem, nunc demum diligen-
tissimè emendatum, adjectis scholiis, auc-
tore Isidoro Claro &c. in 8°. Antverpiæ,
Joannis Sreelsii 1544.

Nov. Test. in 16. Parisiis, Joan. Barbæi
1545.

Nov. Test. Latinnm cum variis lectio-
nibus, 2. vol. in 12. Ibid. Rob. Stephani
1545.

Novum Testam. Lat. in 8°. Antverpiæ
1546.

Nov. Test. Lat. 2. vol. 16. Antverp. Jo.
Steelsii 1546.

Novum Testam. Latinum cum scholiis
Joannis Benedicti jam de integro reco-
gnitum, 2. editio, 2. vol. in 16. Parisiis
1551.

Nov. Test. Lat. in 16. Parisiis, Bonhom-
me 1551.

Nov. Test. Lat. cum figuris, in 16. Pa-
risiis, apud Viduam Francisci Regnault
1552.

Novum Test Latinum ex Bibliotheca
Regia, in 12. Ex officina Caroli Stephani
1553.

Nov. Test. Lat. Lugduni, Jo. Frelonii
1553.

Nov. Test. Lat. cum scholiis Joannis
Benedicti, in 12. Parisiis, Phil. Rithovei
1554.

Novum Testamentum Latinum, in
24. Ibid. apud Hæredes Carolæ Guillard
1554.

Novi Testamenti Latina editio cum
glossulis & variantibus lectionibus excer-
ptis ex antiquis cod. mss. à Tacito Nico-
lao Zegero adornanda post annum 1555.
de qua hæc ait in peroratione Epanorthotæ
seu Castigationum in N.Test. anno 1555. *edi-*
tarum.

» Animus est Exemplar unum novi ins «
trumenti accuratissimè recognoscere at- «
que adornare in novam quandam editio «
nem, in qua restituta erunt non modò «
ista omnia, quæ Castigaror hic noster «
restituenda admonet, adductis ubique ferè «
rationibus seu testimoniis; verùm etiam «
alia innumera, quæ non perindè opus «
habent ut fulciantur testimoniis vel quòd «
jam olim sint recepta, vel quòd ferè sint «
leviuscula... «

Porrò ipsa, quam paramus, Novi Tes- «
tamenti editio, quo sit aliquando futura «
gratior atque utilior, habitura est raras «
quasdam annotatiunculas solis margini- «
bus insertas, ibique ubi omnino videbun- «
tur ad aliquam verborum elucidationem «
necessariæ; & quatenus patientur margi- «
num capacitates. Fuerunt quidem & alii «
nonnulli (*Robertus Stephanus*, *Isidorus* «
Clarius, *Joannes Benedictus*) qui idem præ- «
stare conati sunt præsertim ex Academia «
Parisiensi; sed nemo tantâ cum diligentiâ «
(de Novo tantùm loquor Testamento) «
nemo tantâ cum circumspectione; nemo «
tot sic undique conquisitis ad rei certitu- «
dinem testimoniis. «

Ferè enim nonnisi codicum veterum «
scilicet collatione cum lectione Græcani- «
cæ editionis moderna freti castigarunt ur «
potuerunt: nullo ad fulciendam verita- «

» tem conſcripto vel indice vel libello; nul- A
» loque adverſus vitia, quæ itidem in futu-
» rum contrahi poſſunt, confecto remedio;
» præter hoc quod nos nihil ferè non per-
» veſtigantes deprehendimus eos ipſos co-
» dices, quos nonnulli caſtigatores pro ad-
» modum antiquis habuere, vix ante an-
» nos trecentos aut quadringentos, & plu-
» res etiam eorum longo intervallo citrà
» deſcriptos fuiſſe. Multis enim quæ nos paſ-
» ſim citamus (*quæ recenſuit in fine præfatio-*
» *nis ex qua quædam in ultima ſectione hujus*
» *operis exſcripſimus*) nominatim exemplaria B
» tam ſunt vetuſta, ut nonnulla deſcripta
» credantur ante annos octingentos aut
» nongentos, ne quid plus dicamus, veluti
» exemplar Evangelicum Caroli Magni: &
» exemplar item Evangelicum Guerenfredi
» in Elſtenſi; ita ut nonnulla ob vetuſtatem
» vix legi potuerint.
» Eandem hanc palæſtram exercuit &
» Henricus Gravius, vir omni diſciplina-
» rum genere perpolitus, qui codicem ſuum
» nihil obſtante quòd editionis eſſet Rober-
» ti Stephani, ſtudioſiſſimè caſtigavit; quem C
» & in hoc adornaſſe videtur, ut tandem
» ſic prælo committeret proditurum in pu-
» blicum; id quod præſtare non potuit;
» præmaturâ morte huic ſeculo ſubtractus.
» Verùm nos tandem eundem nacti codi-
» cem, deprehendimus ipſum plus æquo fi-
» ſum fuiſſe caſtigationibus Eraſmicis, &
» editioni Græcæ, nullis conſultis ſcripto-
» ribus antiquis, eoque multa caſtigaſſe ſi-
» niſtrè & præpoſterè, quod tamen utriuſ-
» que viri pace dictum ſit. Speramus autem
» hanc ipſam editionem divini numinis fa- D
» vore propediem prodituram. *Hactenus*
» *Zegerus.*

Nov. Teſt. Lat. in 16. Pariſiis, Menier 1556.

Novum Teſtamentum Latinum in 16. Ibid. apud Viduam Franciſci Regnault 1556.

Nov. Teſt. Lat. 16. Lugduni, Jo. Frellonii 1556.

Nov. Teſt. Lat. in 16. Pariſiis Merlin 1559.

Nov. Teſt. Lat. 24. Pariſiis, Jo. Ruellii E 1559.

Novum Teſtam. Latinum in 16. Lugduni, apud Hæredes Sebaſtiani Gryphii 1560.

Novum Teſtamentum Latinum 2. vol. in 16. Antverpiæ, Joannis Steelſii 1561.

Nov. Teſt. Lat. in 16. Pariſiis, Marnef 1563.

Nov. Teſt. Latinum cum ſcholiis Joannis Benedicti, in 16. Ibidem, Deſboys 1563.

Novum Teſtam. Latinum *cum ſpatiis interlinearibus*, 4. Lovanii, Barth. Gravii 1563.

Novum Teſt. Latinum, in 8°. Venetiis 1564.

Novum Teſtamentum Latinum in 16. Lugduni, apud Hæredes Sebaſtiani Gryphii 1564.

Nov. T. Lat. 24. Antverpiæ, Chriſtoph. Plantini 1569. In 16. Lugd. Ant. Gryphii 1569.

Nov. Teſt. Lat. 8. Venetiis, apud Juntas 1572.

Nov. Teſt. Lat. in 16. Lugd. Ant. Gryphii 1578.

Nov. Teſt Lat. adjectis ad calcem notis Lucæ Brugenſis, in 24. Antverp. Chriſt. Plantini 1584.

Nov. Teſt. Lat. ex correctione Romana, in 16. Romæ, è Typographia Vaticana 1607.

Novum Teſtamentum Latinum in 16. Samieli *in Lotharingia*, Philippi du Bois 1613.

Nov. Teſt. Lat. 24. Lugd. Mich. Chevalier 1619.

Nov. Teſt. Lat. 24. Pariſiis, Caroli Hulpeau 1627.

Novum Teſt. Latinum Petro Cardinali Berullo nuncupatum, in 32. *quæ fuit forma omnium minima*, Pariſiis, Sebaſtiani Huré 1628.

Novum Teſt. Latinum, in 24. Coloniæ 1639.

Nov. Teſt. Lat. 8. Pariſiis, Antonii Vitré 1644.

Nov. Teſt. Lat. 8°. Pariſiis, Sebaſt. Huré 1645.

Nov. Teſt. Lat. 24. Coloniæ, Jodoci Kalcovii 1646.

Nov. Teſt. Lat. 8°. Pariſiis Sebaſtiani Huré 1648.

Novum Teſt Latinum *typis nitidiſſimis*, 2. vol. in 12. Pariſiis, è Typographia Regia 1649.

Nov. Teſt. Lat. 24. Pariſiis, Loyſon Bouricant 1651.

Nov. Teſt. Lat. *cum ſummariis charactere Sedanenſi*, in 12. Pariſiis, Sebaſtiani Martin 1656.

Nov. Teſt. Lat. *ſine ſummariis charactere Sedanenſi*, in 12. Pariſiis, Sebaſtiani Martin 1657.

Nov. Teſt. Lat. cum annotationibus Henrici Holden, 2. vol. in 12. Pariſiis, Caroli Savreux 1660.

Nov. Teſt. Lat. 12. Pariſiis, Sebaſt. Martin 1662.

Nov. Teſt. Lat. in 24. Lugduni Boiſſat 1664.

Nov. Teſt. Lat. in 16. Pariſiis, Petri de Laulne 1674.

Novum Teſtamentum Latinum 2. vol.

in 8°. Lovanii, Martini Hullegacerda A 1674.

Nov. Test. Lat. in 24. Coloniæ 1679. In 12. Lovanii 1679.

Idem, in 12. Lugduni, Guillimin 1680.

Nov. Test. Lat. cum considerationibus Christianis Paschasii Quesnel Latinè redditis, 8. vol. in 16. Lovanii, Denique 1694.

Nov. Test. Lat. cum notis brevissimis Caroli Huré, 2. vol. in 12. Rotomagi 1695.

B Nov. Test. Lat. 12. Parisiis, Ludovici Roulland 1695.

Nov. Test. Lat. cum notis Car. Huré, 16. Bruxel. 1696.

Nov. Test. Lat. in 12. Lovanii, Guill. Stryckwant 1697.

Nov. Test. Lat. 12. Bruxellis, Eug. Henr. Fricx 1698.

Nov. Test. Lat. cum præfatione D. Langlet, in 24. Parisiis, Florentini de Laulne 1703.

C Idem cum ejus præfatione & brevissimis notis, in 24. Ibidem, iisdem typis 1703.

Nov. Test. Lat. in 24. Bruxellis, Fricx 1704.

Quatuor Evangelia Apocalypsis, Lat. *charactere Gothico*, in 12. Parisiis, Joannis Petit 1515.

Quatuor Evangelia juxta Vulgatam Latinam editionem asteriscis & obeliscis distinctam, & ad Græca exactam à Jacobo Fabro Srapulensi cum ipsius commentariis, fol. Meldis 1522. Basileæ 1523. Coloniæ 1540.

D Quatuor Evangelia & Acta Apostolorum Latinè, in 4°. Lovanii 1569.

Epistolæ D. Pauli cum brevissimis notis Ægidii Delphi, in 4°. Parisiis, Ulrici Gering 1491.

Epistolarum Pauli duplex versio Latina, una Fabri ex Græco, altera Vulgata cum comment. ejusdem Fabri Srapulensis, in folio. Parisiis, 1512. 1515. In 4°. Coloniæ 1531.

E Epistolæ Apostolorum & Apocalypsis, in 8°. Parisiis, Henr. Stephani (*Patris Roberti*) 1507.

Epistolæ Apostolorum Lat. 8°. Parisiis, Joannis à Prato 1519. 1521.

Epistola D. Pauli ad Romanos juxta Vulgatam edirionem ad textum Græcum plurimum recognitam à Jacobo Sadoleto (*hæc recognitio facta est non multo post urbis direptionem circa annum* 1527.) V. *Ejus comment. in eandem*, in 8°. Venetiis 1536. 2. editio, in folio. Lugduni 1536. Eadem V. *Ejus opera*, 8°. Moguntiæ 1607.

Apocalypsis S. Joannis, in 12. Parisiis 1510.

SECTIO QUARTA.

BIBLIA LATINA *Vulgata à Protestantibus aut cum illorum notis edita.*

Biblia Sacra diligenter recognita & emendara, non paucis locis, quæ corrupta erant, collatione Hebraïcorum voluminum restitutis, cum præfatione Andreæ Osiandri *senioris*, in 4°. Nurembergæ, Friderici Peypus 1522.

Ex præfatione. » Cùm essent apud nos « sacra utriusque Testamenri Biblia typis « excudenda... carebamus vetustis exem- « plaribus... In partem laboris invitatus, « rogatusque ut expunctis erroribus, quos « typographorum incuria vel rerum gram- « maticarum ignorantia invexerat... con- « sultis Hebræa verirate & Septuag. Inter- « pretibus, subodorarer quid esset legen- « dum. Quod cùm facere cœpissem, con- « ferremque Latina Hebræis, occurrebant « nonnulla, quæ Interpres non fuerat as- « secutus, vel parùm commodè explicarat: « quorum aliqua placuit annotare... non- « nulla verò prudens dissimulavi aliis vel « tempori vel autbori reservans, quòd ejus- « modi essent, quæ nuda & suis rationibus « orbata non viderentur, tutò in lucem pro- « ditura. «

Biblia Latina ex antiquissimis autographis emendata, 6. vol. in 8°. Argentorati, Joan. Knoblochi 1522.

Biblia Latina ad vetustissimorum emendatissimorumque codicum fidem recognita cum versione Latina Novi Testam. ab Erasmo, in 4°. & 4. vol. in 8°. Basileæ 1522.

Biblia Latina cum præfatione Andreæ Osiandri, in fol. Nurembergæ, Friderici Peypus 1523.

Biblia Latina, in 4°. Tiguri 1524.

Biblia Latina, in 8°. Argentorati 1526.

Biblia Lat. ex antiquissimis exemplaribus restituta cum præfatione Joannis Petræi, in 4°. Norimbergæ 1527.

Biblia Lat. eadem, 8°. Ibid. Jo. Petræi 1529.

Biblia Lat. cum notis, in folio. Basileæ, ex officina Frobeniana 1530.

Biblia Latina juxta veterem translationem quâ huc usque Latina utitur Ecclesiâ ex antiquissimis & recentioribus exemplaribus diligentissimè collatis, & sicubi dissentiebant, consulris fontibus, fidelissimè restituta *cum præfatione in qua hæc leguntur: Ordinem librorum consuetum serva-*

vimus, *apocrypha indicavimus*, in fol. Norimbergæ, Friderici Peypus 1530.

Biblia Lat. ad veritatem Hebraicam restitura, in 8°. Argent. Jo. Schotti 1535.

Biblia Lat. Vet. & Novi Testamenti juxta Vulgatam æditionem ad Hebraicam veritatem candori pristino restituta, in 8°. *absque nomine loci & Typographi* 1535. *Eadem forsan ac præcedens editio.*

Biblia Lat. cum annotat. *ex editione Rob. Stephani*, in fol. Lugduni, Joan. Crispini, in ædibus Vincentii de Portonariis 1536. Venetiis, Vinc. de Portonariis 1536. *Una eademque editio.*

Biblia Lat. *ad quorum calcem legitur :* Biblia quibus hactenus usa est Ecclesia Latina, fol. Lugd. 1536. *Eadem forsan editio ac præcedens.*

Biblia Lat. juxta Vulgatam editionem, & eam quàm haberi potest emendatissimam, cui in Novo Testamento Desid. Erasmi versionem apposuimus, 2. vol. fol. Basileæ, Frobenii 1538.

Biblia Lat. Vulgatæ editionis, sed ad Hebraicam lectionem accuratè emendata (*vel potius interpolata*) studio Conradi Pellicani cum ejus commentariis, 7. vol. fol. Tiguri 1532-40.

Ex præfatione. » Translationem Vulgatam D. Hieronymi titulo adhibuissem, si meo licuisset arbitrio agere; sed rogatus à fratribus & à chalcographo, cùm jam liber commentariorum prælo subjiciendus esset, ut veterem textum alicubi, emendarem .. Amicorum meorum consilio & precibus obsecutus, translationem quæ sub Hieronymi nomine in Ecclesiis recepta est, interpolatam reddidi. »

Biblia Lat. Lugd. Jac. & Ægid. Hugueran 1540.

Biblia Lat. 8°. ibid. *absque nomine Typographi* 1540.

Biblia Lat. 8°. Lugd. in ædibus Ant. Vincentii 1540. Venetiis, Ant. Vincentii 1540 *Eadem editio.*

Biblia Latina, in fol. Basileæ, Froben 1540.

Bibliorum opus sacrosanctum, vulgatis quidem characteribus, sed incredibili studio diligentique ad primævum receptæ per Ecclesiam Romanam editionis candorem revocatum, adhibitis per omnia quàm plurimis fide dignis exemplaribus &c. Accessit etiam tertius Macchabæorum liber novissimè additus quem priores impressiones non habebant. *Ad calcem legitur :* Biblia sacra juxta veterem translationem, quâ huc usque Latina uritur Ecclesia, ex antiquissimis & recentioribus exemplaribus diligentissimè collatis fideliter restituta & excusa, fol. Lugduni, *absque nomine Typographi*, à partu Virginis 1541.

Biblia Lat. fol. & 8°. Antverpiæ 1541. *Quinquies hujus anni recensentur in indice libr. prohib.*

Biblia Latina cum Novo Testamento Erasmi & præfatione Joan. Brentii, fol. Lipsiæ, Volrabii 1544.

Biblia Lat. ex postremis orthodoxorum Doctorum vigiliis ad Hebraicam veritatem & probatissimorum ac manusc. exemplarium restituta, cum argumentis &c. in 8°. Basileæ, Nicolai Brylingeri 1544.

Biblia Lat. cum annotationibus ex editione Rob. Stephani, fol. Lugduni, sub insigni Salamandræ 1545.

Eadem, fol. Lugduni, apud Viduam Joan. Crispini : sub insigni Salamandræ 1546.

Eadem, fol. ibid. Jacobi Juntæ typis Theob. Pagani 1546. *Non triplex sed eadem est editio.*

Biblia Latina Vulgata, in 8°. Basileæ 1554.

Biblia Latina cum figuris *vulgò du petit Bernard*, in 8°. Lugduni, Joan. Tornæsii 1554.

Biblia Latina *charactere minutissimo.* Robertus Stephanus Lectori En tibi Bibliorum Vulgata editio, in qua juxta Hebraicorum versuum rationem singula capita versibus distincta sunt numeris præfixis, qui versuum numeris in concordantiis nostris respondent &c. in 8°. Oliva Rob. Stephani 1555.

Biblia Latina *minutioribus characteribus, versibus numerorum distinctione notatis*, in 8°. Lugduni, Ant. Vincenti 1555. 1556. *Eadem est prorsus editio.*

Ex monitione Typographi. » Biblia sacra quum jam non semel variis tum typis tum formis emiserim, sicque passis ulnis accepta, ut ne unum quidem aut alterum nobis superesset exemplar.... id operis minutioribus quàm anteà unquam excudi placuit characteribus... Deinde quæ ad sacrarum sensum literarum pertinere visa sunt non omissurus, Hebræorum secutus morem, versus quoslibet notandos curavi... quò sensa ipsa certis distincta versibus clariùs innotescerent, & minori negotio linguæ sanctæ candidati concordantias, commentaria &c. consulere possent. »

Utraque editio prima est his distincta versibus; jam verò anno scilicet 1551. Novum Testamentum Græcum cum duplici versione Latina versibus distinxerat & emiserat in lucem Robertus Stephanus harum divisionum auctor, ut refert Henricus ejus filius in præfat. Concordantiarum Græcarum Novi Testamenti

tamenti Græci; idem Concordantias Bibliorum juxta hujusmodi versuum distinctionem hoc anno edidit.

Biblia Latina ad optima quæque veteris, ut vocant, tralationis exemplaria summâ diligentiâ parique fide castigata, cum figuris, fol. Lugduni, Joan. Tornæsii 1556.

Biblia utriusque Testamenti (*Latinè: Vetus juxta editionem Vulgatam, & versionem Sanctis Pagnini cum annotationibus quæ dicuntur Vatabli. Novum, secundùm Vulgatam veterem, & novam Theodori Bezæ (cujus hæc est prima editio) cum ejus notis; additis quoque notis Claudii Baduelli in libros Veteris Testamenti, quos Protestantes vocant, Apocryphos.*) 3. vol fol. Oliva Roberti Stephani. *Novum Testamentum editum anno 1556. Vetus*, 2. vol. *anno* 1557.

Ex hac Epistola. » Veteris Interpretis » tralationem in interiori paginæ parte mi- » nutioribus literis excusam damus, ad ve- » tustissima exemplaria accuratissimè emen- » datam, versibusque: ut in Hebraicis co- » dicibus, distinctam. In exteriori autem » parte interpretationem Sanctis Pagnini » crassioribus literis excusam damus... Sed » nihilne, dicet aliquis, præter Sanctis la- » borem & industriam hæc editio nobis » affert? Imo vero duorum doctissimorum » virorum in hanc ipsam interpretationem » collatas operas accipis. Nam quum illum » Franciscum Vatablum. *i.* à Sanctis inter- » pretatione non rarò discedere solitum » (numquam tamen sine optima & mani- » festa ratione) animadvertissemus, ejus » quoque labore magnum huic translationi » adjumentum attulimus. Si quidem ex ejus » prælectionibus, quas Bertinus *le Comte*... » ex ejus ore fideliter exceperat, & excep- » tas cum illo ipso communicaverat, non » folùm ii loci, in quibus Sanctes minùs per- » spicax fuerat, à nobis castigati fuere, sed » etiam sæpenumero apertiora & usitatiora » dicendi genera in locum obscuriorum » quorumdam, & ab usu Latioi sermonis » remotiorum substitnta; adeo ut illius in- » terpretationis incboatæ atque rudis ex- » politio huic uni Vatablo acceptare ferri » debeat, &c.

» Quod autem ad Novum Testamentum » attinet, Theodori Bezæ interpretatio- » nem excudimns, quam te aliter sequi ne- » quaquam volumus, quàm si certissimis » argumentis in suis annotationibus illi fi- » dem facere visus tibi fuerit... In trans- » ferendis autem Apocryphis libris, suam » nobis operam navavit Claudius Baduel- » lus, Complutensem editionem (quod » emendatior nulla extaret) secutus. Addi- » dit ad suam interpretationem & annota- » tiones &c.

A » Sub Vatabli nomine (*ait Rich. Simon cap.* 20. *Disquis. Crit. de variis Bibliorum editionibus pag.* 186.) multa Bibliorum « exemplaria Latina circumferuntur, quæ « tamen illius non esse in confesso est apud « omnes. Robertus Stephanus doctissimi il- « lius viri nomen ementitus fuit, ut hac arte « faciliùs incautos deciperet, quandoqui- « dem editio illa, quæ prodiit ex officina « Roberti Stephani anno 1545. quasi ex Va- « tabli prælectionibus ac notis integra ex- « cerpta fuisset, Leonis Judæ Zuingliani « B (*sive Tigurinam*) versionem exhibet cum « annotationibus quæ magnam partem ex « Judæis præsertim R. David Kimhi & Jo- « hanne Calvino, aliisque Protestantibus « sumptæ fuerunt. « *Hæc autem quæ dicuntur de Calvino intelligi debent de hac secundæ editione anni* 1567. *non verò de priori; siquidem anno* 1545. *quidpiam in sacras literas Calvinus nondum emiserat in lucem.*

Biblia Lat. in 4°. Basileæ 1557. In 8°. ibid. Brylingeri 1557.

Biblia Lat. cum figuris, in 8°. Lugd. C Tornæsii 1558.

Biblia Lat. cum figuris, fol. Ibid. iisdem typis 1559.

Biblia Lat. cum figuris & descriptionibus chorographicis, 8°. Lugduni 1561

Biblia Lat. in 8°. Lugduni, Guill. Rouillii 1562.

Biblia Latina. Ibid. Sebast. Honorati 1562.

Biblia Lat. in 8°. Basileæ, 1562.

Biblia Lat. diligentiâ, curâ, studio singulari elaborata, deque sententia doctis- D simorum virorum imprimis linguæ Hebraicæ peritorum plurimis in lôcis emendata, cum procemio Joan. Brentii, in fol. & 4°. Tubingæ, 1564.

Biblia Lat. fol. Francofurti & Tubingæ 1564.

Biblia Lat. Vulgatæ editionis à Paulo Ebero correcta (*seu interpolata*) quibus adjecta est Germanica Lutheri versio, 10. vol. in 4°. Wittebergæ 1565.

» Paulus Eberus Vulgatam sic refor- « mavit, ut versio planè alia, quam novan- « E tiquam dicere possis, eoata inde fuerit. « *Korthöltus de variis S. Scripturæ editionibus cap.* 15. §. 21.

Biblia Lat. ad optima exemplaria recognita cum præfat. Hentenii, fol. Lugduni, Rouillii 1566.

Biblia Lat. cum figuris, 8°. Lugd. Ant. Vincentii 1566.

Eadem cum figuris, in 8°. Ibid. Rouillii 1567.

Biblia Lat. 8°. Ibid. Tornæsii 1567.

Eadem, 8°. Ibid. Barth. Vincentii, Ant. Vincentii 1568.

Eadem forsan editio.

Biblia Lat. cum præfatione Hentenii, in fol. Lugduni, Guill. Rouillii 1569. *Eadem editio quæ anno* 1566. *in lucem prodierat.*

Biblia Lat. 5. vol. 8°. Lugduni, Guill. Rouillii 1569.

Biblia Lat. ad Hebraicam veritatem & probatissimorum ac mss. exemplarium fidem diligentissimè castigata, Romæque revisa, adjectis elegantissimis figuris, in 8°. Lugduni, Guill. Rouillii 1569. In 4°. & 8°. Basileæ, apud Hæredes Nic. Brylingeri 1569. In 8°. Francofurti 1569.

Biblia Lat. ad vetustissima exemplaria castigata, 2. vol. in 8°. Francofurti 1571.

Biblia Latina cum Novo Testamento Erasmi, 2 vol. in 4°. Basileæ 1572.

Biblia Lat. ad probatissima exemplaria castigata, in 8°. Ex officina Santandreana 1574.

Biblia Lat. vulgata à Paulo Ebero interpolata & recusa etiam cum versione Germanica Mart. Lutheri, studio Pauli Crellii, 9. vol. 4°. Wittebergæ 1574.

Biblia Lat. 2. vol. in fol. Basileæ 1577.

Biblia Lat. in 4°. & 8°. Basileæ, ex officina Brylingeriana 1578. In 8°. Basileæ, Guarini 1578.

Biblia Lat. cum commentariis Conradi Pellicani, 4. vol. Tyguri, Froschoueri *filii* 1582.

Biblia Lat. majori quàm antea studio ad Hebraicam veritatem & probatissimorum exemplarium fidem emendata, cum figuris, 8°. ex officina Santandreana 1583.

Biblia Lat. cum fig. 8°. Lugd. Barth. Vincentii 1583.

Biblia Lat. ad optima quæque Vulgatæ editionis exemplaria summâ diligentiâ castigata cum figuris, 2. vol. 8. Francofurti, Sigis. Feyrabend 1585.

Biblia Lat. V. *Biblia Polyglotta* 1586.

Biblia Lat. ad fontes Hebraïci textûs emendata, cum brevi & perspicua expositione Lucæ Osiandri, insertis locis Theologicis, 7. vol. in 4°. Tubingæ 1574-1586.

Aliæ editiones cum expositionibus Lucæ Osiandri 1589. 1593. *bis* 1597. 1599. 1600. 1606. 1609 1615. 1618 1635.

» Lucas Osiander (*inquit Mich. Waltherus in Officin. Biblica Reposit.* 1. *Theca* 4.
» *Arcula* 5.) non tam versionem novam
» adornavit, quàm veterem Latinam emen-
» davit, suamque emendationem ad ver-
» sionem maximè Lutheri accommodavit.

» Lucas Osiander loca quæ ab Interprete
» Latino minùs benè reddita putavit, ex
» Hebræo interpretatus est, retentâ nihi-
» lominus veteris Interpretis translatione in
» his locis, ut ex ea velut collatione quid
» tam de sua quàm de antiqua versione ju-
» dicandum esset, omnes cognoscerent.

A In multis quidem errat; dum faciliùs La- «
tinum Interpretem, quem non satis asse- «
cutus est, relinquit. In hoc tamen meritò «
laudatur à Theologis Tubingensibus illius «
consilium, quòd in sua Bibliorum editione «
vetustum *exemplar*, & longo Ecclesiarum «
omnium Occidentis usu receptum sem- «
per repræsentaverit. Similiter Andreas «
Osiander Lucæ filius eandem interpre- «
tandi methodum sequutus; antiquam e- «
ditionem Latinam unà cum suis castiga- «
tionibus, patris exemplo, publici juris «
B fecit &c. « *Ita Rich. Simon Disquisit. Critic. de variis Bibl. editionibus sub finem cap.* 23.

Et cap. 11. *Hist. Crit. Versionum N. T. pag.* 147. Uterque Osiander eâdem me- «
thodo in Novo quam in Veteri Testa- «
mento usi sunt; integrum enim Vulgatæ «
Latinæ textum cum correctionibus ex «
Græco, vulgarunt. Quando aliqua adsunt «
in textu Græco quæ in Latino desunt, ea «
tum inter duos uncinos adjiciunt; verba «
obscura aut ipsis non satis dilucida, excu- «
C sis alio charactere voculis synonymis, ex- «
plicant; quæ quidem explicatio para- «
phrasim aliquando sapit. Obelos præte- «
reà addiderunt iis locis in quibus Latinus «
sermo Græco magis abundat. Consultius, «
ut mihi videtur, fuisset ea vocabula ad «
marginem amandare potiùs quàm in ipso «
contextu reponere «

Biblia Latina cum præfatione Hentenii & figuris, in 8°. Lugduni, Rouillii 1588.

Biblia Lat. cum figuris, 2. vol. 8. Basi-
D leæ 1591.

Biblia Lat. Lucæ Osiandri. 2. vol. fol. Tubingæ 1589-92.

Biblia Lat ad optima quæque veteris & Vulgatæ editionis exemplaria castigata, in folio. Lipsiæ 1593.

Biblia Lat. Vulgata ex recensione Lucæ Osiandri (*absque notis marginalibus*) cum judicio Consistorii Theologici in Ducatu Wirtembergico, in 4°. & in 8°. Tubingæ Gruppenbachius 1593.

Ex hoc judicio. » Cùm diu jam à Theo- «
E logiæ studiosis expetita sint Biblia Latina, «
quæ præter antiquam translationem, ejus- «
dem (ubi id necessitas postulat) correc- «
tionem contineant, placuit ut hisce nun- «
dinis studiosa juventus voti sui compos «
redderetur, editis hisce Bibliis quæ vulgatæ «
Latinæ translationis castigationem «
humiliori ac tenuiori typo expressam eam- «
que ex Lucæ Osiandri commentariis Bi- «
blicis transumptam exhibeant &c. «

Biblia Lat. cum fig. fol. Lugd. Th. Soubron 1594.

Biblia Lat. cum figuris, in 8°. Basileæ 1595.

Biblia Lat. Vulgata, V. *Biblia Polyglotta* A 1596.

Biblia Latina secundùm veterem seu Vulgatam translationem ad fontes Hebræi textûs emendata & perspicuâ explicatione illustrata, insertis etiam præcipuis locis communibus, studio Lucæ Osiandri, 2. vol. in fol. Tubingæ, Gruppenbachii 1597.

Biblia Latina secundùm Hebræam & Græcam veritatem per Lucam Osiandrum perpurgata & ad versionem Germanicam Lutheri concinnata, 4. Jenæ, B Grossii 1597.

Biblia Latina ad vetustissima exemplaria nunc recens castigata Romæque revisa, cum præfatione Hentenii & figuris, in 8°. Lugduni, apud Hæredes Guill. Rouillii 1598. 1600. *Eadem forsan editio ac præcedens anni* 1588.

Biblia Latina diligentiâ & studio singulari elaborata & plurimis in locis emendata, Desid. Erasmi versione Novi Testamenti juxta priorem apposità, in folio. Lipsiæ 1598.

Biblia Lat. Vulgata, V. *Biblia Polyglotta* C 1599.

Biblia Latina à Luca Osiandro perpurgata &c. in 4°. Jenæ, Lipsiæ, Hanoviæ 1599. *Eadem forsan editio ac anni* 1597.

Biblia Latina cum observationibus Andreæ Osiandri, (*Junioris*) Lucæ filii, quæ præter antiquæ lectionis necessariam correctionem & difficiliorum locorum succinctam explicationem ex commentariis Lucæ Osiandri, multas insuper observationes ex Theologicis *Jacobi Andreæ, Ægidii Hunnii, Nicolai Selneccceri, Hieronymi Welleri, Andreæ Althameri &c. DD. Lutheranorum* lucubrationibus excerptas & ad præsentem Ecclesiæ (*Lutheranæ*) statum accommodatas continent, fol. Francofurti & Tubingæ 1600. D

Aliæ editiones 1606. 1609. 1611. 1618. 1635.

Biblia Lat. ex Vulgata & ex versione Tigurina cum notis Vatabli, *juxta editionem Roberti Stephani anni* 1545. 4 Hanoviæ, Cl. Marnii 1605.

Biblia Lat. secunda Bibliorum glossatorum editio ex recensione Andreæ Osiandri cum annotationibus marginalibus, in fol. Tubingæ 1606. E

Biblia Latina secundùm veterem & Vulgatam translationem ad fontes Hebraïci textûs emendata & brevi explicatione illustrata, &c. Studio Lucæ Osiandri, 3. editio, 3. vol. in folio. Francofurti 1609.

Biblia Lat. eadem cum judicio Consistorii Wirtembergici, in 4°. Tubingæ, Gruppenbachii 1609.

Biblia sacra quæ præter antiquæ Latinæ versionis necessariam emendationem & difficiliorum locorum succinctam explicationem, multas insuper utilissimas observationes ... continent. Estque quarta hæc editio (cùm quoad notas chronologicas, tum quoad cæteras glossas) prioribus & emendatior & multis modis locupletior per Andream Osiandrum, in fol. Francofurti, typis Matthiæ Beckeri 1611.

Biblia Lat. ad veritatem Hebraïcam emendata, fol. & 8. apud Petr. Santandreanum 1614.

Biblia Lat. ex recensione Andreæ Osiandri, editio 5. cæteris prioribus emendatior, in folio. Francofurti, Erasmi Kempfferi 1618.

Biblia Latina revisa, 4. Wittebergæ 1625.

Biblia Lat. in 8°. Norimbergæ 1627.

Biblia Lat. ex recensione Andreæ Osiandri, editio 6. emendatior, fol. Francofurti, Hofmanni 1635.

Biblia Lat. Vulg. in fol. V. *Biblia Polyglotta Londinensia* 1657.

Biblia Lat. ex recensione Andreæ Osiandri, 8°. Stutgardiæ 1664.

Biblia Latina ad Hebraïcam veritatem emendata, Pentateuchus, Libri Josuæ, Judicum, Ruth & Regum. Novum Test. cum præfatione Martini Lutheri, in folio. Wittebergæ, Nicolai Scheirleiz 1529.

Pentateuchus, Psalmi & N. T. 4°. Londini 1535.

Pentateuchos Mosis (ex versione Vulgata) ad Ebraïcam veritatem recognitus, & argumentis atque scholiis illustratus à Victorino Strigelio, 5. vol. in 8°. Lipsiæ, Ernesti Voegelini 1566.

Psalterium translationis veteris correctum à *Mart. Luthero*, in 8°. Wittebergæ 1529.

Idem cum nova præfatione Lutheri, 8°. Ibid. 1537. 1538. *Eadem editio.*

» Præfatio. Statueram aliquoties Psalterium denuò Latinum facere quantâ possem proprietate. Nec omninò desperaveram de scientia seu cognitione rerum. Sed deterruit me hactenus imperitia sermonis, quo ita propriè redderem, ut mihi ipsi aliquantulùm satisfecisse viderer. Nam in totum, ne ipso quidem Germanico Psalterio mihi satisfeci, in quâ tamen linguâ ut putà materna & nativa videor mihi haud paulò plus valere quam in Latina, postquam accessit nonnulla exercitatio... Quare omisso studio Novi Psalterii Latinè reddendi, suscepi interim Vulgatum & usitatum illud in ecclesia Latina, quod Gallicum olim vocabant &c. «

A Psalterium Latinum ex quatuor translationibus, editionis Vulgatæ, S. Hieronymi; Felicis Pratensis & Sebast. Munsteri, & duabus paraphrasibus authoris Chaldæi & Joannis Campensis, in 8°. Argentorati, ex officina Knoblochiana 1545.

Psalmi ex duplici translatione veteri & nova Pagnini cum notis, 8°. Oliva Rob. Steph. 1556.

Psalmi ex recensione Petri Wirtembergii, in 12. Lipsiæ & Francofurti 1558. 1580

B Psalterium Lat. & Germanicum, 4. Francofurti ad M. 1561.

Psalt. Lat. cum familiari expositione Christoph. Corneri, 12. Lipsiæ, Voegelii 1561. 1575.

Psalt. Lat. cum notulis Georg. Majoris, 12. Argent. 1566. Witteb. 1570. 8°. Argentorati 1594.

Psalt. Lat. cum præfatione Lutheri & lemmatibus Adami Siberi, in 12. Lipsiæ 1573. 1577.

C Psal. Lat. cum paraphrasi Bezæ, 8°. Genevæ 1579. Antverp. 1580. 2. editio auctior, 8°. Genevæ 1581.

Psal. Lat. emendatum cum brevibus notis, in fol. Wittebergæ 1581. In 8°. Lipsiæ 1581.

Psalt. Lat ad Hebr. veritatem emendatum & à Luca Osiandro illustratum, 8°. Wittebergæ 1564. in 4°. Ibid. 1579.

Psalt. Lat. cum comment. Jo. Viccars ex decem linguis, fol. Londini, Octav. Pullein 1655.

D Novum Testamentum Latinum novissimè recognitum cum præfatione Martini Lutheri, in fol. Wittebergæ 1519.

Novum Testamentum Latinum cum præfatione Lutheri, in 8°. Basileæ 1537. 4°. Londini 1540.

Idem, 2. vol. in 16. Lugd. Stephani Dolet 1541.

Idem, 16. Lugd. Guillelmi Rouillii 1546. 8°. Ibid 1548.

Idem, 16 Lugduni, Antonii Vincentii 1556.

E Idem, in 8°. typis Francisci Stephani 1567.

Novum Testamentum Latinum vulgatum cum additionibus locorum communium & explicatione locorum controversorum per Zachariam Mathesium, 4. vol. 4°. Francof. Paltbenii 1611. 1656.

Nov. T. Lat. in 24. Amstelodami 1670. 1677.

Nov. Test. Lat. ex Vulgata versione cum paraphrasi & adnotationibus Henr. Hammondi, ex Anglico sermone translatis à Joan. Clerico qui & suas notas adjecit, 2. vol. fol. Amstelodami, Ge. Galleti 1698.

Nov. T. Lat. & Psalmi tachygraphicâ recentiori quam vulgus characteres adpellat, operâ Joannis Rich, in 32. Londini, Botlei, *absque anno. Extat Parisiis in Bibliotheca Regia.*

Evangelium Marci, 8°. Basileæ, Oporini 1552.

SECTIO QUINTA.

BIBLIA LATINA ex Hebræo à Recentioribus translata.

CODICES MANUSCRIPTI.

Vetus Testamentum, excepto Psalterio, ad verbum juxta Hebraïcam veritatem translatum ab Adamo Eston. » Hanc translationem penes se aliquando « fuisse, sed posteà furto subreptam testatur « Robertus Wakfeldus (*qui obiit* 1538.) in « tractatu de Hebræorum codicum incor- « ruptione.« *Hody de textibus Bibliorum Originalibus fol. Londini* 1704. *De eodem hæc habet Baleus, Centuriâ* 7. §. 15. *de Script. Britanniæ* Et fertur totum Vetus Testamentum « ab Hebræo in Latinum transtulisse«

Vetus Testamentum ex Hebræo ad verbum in Latinum sermonem verti cœptum ab Hadriano Cardinali titulo sancti Chrysogoni, *ut ipse scribit initio sui operis* de sermone Latino, *Basileæ* 1518. *editi his verbis:* » Erat in animo prosequi cœptum « jam pridem opus, sacros Veteris Testa « menti libros ex Hebræo ad verbum in La- « tinum sermonem vertendi.«

Vetus Testamentum Latinum ex Hebræo redditum à Rob. Shirwode *juxta Jacobum Tirinum in indice Auctorum in commentariis suis Biblicis citatorum ubi hæc ait:* Rob. Shirwodus, Anglus, Conventrien- « sis, explanationem in Ecclesiasten & ver- « sionem Bibliorum ex Hebræo Latinam « confecit anno 1520. Baleus de Scriptor. « Britan. « *At nihil de hac Bibliorum versione apud Balenm, qui translationis libri Ecclesiastæ duntaxat meminit. In eundem errorem lapsus est Joannes de la Haye, Minorita qui in prolegomenis ad Biblia Maxima sect.* 20. *cap.* 30. *scribit se* hanc versionem cum « omni diligentiâ quæsivisse, nec unquam « reperiisse. *Illam sanè frustra quæsivit quæ nullibi unquam extitit. Cum enim Pinedam cap.* 12. §. 2. *Præf. in Ecclesiasten varias hujusce libri Latinas translationes, scilicet à Pagnino, Guarino, Tigurinis, Isid. Clario confectas quæ quidem integrum codicis sacri contextum complectuntur, postremam quoque Roberti Shirwode eundem textum comprehen-*

dere arbitratus est, licet revera solius sit libri Ecclesiastæ.

Bibliorum Hebraïcorum novâ versio Latina jussu Clementis VII. Pont. Max. tentata »Ego tantùm (*ait Joannes Campensis in Epist. nuncupatoria Paraphraseos Psalmorum*) nativum quemdam gustum horum Psalmorum dare volui, futurum sperans, ut olim Ecclesiæ consensu totum Vetus Testamentum doctis & linguarum peritis in nostram linguam transferendum committatur; quemadmodum audio hunc nostrum summum Pontificem Clementem VII. ante nuperrimam Romanæ urbis expugnationem (*nempe ante an. Chr.* 1526.) tentasse, ut videlicet ea provincia sex Judæis & sex Christianis Hebraïcè peritis mandaretur.»

Ejusdem rei meminit Joannes Cochlæus, præfat. in disceptat. de novis ex Hebræo translationibus, *ubi ait:* »Clementem VII. voluisse per quosdam tum ex Christianis tum ex Judæis linguarum peritos, restituere Veteris Testamenti certam & ab omni mendo repurgatam lectionem.

Et Steuchus Engubinus præfat. in recognitiones Nov. Test. hæc scribit: »Itaque *Judæi* impulerunt etiam nuper Romanum Principem, ut nova, eo jubente fieret æditio, quæ profectò minimè esset necessaria.»

Bibliorum Veteris Testamenti versio Latina ex Hebræo à Paulo Fagio, & Novi ex Græco à Martino Bucero suscepta, sed non absoluta, *si notis marginalibus vitarum Theolog. Germanorum à Melchiore Adami conscriptarum fides habeatur, ubi legitur in vita Fagii:* »Biblia transferre incipiunt: *Quæ verba cum textu non congruunt* Fagius & Bucerus auctore Cranmero in præclarum opus erant intenti, ut integra Biblia non tantùm proprietate sermonis, sed brevi interpretatione, locorúmque pugnantium aut difficilium enodatione illustrata ederentur. At Bucerus quidem in explicatione Novi Testamenti, Fagius in Veteris elucidatione elaborabant; sed progressum hujus laboris morbus utriusque mox intercepit, & Fagii mors insperata (*quæ accidit anno* 1550.) prorsus evertit. *Idem in vita Fagii hæc ait:* In Cantabrigiensi Academia utrique domicilium constitutum est... Et Fagio quidem vetus instrumentum Legis, Bucero autem novum explicandum fuit designatum. Itaque Fagius à Jesaia Propheta, Bucerus à Joanne Apostolo & Evangelista exorsi, & aliquò usquè uterque progressi sunt. *Ex his verbis patet de versione non hic agi, sed de explicatione sacrarum literarum, ut clarè scribit Jo. Baleus cent.* 13. *de script. Britan. Bucerum* »præ cæteris Rex plurimi fecit & hospitio humaniter exceptum, curavit ut in altera regni sui Academia, Cantabrigiæ scilicet, sacras literas doceret, atque Testamentum Christi fideliter declararet.«

Pentateuchus ex duplici versione Latina. *Oxonii, Bibl. Collegii Corporis Christi, cod.* 5. *num.* 1472. *catalogi editi.*

Omnes Prophetæ exceptis Daniel & Abdia Hebr. & Latinè. *Ibid. cod.* 8. *num.* 1475.

Libri Josuæ, Judicum, I. Samuëlis, Psalmorum, Cantici Cantic. & Ecclesiastæ, Latinè ex Hebræo, V. *Iidem Hebraïci mss. cod.* BB.

Liber I. Samuëlis & II. Chronicorum Hebr. & Lat. in 8°. *Bibl. Bodleiana cod.* 9. *num.* 1476.

Prophetiæ Hieremiæ, Ezechielis & Daniëlis Hebr. & Lat. in fol. *Bibl. Colbertina cod.* 1535.

Prophetæ minores duodecim ex Hebræo in Latinum versi sermonem à Joanne Sartorio cum ejus annotationibus. *Frisii Bibliotheca p.* 494.

Job, Psalmi, Proverbia, quinque *Meghilloth*, Prophetæ majores & minores ex Hebræo Latinè versi à Joanne Frisio. »Ut fuit Joannes Frisius Hebraïcarum literarum amantissimus scientissimusque, de Bibliis Hebraïcis libros ad interpretandum difficiliores Latinè quam proprissimè convertit, nempè librum Jobi *& alios suprà laudatos*, quam suam interpretationem octo voluminibus comprehensam à suis aliquibus discipulis è regione textus Hebraïci à Rob. Stephano in 16. Parisiis excusi literâ benè pictâ describi curavit anno 1550. Exemplaria & autographa Joannes Jacobus Frisius asservat.« *Bibliotheca Jacobi Frisii p.* 440. fol. *Tiguri* 1584. *edita.*

Job, Psalmi, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum & omnes Prophetæ ex versione Francisci F[illegible]rii, *Ex sermone ejus ad Patres Concilii Trident comment. in Isaiam præfixo:* »Quæ res effecit ut me operæ pretium facturum existimarem, si omnes libros Prophetarum ac Job, Davidis & Salomonis explicarem ac germanam Catholicamque sententiam summâ diligentiâ & studio, singulis dictionibus examinatis dicendique formulis Hebræorum observatis, elicerem ac promulgarem... in singulis libris locos complures obscurissimos ita illustravi, ut nemo ampliùs hærere possit... Ex Hebræo in Latinum sermonem converti, ut verbum pro verbo reddens, quoad ejus fieri potuit, ostenderem in commentario sententiam quam vulgatus Interpres reddidit ab Hebraïcis verbis non abhorrere &c.«

Liber Job Latinè redditus à Felice Pratensi. *Joannes de la Haye tom.* 18. *Bibl. Maxim pag.* 39. *Indicis Auctorum.*

Psalmi Hebr cum versione Latina collata cum translatione Romana & Gallica, aliisque, unà cum scholiis Anonymi. *Bibl. Bodleiana num.* 1478.

Psalmorum duplex versio Latina cum alia interlineari. V. *Psalmi Hebr. Mss.* EE.

Psalterium ex Hebraïco in Latinum versum à Jannotio Manetto. *Bibl. Urbinas apud Vaticanum num.* 57. *Imbonatus, Bibl. Latino-Hebr. pag.* 81. *De eo hæc habet Possevinus in Apparatu sacro :* » Vertit ex Hebræo Psalmos L. & partem Veteris Testamenti. »

Psalmorum versio Latina à Rodolpho Agricola. *Trithemius de script. Eccles.* » Hic studia Hebræa aggressus est, nactus Judæum utcumque peritum ; paucis mensibus tantùm profecit, ut aliquot Psalmos Davidicos in Latinam linguam citra culpam transtulerit, *ut refert in ejus vita Melchior Adami. Hæc non tam est versio accuratè facta quàm pensum præceptori ab ipso solutum.*

Psalmi aliquot Davidici ex Hebræo in Latinum eloquium translati à Jac. Eisengrenio. *Guill. Eisengrenius filius pag.* 206. *catalogi testium veritatis.*

Liber Proverbiorum Salomonis juxta Hebraïcam veritatem complanatus ab Hulrico Zwinglio: Complanatio Ecclesiastis: Complanatio in Cantica Canticorum, & Complanatio libri Job ab eodem facta. V. *Index tom* 3. *Operum Zwinglii.*

Proverbiorum Salomonis ex Hebræo translatio nova cum scholiis Joannis Drusii. V. *Operum ejus catalogus in vita sua insertus tom.* 6. *Crit. sacr. pag.* 39.

Tobias Hebraïcè & Latinè ex versione Julii Bartoloccii. *Bibl. Vaticana, idem Bartoloccius tom.* 2. *Bibl. Rabbinicæ p.* 856.

BIBLIA LATINA EX HEBRÆO typis excusa.

Veteris ac Novi Testamenti nova translatio per Sanctem Pagninum nuper edita (versibus distinctis secundùm Hebræos) *approbante Clemente VII. opus viginti quinque annorum*, in 4°. Lugduni, per Antonium de Ry Chalcographum diligentissimum, *impensis Francisci Turchi & Dominici Berti civium Lucensium, & Jacobi de Giuntis Bibliopolæ civis Florentini* anno Domini 1527. die verò 29. Januarii. *Annus verò* 1528. *in fronte notatur.*

Præmittuntur in hac prima editione varia summorum Pontificum diplomata, Adriani VI. die 11. *Maji* 1523. *Clementis VII. die* 6. *Junii* 1526. *Epistola Clementi VII. nuncupata, & altera Francisci Mirandulæ, ex quibus constat Sanctem Pagninum Veteri Testamento ex Hebræo de novo convertendo annos* XXV. *impendisse : opusque illud ante annum* 1518. *absolvisse, postea verò, cum libros veteris Testamenti, qui non sunt in Canone Hebræo, & totum Novum Testamentum è Græco transtulisset ante annum* 1521. *totius voluminis Biblici interpretationem edidisse Lugduni an.* 1528.

Eâ vetustiorem nonnulli (*Tronchin, Serrarius, Marius, Rivetus, Hottingerus, Waltherus, Calovius & alii*) faciunt » translationem Sebastiani Munsteri, eo moti haud dubiè quod anno 1525. hæc versio prodiit, cum Pagniniana anno demum 1528. publicata credatur. Verùm alii (*Bootius, Waltonus, Crowæus, Bartoloccius*) Pagninianam jam tum anno 1523. lucem aspexisse annotant, & illam anni 1528. pro iterata editione habent. « *Ita Kortholtus libr. de variis Script. editionibus, de versione Munsteri. Sed in hac tota narratione nihil nisi veritas desideratur : Qui Munsteri Biblia anno* 1525. *edita somniant, hoc errore decepti sunt, pro quinto & trigesimo anno vigesimum quintum numerantes ; anno enim* 1535. *Munsteri opus Biblicum completum est. Ipse etiam Munsterus in præfatione sua asserit se Pagnini editionem consuluisse. Qui verò editionem Pagnini ad annum* 1523. *recensent, hi etiam diplomate Adriani VI. quod est anni* 1523. *hallucinantur. Prima igitur Pagnianæ versionis editio anno* 1528. *sicut & prima Munsteri annis* 1534-35. *vulgata est.*

Ex Epistola dedicatoria. » Leo X. me, cum Romæ agerem, accito, quam olim elucubraveram utriusque instrumenti translationem ut sibi ostenderem benignè ac perhumaniter injunxit. Is cum aliquot vidisset quaterniones, & ex iis cœtera suo præclaro expendisset ingenio, Volo, inquit, ut meis impensis totus transcribatur liber, & typis exactè revisus excudatur. Tum, ut novit tua Beatitudo, non modò pro scribis, verùm etiam pro parandis iis, quæ opus erant executioni, impensas suppeditavit, & sequenti deinde anno nonnulla excusa fuerunt. Sed proh dolor ! illo post hæc brevi ex humanis sublato, (*anno scilicet* 1521.) gravi omnium mœrore intermissa sunt omnia. Quo vulnere saucius, quum neminem cernerem qui meis lucubrationibus suppetias ferret, Italiâ demigrandum censui, Avenionemque concessi cum ejusdem urbis Legato, ubi peracto fere triennio, quum non fierem voti compos, cùm ob Chalcographorum penuriam, tum ob impensarum inopiam, Lugdunum petere decrevi... «

» Quum jam Florentini cives inter se statuissent certam pecuniæ summam quotannis, pro alimentis & aliis quæ forent opus, mihi exhibendam, summo studio ac omni curâ, ut nostra scripta excuderentur, operam dare cæpi, impressisque Hebraïcis institutionibus, impensas omnes suppeditantibus Francisco nepote meo ac Dominico Berto affini meo, Jacoboque de Giuntis Bibliopola Florentino, cœpimus nostram utriusque Instrumenti translationem excudere... Vetus Instrumentum omni quâ valuimus diligentiâ ac vigilantiâ fideque juxta Hebraïcam veritatem... verbum verbo reddidimus, ubi reddi potuit... paraphrasi tamen (utens) nonnunquam ubi opus fuit, quòd sensus aliàs commodè exprimi non potuerit. Quòd omnes fecerunt Interpretes &c. Lugduni 1525. »

Ex diplomate Clementis VII. » Cùm, sicut nobis exponi fecisti, opera quædam, videlicet Bibliorum translationem & in eadem annotationes... à te composita nunquam antehac impressa, tuis sumptibus imprimere &c. Romæ 1526. «

Ex Epistola Francisci Pici Mirandulæ Domini Sanˀcti Pagnino scripta, anno 1518. » Quo magis probandus est labor ille tuus & egregie pertinax diligentia in impendendis annis quinque supra viginti translationi tuæ &c.) *hanc ergo cœperat elaborare anno* 1493.)

» Hæc prima editio, quam ipse Pagninus procuravit, infinitis fere in locis magis congrua est cum textu Hebræo quàm cœteræ editiones. » *Leusden, Philolog. Hebræo mixti, dissert.* 35. *n.* 12.

» Rabbinorum testimonio (ut refert Sixtus Senensis lib.4 Biblioth. sanctæ) tam solerti curâ omnia est executus *Sanctes Pagninus*, ut ejus editionem peritissimi Hebræorum Rabbini, omnibus quæ nunc exstant, translationibus præferant. »

» Sanctis Pagnini versio secundùm eam (*i. e. Vulgatam versionem*) omnium optima est; sed, ut liberè dicam, minùs diligens, nimis ambitiosa, nimis curiosa, nimis grammarica, nimium Rabbinicarum minutiarum æmula, quæque recentium præceptionum subtilitate noxam sinceritati & sententiarum & rerum sæpiusculè afferat. Unde nec satis interdum cohæret cum veterum Hebræorum doctrina, nec cum fidei Catholicæ mysteriis. Quin in propriis nominibus locorum, fluviorum, hominum, &c. patum fidelis est. » *Ita Gilb Genebrardus in Epist. dedicatoria operum Origenis pag.* 6.

Thomas Erpenius in Oratione de lingua Ebræa pag. 117. *hæc ait :* » Fatentur uno fere ore omnes eruditi eas sacrorum librorum versiones omnium esse præstantissimas & tutissimas, quæ minimùm ab originali textu recedentes, accuratè singula sequuntur verba; eaque de causâ tanti fieri solet Sanctis Pagnini translatio, ut ex ea nata interlinearis Antverpiana. «

» Præ aliis penè omnibus Latinis versionibus (*inquit Serrarius prolegom. Bibl. cap.* 18. *qu.* 3.) commendari solet ea quæ Pagnini est, & quæ Leonis Judæ per Hispanos Theologos recognita. «

Buxtorfius in Lexici sui Hebr. epistola dedicatoria ait » *Pagninum* post Hieronymum primum Biblia Hebraïca integra in Latinum fidelissimè convertisse. »

Petrus Dan. Huetius libr. de Claris Interpr. §. 15. » Sanctes Pagninus Ebraïcam quidem veritatem ubique ad verbum retinens, majoremque ejus quàm Latinitatis rationem habens, perfectæ propemodùm & absolutæ sanctorum voluminum interpretationis exemplum dedit. Attamen quidam in eo nimiam diligentiam, ambitionem ac curam; tum morosam minutiarum affectationem, inconcinnitatem etiam & obscuritatem culparunt; reclamantibus licèt Rabbinorum peritissimis, quibus summoperè ea probatur ac reliquis anteponitur. «

Pagnini versio obscura est & barbara, & quidem referta solœcismis... textualem sensum quandoque murat... his animadversionibus & aliis quæ facilè fieri possunt, abstrahor à sententiâ viri doctissimi, qui illam ut perfectæ propemodùm & absolutæ sacrorum voluminum interpretationis exemplum dedit. *Rich. Simon lib.* 2. *cap.* 20. *Hist. criticæ Veteris Testamenti. Idem cap.* 22. *Disq. critic. de variis Bibl. editionib. pag.* 183. *hæc addit :* » In multis à Pagnino erratum fuisse manifestum est; primò enim profitetur se à Latino Interprete nunquam discessurum nisi in locis ubi necesse fuerit; tamen sæpiùs hunc deserit absque ulla prorsus ratione, ut Kimhium aliosque recentiores Judæorum Magistros sequatur. . Sensum etiam contextus Hebræi non assequitur &c. »

Aliæ editiones versionis Pagnini 1541. *bis*, 1557. 1568. 1618. V. *Biblia Hebræa ab Aria Montano recognita* 1572. 1579. 1584. 1586. 1591. 1609. 1613. 1657. *bis.* V. *Biblia Latina Vulgata* 1609. 1616. 1721. V. *Biblia Genevensia* 1560. 1568. 1575.

Biblia Hebræa & Latina ex versione Sebastiani Munsteri cum annotar. &c. 2. vol. in fol. Basileæ, Isingrin 1534-35. *Aliæ editiones* 1539. 1546. *Ejus methodum exposui cùm de hac editione inter Biblia Hebr. mentionem facerem.*

Sebastianus Munsterus, qui Vetus Testamentum ex Hebræo Latinum fecit, «

» interpretationis suæ rationem (*inquit Richard. Simon Disquisit. critic. de variis Bibl. edit. cap. 23. p. 187.*) apertè declarat statim ab exordio sui operis, ubi testatur se » non alios versionis suæ duces sequutum » esse quàm Rabbinos, relictis vetustis In- » terpretibus; ita ut si quando in errorem » inciderit, Judæorum magistri, qui illi » præierunt, accusandi sint... Nemo re- » centiorum Interpretum in primis Prote- » stantium contextûs Hebræi verba & sen- » sum meliùs videtur expressisse quàm Seb. » Munsterus, qui in hoc tantùm reprehen- » sione dignus est, quòd posthabitis vetustis » Scripturæ sacræ Interpretibus, recentio- » res Judæos Magistros nimis anxiè sequa- » tur. In Latino quoque sermone si nomina » quædam propria excipiantur, non ita » horridus & senticulosus est, uti Sixto Se- » nensi & aliis nonnullis visum est. De illo » omnium optimè sensisse videtur Huëtius » qui eum hisce ornat laudibus: *Tract. de Claris Interpr. lib. 2. §. 14.*

» Sebastianus Munsterus Bibliorum In- » terpres sanè doctus, (*inquit in hoc Tractatu D. Huëtius*) in Ebraïca semper stylum » collineans, ad eaque nunquam non se » componens; nec ideo tamen Latini co- » loris negligens, in ejus quamvis linguæ » elegantiis parùm se torserit. Quòd si quan- » do obscuris explanandis, unam alteram- » ve dictionem è proprio penu adjecit, cer- » tis illam notis homo religiosus insignivit: » quò adulterinis Lector germana secerne- » ret. »

Bibliorum ex Hebræo versionem Latinam Joanni Oecolampadio tribuunt an. 1535. excusam Leon. Marius sect. 7. proœmii in sacram Scripturam, quæst. 6. pag. 67. & ante eum Nicolaus Serrarius Proleg. qui cùm recensuisset Munsteri versionem, subdit: » secunda est Oecolampadii anno 1538. *quæ verò si de universo Canone Hebræo accipienda sunt, uterque sanè longè aberrat, si quidem solos Prophetas & Librum Job ex Hebræo Latinè reddidit.*

Biblia sacra utriusque Testamenti, & Vetus quidem post omnes omnium hactenus editiones operâ Sebastiani Munsteri evulgatum, & ad Hebraïcam veritatem quoad fieri potuit redditum, collatis ubique vetustissimis & probatissimis ejus linguæ scriptoribus. Novum verò non solùm ad Græcam veritatem, verùm etiam ad multorum utriusque linguæ & interpretum & codicum fidem, operâ D. Erasmi Roterodami ultimo recognitum & editum. Additi sunt è 70. Interpretum versione libri Ecclesiastici qui habentur extra Canonem Hebræum, *cum expositione Henrici Bullingeri de omnibus Sacræ Scripturæ libris & altera præfatione.* In 4°. Tiguri, Froschoueri 1539.

Ex altera præfatione. » Superiore seculo » in libris Novi Testamenti vertendis, il- » lustrandisque post Vallam & Stapulensem » Desiderius Erasmus felicissimè laboravit. » In Vetere fidelem operam navarunt viri » aliquot illustres, inter quos primum lo- » cum obtinet Sebastianus Munsterus, qui » Veteris Testamenti versionem Latinam » ad veritatem Hebraïcam, excussis etiam » aliis Interpretibus & Hebræorum com- » mentatoribus codicibusque emendatis, » fide optimâ, diligentiâ summâ, & sudo- » ribus inæstimabilibus, elaboratam nobis » dedit. Quam tametsi absque annotatio- » nibus suis vulgari prohibuerit, aliud ta- » men videbatur plurimorum postulare uti- » litas. Vulgata est ergo sine annotationi- » bus & textu Hebraïco, ut Biblia pura & » ad veritatem Hebraïcam etiam ad ver- » bum quoad fieri potuit translata haberent, » qui hactenus questi sunt Vulgara Biblia » non ubique simplicitatem referre Hebraï- » cam &c. »

Biblia juxta germanam Hebraïci idiomatis proprietatem, nunc primùm adjectis in singula capita perbrevibus argumentis atque locorum Scripturarum concordantiis, summâ fide & non æstimandis laboribus impensisque excusa, interprete Xante Pagnino cum ejus præfatione. Præfixa est epistola Typographi Hermanno Archiepiscopo Coloniensi dicata, in fol. Coloniæ, ex officina Melchioris Novesiani 1541.

Biblia sacra ex Santis Pagnini tralatione, sed ad Hebraïcæ linguæ amussim novissimè ita recognita & scholiis illustrata, ut planè nova editio videri possit, *cum præfatione & quibusdam scholiis marginalibus Michaëlis Villanovani, hoc est Serveti,* in fol. Lugduni, impensis Hugonis à Porta, excudebat Caspar Treschel 1542.

Ex præfatione. » In ipsa Pagnini nostri » versione non parùm est nobis post omnia » ejus annotamenta desudatum: annota- » menta, inquam, quæ ille nobis quàm » plurima reliquit. Nec solùm annotamen- » ta, sed & exemplar ipsum locis innume- » ris propriâ manu castigatum. Ex quibus » omnibus affirmare ausim, & integras » magis nunc esse sententias, & Hebraïcæ » veritati propinquiores. Ecclesiæ tantùm » & Hebraïcè peritorum sit de hac re ju- » dicium. »

Villanovani nomine notum esse Michaëlem Servetum affirmat Sandius in Bibliotheca Antitrinitariorum, eundemque hujus editionis Pagninianæ authorem esse Calvinus confirmat his verbis. » Lugduni quum » Sacris Bibliis corrigendis opera ejus (*Serveti*) conducta foret, postquam Ty- » pographum

» pographum quingentis libris Francicis emunxit, ne furatum esse quis diceret quod mercedis nomine sumpserat, singulas paginas partim multis futilibus nugis, partim impiis deliriis inquinavit. Quia singulis excutiendis tempus non dabatur: in primis objectum est caput Jesaiæ 53. cujus perspicuitas &c. *Ita Joannes Calvinus pag. 60. defensionis orthodoxæ fidei adversus Serveti errores edit. an.* 1554. *in* 8°. *Inde colligitur non Pagnini, sed sua annotamenta Villanovanum quibusdam in locis Veteris Testamenti ad marginem adjecisse.*

Biblia è sacra Hebræorum lingua Græcorumque fontibus, consultis simul orthodoxis Interpretibus, religiosissimè translata in sermonem Latinum per Theologos Tigurinos, *unde versio Tigurina dicta, scilicet Vetus Testamentum ex Hebræo per Leonem Judæ exceptis octo postremis capitibus Ezechielis, Daniele, Jobo, Psalmis, 48. ultimis, Ecclesiaste, Cantico Canticorum, quos convertit Theodorus Bibliander: Libri Ecclesiastici ex Græco per Petrum Cholinum; & Novum Testamentum ex versione Desid. Erasmi recognita ab eodem Cholino & Rodolpho Gualthero. Annotationes & variæ lectiones passim per tota Biblia marginibus adjiciuntur. Omnia hæc recognita sunt à Conrado Pellicano cum ejus præfatione*, in fol. Tiguri, excudebat Christophorus Froschoverus 1543.

Aliæ editiones hujus versionis 1544. 1545. 1550. 1564. 1584. 1616.

Ex præfatione, de operis hujus instituto ac ratione. » Leo Judæ inter Tigurinæ Ecclesiæ Pastores & Ministros non postremus.. primus inter nos Latinam versionem Bibliorum moliri cœpit... Intransferendo autem usus est Hebraïco exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosè secutus est... consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis, neque ex variis Latinorum editionibus lectionis veritatem putavit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter; neque neglexit, quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderunt orthodoxi Ecclesiæ Interpretes. Adjutus est autem operâ & diligentiâ clariss. virorum... His inquam omnibus adjutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem sincerè ad veritatem Hebraïcam formavit atque composuit... Porro in vertendo non fuit superstitiosus... Curavit ubique ut oratio sive versio esset simplex, & quantùm potuit Latina, exceptis verbis aliquot & idiomatis, quæ receptiora & notiora sunt quàm ut mutari conveniat... Priusquam illum *laborem* ad optatum finem perduxisset, in gravissimum morbum incidit... Postremò ad Theodorum Bibliandrum conversus, te, ait, oro atque obtestor, ut ea tu in nostra Bibliorum versione absolvas, quæ morbo hoc meo interceptus transferre absolvereque non potui. Octo videlicet postrema capita Ezechielis, à quadragesimo nimirùm capite, Danielem totum, librum Job integrum, Psalmos sive Hymnos 48. ultimos à 102. scilicet Psalmo, libellos etiam Salomonis duos, Ecclesiasten & Cantica Canticorum... suam Bibliander hac in re operam sanctè promisit... Inter hæc Conr. Pellicanus suâ sponte morienti omnem pollicetur operam. Cui ille mandabat ea fideliter revideret quæ propter morbum nondum ipse recognoverat, curaretque omnia è prælo quàm castigatissima prodirent in lucem. *Post Leonis obitum* Bibliander ea quæ promiserat, fide præstitit, quemadmodum ipsi libri quos vertit abundè testabuntur... Annotationes quas sparsim vides adjectas in margine, non tam diversitatem lectionis versionisque indicant quàm sensum aperiunt authorum... Hactenus verò librorum Ecclesiasticorum ideo nullam mentionem fecimus, quod ii peculiarem habeant appositam ab authore suo præfationem... hoc adjicimus, authorem ejus operis Petrum Cholinum eo ipso die concessisse fato, lue extinctum pestiferâ, quo ipsum opus suum typis descriptum est ac absolutum... «

Potissimam verò in hac *editione* operam præstitêre Petrus Cholinus & Rodolphus Gualtherus, qui maximam hujus laboris partem sustinuit. Nam argumenta Novi Testamenti & ea quoque quæ à 14. capite Actuum Apostolorum elaborata & annotata sunt ad finem usque operis solus fere confecit: reliqua cum illo ac aliis communia habet. Complures enim fratres suam operam huic operi Biblico fidelem collocarunt. « *Hactenus hæc præfatio.*

» Versio hæc (*juxta Matth. Polum in Præf. Synopseos Crit. sacr.*) summâ eruditione & magno judicio confecta, Hebraïci textus licèt verba non semper exprimat, at sensum in plerisque ac maximè in difficillimis locis ingeniosè simul & fideliter reddit. Porro proprietate & puritate sermonis, perspicuitate atque elegantiâ styli, reliquisque bonæ traductionis virtutibus, vel cum primis contendere potest. « *Ita ille.*

Cornelius à Lapide cap. 3. pag. 22. Proleg. in Ecclesiasticum. » Versio hæc liberior est, nec verbum verbo, sed sensum sententiæ quem auctor sibi in mente statuit, reddit; ita ut sæpe textus autographi non «

tam versio quàm commentarius & explicatio. »

Rich. Simon in Disq. crit. de var. Bibl. edit. pag. 189. » Minùs quidem propriè voces Hebraïcas reddidit Leo Judæ quàm Munsterus, sed editionem suam Latinis auribus accommodavit, quòd à Munstero præstitum non est. Si qua in re reprehendi meretur Leo Judæ, in boc maximè quòd ne ob brevitatem obscurus fieret, Parapbrasten interdum potiùs quàm Interpretem se ostendit. »

Biblia Lat. Tigurina cum notis, in 4°. Ibid. iisdem typis 1544. Eadem absque notis, in 8°. Ibid. 1544.

Biblia eadem cum editione Vulgata & notis Vatabli, in 8°. Parisiis, Rob. Stepbani 1545.

» Versio quæ nomine Vatabli circumfertur (*scribit Jac. Tirinus in Indice auctorum citatorum in Comment. sui ad Biblia*) & à veritate Hebraïca longissimè aberrât; non est hujus qui nullam versionem ex Hebræo confecit, sed est Leonis Judæ... Notationes quoque quæ versioni conjunguntur, ut nunc exstant, non sunt Vatabli, sed Hæretici cujusdam, fraude Rob. Stephani suppositæ Vatablo. «

» Quæ Vatabli nomine vulgata est translatio (*inquit Hottingerus Bibliothecarii lib. 1. cab. 4. p.* 167.) Tigurinæ per omnia non respondet, quòd observatum hactenus non satis esse miror, Vatabli certè editio mixta pro Tigurina habenda non est. «

» Id de qua varietate sit accipiendum, nescio, *scribit Kortholtus pag. 265. tract. de variis script. editionibus.* Hæc autem editio citari solet sub nomine Vatabli, non ratione translationis, sic enim Vatablus eam non agnovit, sed respectu annotationum quæ ex publicis ejus prælectionibus à Bertino excerptæ sunt, ut refert ipse Stephanus in præfat. Bibliorum Latinorum anni 1557. »

Arnoldus Bootius in Indice auctorum in Animadv. sacris ad Vet. Test. citatorum hæc ait: » Versionem Tigurinorum Robertus Stepbanus anno 1345. junctim cum versione Vulgata per columnas edidit in 8°. appositis passim ad locos quosque difficiliores scboliis locupletissimis & doctissimis; quæ scholia cùm ipsius solius opus essent in solidum, omnem tamen eorum bonorem vir modestissimus in præfatione alteri transcripsit, Francisco Vatablo, ac si ex ejus prælectionibus sublectum esset quidquid in iis boni continebatur. Id quod etiam antea fecerat, quando ista scholia ad textum Vulgatæ accommodata & cum ea sola impressa vulgaverat, è qua editione vidimus Pentateuchum in 4°. (*anno 1543. excusum*) ex cujus præfatione satis apparet non Vatablum, sed Stephanum esse authorem istorum scholiorum, quæ in Bibliis Vatabli (ita dictis, quia in præfatione Stepbanus Vatablo scbolia sua fert accepta) comparent. Prima est illa in 8°. anni 1545. nibil babens præter versionem Vulgatam ac Tigurinam cum scboliis Stephani marginalibus. Postea Biblia Tetrapla (babentia textum Hebraïcum, versiooem Græcam ex editione Complutensi, Latinam Vulgatam, & Latinam alteram, non jam illam Tigurinam, sed planè novam) prodierunt duobus voluminibus (adjuncto etiam tertio Novum Testamentum continente) in magno quarto cum iisdem illis prioris editionis annotationibus, sed bic illic immutatis, & Hebraïcas allegationes, quæ nullæ in priori, habentibus. «

Illam haud dubiè editionem Bootius non viderat, si de ea quam anno 1557. typis suis Stephanus vulgavit, aut de altera, quam Salmanticenses Theologi anno 1584. edendam curarunt, faciat mentionem: alia enim nulla est ante annum 1585. Utraque autem editio neque textum Hebraicum, neque Græcam versionem habet, solùm duntaxat versionem Vulgatam complectitur cum Latina Pagnini (editio anni 1557.) cum Tigurina (editio anni 1584.) denuo recognita, & annotationibus quales hic Bootius describit. Prima non in 4°. majori, sed in folio sat magno 3. tomis, & secunda 2. vol. in folio minori emissa est in lucem.

Eadem edirio (*pergit ibidem Bootius*) cum auctioribus etiamnum scholiis anno 1586. ex officina Santandreana prodiit 3. vol in fol. (*Hæc textum Hebræum & Græcum continet, versionemque Pagninianam, scholia verò sunt eadem nec fusiora quàm quæ in editione anni 1557. publicata sunt*)... Neutri harum editionum ulla præfatio additur aut quisquam in toto opere comparet, unde constat à quo hæc editio adornata aut nova ista versio profecta sit. (*Id quidem verum est de editione Santandreana, non autem de Stephanica.*) Nam quòd in titulo scholia Vatablo rursus attribuuntur, nihil est. Tantùm enim abest Vatablus secundis aut tertiis curis hisce scboliis manum adhibuerit, (*jam ab anno 1547. obierat*) ut ne prima quidem ab eo profecta sint, eaque sibi attribui indignè admodum tulerit, publicèque nihil illa ad se pertinere professus sit, cùm multa religionem Reformatam sapientia in iis sparsa sint, à quâ fuit alienissimus. Mihi dubium non est quin Robertus Stephanus proprius isturum scholiorum, & fortassis etiam novæ versionis auctor fuerit, æquè ac præcedentium. «

(*Nullum ibi fuisset Bootio dubium, si legisset unquam præfixam editioni anni 1557. præfationem, quæ hanc translationem Pagnino tribuit.*) *Addit tandem:* novâ istâ versione nos nuspiam usi sumus, quippè qui ex tribus istis editionibus illam anni 1545. ad manum habuimus, reliquas duntaxat vidimus, atque obiter inspeximus. *Obiter sane, cum in illis recensendis misceat omnia atque confundat. Eadem ex Bootio ad verbum expressit, sed ad novam examen non revocavit Waltonus, Prolegom. 4. num. 6.*

Ex his quæ in præfatione horum Bibliorum & ex collatione novæ illius versionis cum Tigurina, quæ eadem est, liquet, quàm immeritò dixerit Scævola Sammarthanus lib. 1. Elogior. » Vatablus factis Bibliis ex Hebraïca fide longè castiùs quàm anteà conversis nomen æternitati consecravit suum. *Nec meliori jure hanc translationem ipsi Rob. Stephano tribuit Theodorus Jansonius ab Almeloveen pag. 14. Dissert. de vitis Stephanorum in qua legitur:* » Ipse Stephanus, ut erat literarum Hebraïcarum etiam gnarissimus, novam versionem confecit, & cum aliis mss. contulit. «

» Hanc Leonis Judæ interpretationem (*ut scribit Rich. Simon sub finem cap. 20. Disq. crit pag. 186.*) Rob Stephanus cœteris omnibus atque inprimis versioni Santis Pagnini antepofuit, quia illa minùs obscura erat, sermoque Latinus in ea purior. Idem tamen Stephanus in alia editione quam publicavit anno 1557. Pagnini translationem (*sc. in Veteri Testam.*) præ aliis omnibus selegit; sed quæ priori jam edita castigatior esset, & ab ipsomet Pagnino, si Rob. Stephano credimus, correcta. Neque igitur Vatablus, neque Robertus Stephanus ullius Bibliorum versionis auctores sunt; uterque tamen de literis Hebraïcis benè meritus. » *Hæc ille.*

Idem ibidem cap. 23. pag. 189. » Hanc Leonis Judæ versionem severè castigavit Genebrardus (*in præfatione Operum Origenis*); qua in re Theologis Parisiensibus ipse ejusdem Facultatis Theologus placere visus est. Sed longè miriùs à Theologis Hispaniæ exceptus Rob. Stephanus, qui editionem Bibliorum (*anni 1545.*) Theologis Parisiensibus improbatam, de auctore versionis Latinè ex Hebræo minimè solliciti, simul cum notis paucissimis in ea immutatis Salmanticæ (*anno 1584.*) publicarunt, eamque dignam judicarunt quæ à viris Scripturæ sacræ studiosis legeretur. »

Biblia Lat. Munsteri cum textu Hebr. & ejus annotationibus, 2. vol. in folio. Basileæ 1546.

Biblia Lat. Tigurina, 4°. Tiguri, Froschoveri 1550.

Biblia Veteris Testamenti ex Hebræo & Novi ex Græco, Interprete Sebastiano Castalione, una cum ejusdem annotationibus, *omnia charactere cursivo*, in folio. Basileæ, sumptibus Joannis Oporini 1551.

Aliæ editiones hujus versionis 1554. 1556. 1573. 1697. 1699.

Bibliorum interpretationem Genevæ aggressus est 1542. perfecit anno 1550. id est circiter novem annis. Illud patet ex responsione sua ad Theod. Bezam quam absolvit anno 1558. in cujus ferè initio hæc ait: Ego ante annos circiter sexdecim cùm viderem &c. transtuli sacra Biblia in Latinum sermonem &c. «

Ex Epistola Eduardo VI. Angliæ Regi nuncupata. Ego operam dedi ut fidelis & Latina & perspicua esset hæc translatio quoad ejus fieri posset, ne quem deinceps orationis obscuritas aut horriditas, aut etiam interpretationis infidelitas ab horum librorum lectione revocaret; sed perspicuitatis & fidelitatis potissimùm rationem duximus. «

Ex admonitione ad Lectorem. » Novum fœdus de Græco transtulimus; Vetus de Hebræo, exceptis libris *Græcis*, quos, cum in Hebræo non extent, de Græco transtulimus. Sunt & in Daniele capita sex & in primo Esdræ quatuor, quæ nos, quoniam Syriacum sermonem non dicimus, ex aliorum translationibus sumus interpretati. Quartum Esdræ ex Latino in Latinum transtulimus, quoniam in alio sermone non invenimus. Quòd si quid in Græca aut Latina vetere translatione libri alicujus, qui Hebraïcè extaret, reperimus quod in Hebræo non esset, id inseruimus... Atque idem fecimus in libris de Græco translatis, si quid in Latino ampliùs invenimus... (*quædam ab Esdra temporibus usque ad Maccabæos &c. ex Josepho auctor supplevit.*) Cœterùm ut sciatis quatenus meæ translationi fidendum sit aut diffidendum: sciendum est, in his libris multam esse difficultatem partim in verbis, partim in re, partim in utroque. «

Famosissima est hæc translatio, in quam insurrexerunt tam Catholici quam Protestantes. Thuanus lib. 34. Hist. ad annum 1563. editionis tertiæ Parisiensis anni 1609. » Castalio cùm puriorem linguarum cognitionem ad Theologicam scientiam adjunxisse se putaret, impuriissimas manus multorum judicio ad sacra tractanda attulit, eum à rebus ad tantum opus necessariis homo imparatissimus novam Bibliorum interpretationem insolenti temeritate molitus est. «

Sixtus Senensis lib. 8. Bibl. sanctæ de translat. S. script. » Castalio, quem nescio an paraphrasten potiùs quàm interpretem appellem, ita est delicatus & mollis, ut nihil quod Hebraïsmum redoleat olfacere patiatur, nec ferè se Latinè loqui putet nisi quam effœminatissimè loquatur, *cujus rei multa hic Sixtus profert testimonia.*

Genebrardus in præfatione operum Origenis. » Castalionis versio est affectata, plus habens pompæ, & phalerarum quam rei & firmitatis... tot verbis vix adbuc explico hominis vanitatem, qui Dei sacramenta sermone, non modo animo, se posse complecti putavit. »

» *Sebastianus Castalio* cùm Musas in omni disciplinarum genere Latinè loquentes videret, tentare voluit num & sacræ literæ, negligentiore hactenus & horridiore quodam stylo contentæ, his quoque munditiis exornari possint & expoliri. Hoc itaque animo novam Bibliorum tralationem exorsus omnes utriusque fœderis libros raro & admirabili nec ullisum in his literis usitato puritatis & elegantiæ nitore expressos intra decennium adornavit & publicavit. Magnam procul dubio ab eruditis omnibus & piis gratiam inirurus, nisi sacrosanctam rerum divinarum majestatem visus esset aliquot in locis præ nimio latinitatis & facundiæ studio violasse. » *Scævola Sammarthanus lib. 2. Elogior. pag. 116.*

» Quid de intemperantissima Sebast. Castalionis conversione statuendum est, (*inquit Casaubonus in Dialogo Dan. Huetii de Claris interpretibus num. 18. pag. 117.*) » quæ tes purissimas fastidiosâ venustate oblimavit, & omnem divini verbi vim nimiâ curaturâ elisit, & verba à Patribus & toto Christianorum cœtu recepta & usurpata ineptissimè repudiavit; homo cæteroquin simplex & ab omni fastu alienus, ut de eo verè scripsit Sammarthanus, & eximiam in operis sui præfatione ingenuitatem & candorem præ se ferens, propterea que à nobis sine contumelia dimittendus. »

Rich. Simon in Disquisit. crit. cap. 23. p. » 190. Non diffiteor quidem illum, quia in Latino sermone delicatiorem molliorem que se præbuit, contextus sui verba in plerisque sat accuratè non expressisse; sed id non ex ignorantia fecit, verùm ex prava imitandæ Ciceronianæ & Catullianæ dictionis affectatione. »

Quantò vehementius adhuc illum adorti sunt Theologi Genevenses, & præprimis Theod. Beza, norunt qui legerunt ejus ad defensiones & reprehensiones Seb. Castalionis responsionem, in qua translationem hanc ta- A *lem esse pronuntiat, quæ unà potius litura quàm correctionibus indigeat.* » Profano (*inquit etiam Hottingerus in Bibliothecario p.* 167.) terminorum selectu auribus magis, quam cordi consulere visus est. «

Castalio ipse suam defensionem suscepit & vulgavit. Præfatio hujus operis sic habet: Nostram Bibliorum tum Latinam, tum Gallicam translationem quidam non solùm ut indoctam, sed etiam ut impiam, & multis in locis à divini Spiritus sententia prorsus discrepantem explodunt. Ho- B rum reprehensione cùm viderem & meum nomen lacerari, & passim pios homines offendi... visum est mihi, hac responsione, his malis occurrere &c. «

Quidam etiam ex Protestantibus non tam acerbum, imò benignum tulerunt de eà versione judicium. Simlerus in Epitome Bibliothecæ Gesneri hæc ait: » Castalio vertit tota Biblia, ita diligenter ac summa fide... ut omnes omnium versiones adhuc editas longo post se intervallo reliquisse videatur. *Frid. Furius Coriolanus in Bononia p.* C 316. Quid de Castalionis translatione dicam? annon hic omnes Interpretes, quicumque libros sanctos in Latinum converterunt, ita vicit, ut soli ipsi primæ meritò deferri debeant. « *Buxtorfius in præfat. Lexici Hebr.* » Anno 1534. in Germania Seb. Munsterus, & paulò post, Sebast. Castalio similiter, summâ fide & diligentiâ Biblia Hebræa Latinè interpretati sunt. « *Laur. Humfredus Anglus lib. 1. pag. 61. de ratione convertendi authores.* Nec suâ laude fraudandus est Seb. Cas- D talio, vir in linguis doctissimus, qui omnes opes Latinæ linguæ ad Dei verbum omni instrumento oratorio exornandum deprompsit. Si quid erravit, errarunt & alii. *Idem ibidem pag. 189.* Castalio multos annos domi suam versionem, ut audio, suppressit, trutinavit, expendit, limavit, Hebraïcas phrases cum Latinis diligentissimè & Græcismo item cum probatissimis authoribus Linguæ Romanæ conjungendo, ut quàm appositissimè idiotismum redderet, & Hebraïsmos expli- E caret. «

In excusando Castalione operosus est Simon Episcopius, Instit. Theolog. lib. 4. sect. 1. cap. 21. » In verbis, inquit, istis *prophanis* error non est, nec latinitatis puræ studium convitio mactari meretur. Nemo ideò errasse dicendus est, quisquis erraverit, quòd Latinè & eleganter studuerit sacros libros traducere. « *Matthæus Polus in præfat. Synops. crit. sacr. ait.* Castalionem in sua versione de textu Hebraïco ad verbum reddendo non admodum laborare: at sensum plurimis in locis, perspicuè, purè, eleganter & fideliter exprimere & «

» magnas non rarò difficultates versione suâ » feliciter absolvere. »

» Castalio perspicacissimus plerumque » Interpres, elegantiæ & Latinitatis mag- » nam ubique curam habet, sæpè nimiam. *Bootius in indice auctorum, quos citat in Animadv. sacris?*

» Sed & Castellionis versionem, doctam » sanè elegantem & multa in paucis com- » plectentem (quam etiam in annotationi- » bus suis crebrò citat noster Hammondus, » & alius præfert) haud raro mihi usui & » auxilio fuisse non inficior. » *Jacobus Duport in Præfatione ad metaphrasin Psalmorum.*

» Castellio magis Paraphrastæ docti » quàm Interpretis religiosi munus præsti- » tisse videtur, nec propterea tamen, ut » nonnulli faciunt, conviciis exagitandus, » cùm etiamsi verba non adnumeret, sen- » sum tamen ut plurimùm fidelissimè red- » dat, ut ab iis qui Latine tantum sciunt » intelligi possit. » *Martinus Ruarus Cent.* 1. *Epistol. p.* 97.

Biblia Latina Castalionis unà cum ejusdem annotationibus, *charactere rotundo.* Totum opus recognovit ipse *Castalio* & adjecit ex Flavio Josepho historiæ supplementum &c. fol. Basileæ, per Jo. Oporinum 1554. 1556. *Varia & duplex est editio.*

Biblia Latina Pagnini *ab ipso Pagnino ex ejus msc. & à Rob. Stephano recognita*, una cum Vulgata & annotationibus Vatabli, 2. vol. fol. Ex officina Rob. Stephani 1557.

Ex præfatione. » In interiori autem » parte interpretationem Sanctis Pagnini » (quam potissimùm ut maximè fidam, » omnes uno ore laudant) crassioribus lite- » ris excusam damus; sed hanc quidem » certè multis partibus eâ, quam in aliis » editionibus habes, meliorem. Nacti enim » sumus duo ex prima illius editione exem- » plaria, in quibus non solùm typographica » errata non pauca nec levia, manu pro- » pria ipse author correxerat, sed multos » etiam locos diligentiùs & accuratiùs quàm » anteà examinatos recognoverat. Vene- » runt etiam in manus nostras ejusdem » Sanctis in Vetus Testamentum annotatio- » nes, ex quibus itidem omnia, quæ ad » ejus interpretationis recognitionem per- » tinebant, sedulò excerpsimus. Ejus præ- » tereà linguæ Hebraïcæ thesaurum non si- » ne magno fructu consilium ferè semper » adhibuimus. «

Biblia Latina ex singulari cum aliorum doctissimorum Interpretum, tum verò in primis Sanctis Pagnini & Francisci Vatabli (*hoc est Tigurinæ versionis*) operâ ex Hebraïcis Græcisque fontibus *conflata à Thoma Guarino*; (*referente Joan. Pineda cap.* 13. §. 2. *Præf. Comment. in Ecclesiasten.*) in folio. Basileæ, Th. Courteau pro Guarino 1564.

Biblia Latina Tigurina, in 4°. Tiguri, Froschoveri 1564.

Biblia Latina Pagnini cum versione Gallica Genevensi, fol. Genevæ, Jacobi Bourgeois 1568.

Ex præfatione: Totum opus ita à nobis concinnatum est, ut Pagnini editione in margine, bonâ fide, collocata, nostram interpretationem è verbo expressam alio charactere sc. Italico, in ejus locum substituerimus, ut hac scilicet characterum diversitate & notulis in margine adhibitis quid à nobis aut relictum sit aut mutatum percipi possit. «

Biblia Latina Pagnini ab Aria Montano recognita. V. *Biblia Polyglotta Antverpiensia* 1572.

Aliæ editiones hujus versionis à Bened. Aria Montano recognitæ 1581. 1584. 1591. 1609. 1613. 1657. *bis* 1707.

Ex ejusdem Præfatione Tomo V. præmissa: Quisquis igitur Latini sermonis elegantiam à nobis scrupulosè requiret, sciat « is id nostrum institutum non esse ut ver- « bis studeamus; sed nobis hoc tantum « propositum esse, ut in vertendis S. Scrip- « turæ libris, veritati imprimis, mox etiam « sacr. literarum studiosis quantum possu- « mus operâ nostrâ consulamus. «

» Hæc versio excusa est in Bibliis Re- « giis operâ B. Ariæ Montani alicubi mu- « tata, & ad verbum juxta Hebraïci tex- « tûs proprietatem reddita Quod ejus stu- « dium omnibus non probatur, dum Pa- « gnini versionem temerè loco movit, & ver- « ba barbara & inusitata, quæ Latinæ au- « res non ferunt, pro Pagnini bonis sub- « stituit. Hoc tamen pro Aria dici potest, « quòd hoc modo tyronibus linguæ Hebr. « consuluit, nec Pagnini verba prorsus sus- « tulit, sed tantum ad marginem transtulit. « *Hæc Waltonus proleg.* 5. *num.* 5.

Petrus Dan. Huetius de Claris Interpr. num. 15. *pag.* 114. *sic loquitur:* » Quò magis « etiam Ariæ Montani apud nonnullos « offendit emendatio, ut quæ Pagnini ru « dem interpretationem neque valdè cul « tam, novâ etiam barbariei & squalloris « accessione contaminârit: sed unicâ fidissi- « mi Interpretis & Ebraïcæ linguæ tyroni- « bus perutilis laude contentus, imperito. « rum spernit convitia. «

» Novæ Bibliorum versionis auctor non « fuit Arias Montanus, cui satis fuit Pa- « gnini translationem aliquot in locis casti- « gare. Sed quia nudas Grammaticæ He- « braïcæ præceptiones sæpiùs respexit, vix « rebus ipsis attentus, Pagnini barbariem «

» ex prava affectatione superavit. In eo to- » tus occupatur ut voces Hebraïcas ad ver- » bum exprimat, sensum illarum pro loco- » rum ratione minimè curans. » *Rich. Simon in Disquis. critic. de variis Bibl. editionibus cap. 22. p. 183.*

A

Biblia Latina ex postrema Sebast. Castalionis recognitione cum annotationibus ejusdem &c. Index præterea novus adjectus est, & is quidem locupletissimus, in folio. Basileæ, Pernæ 1573.

Hæc editio præstat prioribus ob indicem, qui in illis desideratur, qui quidem in ultimis quoque editionibus ann. 1697. 1699. adjectus est.

B

Bibliorum codex sacer & authenticus Testamenti utriusque V. & N. ex Hebræa & Græca veritate quàm proximè ad literam quidem fieri potuit, fidelissimè translatus in linguam Latinam (*versio est Sanctis Pagnini*). in 4°. Tiguri 1579.

Bibliorum pars I. id est quinque libri Moschis Larini recens ex Hebræo facti, brevibusque scholiis illustrati ab Immanuële Tremellio & Francisco Junio, in fol. Francofurti ad Mœnum ex officina Andreæ Wecheli 1575. Pars II. id est libri bistorici &c. fol. Ibidem 1576. Pars III. i. e. Libri Poëtici &c. in fol. ibidem 1579. Pars IV. id est Libri Prophetici &c. in fol. Ibidem 1579. Libri Apocryphi sive Appendix Testamenti Veteris ad Canonem priscæ Ecclesiæ adjecta, Latinaque recens è Græco sermone facta, & notis brevibus illustrata per Franciscum Junium, in folio. Ibidem 1579. *In hac prima editione deest Novum Testamentum. Hæc concinnata fuit ab anno 1571. ad annum 1579. auctoritate & jussu Friderici Electoris Palatini.*

C

D

Aliæ editiones hujus versionis 1581. 1585. 1590. 1596. 1602. 1603. 1605. 1607. 1611. 1617. 1618. 1624. 1627. 1630. 1632. 1633. 1648. 1651. 1673. 1680. 1703.

Ex monito ad Lectorem. » Multa sunt quæ » de hoc opere dici possunt; sed quia hic » brevitati ut in toto opere studendum e- » xistimaverimus, quatuor in universum » hoc quidem loco monebimus. Primum » est de translationis genere: vocum pro- » prietati & ordini prout in Hebræo con- » textu habentur, quoad fieri potuit, hæsimus... Secundum, Hebraïsmos, si quos » propter emphasim servare necessarium vi- » sum est, servavimus; quos sine damno » Latinitatis de verbo ad verbum redde- » re licuit, expressimus; qui verò duriores » futuri fuissent, in contextu Latinè red- » ditos margini apposuimus. Tertium no- » mina propria ex Hebræorum forma scripsimus... Quartum in tota translatione » operam dedimus, ut textus planus esset &c. »

E

Anno 1573. (*inquit Junius in vita sua*) « ex auctoritate Friderici Electoris Heidelbergam migravi cum D. Emanuële Tremellio versurus Testamentum Vetus. » *Et in catalogo operum suorum:* » Anno 1573. « translationem Veteris Testamenti *concinnavi* cum D. Emmanuële Tremellio. An. « 1579. Apocryphos libros transtuli & in- « struxi notis. An. 1590. Bibliorum Editio « secunda (*i. e. denuo recognita.*)

Sandius pag. 88. Bibliothecæ Antitrinit. ait Joannem Erasmi scholæ Antverpianæ « Rectorem, deinde Socinianum Claudiopolitanum Pastorem versionem Bibliorum Junii & Tremellii qnoad Prophetas « correxisse. »

Ex vita Imman. Tremell. apud Melch. Adamum. Tremellius » novam veteris fœderis ad Hebraïcæ veritatis fontes exa- « minatam translationem molitus est, socio « tanti laboris adscito Francisco Junio Bi- « turige, qui post Tremellii obitum eandem « editionem in opere alieno plus justo ingeniosus recensuit, & additis multis auctio- « rem potiùs quàm meliorem judicio quo- « rumdam reddidit. » (*Jo. Lætus compend. hist. universalis period. German. cap. 35. sect. 2. art. 2.*)

Hæc versio non est tam metaphrasis ac- « curata, quàm, uti rectè censuerunt Angli, paraphrasis per quam, rejectâ ad « marginem verborum proprietate ipsorum translatorum sententia super ea textui sacro tanquam genuina Spiritûs sancti « sententia inseritur, & annotationibus il- » lustratur, quæ sententiæ isti non nisi ma- « gno textûs sacri præjudicio superstruun- « tur. » *Episcopius lib. 4. Inst. Theol. cap. 1. sect. 1.*

» Hæc translatio est omnino infida, in- « duit enim antitheses & metatheses verbo- « rum, quæ omnino non sunt in Hebræo; « ita ut videatur quidlibet prorsus arbitrio « deflexisse: & si ita liceat interpretari, « quivis Scripturam pro sua hæresi detor- « quebit. » *Leon. Marius sect. 4. quæst. 6. pag. 67. proœmii in sacram Script.*

» Junius in singulis ferè impressionibus « aliquammulta mutavit, ita ut tandem « magna mutatio facta sit, & postrema Ju- « nii editio à prima & communi innume- « ris in locis plurimùm variet. *Ita Bootius in Indice auctorum qui citantur in Animadversionibus sacris.*

Calovius in præloquio generali Bibliorum Illustratorum num. 14. » Ebraizantis ni- « mium sermonis vocumque plurimum sup- « plendi causâ minùs audacter textui inser- « tarum editionem hanc postulat. «

Rich. Simon in Disquis. criticis de variis Bibl. editionibus cap. 23. pag. 191. de ea versione sic loquitur: » Hæc à plerisque Pro- «

» testantibus initio magni æstimata fuit, A » præsertim in Anglia & Genevæ, ubi fere » sola in disputationibus obtinebat. Repertus est tamen tunc temporis vir è secta » Protestantium Joan. Drusius, qui eam levere castigavit, ostenditque in multis » Junium & Tremellium allucinatos fuisse. » Longè etiam postea Constantinus Lempereur similem de illa versione tulit sententiam, de ea sic loquutus in Epist. ad » novam Davidis Lyram: *In vertendis Hebraicis à Junio & Tremellio non rarò abire » debui: hoc enim in ista Bibliorum versione* B *» sæpe observavi; conceptam Analysim veluti » normam statui ad quam in vertendo respiceretur, cùm hoc modo sæpe à vero sensu recedatur.* »

» Ad sacrum opus interpretandum (*inquit Dan. Huetius lib. 2. de Claris Interpretibus num.* 19.) sese accinxerunt Imman Tremellius & Franciscus Junius » laudabili quidem conatu, sed, cui ex » libertate nimia par successus non obtigit.»

Biblia Latina Pagnini à Ben. Aria Montano recognita. V. *Biblia Hebræa* C 1581.

Biblia sacra sive libri canonici priscæ Judæorum Ecclesiæ à Deo traditi, Latini recens ex Hebræo facti, brevibusque scholiis illustrati ab Imman. Tremellio & Francisco Junio. Accesserunt libri qui (*à Protestantibus*) dicuntur Apocryphi, Latinè redditi, & notis quibusdam aucti à Francisco Junio. Quibus etiam adjunximus Novi Testamenti libros ex Græco à Theod. Beza in Latinum versos, notisque itidem illustratos, in 4°. Londini, D Henr. Middletoni 1581.

Biblia Lat. Pagnini à Benedicto Aria Montano recognita. V. *Biblia Hebræa* 1584.

Biblia Lat. cum duplici translatione, unâ veteri, alterâ novâ (*sc. Tigurinâ quibusdam in locis recognita*) & scholiis Franc. Vatabli, nunc denuo à plurimis quibus scatebant, erroribus repurgatis, doctissimorum Theologorum tam almæ Universitatis Salmanticensis quàm Complutensis judicio ac sanctæ Generalis Inquisi- E tionis jussu. 2. vol. in fol. minori. Salmanticæ per Gasparem de Portonariis, suis & Guill. Rouillii, Benedictique Boierii expensis 1584.

Ex his ultimis verbis patet Jac. Aug. Thuanum lib. 35. Hist. ad an. 1564. errare cùm ait Hispani Theologi diù post *hanc versionem* recognitam per Guill. Rouillium denuo Lugduni excudendam curasse, *non Lugduni, sed Salmanticæ unâ duntaxat vice excudendam curarunt.*

Sic incipit Censura generalis Theologorum Salmanticensium & Complutensium primi voluminis initio præmissa. » Constituta est generalis censura, editionem novam non « esse juxta literam Hebræam, sed potiùs « paraphrasticam cum quadam orationis & « Latini sermonis puritate. «

Translationem hanc sic recognitam Index librorum Expurgatorius Madriti anno 1584. *editus quodammodo probare videtur, in Censura enim hujus Salmanticensis editionis relinquitur textus integer exceptis quatuor locis sequentibus*, Deuteron. cap. 17: 8. novæ 12. delete jubent: *in actionibus judicialibus.* 3. Regum. 8: 47. novæ 95. delenda sunt: rogaveruntque *ad cor suum in terra, in quam captivi abducti sunt, si inquam resipuerint.* Psalm. 15. juxta Hebr. 16: 10. novæ 20. omiserunt translatores: *neque enim deseres animam meam apud sepulchrum, neque permittes.* Apocal. 3: 19. dele *resipisce*, & substitue *pœnitentiam age.*

Biblia Lat. Tremellio-Juniana, sive Libri canonici priscæ Judæorum Ecclesiæ à Deo traditi, Latini recens ex Hebræo facti, brevibusque scholiis illustrati ab Immanuële Tremellio & Francisco Junio. Accesserunt libri qui vulgò dicuntur (*à Protestantibus*) Apocryphi, Latinè redditi, & notis quibusdam aucti à Francisco Junio. Quibus etiam adjunximus Novi Testamenti libros ex sermone Syro ab eodem Tremellio & ex Græco à Theodoro Beza in Latinum versos, notisque illustratos. In 4°. Londini, Henrici Middletoni 1585.

Biblia Lat. Pagnini ab Aria Montano recognita, in fol. Antverpiæ, Christophori Plantini 1588.

Hanc editionem quam notat Index Expurgatorius non vidi.

Biblia Lat. Tremellio-Juniana secundis curis Franc. Junii, in 4°. Genevæ, Joan. Tornæsii 1590.

Ex præfatione Novo Testamento præfixa. » Joannes Tornæsius Lectori S. Quid in « hac editione præstitum sit, malo te ex ope- « ris hujus lectione quam à me hic doceri « Hoc unum dicam in restituendis non pau- « cis quæ in annotationibus Bezæ & alio- « rum desiderabantur, quamvis notæ in ip- « so textu haberentur; ac in emendandis « quamplurimis locis, quæ in eis perperam « habebantur, nos non parùm adjutos fuisse « ab editione Feugueræana... Ipsum D. « Theod. Bezam consuluimus, annotatio- « nes distinximus. Quibus præfigitur T. in « Tremellianis, illas nunc primùm habes à « Fr. Junio. In aliis seriem textus sequuti « sumus &c. «

Biblia Lat. Pagnini, in 8°. Francofurti, Samuelis Scelfisischi, & Wittebergæ 1591.

Biblia Lat. Tremellio-Juniana ex se-

cunda cura Fr. Junii, in fol. Londini, impensis Guill. N. 1593.

» Lectori salutem in Christo Jesu. Etsi in » librorum sacrorum versione partim à Tremellio & Junio, partim à Theodoro Beza » facta, & in eorumdem etiam annotationibus & interpretationibus plurima ex Hebræo, Græco & Syro rum bene conversa, » tum acutè conjecta & exposita videantur: » multa tamen admixta vidimus quæ humanum ingenium sapiunt... Illa te admonendum putavimus, quæ non usquequaque probantur &c. »

Kortholtus de variis Scripturæ editionibus cap. 15 § 18. hæc dicit: » Affectati styli, » quique insitatam Latinitatem sapiat, & » vitiis scateat interpretationem Tremellio-Junianam arguunt Episcopius, & R. Simon. Eamdem nec Anglis Theologis usquequaque probatam fuisse ex censura » suprà allata Londinensi editioni an. 1593. » præfixa apparet. Cumque locis innumeris » ab illa dissenserint in sua versioni Batavi, » quod nec ipsis per omnia placuerit, manifestum est. Et quamvis Matthæus Polus » in Synopsis critic. præfat. miris elogiis » hanc translationem ornet, omnibusque » aliis eam præferat, agnoscit nihilominus » quod *nonnullæ versiones etiam sensum & dilucidius & elegantius reddant.* »

Biblia Lat. Pagnini. V. *Biblia Polygl.* 1596.

Biblia Lat. Tremellio-Juniana, tertiâ curâ Francisci Junii, in fol. Francofurti, apud Hæredes Andreæ Wecheli 1596.

Biblia Lat. Pagnini, in 8°. Francof. ad M. 1600.

Biblia Lat. Tremellio-Jun. 2. vol. in 4°. Hanoviæ 1602.

Eadem, adjecto Pauli Tossani Indice, in fol. Ibid. typis Wechelianis 1603.

Biblia Lat. Tigurina cum versione Lat. Vulgata & notis Vatabli *juxta editionem anni* 1545. in 4°. Hanoviæ, Claudii Marnii 1605.

Biblia Lat. Tremellio-Juniana cum scholiis, in fol. Sancti Gervasii, Berkeri 1607.

Biblia Latina Pagnini juxta primam editionem. V. *Biblia Latina Vulgata* 1609.

Biblia Lat. Pagnini à Benedicto Aria Montano recognita. V. *Biblia Hebraica* 1609.

Biblia Lat. Tremellio-Juniana cum scholiis, in 4°. Hanoviæ, Claudii Marnii 1611.

Biblia Latina Pagnini juxta primam editionem, in fol V. *Biblia Latina Vulgata* 1616.

Biblia Latina Tremellio-Juniana cum scholiis, quartâ curâ Francisci Junii ante

A obitum, in fol. Genevæ, Matthæi Berjon 1617.

Eadem, in folio. Francofurti, Aubriorum 1618.

Eadem, in 4°. Francofurti & Hanoviæ, Wechelianorum 1618.

Eadem *absque scholiis*, in 8°. Francofurti, iisdem typis 1618.

Biblia Lat. *scilicet* Pentateuchus, Libri Historici, Proverbia, Canticum Canticorum, XII. Prophetæ minores ex versione Tremellio Juniana: Liber Job, Psalmi,

B Ecclesiastes & IV. Prophetæ majores ex nova versione Joannis Piscatoris. Novum Testamentum ex versione Bezæ. Hi omnes libri cum analysi, scholiis & observationibus ejusdem Piscatoris, multis voluminibus in 8°. Herbornæ Nassoviorum ab anno 1601. ad annum 1618.

» Joannes Piscator scripsit Commentarios in omnes totius Veteris Testamenti « libros... In Mose, libris Historicis, Proverbiis, Cantico Canticorum & XII. « Prophetis minoribus versione utitur Ju-«

C nio Tremellianâ ex postrema Junii immutatione. In Jobo, Psalmis & Ecclesiaste versioni isti per singula capita nova vam ac propriam è regione adjunxit; in « Prophetis quatuor majoribus propriam « duntaxat versionem usurpat omissâ Junianâ. Isti commentarii multis separatis « voluminibus in octavo prodierunt Herbornæ ab anno 1605. (*vel potius* 1601.) ad « annum 1618. *Ita Boetius in indice auctorum suprà citato. Tota Piscatoris versio Latina non prodiit juxta Hottingerum lib. 1. Biblio-*

D *thecarii pag.* 167.

Biblia Tremellio-Juniana cum indice Pauli Tossani, 2. vol. in folio. Hanoviæ 1621. 24.

Eadem, in 12. Amstelodami, Joannis Janssonii 1627. 1633. 1648.

Eadem, in fol. Genevæ, Philippi Alberti 1630.

Eadem cum præfat. Andr. Riveti, in 8°. Amstelod. Guill. Jansonii Cæsii *seu Blaeu* 1628. 1631. 1651.

Biblia Latina *usque ad Prophetam Eze-*

E *chielem* ex Hebræo de verbo ad verbum, Interprete Thoma Malvenda cum ejus commentariis, 5. vol. in folio. Lugduni 1650.

» Suprema auctoris protestatio. Hæc « lectorem scire cupio, me in nova ista sacræ Scripturæ ex Hebraico translatione « sequutum exactissimè verba ipsa & ordinem verborum qui Hebraice positus est.... « in translatione & in commentariis usus « sum sæpe sæpius vocabulis ad normam « Latinitatis confictis &c. «

» Malvenda (*inquit Matth. Polus in præfat. Synops. Criticorum*) ad verbum Hebraica

» braïca superstitiosè exprimit, & quidem
» nt plurimùm absurdis, obsoletis, fictis,
» pro quibus tamen meliora sæpius in mar-
» gine vel etiam inter annotata reponit.
» Suam hæc interpretatio habet laudem
» usumque minimè spernendum. »

Rich. Simon hist. crit. V. T. l. 2. cap. 20.
sic loquitur: » Hæc versio adeo barbara est,
» adeo ineonstans, ut nisi auctor notas sta-
» tim explicationis gratiâ adjecisset, nullius
» planè utilitatis foret. Quæ enim apud
» Ben. Ariam Montanum merentur argui,
» hìc frequenter occurrunt. Unde si quis
» purè grammaticas textûs sacri versiones
» habere velit, legat Malvendam, qui ip-
» si & Grammaticæ & Dictionarii instar
» unus erit &c. » *Idem in Disquis. criticis de*
variis Bibl. edit. jam scripserat: » in hac
» *versione* tam prava est affectatio sensûs
» grammatici, ut nihil præter barbariem
» præ se ferat Interpres ille, & à nemine in-
» telligi posset, nisi quibusdam notulis ver-
» sionem suam illustrasset. «

» Nos (*inquit Cherubinus à sancto Jose-*
pho vol. 3. lib. ult. disput. 1. art. ult. Bibl.
criticæ sacræ) » ex hujus operis lectione
» non parùm juvari non modò tirones posse,
» sed & doctores liberè asserimus: non so-
» lùm enim textus Hebraïcus proprios idio-
» tismos manifestat, sed & cœteras Inter-
» pretum expositiones summo studio ac di-
» ligentiâ prosequitur; aliorum quoque ex-
» positiones recitat, suo identidem adjun-
» cto judicio, ac tandem varias singularum
» pene vocum significationes detegit; ita ut
» concordantias Hebraïcas egregiè submi-
» nistret »

Biblia Tremellio-Juniana, in 8°. Am-
stelodami, typis Blavianis 1651.

Eadem, in 8°. Londini 1656.

Biblia Latina Pagnini ab Aria Mon-
tano recognita. V. *Biblia Polyglotta*
Londinensia 1657. V. *Biblia Hebraica*
1657.

Biblia Latina ex duplici versione, unâ
Tremellio-Junianâ, alterâ Joannis Pis-
catoris, & denique Novum Testamen-
tum Theodori Bezæ cum analysi, scholiis
& observationibus Joan. Piscatoris. *V. Te-*
stamentum, 4. vol. fol. Herbornæ 1643-45.
Novum Testamentum 1658.

» Joannis Piscatoris versio Junianam
» plerisque in locis sequitur; in ea tamen
» plurima non sine judicio corrigit, & suam
» versionem, eamque, non rarò magis ac-
» curatam, & Hebraicæ veritati consenta-
» neam, & majori perspicuitate traditam
» illius loco subrogat. Sciendum autem est
» Piscatorem priùs versione Juniana usum,
» eique analyses, scholia & observationes
» suas apposuisse: posteà verò novam ador-
» nasse Herbornæ Nassaviorum impressam

A an. Dn. 1606. » *Matthæus Polus in præfat.*
Synopseos Critic. sacr.

Biblia Latina Tremellio-Juniana, in 8°.
Tiguri, Brodmer 1673.

Eadem, in 12. Londini, R. Norton
1680.

Biblia sacra ex linguis originalibus in
linguam Latinam translata, additis capi-
tum summariis & partitionibus à Sebas-
tianu Schmidio, in 4°. Argentorati, sum-
ptibus Joan. Friderici Spoor 1696.

Ex præfatione Facultatis Theologicæ Ar-
B *gentoratensis.* » Interpretatio hæc est gran- «
dævi senioris. Jam ad octogesimum vitæ «
annum erat perventurus... Ante annos «
quadraginta versionem fuit meditatus. «
Hanc excoluit. Tandem edidit, ita ut «
super hoc fœtu ultimo spiritum emitte- «
ret. Huic enim operi immortuus est... «
habet ille in aliquot locis, singulares ex- «
positiones suas & sententias... studium «
Schmidii fuit, ex Hebræo, Græcoque «
versionem adornare, quæ eruditiores ju- «
vare possit, quando eam cum fontibus «
C conferunt, & quæ simpliciore stylo, pla- «
noque & perspicuo, foret expressa. Hac «
ratione Ecclesiæ etiam invariatæ Confes- «
sioni Augustanæ addictæ suam habebunt «
versionem. «

» Hæc versio (*ut asserunt authores Acto-*
rum Erudit. Lips. anni 1696. *pag.* 351.) La- «
tina est, & ea quidem fontibus quàm ma- «
ximè respondens... Nervosa sanè heic & «
succincta, sed tersa insuper ac plana om- «
nia deprehendas, & ipsa textûs viscera fe- «
lici cum successu denudata ubique con- «
D spicias. «

Biblia Latina Sebastiani Castalionis ex
ejus postremâ recognitione & cum defen-
sione versionis novi Fœderis, ab ipso con-
scripta contra Bezam, in fol. Francofurti
& Lipsiæ, Thomæ Fritsch 1697.

Eadem, in folio. Londini, Churchill
1699.

Biblia Latina Tremellio-Juniana, in
8°. Tiguri, Gesneri 1703. Basileæ 1703.

† Biblia Sacra ex linguis origin. in lin-
guam Latinam translata &c. à Sebastiano
E Schmidt. Editio secunda, *quam priori de*
an. 1696. *longe emendatiorem esse nova Fa-*
cultatis Theologicæ præfatione monetur. In
4°. Argentorati 1708.

Librorum Veteris Testamenti, scilicet
Pentateuchi, Josuæ, Judicum, Regum,
Paralipomenon, Esdræ, Nehemiæ, Job,
Psalmorum, Proverbiorum Salomonis &
priorum trium capitum Isaiæ, versio nova
Latina ex Hebræo à Thoma de Vio Car-
dinale Cajetano, ope duorum linguam
Hebræam scientium (alterius Hebræi
Magistri linguæ illius, alterius Christia-
ni) instituta, *juxta methodum quam ipse tra-*

didit in præfatione commentariorum in Psalmos, quæque infrà exponitur ad annum 1530. 5. vol. in fol. Lugduni 1639.

Bootius in indice auctorum quos citavit in Animadv. sacris hæc ait: » Thoma de Vio Cajetanus, ingravescente senectâ, scripsit commentarios in Pentateuchum, Libros Historicos, Job, Psalmos & Proverbia, sensui litterali duntaxat intentus, idque secundùm Hebraicam veritatem; cujus linguæ ipse quidem parùm gnarus, erat, sed habebat ad manum homines Hebraicè doctos, qui ad verbum omnia ipsi interpretarentur, non modò exactè, sed superstitiosè ac sæpè absonè; id quod & expositiones consimiles à bono viro haud rarò elicuit.»

» Cajetani ingenium in vertendis Bibliis rectè descripsit Melchior Canus, *de locis Theol. lib.* 2. *cap.* 13. dum ait, illum iisdem semper vestigiis inhærendo, per omnia in Veteri Testamento Hebraicos, in novo Græcos codices prorsus amplexum esse. Imò Cajetanus ipsemet methodi suæ rationem in convertendis Bibliis Hebraicis liberè explicat (*quam videsis infrà ad Psalterium anni* 1530.)... Demum optat ut talis interpretatio habita fuisset à Patribus, quantumvis mutila, *quoniam*, inquit, *jam haberemus expositum textum sacræ Scripturæ, & non textum confectum interpretum arbitrio.* Sed perfectam illam & modis omnibus absolutam interpretationem assequi non poterat Cajetanus, qui scribit *omnes dictiones Hebræas esse æquivocas.* Ausim tamen affirmare doctissimum illum Cardinalem, etsi linguæ Hebraicæ prorsus ignarus esset, contextûs sui verba non infeliciter expressisse, atque in illius versione minus esse barbariei quàm in Ariæ Montani translatione.» *Rich. Simon pag.* 185. *Disquis. crit. de variis editionibus cap.* 22.

Moses Latinus ex Hebræo factus, & in eumdem præfatio & annotationes, per Sebastianum Castalionem, in 8°. Basileæ, Joan. Oporini 1546.

Ex Epistolà Castalionis ad Argenterium.

» Ut hoc opus exiret quàm fieri posset accuratissimum, adhibui illam veterum recitandi consuetudinem, & antequam excuderetur, totum duobus quibusdam eruditissimis viris legi, qui possent de lingua Latina ferre judicium, & eorum admonitu non pauca correxi. Deinde aliis Hebraicæ linguæ peritis conferendum cum Hebræo sermone dedi, & cum eis de locis dubiis contuli, eorumque consilium multis in locis ad interpretationis fidem secutus sum Denique neque meo neque aliorum labori, neque tempori peperci (nam in eo plus biennium sudatum est) quò prodiret Moses latinissimus atque facillimus. «

Pentateuchus & quinque *Meghilloth* Hebr. & Lat. *ex versione Munsteri & cum annotationibus ejusdem*, in 4°. Venetiis, ex officina Justinianea 1551.

Si id rescivisset Matthæus Polus, non tam acriter in præfat. Synops. crit. animadvertisset in Joannem de la Haye Bibliorum Maximorum collectorem, qui non Basileensem Munsteri, sed hanc Venetam editionem semper allegat; an hujus fuisset, penitus ignorans?

Pentateuchus Lat. ex versione Joannis Clerici, cum ejus paraphrasi & notis, 2. vol in folio. Amstelodami, sumptibus Auctoris 1693-96. Editio II. 2. vol. in fol. Ibid. 1710.

† Veteris Testamenti Libri Historici, Josua, Judices, Rutha, Samuel, Reges, Paralipomena, Esdras, Nehemias, & Esthera, Latinè, è translatione Joannis Clerici, cum commentario Philologico, dissertationibus criticis & tabulis chronologicis, fol. Amstelodami, apud Henr. Schelte 1708.

Ex præfatione. » Non vides, Lector, in hoc volumine paraphrasin, quam in Pentateucho vidisti, & quæ peritioribus & æquioribus lectoribus summopere est probata; quod, cùm res esset multi laboris, minùs necessaria hic videbatur.... Ideo eam omittendam duximus, sed in reliquos Veteris Testamenti libros, iterùm præstabimus, quod in Pentateuchum præstitimus.... *Hic rationem reddit commentarii textui subjecti & in utraque semper pagina, aversâ & adversâ, æquali spatio divisi, additque:* » dabimus operam ut simili ratione, si fieri possit, recudatur Pentateuchus, & sequentia etiam *duo reliquorum Vet. Test. scriptorum* volumina ad eandem formam componantur. «

Genesis, Exodus & Leviticus Hebr. cum versione novâ Joannis Elai Terseri, in 8°. Upsaliæ 1652. Liber Numerorum & Deuteronomium extant apud Hæredes. *Schefferi Bibliotheca Danica p.* 193.

Liber Geneseos, Exodi, Levitici & decem octo priora capita libri Numerorum, Latinè ex versione Joan. Drusii. V. *Critici sacri editionis Amstelodamensis* 1698.

Liber Geneseos Lat. ex Vulgata ad Hebræum textum conformata à Wolfg. Musculo. V. *ejus comment. in eundem*, in fol. Basileæ 1554.

Idem Latinè ex Hebræo, in 8°. Cothenis 1620. 1624.

Idem ex versione Sebastiani Schmidii, in 4°. Giessæ 1701.

Geneseos sex priora capita Latinè

reddita à Christiano Ravio, in 8°. Upsaliæ 1665.

Geneseos quinque capita Latina ex versione Joan. Dracõnitidis, in fol. Wittebergæ 1561.

Geneseos quatuor priora capita Hebrea & Latina ex versione Joannis Jacobi Schudt, in 8°. Francofurti ad Mœnum 1695.

Deuteronomii Latina versio à Luthero ex Hebræo castigata, in 8°. Basileæ 1525.

Deuteronomium ex versione Wolfg. Franzii, in 4°. Wittebergæ 1608.

Liber Josuæ ex Hebræo Latinè pene ad verbum redditus ab Andrea Masio. V. *ejus comment. in eundem*, fol. Antverpiæ, Plantini 1574.

Ex Epistola dedicatoria. » Quòd porro » ad explanationem sacrorum verborum » attinet, eam enim adjeci etiam. Non » erat illa quidem ab initio mihi proposita; » alioquin comprobatam ab Ecclesia Lati» nam interpretationem secutus in ipsa » essem. Sed cùm mihi studiosè, diligen» terque & accuratè Græca cum Hebræis » conferenti, & utramque linguam, illo» rum gratiâ, qui eis non satis eruditi es» sent, prope ad verbum Latinè reddenti, » alia atque alia notatu, ut videbantur, di» gna occurrerent... excreverunt tandem » illæ ipsæ annotationes ad instar commen» tariorum &c. »

Libellus Ruth ex versione Joan. Drusii cum ejus scholiis, in 8°. Franekeræ, Ægidius Radetus 1586. In 4. Amstelodami 1632.

Samuëlis liber I. & II. *ex versione Santis Pagnini* unà cum textu Hebr. in 12. Leidæ, Joan. Maire 1621.

Esthet *ex ejusdem versione*, cum notis Joan. Drusii, in 8°. Leidæ 1586.

» Ad Lectorem. En tibi Lector quod » jam diu promisi. Notas dico ad historiam » sactam Estheræ: quas cùm paratem emit» tere, judicavi operæ pretium me factu» rum, si adjungerem interpretatio nem » Sanctis Pagnini, quæ inter omnes Lati» nas una maximè doctis probatur. Ejus » editiones aliquot cum cura ipse contuli, » vatiantem lectionem ad finem adjeci &c. »

Liber Job ad veritatem Hebraicam restitutus, duplici versione Latinâ, unâ Vulgatâ, alterâ ex Hebræo Augustini Justiniani, in 4°. Parisiis 1516.

Job cum commentariis Joannis Brentii ad Hebraicam veritatem ita translatus, ut nulla porro obscuritas lectorem possit, offendere, *ut habet titulus*, in 8°. Haganoæ 1527.

Liber Job ex Hebræo idiomate accurata versio cum paraphrasi & commentariis Jacobi Bolducii, in 4°. 1629. Idem cum fusioribus commentariis, 2. vol. fol. Parisiis 1637.

» Præludium nonum. Cùm ista commentaria à nobis præsertim edita sint, ut « quæ hujus libri mens prima fuerit, pro « viribus aperiremus... omnino necesse fuit « ad fontem Hebraicum recurrere. Cujus « rigorem in nostra versione tantò religio- « sius servate curavimus, quantò meliùs per « hanc sanctæ linguæ idiomatum... substan- « tiam elici semper sumus arbitrati. «

Liber Job Latinè ex versione Joannis Drusii cum ejus notis, in 4°. Amstelodami 1636.

» Lectori salutem. Annus est & quod « excurrit, candide Lector, ex quo prodiit « Joannis Drusii *Coheleth.* Nunc tibi ejus- « dem *Jobum* damus, utrumque eodem ab « auctore modo conscriptum, & concinna- « tum. Utrobique enim primus ejus labor « fuit in adornanda nobis nova ac pura ex « ipsis fontibus versione, alter verò in ap- « ponendis succinctis in declarationem tex- « tûs notis sive scholiis &c. «

Libet Job Latinus ex Hebræo, interprete Joanne Cocceio. V. *ejus comment.* in fol. Franekeræ 1644. V. *ejus opera* 1673. 1689. 1701.

Libri Job versio nova ex Hebræo cum scholiis, authore Philippo Codurco, in 4°. Parisiis 1651.

Liber Job Latinè ex versione Joannis Henrici Hottingeri filii cum textu Hebræo, in 8°. Tiguri 1689.

Psalterium ex Hebræo diligentissimè ad verbum ferè translatum, Felice Pratensi Interprete, per summum Pontificem Leonem X. approbatum, *adjectis notationibus*, in 4°. Venetiis, in ædibus Petri Liechtenstein impensis Daniëlis Bombergi 1515. *Opus* xv. *dierum*, *ut notant versus initio voluminis præfixi.*

Omnia testificor Felicis acumine nostri
Non plus tet quinâ facta Latina die.

Aliæ editiones 1522. 1526. 1530. 1545.

Psalterium Latinum ex versione Augustini Justiniani. V. *Idem Polyglotton* 1516.

Psalt. Lat. Felicis Pratensis, in 4°. Haganoæ 1522.

Psalt. Lat. ex Hebræo cum comment. Joannis Bugenhagii, in 4°. Basileæ, Andr. Cratandri 1524.

Psalt. Lat. Felicis Pratensis, in 16. Basileæ, iisdem typis 1526.

Psalmorum libri V. ad Hebraicam veritatem planiùs quàm vulgò, genuinâ & geminâ versione in Latinum traducti priori planiùs quàm vulgò, posteriori ad verbum ab Aretio Felino, (*hoc est*, Martino Bucero,) fol. Argentorati 1526. *Aliæ editiones.* V. *ejusdem Buceri comment. in*

Psalmos 1529. 1532. 1542. 1547. 1554. 1560. 1564. 1603.

» *Petrus* Martyr nactus Buceri commentaria in Evangelistas & enarrationes in Psalmos, quas ille sub Aretii Felini nomine ediderat, diligenter evolvit. » *Josias Simlerus in vita Petri Martyris.*

» Bucerus duplicem singulorum Psalmorum exhibet interpretationem, unam liberiorem ac paraphrasticam, alteram strictiorem & ad verbum. » *Arnoldus Bootius in indice auctorum quos citat in Animad. sacris.*

B Psalt. Lat. ex versione Conradi Pellicani cum ejus scholiis, in 8°. Argentorati, Cephalæus 1527.

De hac editione ita scribit Conradus Gesnerus pag. 184. *Bibl. suæ folio verso.* » Psalterium olim ad Hebraicam veritatem transtulerat, & brevibus scholiis textui insertis illustraverat; quod opus privato tantùm exercitio conscriptum, cum ei subreptum se inscio Argentorati publicatum esset, sed minimè emendatum, idem posteà Tiguri recognitum prælo reddidit anno 1532. in 8°. «

C Psalt. Lat. ex versione Pagnini & ex versione Felicis Pratensis. *V. idem Polyglotton* 1530. 1545.

Psalmi Davidis ad Hebraicam veritatem castigati & juxta sensum, quem literalem dicunt, enarrati per Thomam de Vio Cajetanum cum textu Vulgatæ editionis, fol. Venetiis, Juntæ 1530. 2. editio, fol. Parisiis, Jo. Macæi 1540. Ibidem 1659.

D » Divinorum Psalmorum librum (*inquit Thomas de Vio initio comment. in eosdem*) juxta literalem sensum quum incepissem, comperi nullum apud nos haberi textum talem, qualis est in suâ origine: linguâ scilicet Hebræâ. Et propterea assumptâ illâ quæ nomine beati Hieronymi circumfertur interpretatione juxta Hebraicam veritatem, & collatâ cum ea quæ circumfertur nomine 70. Interpretum, & cum quatuor aliis modernis interpretationibus ex Hebræo immediatè, adhibui duos linguam Hebraicam scientes (alterum Hebræum magistrum linguæ illius, alterum Christianum) cum pluribus vocabulariis linguæ illius: & coram me (exigente significationes dictionum Hebræarum in lingua nostra Latina vel vulgari, & eligente significationem quæ magis quadrare contextui visa est) feci per singula verba vocatam beati Hieronymi interpretationem reduci ad respondendum Hebræo textui de verbo ad verbum. Et sic conflata est nova isthæc interpretatio Psalmorum de verbo ad verbum consonans textui Hebræo; quùm exponere studui secundùm sensum tantummodo literalem. Fuit autem tanti laboris necessitas, quia nisi textus adsit talis, qualis est in sua origine, jam non textus exponitur, nisi divinando, sed exponitur textus ut intellectus est ab illo Interprete. Testor ego quod inter hos labores dicebatur mihi ab Interpretibus: Dictio Hebraïca sonat hoc, sed non apparet sensus nisi mutetur in hoc alterum. Respondebam ego auditis omnibus significationibus: Non sit vobis curæ si sensus non apparet: quia non est vestri officii exponere, sed interpretari; interpretamini mihi sicut jacet & relinquatis expositoribus curam intelligendi; traducite textum ut jacet in Hebræo, & communem relinquatis nobis & Hebræis curam intelligendi textum sic obscurum: si ego non intellexero, alius intelliget. Sicque curavi ut de verbo ad verbum textum haberem Psalterii, qualem habent Hebræi; utinam assecutus sim. *Hæc ille.* «

Psalterium Latinum ex versione Conr. Pellicani & ab eo recognitum, 8°. Tiguri, Froschoveri 1532.

Conradus Pellicanus » cœteris novatoribus modestior est præsertim in versione & commentariis Psalterii, quod bis edidit, ut ipse testatur; & ex illo Cochlæus; in priore magis Judæos, quam Christianos secutus est; in posteriore magis Christianos quam Judæos. *Gretserus in def. Bellarm. tom.* 1. *col.* 936.

Psalmorum sive Hymnorum liber quem pius juxta & eruditus quidam (*Huldricus Zwinglius*) ex Ebræo sic transtulit, ut non verbum è verbo, sed sensum reddiderit è sensu, *cujus titulus est*: Enchiridion Psalmorum. *Ad calcem legitur*: Explicatio Psalmorum Hulrici Zwinglii, in 8°. Tiguri 1532. in 16. Tiguri, Froschoveri 1533.

» Hic sententiæ magis quam verborum rationem habuit. *juxta Gesnerum in partit. Theologicis tit.* 2. *p.* 24.

E Liber Psalmorum *sub hoc titulo*: Enchiridion Psalmorum ex Hebraïca veritate Latinitati donatum *ab Huldrico Zwinglio*, 24. Tiguri, Froschoveri 1533. In 16. Parisiis, Claudii Chevallon 1533. Idem cum paraphrasi Joannis Campensis primùm editum, 16. Lugduni, Seb. Gryphii 1533. *& alibi multoties.*

Psalt. è collatione Psalterii quadrupla translatum à Jo. Draconitide, 8°. Marpurgi, Egenolphi 1540. 1543.

Psalterium cum quibusdam aliis Canticis. Hæc Latinè transferebat Joannes Bugenbagius &c. in 8°. Wittebergæ 1544.

Ex Epistola ad Universitatem Hafniensem. Incidi in laborem transferendi Psal «

» terii, neglectâ meâ priore Psalterii translatione, cœpi magno studio apud vos iterùm ab integro Psalterium vertere... erat constitutum ut apud vos excuderetur. »

Psalt. Lat. seu Enchiridion Psalmorum ex versione Hulrici Zwinglii. V. *ejus opera*, fol. Tiguri, 1545.

Psalt. Lat. ex versione Tigurina & Vulgata cum notis. 8°. Parisiis, Rob. Stephani 1546.

Psalt. Lat ex versione Seb. Castalionis, 16. Basileæ, Oporini 1547. 1554. 1556. Antverp. 1555.

B Psalterium Latinum juxta veterem translationem repurgatum, & ad Hebraïcam veritatem recognitum, cum argumentis & scholiis brevissimis, per Georgium Majorem, in 12. Marpurgi, Lottheri 1547.

Aliæ editiones 1556. 1558. 1560. 1566. 1568. 1570. 1574. 1584. 1594. 1596.

Psalterium Latinum ex Hebræo, Interprete Wolfgango Musculo. V. *ejus comment in Psalmos*. fol. Basileæ 1551. *& aliis annis sequ.*

C » Contextum Psalmorum (*inquit Musculus in præf. comment.*) ex nullius Interpretis versione, sed meopte judicio usus, quàm potui fideliter & intelligenter, ad Ebraïcam quidem veritatem, verùm sic moderatè concinnatum posui, ut quoad ejus fieri potest, haud insolenter à consueta lectione, longiusque sine causa discederem »

Psalt. Lat. ex versione Pagnini & Vulgata cum notis, 8°. Ex officina Rob. Stephani 1556.

D *Aliæ editiones versionis Pagninianæ*, V. *Psalterium Hebr.* 1648. 1662. 1666. 1675. 1688. 1691.

Psalterium Latinum ex versione ad textum Hebræum conformata (*diversa est à præcedentibus*) studio Joannis Calvini concinnata. V. *ejus comment. in Psalmos*, fol. Genevæ 1557. *& aliis annis.*

Psalt. Lat. ex versione Jodoci Willichii, unà cum Christoph Corneri expositione in Psalmos, 12. Lipsiæ 1564. *Aliæ editiones* 1571. 1574. 1575. 1581. 1588. 1591. 1598. 1619. 1655.

E Psalt. Lat. ex versione Henr. Molleri cum comment. 2. vol. in 8°. Witteber. 1573. *Aliæ editiones* 1588. 1591. 1591. 1619. 1660. Idem cum paraphrasi poëtica Theod. Bezæ, 8°. Genevæ 1580.

» Huic paraphrasi (*inquit Beza in præfatione*) opposita est è regione Latina versio κατὰ πόδας, i. e. simplex & ad verbum, qualis est præsertim à D. H. Mollero nuper edita, pauculis tantum à me mutatis & interdum emollitis. »

Psalterium Latinum ex versione Conradi Heresbachii, in 4°. Basileæ 1578.

Psalterium Latinum ex versione Tremellio-Juniana, 12. Londini, Deahamus 1580.

Psalt. Lat. ex versione Joannis Piscatoris cum comment. in 8°. Londini 1594. Herbornæ 1611.

Psalt. Lat. ex versione Rodolphi Magistri, in 24. Parisiis 1619. In 12. ibid. 1623. 1625.

Psalt. Lat. ex versione Simeonis de Muis cum comment. in fol. Parisiis 1630. 1650.

Ex libello de editionis Hebraïcæ authoritate *Psalterio anni* 1630. *præmisso* » solùm tibi novam Psalmorum versionem damus ex Hebræo fonte, quàm fieri potuit fideliter expressam & ad veterem illam (*Vulgatam*) quam semper magni facimus, quoad per Hebræum licuit, exactam. «

Psalt. Lat ex recognitione Bened. Ariæ Montani cum textu Hebr. 8°. Parisiis, Cramoisy 1632.

Psalt. Lat. ex versione Jo. Coccejì cum textu Hebr. in 18. Franckeræ, Joan. Arcerii 1646.

Idem cum comment. in fol. Lugd. Batavorum 1660. Idem V. *ejus opera* 1673. 1689. 1701.

Psalterium Latinum ex versione Ambrosii Janvier. V. *Latina ab ipso facta conversio commentarii R. Davidis Kimhhi in Psalmos*, 4°. Parisiis, Ludovici Billaine 1666.

Ex præfatione : » Nova porro Psalmorum quam elaboravi, traductio ne quem offendat... id mihi facto opus fuit ut commentatoris proprius affectarer vestigia. «

Psalterium Latinum ex recognitione Joannis Leusden V. *Idem Hebraïcè* 1680. 1688.

Ex allatis hactenus Latinorum juxta Hebraïcam veritatem Psalmorum variis interpretationibus constat sex suprà viginti ad minimum factas fuisse ab anno 1515. *ad annum* 1666. *novas translationes, sc. Martini* Buceri, *Joannis* Bugenhagii, *Joannis* Calvini, *Seb.* Castalionis, *Joan.* Coccejì, *Joan.* Draconitidis, Felicis *Pratensis*, *Conr.* Heresbachii, *Ambrosii* Janvier, *Leonis* Judæ, *August.* Justiniani, *Rod.* Magistri, *Georgii* Majoris, *Th.* Malvendæ, *Henr.* Molleri, *Sim.* de Muis, *Seb.* Munsteri, *Wolfg.* Musculi, *Sanctis* Pagnini, *Conr.* Pellicani, *Joan.* Piscatoris, *Seb.* Schmidii, *Emm.* Tremellii, *Th.* de Vio, *Jodoci* Willichii, *Ulrici* Zwinglii.

Psalmi XXIV. ex versione Agathii Guidacerii. V. *Iidem Hebraïcè* 1540.

Psalmi decem ex versione Marci Meibomii. V. *Iidem Polyglotti* 1690.

Psalmi septem Pœnitentiales ex versione Joan. Reuchlini, V. *Iidem Hebraicè* 1512.

Psalmi aliquot ex versione Philippi Melanchthonis, in 8°. Argentorati 1536.

Psalmi quinque ex versione Agathii Guidacerii, in 4°. Parisiis 1531.

Psalmi 12. 15. 26. 38. & 48. novâ versione & explicatione redditi à Michaële Formicario, in 4°. Argentorati, Rihelius 1600.

Psalmi quatuor 20. 21. 45. 72, Latinè redditi à Joanne Bourdelotio. V. *Iidem Hebraicè* 1619.

Proverbia Salomonis Lat. ex versione Sebast. Munsteri. V. *Eadem Hebr.* 1524. 1548. 1567.

Eadem *sub titulo* Sententiæ Salomonis, ex versione Phil. Melanchthonis, in 8°. Haganoæ 1525. In 8°. Norimbergæ 1532. 8°. Francofurti ad Oderam *absque anno.* 8°. Holmiæ 1614.

Proverbia Salomonis Lat. ex versione Rodolphi Bayni cum ejus comment. in fol. Parisiis 1555.

Proverbia, Canticum Canticorum & Ecclesiastes per Jo. Draconitidem, in fol. Witteb. 1565.

Eadem ad Hebraïcam veritatem recognita cum notis Victorini Strigelii, in 8°. Lipsiæ, Voegel, 1565.

Eadem ex recognitione Ariæ Montani cum textu Hebraïco, in 8°. Parisiis 1632.

Nova Proverbiorum Salomonis versio Latina. V. *Henr. Khunrath Theatrum sapientiæ æternæ*, &c. in folio. Hanoviæ 1609.

Eadem ex versione Jo. Cocceii. V. *ejus opera* 1673. 1689. 1701.

Ecclesiastes Latinè ad veritatem Hebraïcam recognitus cum nonnullis annotationibus Chaldaïcis & quorumdam Rabbinorum sententiis obscuros aliquos literaliter explanantibus, studio Rob. Shirvood, 4. Antverp. Vortesman 1523.

Eadem versio V. *Joannis Pinedæ comment. in Ecclesiasten*, fol. Hispali 1619.

Ex Epistola dedicatoria. » Conati sumus » ad communem studiorum utilitatem ver- » sione nostra & notis ex parte farcire; » quod fecerimus necne, aliorum esto ju- » dicium. Ham hisce diebus, *Coheleth* seu » Græcè Ecclesiasten ex Hebræo Latinum » fecimus. «

Idem ex versione Munsteri. V. *Idem Hebr.* 1524.

Idem ex versione Ant. Corani, in 8°. Lond. 1579.

Idem ex recogn. Ben. Ariæ. V. *Idem Hebr.* 1632.

Idem ex versione Joannis Drusii cum ejus annotationibus, in 4°. Amstelodami 1635.

Idem ex versione Joannis Cocceji cum ejus explicatione, 4°. Bremæ 1631. 1636. V. *ejus opera* 1673. 1689. 1701.

Idem ex versione Philippi Codurci, 4°. Parisiis 1647.

Idem ex versione Sebast. Schmidii cum textu Hebr. & annotationibus, 4°. Argent. 1704.

Canticum Canticorum Latinum ex versione Sebast. Munsteri. V. *Idem Hebr.* 1525.

Idem ex versione Agathii Guidacerii, 4°. Parisiis 1531.

Idem ex recognit. Ben. Ariæ. V. *Idem Hebr.* 1632.

Idem ex versione Joannis Cocceji, in 4°. Leidæ 1665. V. *ejus opera* 1673. 1689. 1701.

Idem ex versione Pauli à Schutten cum ejus comment. 4°. Lipsiæ 1678.

Prophetæ majores & minores Lat. ex Hebræo juxta versionem Joannis Oecolampadii. V. *ejus commentarius in Prophetas majores*, fol. Basileæ 1531. *& comment. in Prophetas majores & minores*, fol. Genevæ 1558.

Prophetæ majores & minores Lat. ex versione Jo. Cocceji cum comment. V. *ejus opera* 1673. 1689. 1701.

Isaias Lat. ex versione Munsteri. V. *Idem Hebr.*

Idem Latinè ex versione Joannis Oecolampadii. V. *ejus comment.* in 4°. Basileæ 1525.

Ex præfatione. Moneo me non secutum « vel Hieronymi, vel Septuaginta, vel alio- « rum editionem . . gratificaturus studiosis « novam dedi translationem, ne quid de « Hebraïca veritate desideretur. «

Idem ex versione Zuinglii. V. *ejus opera* 1545.

Idem Latinè ex versione Vulgata ad Ebræum textum conformata à Wolfgango Musculo. V. *ejus commentarius in Isaiam*, fol. Basileæ 1557.

Ex præfatione. » Quòd ad versionem « attinet, quâ in lucubrationibus hisce nos- « tris usuri sumus, non est animus Vulga- « tam prorsus vel abjicere vel complecti; « sed sicubi tolerabiliter habet, præ cæte- « ris retinere, quò studium novandi vite- « mus; sicubi verò à veritate Ebraïca ablu- « serit, relictâ illâ, quod in Ebræo reperitur, « fideliter reddere. «

Idem ex versione Francisci Forerii cum comment. fol. Venetiis 1563. in 8°. Antverpiæ 1565.

Idem ex versione Hieronymi Oleastri cum comment. fol. Parisiis 1622.

Hieremias Latinè ex versione Zwinglii. V. *ejus opera* 1545.

Daniel Lat. ex versione Joan. Draconitidis cum comment. in 8°. Marpurgi 1544.

Idem ex versione Schmidii, 4°. Giessæ 1701.

Prophetæ minores Latinè ex versione Joannis Drusii cum ejus commentario, in 4°. Amstelodami, Henrici Laurentii 1627.

Oseas Latinè ex versione Emmanuëlis Tremellii, in 8°. Heidelbergæ 1565.

Idem Latinè ex recognitione Bened. Ariæ, V. *Idem Latinè à Protestantibus editus* 1601.

Idem Latinè ex versione Sanctis Pagnini. V. *Idem Polyglottus* 1621.

Idem Latinè ex versione Francisci ab Husen. V. *versio Latina comment. Roberti Abarbanelis in eundem*, in 4°. Groningæ 1676.

Ex præfatione. » Textum Prophetæ » verti prout ejus ratio postulavit semper : » sed quod aliena tractarem, mentem ex- » pressi, qualem commentator eam assi- » gnavit ad verbum singula reddere sui co- » natus. «

Abdias Latinè ex versione Laur Humfredi cum textu Hebræo, in 8°. Basileæ 1559.

Idem Latinè ex versione Guillelmi Bedwelli, in 4°. Londini 1601.

Joël & Micha Latinè ex versione Joannis Draconitidis, V. *Idem Polyglotti* 1565.

Jonas Latinè ex versione Andreæ Placi, in 8°. Viennæ Austriæ, Aquilæ 1551.

Idem Latinè ex versione Wigandi Happelii, in 8°. Basileæ 1561.

Nahum Latinè ex versione Theodori Bibliandri, in 8°. Basileæ & Tiguri 1534.

Sophonias Latinè ex versione Martini Buceri, in 8°. Argentorati 1528.

Haggæi, Zachariæ, & Malachiæ nova versio Latina ex Hebræo, opera Thomæ Neli, 4°. Parisiis 1557.

Malachias Latinè ex versione Stephani Isaaci cum textu Hebr. in 8°. Coloniæ 1565.

Liber Tobiæ Latinè ex versione Pauli Fagii cum textu Hebræo, in 4°. Jenæ 1542.

Idem, V. *Biblia Polyglotta Londinensia* 1657.

» Tobiam Hebraïcè scriptum, ut apud » Judæos hodieque invenitur... Latinè lo- » quentem exhibuit Paulus Fagius, diligens » Interpres, elegantiarum præ veritatis » studio negligens, & quantùm fert Ebraï- » cæ linguæ siccitas, satis parcus. « *Dan. Huëtius de Claris Interpretibus* §. 7. *pag.* 143.

Idem Latinè ex versione Sebastiani Munsteri cum textu Hebræo, in 4°. Basileæ 1542. 1549. *Forsan eadem editio.* in 8°. Ibidem 1556. Idem. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

Evangelium S. Matthæi Latinum ex ejusdem versione cum textu Hebræo, in fulio. Basileæ 1537. in 8°. ibid. 1557, 1582.

Idem ex Hebræo fideliter redditum à Johanne Mercero, studio Joannis Tilii Episcopi Ebroïcensis, 8°. Parisiis, Mart. Juvenis 1555.

Epistola S. Pauli ad Hebræos Lat. ex versione Alfonsi de Zamora. V. *Eadem Hebr.* 1526.

Eadem Lat. ex versione Seb. Munsteri, in 8°. Basileæ 1557. 1582.

SECTIO SEXTA.

BIBLIA EX LINGUIS ALIIS Orientalibus Latinè conversa.

EX LINGUA CHALDAICA.

Targum seu Paraphrasis Chaldaïca Onkelosi in Pentateuchum Latinè ex versione Alfonsi de Zamora. V. *Biblia Polyglotta* 1517. 1572. 1645. 1657. V. *Biblia Latina Vulgata* 1609. 1616.

Eadem ex ejus versione, 8°. Antverp. 1535.

» Quamvis hanc interpretationem ad « verbum excudendam receperint viri lin- « guæ hujus peritissimi, illamque demum « Arias Montanus partim emendaverit, « partim etiam expleverit, in multis ta- « men Interpretum fidem nutare compe- « rias. *Dan. Huëtius de Claris Interpr.* §. 20. *p.* 117.

Targum hoc est Paraphrasis Onkelosi Chaldaïca in sacra Biblia (*seu in Pentateuchum*) ex Chaldæo in Latinum fidelissimè versa, additis annotationibus, authore Paulo Fagio, in fol. Argentorati, Marcharopæi 1546.

Ex præfatione. » Quod versionem atti- « net, non spectavi elegantiam linguæ La- « tinæ... sed operam dedi ut non multum « discederem à verbis, idque propter colla- « tionem, ut qui textum Latinum cum « Chaldæo conferre volunt, eò faciliùs id « possint. Quò factum est, ut fortè multa « Latinis auribus dura & aspera sonent. «

Eadem Latinè ex versione Bernardini Baldi facta anno D. 1594. *Nicius Erythræus p. 6. primæ partis Pinacothecæ.*

Eadem Latinè ex versione Andreæ de Leon Zamorensis, facta ante annum 1618. *Romæ extat in Biblia Barberina, idem Andreas pag.* 131. *Antiquit. Ecclesiæ Orient.*

Targum Pseudo-Jonathanis in Pentateuchum Latinè nunc primùm editum ex versione Antonii Cevalerii. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

Targum Hierosolymitanum in Pentateuchum Latinè, ex versione Francisci Taylor, in 4°. Londini 1649.

Idem Latinè, ex versione Ant. Cevalerii. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

» Hierosolymitanæ Paraphraseos, licèt » à Taylero nuper Latinè edita sit, (*inquit* » *Waltonus Proleg.* 12. §. 20.) cùm tamen » multis erroribus scateat ejus versio, aliam » magis accuratam dedimus; quod qui ejus » versionem cum nostra contulerint, facilè » deprehendent. «

» Versionem *Antonii* Cevalerii tam Hierosolymitanæ quàm Jonathanis sic dictæ » paraphrasis mecum nuperrimè communicavit Mericus Casaubonus, ex suppellectile scilicet patris libraria in qua delituerat. » *Hæc scribebat Joan. Seldenus tomo* 1. *de Synedr. Ebræorum pag.* 626.

Targum Jonathanis in Josue, Judices, Libros Regum, Isaiæ, Hieremiæ, Ezechielis, & XII. Minorum Prophetarum Latinè, ex versione Alphonsi de Zamora. *Bibliotheca Complutensis, Joan. Terentius in præfat. notarum in Job.*

Idem in eosdem Libros ex ejusdem versione, à Benedicto Aria Muntano ad Hebraicam & Chaldaicam veritatem correcta. V. *Biblia Polyglotta* 1572. 1645.

Ex præfatione Benedicti Ariæ Montani II. volumini præfixa. » Hoc itaque repurgato exemplari » (*Librorum historicorum qui* » *priorum Prophetarum titulo gaudent*) à Masio » accepto atque à nobis quâ potuimus diligentiâ Latinitate donato, in hisce Bibliis præcipuè usi sumus; in cujus interpretatione religioni poriùs quàm verborum ornatui studuimus; tum quia Chaldaici sermonis tyronibus hac ratione consultum putavimus, si vocem voci, schema » schemati, & locutionem locutioni redderemus: quod quidem in cœteris exemplaribus, quotquot antehac in Latinam » linguam conversa sunt, desiderari comperimus; tum verò maximè quòd semper » ejus sententiæ fuerimus, ut in libris sacris » multò satiùs æstimaverimus verum & » germanum ejus linguæ, ex qua vertimus, » sensum reddere, ejusque proprietatis ac » modorum certam quandam habere rationem, quam ejus, in quam vertimus, » ornatui & elegantiæ tantùm inservire. »

Idem in eosdem Libros. V. *Biblia Polyglotta* 1645.

Idem ex Ariæ recognitione ab Antonio Cevalerio emendata. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

Versionem Latinam quæ in Regiis primò, posteà in Parisiensi excusa, cùm » non exactè Chaldæo textui respondeat, » in multis ad Chaldæum aptiùs expri- » mendum emendavimus, maximè verò » post Pentateuchum, cùm discrepantia » ista versionis Latinæ à Chaldæo in Regiis » non nisi post impressum Pentateuchum » à nobis observata sit. Ubi tamen Regia & » Basileensia Exemplaria variant, versionem Latinam alio charactere distinctam » notavimus. « *Ita Waltonus ibidem.*

Idem Latinè ex versione Conradi Pellicani. *Frisius in Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ.*

Idem Latinè ex versione Andreæ de Leon Zamorensi. *Romæ, Biblioth. Barberina, idem Andreas pag.* 131. *Antiq. Eccl. Orientalis.*

Paraphrasis Chaldaica in Hieremiæ Prophetiam & in Threnos: Interprete Michaële Ghislerio. V. *ejusdem Catena in Hieremiam*, 3. vol. fol. Lugduni 1623.

Targum in duodecim Prophetas minores Latinè, ex versione Joan. Merceri, in 4°. Parisiis 1559.

Idem ex versione Tremellii, in 8°. Heidelbergæ 1567.

Idem ex versione & cum commentariis Petri à Figuero, fol. Lugduni 1615.

Targum in Oseam, Joëlem, Amosum, Ruth & Threnos, Latinè ex versione Joannis Quinquarborei cum ejus notis, in 4°. Parisiis, Martini Juvenis 1556. *Jam in Oseam ediderat*, in 4°. Parisiis 1554. *&* *in Threnos*, in 4°. ibid. 1549.

Targum in Oseam, ex versione Benedicti Ariæ Montani cum notis Hieronymi, in 8°. Wittebergæ 1600.

Targum in Haggæum Latinè, ex versione Joannis Merceri, in 4°. Parisiis 1551.

Targum in Abdiam & Jonam Latinè, ex ejusdem versione, in 4°. ibid. 1550.

Targum in Joëlem Latinè, ex versione Gilberti Genebrardi, in 4°. ibid. 1583.

Targum in Abdiam, Junam & Sophoniam Latinè, ex versione Arnoldi Pontaci, in 4°. ibid. 1566.

Targum R. Joseph Cæci & aliorum in *Chetuvim* i. e. Job, Proverbia, Canticum Canticorum & Threnos, (*desunt in libros Psalmorum, Ecclesiastæ, Ruth, Esther, Danielis, Esdræ & Canticorum*) Latinè ex versione. Alphonsi de Zamora. *Biblioth. Complutensis, Joannes Terentius ibidem ut suprà.*

Idem

Idem ex ejusdem versione ab Aria A Montano recognita. V. *Biblia Polyglotta* 1572. 1645.

Idem ex ejus recognitione ab Edmundo Castello emendata. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

Idem in eosdem, excepto Psalterio, Latinè, ex versione Conradi Pellicani. *Frisius ibid. ut suprà.*

Idem Latinè, ex versione Andreæ de Leon Zamorensis. *Romæ, Bibl. Barberina, idem Andreas pag.* 131. *Antiq. Ecclesiæ Orient.* B

Targum in Psalmos, Ecclesiasten & librum Esther, Latinè ab Ario Montano. V. *Biblia Polyglotta* 1572. 1645.

Idem in eosdem, ex ejusdem versione ab Edmundo Castello recognita. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

Targum in Psalmos Latinè ab Adriano Chilio Latinitate donatum. *Bibl. Belgicæ, Sanderus part.* 1. *pag.* 151.

Targum in Job Latinè, ex versione Victorii Scialac, in 8°. Romæ 1618.

Idem Latinè, ex versione Joannis Te- C rentii. *Ipse in præfatione notarum in eundem* » *hæc ait :* » Latinam Paraphraseos versio- » nem quòd attinet, eam planè novam » jam adornaveram... pro mea antiquam » illam versionem, quæ in Opere Regio » conspicitur, Chaldæo textui è regione » apposui. »

Idem Latinè, ex versione Alfonsi de Zamora recognita, cum notis Joan. Terentii, in 4°. Franekeræ 1663.

Cantica Canticorum & Ecclesiastes Salomonis paraphrastico idiomate conscrip- D ti, & ex Chaldæa lingua in Latinam versi per Erasmum Oswaldum Schreckenfuschium, in 8°. Basileæ 1553.

Targum in Canticum Canticorum Latinè, ex versione Julii Bartoloccii cum scholiis, in 4°. *Bibl. Vaticana, Bartoloccius tom.* 3. *pag.* 792.

Targum in Ecclesiasten Latinè, ex versione Petri Costi. V. *ejusdem Typus Messiæ*, in 4°. Lugduni 1554.

Eadem versio. V. *Joan. Pinedæ Commentarius in Ecclesiasten*, in folio. Hispali E 1619.

Syriaca (*hoc est Chaldaica*) paraphrasis Ruth Latinè, ex versione Joan. Merceri cum Chaldæo textu, 4°. Parisiis 1564.

Targum libri Esther Latinè, ex versione Ariæ Montani. V. *Biblia Polyglotta* 1572.

Targum duplex in Esther Latinè, ex versione Francisci Taylor, in 4°. Londini 1655.

Targum in utrumque librum Chronicorum seu Paralipomenon, Latinè redditum à Samuële Clerico, unà cum textu Chaldæo, 2. vol. in 4°. *Bibl. Bodleiana codd.* 3926-27.

Idem Latinè, ex versione Friderici Beckii cum notis, 2. vol. in 4°. Augustæ Vindel. 1680-83.

Liber Tobiæ ex Chaldæo in Latinum conversus à S. Hieronymo ope Judæi cujusdam. V. *omnes Bibliorum Latinæ Vulgatæ editiones.*

Ex præfatione S. Hieronymi. » Mirari « non desino exactionis vestræ instantiam, « exigitis enim ut librum Chaldæo sermone « conscriptum, ad Latinum stylum tra- « ham ; librum utique Tobiæ. . : Feci satis « desiderio vestro &c. «

Liber Judith ex Chaldæo in Latinum idioma translatus ab eodem. V. *Biblia Lat. Vulgata.*

Ex præfatione S. Hieronymi. » Apud « Hebræos liber Judith: . . Chaldæo ser- « mone conscriptus inter historias compu- « tatur... Acquievi postulationi vestræ.... « huic unam lucubratiunculam dedi, magis « sensum è sensu quàm ex verbo verbum « transferens. Multorum codicum varieta- « tem vitiosissimam amputavi : sola ea quæ « intelligentiâ integra in verbis Chaldæis « invenire potui, Latinis expressi &c. «

EX LINGUA SYRIACA.

Biblia ex versione Sergii Risii, *juxta hæc verba Cornelii à Lapide pag.* 5. *proœmii in Prophetas minores.* » Extant hîc « Romæ in Bibliotheca Vaticana & Medi- « cæa versiones vetustæ Bibliorum duæ, Sy- « riaca & Arabica... Utramque in Latinum « idioma transtulit Illustr. & Reverendiss. « Dom. Sergius Risius Maronita, Archie- « piscopus Damascenus, cui Arabica lingua « materna est, Syriaca familiaris. » *Leo Allatius in Apibus Urbanis pag.* 233. *solum Pentateuchum notat cum Prophetis Esaia & Hieremia ex Syriaco in Latinum idioma conversum.*

Vetus Testamentum (*præter libros Tobiæ, Judith, Esther, Epistolam Hieremiæ, fragmenta Danielis & librum primum Macchabæorum*) Latinè ex versione Gabriëlis Sionitæ : Liber Ruth Latinè, interprete Abrahamo Ecchellensi : & libri Salomonis ex translatione Joan. Hesronitæ. V. *Biblia Polyglotta Parisiensia* 1645.

Iidem libri Latinè, ex eorumdem versione, additis libris Tobiæ, Judith, Esther, Epistola Hieremiæ, fragmentis Daniëlis & libro I. Macchabæorum Latinè, ex versione Edmundi Castelli. V. *Biblia Polyglotta Londinensia* 1657.

Gabriel Sionita, in sua interpretatione Latina ex Syriaco, ad linguam Hebraicam, quam probè non callebat, semper non attendit,

unde plurima sacræ Scripturæ loca haud benè vertit, ut me monuit vir doctissimus Michael Lequien ex Ord. Prædic.

Excerpta Veteris Testamenti Syriaci cum Latina Versione nova & annotationibus Christophori Cellarii, in 4°. Cizæ 1682.

Ex præfatione. » De Latina versionis » hujus expositione scias, in excerptis nos- » tris novam, quæ Syriacæ ad verbum res- » ponderet, additam esse, quòd tyronibus » parùm putaremus consuli, si retineretur » illa quæ in Polyglottis est, quippe quam » sæpiùs non verba sed sensum solùm red- » didisse deprehendimus. Incultior quidem » noster stylus est, & sæpe illatinus, tamen » Syrè discentibus apprimè accommoda- » tus, quòd ubique verborum tum ordinem » servat, tum propriam significationem. »

Psalmi ex versione Th. Erpenii. V. *Iidem Syr.* 1625.

Idem ex versione Sionitæ. V. *Iidem Syr.* 1625.

Psalmi VII. Pœnit. ex versione Erpenii. V. *Iidem Syr.* 1678.

Ecclesiastes Latinè, ex versione Victorii Scialac, Romæ an. D. 1607. factâ V. *Joan. Pinedæ Comment. in Eccles.* fol. Hispali 1619.

Novum Testamentum Latinè, ex versione Emmanuëlis Tremellii. (*Absunt quatuor Epistolæ Canonicæ & Apocalypsis.*) V. *Idem Polyglotton* 1569. *Aliæ editiones.* V. *Biblia Latina Tremellio-Juniana ad ann.* 1585. 1593. 1603. 1607. 1617. 1618.

Idem ex eadem versione. V. *Idem Syriacè* 1621.

Idem ex eadem versione à Samuële Clerico recognita. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

» *Tremellius* Guidonis Fabricii Bode- » riani laborem per plagium sibi vindicavit, » qui illud ante è characteribus Syriacis in » Hebraicos transcripserat, & additâ Lati- » nâ interpretatione Antverpiæ Plantini ty- » pis emiserat. » *Genebrardus in Chronologia sua ad an.* 1555. *Tremellius Latinam Novi Testamenti ex Syro versionem anno tantùm* 1568. *absolvit; suam verò Boderianus anno* 1567. *jam confecerat, ut patet ex utriusque præfatione.*

Novum Testamentum Latinè ex versione Guidonis Fabricii Boderiani. V. *Biblia Polyglotta* 1572. 1645. V. *Novum Testamentum Polyglotton* 1584.

» Insignis inter alias hæc interpretatio, » idque tam diligenti & exquisitâ conve- » nientia, ut nihil suprà. » *Petrus Dan. Huetius lib. de claris Interpretibus* §. 15. *pag.* 119.

Novum Testamentum Latinè, ex versione Andreæ de Leon Zamorensis. *Bibl. Barberina*, *epistola ejusdem pag.* 136. *Antiquitatum Ecclesiæ Orientalis, in qua hæc leguntur:* » Tradidi Paulo V. simulque & « Novi Testamenti textum Syriacum cor- « rectum, Latinè quoque redditum cum « Apocalypsi, tribusque epistolis & historia « adulteræ, quæ desiderantur in Bibliis Re- « giis, *sive Antverpiensibus. Hic Boderiani versionem forsan recognovit, eique suam Apocalypseos quatuorque Epist. Catholicarum translationem adjunxit.*

Evangelium S. Matthæi ex versione Tremellii. V. *Idem Syriacè* 1621. V. *Novum Testamentum Syriacum* 1663. 1694.

Evangelium S. Joannis Latinè ex Syra versione accuratè descriptum à Martino Chemnitio, in 4°. Lipsiæ 1573. in 8°. Jenæ 1579. Lipsiæ 1580.

Epistola D. Pauli ad Romanos linguâ Syrâ, studio Christophori Crinesii Latina facta, in 4°. Wittebergæ 1612.

Epistola D. Pauli ad Galatas, ex versione Tremellii. V. *Eadem Syriacè* 1570.

† Epistola Pauli ad Titum, ex vers. Crinesii. V. *Eadem Syriacè* 1613.

Epistola D. Pauli ad Hebræos è Syro sermone in Latinum conversa à Matthæo Galeno cum ejus enarratione, 8°. Duaci 1578. Lovanii 1599.

Epistola secunda S. Petri, secunda & tertia S. Joannis, & Epistola Judæ, & Apocalypsis Latinè, ex versione Balthazaris Etzelii, *juxta hæc Antonii Possevini verba in Apparatu sacro ad hoc nomen:* » Baltha- « zar Etzelius Latinas fecit è Syriaca lin- « gua Epistolam S. Petri secundam: duas « posteriores S. Joannis: Epistolam S. Judæ « & Apocalypsim, quæ omnia deerant in « Syriaco Novo Testamento sive Cæsareo « quod Viennæ in Austria, sive Regio quod « Antverpiæ erat. Quæ quidem nos à Ma- « ronitis accepimus ex Orientalium codi- « cibus in quibus extant. «

Hæ quatuor Epistolæ Latinè ex hac versione, *extant editæ tum Nic. Serrarii commentariis in* VII. *Epistolas Canonicas*, in fol. Moguntiæ 1612. Parisiis (*vel potiùs Lugduni*) 1704.

Eædem quatuor Epistolæ Latinè, ex versione Eduardi Pocockii. V. *Eædem Syriacè* 1630. V. *Biblia Polyglotta* 1645. 1657.

Epistola S. Joannis prima ex versione Tremellii. V. *Eadem Syriacè* 1624. 1632. 1642.

Apocalypsis Joannis Latinè, ex versione Ludovici de Dieu. V. *Eadem Syriacè* 1627. V. *Biblia Polyglotta* 1645. 1657. V. *Ejus opera*, fol. Amstelodami 1693.

Sylloge Canticorum Novi Testamenti ex versione Sebastiani Schotteri. V. *Eadem Syriacè.*

Excerpta Novi Testamenti Syriaci

cum versione Latina Christophori Cellarii, in 4°. Cizæ 1682.

Ex præfatione. » Missis annotationibus, » solam versionem adjeci, sed ita Syrorum » inhærentem idiomati, ut neque ordine » verborum, neque numero dissentiat, sed » verbum de verbo exprimat. »

EX LINGUA SAMARITANA.

Pentateuchus Latinè ex versione Joannis Morini, *quæ & textui Hebræo-Samaritano & versioni Chaldæo-Samaritanæ correspondet.* V. *Biblia Polyglotta* 1645. 1657.

» Non tantùm à textu Hebræo-Samari» tano discedit Samaritana versio, sed tum » à textu tum à versione sæpe differt versio » Latina, sæpe neutrius sensum aptè expri» mens, sed potiùs Vulgatam Latinam, ut » qui versionem Vulgatam cum hac con» tulerit, planè videre potest. » *Waltonus, Proleg.* 10. §. 10. *Idem in Epistola ad Joannem Lightfoot inter hujus opera posthuma, Epist.* 7. » In Morini translatione pauca » immutamus nisi errata typographica, aut » omissa, aut indubiè malè expressa, quæ » subinde recurrunt; sed ubi translatio illa » minùs accurata est, quod in plurimis locis » manifestum est, id suo loco annotamus, » & sub finem colligimus: notabiles ejus à » versione Samaritana differentiæ, quæ ali» cujus sunt momenti, itidem annotantur, » exceptis iis quæ sunt in nominibus pro» priis, ac proinde minoris momenti. *Hæc ille.*

» Versionis illius Samariticæ Latinus Interpres (*inquit Rich. Simon pag.* 89. *Disquis. critic. de variis Bibl. editionibus cap.* » XI.) non videtur in omnibus accuratus, » iis præsertim locis, quibus illa non con» sentit cum contextu Hebræo-Samari» tano. »

Horæ Samaritanæ, hoc est, excerpta Pentateuchi Samaritanæ versionis cum Latina interpretatione nova & annotationibus perpetuis, studio & labore Christophori Cellarii, in 4°. Cizæ 1682.

Ex præfatione. » Causa fuit, ut & de no» va versione excerptorum cogitarim, eam» que ita adornaverim, ut verbo verbum » interpretando redderetur. »

EX LINGUA ARABICA.

Biblia Latina ex versione Sergii Risii. V. *Biblia Latina ex Syro idiomate.*

Biblia Latina V. & N. Testamenti (*sc. Pentateuchus ex versione Joannis Esronitæ: libellus Ruth ex versione Abrahami Ecchellensis: reliqua interprete Gabriële Sionita.*) *Desunt libri Tobiæ, Judith, Esther, quædam Fragmenta Hieremiæ & Danielis, I. & II. Macchabæorum.* V. *Biblia Polyglotta* 1645. 1657.

Anno 1614. *Gabriël Sionita præter Psalterii Arabici versionem Latinam quam hoc anno edidit;* aliorum sacri Instrumenti librorum translationem jam *tum* maximè ex parte perfecerat, *ut ipse scribit in præfatione ejusdem Psalterii: Pentateuchum quoque converterat Joannes Eremita ante annum* 1618. *siquidem hujus versio Latina servatur in Bibliotheca Francisci Savari de Breves, qui hoc ipso anno diem clausit extremum.*

Biblia Arabicè & Latinè, Romæ anno 1671. *publicata hic prætermitto, Latina enim translatio, è regione posita, ipsa est Vulgata Latina.*

Geneseos quinque capita Latinè ex versione Joannis Esronitæ. V. *Eadem Arabicè* 1700.

Psalmi Latinè ex versione Victorii Scialac, & Abrahami Ecchellensis. V. *Iidem Arabicè* 1614.

Psalmus LI. Latinè ex versione Petri Kirstenii. V. *Idem Arabicè* 1608.

Ecclesiastes Latinè ex versione Victorii Scialac, Romæ an. 1607. facta. V. *Joannis Pinedæ Comment. in Ecclesiasten*, fol. Hispali 1619.

IV. Evangelia Latinè ex Arabico. V. *Eadem Arabicè* 1591.

Evangelium S. Joannis Latinè ex paraphrasi Arabica per Thomam Erpenium edita, interprete Paulo Tarnovio, cum ejus comment. in 4°. Rostochii 1619.

Caput XVII. Evangelii S. Joannis Latinè ex versione Petri Kirstenii. V. *Idem Arabicè* 1608.

Acta Apostolorum ex Arabica translatione Latinè reddita per Franciscum Junium, cum notis, in 8°. (*Heidelbergæ*) apud Joannem Mareschallum 1578.

S. Pauli Epistolæ ad Corinthios duæ Latinè ex ejusdem versione, in 8°. iisdem typis 1578.

Eædem additis Epistolis ad Galatas & ad Hebræos ex ejusdem versione, in 8°. Francofurti 1596.

Epistola ad Galatas Latinè ex versione Rutgeri Spey cum notis. V. *Eadem Arabica* 1583.

† Epistola Pauli ad Colossenses ex versione Guill. Bedwelli. *Bibl. publica Cantabrigiensis.*

Epistola ad Titum Latinè ex versione Joannis Antonidæ. V. *Eadem Arabicè* 1612.

† Epistola Pauli ad Philemonem Latinè, in 12. *Bibl. Hinckelmanni cod.* 150.

Epistolæ tres S. Joannis Latinè ex versione Guill. Bedwelli, in 4°. *Bibl. Bodleiana cod.* 369.

Eædem ex eadem versione typis excusæ. V. *Eadem Arabicè* 1612.

Eædem ex versione Jonæ Hambræi. V. *Eadem Arabicè* 1630.

Epistola S. Judæ Lat. ex versione Petri Kirstenii. V. *Eadem Arabicè* 1611.

EX LINGUA ÆTHIOPICA.

Geneseos duo capita Latinè, ex versione Theodori Petræi. V. *Eadem Æthiopicè* 1660.

Eadem Latinè, studio Georgii Christophori Burcklini. V. *Eadem Æthiopicè* 1668.

Liber Ruth Latinè ex versione Joannis Georgii Nisselii. V. *Idem Æthiopicè* 1660.

Psalmi Latinè ex versione Joan. Henr. Michaëlis. V. *Idem Æthiopicè* 1701.

Canticum Canticorum Latinè ex versione Joannis Georgii Nisselii. V. *Idem Æthiopicè* 1656.

Idem ex versione Edmundi Castelli. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

Prophetia Joëlis Latinè ex versione Theodori Petræi. V. *Eadem Æthiopicè* 1661.

Prophetia Jonæ Latinè ex ejusdem versione. V. *Eadem Æthiopicè* 1661.

Prophetia Sophoniæ Latinè ex versione Joannis Georgii Nisselii. V. *Eadem Æthiopicè* 1660.

Vaticinium Malachiæ Latinè ex versione Theodori Petræi. V. *Idem Æthiopicè* 1661.

Novum Testamentum Latinum ex versione Dudleii Loftusii. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

» Novum Testamentum Æthiopicum » Latinè vertit vir doctissimus tam generis » prosapiâ quàm linguarum Orientalium » scientiâ nobilis D. Dudleius Loftusius » J. V. D. Dubliniensis, qui schedas suas » ex Hibernia mihi misit, quas, cum ipse » prælo abesset, D. Castellus revidit, ultimamque manum eis imposuit. » *Waltonus circa finem præfat. Bibl. Polyglottorum Londinensium.*

Epistolæ Jacobi, Joannis & Judæ Latinè ex versione Th. Petræi. V. *Eadem Æthiopicè* 1654.

EX LINGUA PERSICA.

Pentateuchus Lat. Interprete Thoma Hyde. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

»Thomas Hyde summæ spei juvenis, qui » in linguis Orientalibus supra ætatem magnos progressus fecit, quorum specimina » dedit, tum in Arabicis, Syriacis, Persicis » &c. corrigendis, tum in Pentateucho Per- A sico characteribus Persicis describendo, « ejusque versionem Latinam concinnando. » *Waltonus circa finem præfationis Bibliorum Polyglottorum Londinensium.*

Pentateuchus ex idiomate Persico Latinè redditus ab Antonio Deusingio. Auctor vitarum Profess. Groningensium pag. « 214. *juxta Georgium Matthiam Konigium in Bibliotheca veteri & nova. Verùm lecto hoc libro alia reperi prorsus absimilia, scilicet* occasionem nactus Deusingius in lingua « Persica ac Turcica proficiendi, iisdem « B succisivis horis operam impendit, in qui- « bus brevi temporis spatio eatenus profe- « cit, ut Pentateuchum Persicum ex in- « terpretatione Jacobi Tawusi Constanti- « nopoli à Judæo olim excusum characteri- « bus Hebraïcis, (ubi ex multiplici litera- « rum confusione, quâ plures literæ Persarum paucioribus Hebræorum exprimun- « tur, permagna extitit difficultas) Persico « charactere consignare distinctè & vocali- « bus accuratè illustrare aggressus fuerit, « ac feliciter absolverit. « *De versione verò ne* C *ego quidem.*

Liber Geneseos Latinè ex idiomate Persico redditus à Ludovico de Dieu, *ut ipse testatur in præfatione Historiæ Christi Persicè conscripta à P. Hieronymo Xavier &c. his verbis:* » Primus is fuit stimulus, « qui, ut in Persismo aliquid tentarem, im- « pulit. Vix dum Genesim magno cum tædio absolveram, quum è Dania redit « summus amicus meus Joannes Elichmannus, &c. «

D Quatuor Evangelia Latinè, Interprete Abrahamo Wheloco. V. *Eadem Persicè* 1657.

Eadem Latinè, Interprete Samuële Clerico. V. *Biblia Polyglotta Londinensia* 1657.

» Samuel Clericus in textu Hebræo, « Chaldaica paraphrasi, nec non Evange- « liis Persicis, quorum versionem Latinam « dedit, nullum non laborem obiit. » *Waltonus ibidem. Ex hac versione Latina* V. *supra* IV. *Evangelia Persicè edita* 1657.

E
EX LINGUA ARMENA.

Obadias Armenus Latinè, Interprete Andrea Acoluthо. V. *Idem Armenicè* 1680.

Historia quatuor Evangelistarum, traducta per Dudleium Loftusium. *Bibliotheca ejusdem in Hibernia cod.* 854. *catalogi msc. Hiberniæ editi, nunc in Bibliotheca Narcissi Archiepiscopi Armachani.*

EX LINGUA COPTICA.

Biblia Latina ex lingua Coptica, Interprete Guillelmo Bonjour. *Hiacinthi Gimmæ Elogia Academica Italicè scripta anno* 1703. *pag.* 356.

Novum Testamentum Latinum ex lingua Coptica, Interprete Davide Wilkins unà cum textu Coptico, in 4°. Oxonii 1716.

SECTIO SEPTIMA.

BIBLIA LATINA EX GRÆCO sermone recens conversa.

CODICES MANUSCRIPTI.

Biblia Latina ex Græco, operâ Guillelmi Canteri, *juxta Suffridum Petrum qui de ea versione sic loquitur :* » *Guillelmus Canterus* non dissimulavit se deinceps in sanctorum Patrum opera de Græco in Latinum transferenda fuisse incubiturum, in primisque novam Bibliorum translationem & exactiorem Græci textûs emendationem meditari, ad quam rem felicitùs absolvendam non modò Hebraïcæ linguæ penetralia curiosiùs jam rimabatur, sed exemplarium tum Hebraïcorum, tum Græcorum, tum Latinorum non solùm mss. sed etiam excusorum diversæ editionis copiam terrâ marique venabatur. Pium hoc propositum suum prudenti consilio fulciebat, nam quò faciliùs effectum daret id quod moliebatur, Lovanio relicto Leovardiam concedere, ibique sedes figere constituerat » (*paulò ante obitum i. e. circa annum Christi* 1574) *Suffridus Petrus decade* 12. *cap.* 8. *de scriptoribus Frisiæ.*

Libri Geneseos pars magna & Evangelium Joannis ex Græco in Latinum sermonem translata à Burgundione, qui obiit anno Christi 1194. (*ut refert Robertus de Monte in Appendice ad Chronog. Sigeberti ad ann.* 1181. *inter Historiæ Germanicæ scriptores à Joanne Pistorio editos his verbis :*) » *Ad Concilium Romanum anno* 1163. venit quidam civis Pisanus, nomine Burgundio, peritus tam Græcæ quàm Latinæ eloquentiæ. Hic attulit Evangelium sancti Joannis translatum ab ipso de Græco in Latinum. . . . Hic etiam fatebàtur magnam partem libri Geneseos à se jam translatam. »

Novum Testamentum ex Græco idiomate in Latinum à Simone Jatumæo translatum, *juxta Sixtum Senensem lib.* 4. *Bibl. sanctæ.* » Simon Jatumæus Thebarum Archiepiscopus totius Novi Testamenti seriem ex emaculatissimis Græcorum codicibus supremâ diligentiâ in unum redegit, subinde verò & in Hebræum & in Latinum vertit sermonem verbum de verbo fidelissimè interpretatus. «

Simon Jatumæus aliàs Sacumæus... in sacris Scripturis Novi Testamenti ex Græca lingua in Hebræam & Latinam convertendis laudabilem operam posuit. « *Guillelmus Cave tom.* 2. *hist. litterariæ ad ann.* 1400.

Augustinus Justinianus apud Gesnerum in Bibliotheca sua pag. 105. *versionis ex Græco Hebraïcæ meminit, de Latina verò prorsus silet.*

Novum Testamentum è Græco in Latinum sermonem factum à Janotio Manetto, *qui obiit anno Christi* 1450. *Florentiæ apud suæ gentis familiares : Possevinus in Apparatu sacro.*

Idem ex Græco in Latinum sermonem purissimum Joannes Balivus transtulisse dicitur. *Frisius pag.* 405, *Bibliothecæ.*

LIBRI EDITI.

Biblia Latina ex Græco ad verbum expressa per Doctores Complutenses. V. *Biblia Polyglotta* 1517.

» Hac Bibliorum conversione profectò nihil diligentius & Græco exemplari consonum magis fingi potest, » *inquit Huetius, lib. de Claris Interpretibus* §. 20. *pag.* 117.

Biblia Latina ad LXX. Interpretum fidem diligentissimè tralata, *& ex versione Complutensi edita cum præfatione Andreæ Cratandri*, in 4°. Basileæ, Andr. Cratandri 1526.

Hanc editionem Græcam annoque 1520. *factam existimavit Waltonus, at in utroque erravit : nulla reperitur editio sacr. Bibl. Græca Basileensis anno* 1520. *vulgata.*

Eadem. V. *Biblia Polyglotta* 1572. 1596. 1599. 1645. Eadem, in 12. Amstelodami 1696. V. *Biblia Græca* 1550. 1582. V. *Biblia Latina Vulgata* 1609. 1616.

Vetus Testamentum secundùm 70. Latinè redditum. V. *supra pag.* 230.

Liber Geneseos Latinè, Interprete Joanne Oecolampadio, in 8°. Basileæ 1523.

Liber Josue ex Græco in Latinam linguam conversus ab Andrea Masio. V. *ejus comment. in Josue*, in fol. Anverpiæ 1574.

Tobias ex versione Joannis Alberti Fabricii. V. *Idem Græcè* 1691.

Psalterium Latinum. V. *Idem Græcum & Biblia Vulgata.*

Idem è Græco & Hebraïcis dialectis ab

Ottomaro Luscinio Latinitati redditum, unà cum exegesi, in 8°. Augustæ, Symperti Ruf 1514. A

Psalterium ex integro conversum ex Græco à Joanne Lonicero, in 8°. Francofurti 1560.

Quinque Libri qui vulgò dicuntur Sapientiales, Interprete Joanne de Vergara, *ut refert Gomesius in Libro* de factis Francisci Ximenii. V. *Biblia Polyglotta Complutensia* 1517.

Libri qui non sunt in Canone Hebræo, Latinè ex Græco, Interprete Sancte Pagnino. V. *ejusdem Biblia Latina ex Hebræo ad annum* 1528. B

Iidem Lat. ex Græco, Interprete Petro Cholino. V. *Biblia Latina Tigurina ex Hebræo ad annum* 1543.

Iidem, Interprete Sebastiano Castalione. V. *ejusdem Biblia Latina ex Hebræo ad annum* 1551.

Iidem ex Complutensi editione, studio Claudii Baduelli. V. *Biblia Lat. Protest. ad annum* 1557.

Iidem ex recognitione Benedicti Ariæ Montani. V. *ejusdem Biblia Lat. ex Hebr. ad annum* 1572. C

Iidem, Interprete Francisco Junio. V. *Biblia Latina Tremellio-Juniana ad annum* 1579.

Iidem ex diversorum versionibus à Jo. Alberto Fabricio editi. V. *Iidem Græcè* 1691.

Iidem, Interprete Sebastiano Schmidio. V. *ejusdem Biblia Latina ex Hebræo ad annum* 1697.

Ecclesiastes Latinè ex Græco, Interprete S. Hieronymo. V. *ejus opera: Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta.* D

Idem Latinè, Interprete Victorino Strigelio. V. *ejus scholia in eundem*, in 8°. Lipsiæ 1575.

Idem Latinè ex Græco, Interprete Christophoro à Castro. V. *ejus comment. in eundem*, in 4°. Lugd. Cardon 1613.

» In hoc libro pro paraphrasi novam è
» Græco translationem adjeci. »

Sapientia Salomonis ex versione & cum scholiis Petri Nannii, 4°. Basileæ 1552. E

Liber Sapientiæ Latinè ex Græco, Interprete Nicolao Selneccero, in 8°. Lipsiæ 1568.

Idem Latinè ex Græco. V. *Henrici Khunrath, Amphitheatrum Sapientiæ æternæ &c.* in fol. Hanoviæ 1609.

Ecclesiasticus Lat. ex Græco, Interprete Joach. Camerario, in 8°. Lipsiæ 1570.

Idem Latinè, Interprete Matthæo Bergio Bruun. V. *Idem Græcè* 1580.

Idem Latinè & Gallicè, Interprete Francisco Junio 1581. *Hanc memorat in catalogo suorum operum.*

Idem, Interprete Jo. Drusio. V. *Idem Græcè* 1596.

Macchabæorum Libri duo Latinè ex Græco per Victorinum Strigelium, in 8°. Lipsiæ 1571.

Liber Macchabæorum primus Latinè ex Græco, Interprete Joanne Drusio. V. *Idem Græcè* 1600.

N. TEST. COMPLUTENSE.

NOvi Testamenti Latina versio interlinearis unà cum Latina Vulgata. V. *Biblia Polyglotta ann.* 1514.

N. TEST. D. ERASMI.

NOvum Testamentum Latinè redditum ab Erasmo Roterodamo. V. *Idem Græcè ad annum* 1516. V. *Biblia Latina Vulgata* 1578. 1616. V. *Eadem à Protest. edita* 1522. 1538. 1572. 1598.

Idem in fol. & in 8°. Basileæ 1518. In 8°. Lovanii 1519. Idem, in quo inserta est pericope de triplici testimonio 1. Joan. 5: 7. In 8°. Basileæ, Frobenii 1521. In 8°. Moguntiæ 1521. In 8°. Basileæ 1521. In 4°. Argentorati, Morhardi 1521. In 8° Basileæ & Moguntiæ 1522. In fol. Coloniæ 1523. In 8°. Basileæ 1523. Argentorati 1523. In 4°. Norimbergæ 1523 In 8°. Basileæ 1526. In 8°. ibid. 1530. 1532. Antverp 1531. In 8°. Wittebergæ 1533. Basileæ & Moguntiæ 1535. In 16. Antverp. 1538. In 8°. Tiguri 1538. cum paraphrasi ejusdem 2. vol. In 8°. Parisiis 1540. In 8°. & in 12. Antverp. 1540. In 8. Basileæ 1541. Moguntiæ 1541. In fol. Lipsiæ 1543. In 8°. Antverp. & Moguntiæ 1545. 1545. In 16. Lugduni 1547. In 16. Lugduni, Sebastiani Gryphii 1549. In 12. Basileæ 1549. In 8°. Basileæ 1550. In 12. Lugduni 1550. In 8°. Tiguri 1553. In 16. Tiguri 1554. In 8°. Francofurti 1555. In 16. Antverpiæ 1559. In 8°. Francofurti 1560. In 8°. Tiguri 1563. In 12. ibid. 1566. Argentorati 1567. cum versione Germanica Lutheri, in 4°. Francofurti 1570. In 16. Basileæ 1572. In 8°. Tiguri 1575. Lipsiæ 1591, In 8°. Witteb. 1635. In 4°. Giessæ 1669.

N. TESTAM. PAGNINI.

NOvum Testamentum Latinum ex Græco, interprete Sancte Pagnino. V. *ejus Biblia Latina ex Hebræo ad annum* 1528.

» Pagninus (*juxta Rich. Simon in hist. crit. versionum Novi Testamenti cap.* 23. *pag.* 164) qui Hebraïcam linguam magis quàm Græcam callebat, versionem nihi- «

» lominus Latinam Novi Testamenti ex » Græco translationi suæ ex Hebræo ad- » junxit. Verùm in interpretandis Evange- » liis Rabbinus videri affectat… Cum lite- » tis Græcis nullam fermè operam dedis- » set, accuratam condere traductionem ex » Græco non potuit… Meliùs facturus, si » unà cum vetere Testamento à se transla- » to, Latinam Novi Testamenti transla- » tionem ab Erasmo concinnatam edidis- » set. » *Hæc ille.*

N. TEST. THOMÆ DE VIO.

NOvum Testamentum (*præter Apocalypsin*) ex Græco sermone in Latinum conversum à Thoma de Vio Cajetano, ope virorum linguam Græcam apprimè callentium. V. *ejus comment. in Evangelia, Actus & Epistolas Apostolorum*, 2. vol. in fol. Venetiis 1530-31. *& alibi.*

NOVUM TEST. DELOENI.

NOvum Testamentum ad antiquissima Græcorum exemplaria quam diligentissimè castigatum, inque Latinam phrasim transfusum, quidquid erat idiomaris vel Græci vel Hebræi. Prætereà difficillima quæque loca sunt passim aut explicata aut certè eminus ostensa, cum præfatione ad Henricum VIII. Angliæ Regem per B Galterum Deloenum, in 4°. Londini, Joannis Mayler 1540.

NOVUM TEST. CHOLINI.

NOvum Test. Latinum ex versione Erasmi à Petro Cholino & Rodolpho Gualthero cum textu Græco iterum collatum & plurimis in locis recognitum. V. *Biblia Lat. na Tigurina ad annum* 1543.

Ex præfatione Bibliorum. » Testamen- » tum Novum doctissimè ac fidelissimè ver- » tit Erasmus Roterodamus, qui ne un- » quam corrumpi posset emendata ejus lec- » tio, illustravit ipsum omni pietate & eru- » ditione refertissimis, nec unquam satis » laudatis annotationibus. Nihilominus col- » lata est hæc nostra Novi Testamenti edi- » tio cum ipsa veritate Græca, è qua lec- » tionis emendationem unicè petendam » esse omnes fatentur, consultis interim ali- » quot pervetustis exemplatibus & versio- » nibus, editione Hispanensi sive Toletanâ » (*aut potiùs Complutensi* 1517.) Gallicana » sive Parisiensi, (*Stephani* 1540.) Anglica- » nâ (*Deloeni*) 1540. denique & reliquis qui- » busdam editionibus.

Tigurinis Bibliis » adjunctum est, No- » vum Testamentum ex versione Erasmi; » quam fortè si Erasmus reviviscerer, ne-

A garet esse suam, quia *Petrus* Cholinus & « Rodolphus Gualtherus eam interpola- « runt, & ad varios codices castigarunt, cujus « profectò castigationis Erasmus impatien- « tissimus fuit. « *Jac. Gretserus in defens. Bellarmini tom.* 1. *col.* 939.

NOV. TEST. CASTALIONIS.

NOvum Testamentum elegantissimè & summâ cum religione conversum per Sebast. Castalionem, in 16. B Basileæ 1551. In 8°. ibid. 1553. In 16. ibid. 1556. In 12. Venetiis 1571. In 16. Basileæ 1572. 8°. Leidæ 1618. Amstelodami 1681. 12. Londini 1682. 8°. Francofurti 1695. 12. Londini 1696.

» Sebastianus Castalio (*inquit Rich. Simon*) cùm puro sermone Latina Biblia pu- « blicare vellet, ut legerentur ab his, qui- « bus non arridebat Vulgatæ nostræ stylus, « eandem in Novo Testamento quam in « vetere interprerando methodum secutus « est. Adversus hanc imprimis Novi Testa- « C menti tralationem debacchati sunt Ge- « nevenses Doctores, inter quos præcipuus « fuit Theodorus Beza, qui Græcè peritus, « linguæ verò Hebraïcæ ignarus, multò « plura in Novo Testamento, quam in ve- « teri loca redarguenda habuit… *Hic In-* « *terpres* reprehendi potissimùm meretur, « quòd puriori, elegantiorique stylo in sua « versione usus fuerit. Accuratiori sermone « loqui Apostolos voluit, sed eorum verba « à se minus benè reddita non animadver « tit. Uno verbo in hac sacri codicis lucu- « D bratione interpretem nullo modo se pro- « dit. « *Rich. Simon p.* 273. *hist. crit. Versionum N. T. cap.* 24.

Idem V. *Novum Test. Græcum* 1583. 1584. 1591. V. *ejus Biblia Lat. ex Hebræo ad annum* 1551.

Idem Latinè & Gallicè novâ utriusque linguæ elegantique versione, *forsan eodem Interprete* 4°. & 8°. Basileæ 1572.

NOV. TEST. THEOD. BEZÆ

E NOvum Testamentum Latinè jam olim à veteri Interprete, nunc denuò à Theodoro Beza versum, cum ejusdem annotationibus, in quibus ratio interpretationis redditur, & ejus præfatione, in folio. Oliva Roberti Stephani 1556.

Suam exponit methodum Th. Beza in præfatione, quosque secutus fuerit auctores ibidem indicat, cujus fragmentum videre est inter editiones N. Testamenti Græci ad annum 1565.

» Theodoro Bezæ (*juxta Chamierum Panstratiæ Cathol. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 1.)

» palam omnes (*Protestantes*) tradunt in hoc negotio novi *ut vult* Testamenti versione.... factum sæpius lambendo fecit ut vix quiddam addi posse videatur. Non desinnt tamen (*notante Waltono*, *proleg.* IV. *sub finem*) qui Bezam nimis audacem facilè judicant, dum à recepta lectione sæpius sine necessitate recedit, & unius, interdum nullius codicis authoritate fretus, Prætoriam exercet potestatem ex conjecturis notando & interpolando textum sacrum pro lubitu, inter alia Luc. IX. 48. 53. & III. 36. 1. Corinth. XVI. 55. &c.

Aliæ editiones V. Novum Test. Græcum ad an 1559. V. *Biblia Latina Tremellio-Juniana ad an.* 1579.

» In editione Bezæ præcipuè carpi solent, quod nimis superstitiosè versetur in exprimendis articulis & verborum compositorum etymologia, ubi etiam ἔμφασις apparet. *Jo. Alb. Fabricius lib.* 4. *cap.* 5. *p.* 190. *Bibl. Græcæ.*

Idem, in 16. Londini, Vautrolleri 1574. In 8°. Genevæ, Vignon 1575. Heidelbergæ, Jac. Mylii 1576.

Idem, studio Petri Loselerii Villerii *Theologiæ Professoris Genevensis*, & cum ejus epistola ad comitem Huntingtonum, 8°. Londini 1579.

Ex hac Epistola. » Novi Testamenti Bezæ versio omnium castissima & purissima. Itaque meum esse existimavi procurare, illa non tantum ut extaret, sed etiam velut à Vulgata versione quàm minimum abest, sic in ejus locum in scholia & in Ecclesiâ succederet, donec quod ut aliquando fiat à Deo peto, ex Principum Christianorum voluntate, aut illa ipsa, aut melior aliqua communibus quasi suffragiis ab omnibus reciperetur.

Idem, in 16. Londini, Thomæ Vautrolleri 1582. Antverpiæ, Ægidii Radæi 1583. In 8°. Ibidem, iisdem typis 1584. Londini Vautrolleri 1587. In 4°. Genevæ 1594. In 12. Leidæ, Guyoti 1602. *editio præstantissima juxta Scaligerum.* Idem in 12. Genevæ 1616. In 24. Amstelodami 1624. In 24. Ibidem, Guillelmi Jansonii 1628. In 12. Ibidem, Wacher 1631. Cum Bezæ, Camerarii, Cherpontii & aliorum observationibus, in 12. Ibidem, Henrici Laurentii 1633. In 24. Amstelodami, Blaeu 1639. In 8°. Londini 1651. In 24. Amstelodami 1651. In 12. Oxonii 1679. In 8°. Londini 1687. In 24. Ibid. 1698.

Idem cum scholiis Analysi & observationibus Joannis Piscatoris, 2. vol. in 4°. Herbornæ 1613. 1621. in folio. Ibid. 1638. 1658.

N. T. BEN. ARIÆ MONTANI.

NOvum Testamentum Latinum ex versione Vulgata ad Græcum expensa, & plurimis in locis recognita à Benedicto Aria Montano V. *Novum Test. Græcum ad an.* 1572.

Ex præfatione. » In Novo Testamento Vulgatam editionem in studiosorum gratiam Græco textui inseruimus, & Græcam phrasim Latinè ad verbum reddidimus.. Itaque nostram Novi Testamenti Latinam interpretationem inter Græci contextus lineas describendam curavimus, ut quælibet dictio Latina suæ Græcæ subscriptæ responderet. Cum verò Vulgata... à dictionum Græcarum proprietate recedit, ea suis characteribus, hoc est Italicis characteribus, in illius locum substituimus: ita ut integram Vulgatam reliquerimus, & Græca de verbo expresserimus. «

Novum Testamentum ex Græco conversum à Christiano Wellhamero. *Witte, Bibliographium hist. ad an.* 1638.

Novum Test. Latinum ex Græco, Interprete Erasmo Schmidio. V. *Idem Græcè* 1658.

Novum Testamentum ex Græco in Latinum translatum à Sebastiano Schmidio. V. *ejus Biblia Lat. ex Hebræo* 1697.

Recensitæ sunt hactenus duodecim variæ Latinæ Novi Testamenti tralationes ab anno 1514. *ad an.* 1697. *concinnatæ.*

IV. Evangeliorum recognita versio à Roderico Dosma Delgado, cùi è regione respondet Vulgata editio. V. *Ejus opera in* IV. *Evangelia*, in fol. Madriti 1601.

Evangelium Joannis Lat. ex Græco versum à Joanne Coccejo, in 4°. Leidæ 1670. *& cum ejusdem operibus.* In folio 1673. 1689. 1701.

Epistolæ D. Pauli Lat. ex Græco cum Vulgata Latina & comment. Jacobi Fabri Stapulensis, in folio. Parisiis 1512. 1514. 1531. in 4°. Coloniæ 1531. in 8°. Antverpiæ 1540.

Eædem. V. *Eædem Græcè*, in 8°. Venetiis 1533.

Ex Epistola dedicatoria ad Guillelmum Briçonetum Meldensem Episcopum. Exhibemus divini eloquii Pauli Vulgatæ editionis Epistolas primâ fronte legendas, è regione earumdem intelligentiam (*sic versionem suam vocat*) ex Græco respondentem. «

In hanc versionem stylo acriori scripsit Didacus Lopes Stunica, hæc ait in Præloquio annotat. adversus Jacobum Fabrum: Cùm præsertim multa loca in editione Vulgata ex Græco optimè traducta, imò quæ aliud significare non possunt, nisi ut vetus Interpres

» terpres transtulit, Stapulensis Faber per- A
» peram Latinitati reddiderit... tot errata,
» cùm translationem illam Fabri discutere-
» mus, se se nobis offerebant, ut si omnia
» ad plenum annotanda ac refellenda fo-
» rent, non parvum volumen exposcentes
» &c.

» Jacobus Faber plurimis in locis (*ut
scribit Rich. Simon cap.* XXI. *hist. crit. Ver-
sionum Novi Testament: pag.* 241.) linguæ
» Græcæ minùs peritum præbet... Mo-
» deratiùs in eum scribere se debuerat Jac.
» Lopes Stunica.... Licet in ejus versione B
» sint mendæ, utiles tamen illa complecti-
» tur elucidationes; verùm à Vulgata La-
» tina non adeò discendendum erat, inter-
» pretationem suam veluti notas criticas
» publicare maturioris forsan judicii fuisset.
Idem cap. XXXIV. *hist. crit. comment. Vet.
Test. pag.* 488. *hæc addit : Jacobus Faber*
» Latinam editionem Vulgatam prorsus res-
» puere non est ausus; hanc integram com-
» mentario suo inseruit, eique novam suam
» adjecit versionem quæ non multùm ab illa
» discedit. In criticis autem observationibus C
» quas inscripsit; *Examinatio nonnullorum
» circa literam*, veterem Latinum Interpre-
» tem liberè & examinat & castigat. Quam-
» vis eruditionem aliquam ostentet; atque
» à Theologorum sui temporis barbariè sit
» immunis, plurimi tamen in omni labore
» suo tum circa linguam Latinam, tum cir-
» ca interpretationem reperiuntur defectus.
» Partem ejus erratorum Erasmus & Stuni-
» ca eruditè redarguerunt. *Hactenus Rich.
Simon.*

Textus omnium Epistolarum S. Pauli D
ad castigationem emendatiorum codicum, versionis Erasmi, in fol. Roeschildiæ 1534.

Epistolæ S. Joannis Latinè conversæ à Joanne Coccejo. V. *ejus opera*, in folio. Amstelodami 1673. 1689. 1701.

SECTIO OCTAVA.

EX VERSIONE GERMANICA Lutheri.

JEsus Siracides sive Ecclesiasticus Latinè juxta translationem Germanicam Lutheri à Stephano Vigilio, 8°. Magdeburgi, Michaëlis Lotheri 1538.

Idem à Justo Jona, 8°. Wittebergæ 1548. Norimbergæ 1561. in 12. Lipsiæ 1597.

Novum Testamentum Latinum ex versione Germanica Lutheri, 8°. Wittebergæ 1536.

CAPITIS IV.

PARS SECUNDA.

BIBLIA EXPRESSA
Linguis quæ ex Latino idiomate ortum habent.

ARTICULUS PRIMUS.

BIBLIA GALLICA.

SECTIO PRIMA.

VERSIONES ANTIQUÆ ET CODICES MANUSCRIPTI.

NUllus inter Gallos ante Valdensium tempora omnes sacros libros in linguam vernaculam converterat, Francica enim N. Testamenti versio, si unquam extiterit, quam jussu Caroli Magni factam aliqui referunt, ad Teutonicas est amandanda; primi ergo qui hunc susceperunt laborem, quorum notitia ad nos usque pervenit, illi sanè fuerunt, quos denotavit Innocentius III. Pont. Max. in epist. 141. *lib.* 2. *Epistol. p.* 432. *editionis Baluzianæ scripta circa annum M. CC.*
» Universis Christi fidelibus tam in urbe «
Metensi quam ejus Diœcesi constitutis. «
Significavit nobis Venerabilis Frater (*Ber-* «
tramus) Metensis Episcopus per litteras «
suas, quòd tam in Diœcesi quam in ur- «
be Metensi Laïcorum & mulierum mul- «
titudo non modica, tracta quodammodo «
desiderio Scripturarum, Evangelia, Epis- «
stolas Pauli, Psalterium, Moralia Job & «
plures alios libros sibi fecit in Gallico ser- «
mone transferri «

Bibliorum libri quidam (imprimis Novum Testamentum in linguam vernaculam, sc. Gallicam translati à Stephano de Ansa (*vel* de Emsa) Sacerdote Lugdu-
E nensi, studio & impensis Petri Valdensis, post annum 1170. aut 1180.

Stephanus de Borbone seu de Bellavilla Ord. Prædic. qui obiit 1261. *Valdensium ortum describens libro* de 7. donis Spiritûs sancti *part.* 4 *tit.* 7. *cap.* 30. *hæc ait* : » Val- «
denses dicti sunt à primo hujus hæresis «
auctore, qui nominatus fuit Valdensis. «
Dicuntur etiam pauperes de Lugduno, «
quia ibi cœperunt in professione pauper- «
tatis... Incœpit autem illa secta per hunc «
modum, secundùm quod ego audivi à «
pluribus qui priores eorum viderunt, & «
à Sacerdote illo, qui satis honoratus erat, «

» & dives in civitate Lugdunensi & amicus » Fratrum nostrorum, qui dictus fuit Ber- » nardus Ydros; qui cùm esset juvenis & » scriptor, scripsit dicto Valdensi priores » libros pro pecunia in Romano, quos ipsi » habuerunt, transferente & dictante ei » quodam Grammatico, dicto Stephano » de Ansa, (*alias* de Emsa) qui postea be- » neficiatus in Ecclesia majore Lugdunensi » (*alius codex*, prænotatus est in Sacerdo- » tem &) de solario domûs, quam ædifica- » bat, corruens morte subitâ vitam finivit, » quem ego vidi sæpè. Quidam dives rebus » in dicta urbe dictus Valdensis audiens » Evangelia, cùm non esset multùm litera- » tus, curiosus intelligere quid dicerent, » fecit pactum cum dictis Sacerdotibus alte- » ri (*sic*) ut transferret ei in vulgari, alteri » ut scriberet quæ ille dictaret, quod fece- » runt: Similiter multos libros Bibliæ & » auctoritates Sanctorum multas quas sen- » tentias appellabant... Incœpit autem hæc » secta circa annum Incarnationis Domini » M. C. LXX. sub Joanne dicto Bolesma- » nis Archiepiscopo Lugdunensi (*alius co-* » *dex* M. C. LXXX. sub Joanne dicto Be- » lesmanis). » *Hæc referuntur ex codice msc. Sorbonico à R. P. Jacobo Echard fect. 4. libri quem inscripsit:* S. Thomæ Summa suo auctori vindicata, *pag* 540.

Ex antiquo msc. libro hæc referunt Magdeburgenses historici centuria XII. *cap.* 8. » Suasit omnibus (*Petrus Waldus circa annum* 1170.) ut Biblia legerent... & ut cui- » vis esset potestas cognoscendi fundamen- » ta salutis nostræ. *Idem* Biblicos libros in » vernaculam Galliæ linguam transfundit, » ac potestatem transcribendi cuilibet præ- » bet. »

Ex supra relatis Stephani de Borbone verbis constare debet, Petrum Valdensem, utpote non multùm literatum, vernaculam non cudisse versionem, sed tantùm curasse, ut à Stephano de Ansa conficeretur.

Hæc eadem asserit auctor, quem Raineriurn quidam putant; (hic claruit initio seculi XIV.) libro de Valdensibus, eorumque doctrina & moribus *inter rerum Bohemicarum scriptores à Marq. Frehero editos pag.* 222. *Is causas hereseos Valdensium enumerans etiam hanc commemorat,* » quia » Novum Testamentum & Vetus vulgari- » ter transtulerunt. »

Similiter Joannes Trithemius in Monasterii Hirsaugensis Chronico ad annum 1160. *de eodem Petro Valdo hæc refert:* » Fuit » quidam civis Lugdunensis... libros sacræ » Scripturæ; maximè Novi Testamenti, » primus sibi in linguam Gallicam fecit » transferri. »

An supersit adhuc hujus translationis codex aliquis, nondum rescire potui; reperiuntur quidem versiones Valdensium linguâ partim Pedemontanâ, partim Provinciali de quibus infrà art. 4.

Biblia Gallica absque glossis. Codex in fol. ante quadringentos annos exaratus, integer est usque ad caput 12. Epistolæ ad Hebræos, desunt reliqua capita, sicut & Epistolæ VII. Canonicæ, & S Joannis Apocalypsis. Scriptus est in membranis cum figuris & literis initialibus minio depictis, veteri maximè stylo, qui plurimùm differt à versione Guiarti des Moulins. Fuit olim hoc exemplar Blesis in Bibliotheca Ludovici XII. Francorum Regis, & nunc est in *Bibl. Regia Parisiis, cod.* 6701. *Nicolao Oresmio tribuitur à quibusdam hujusce codicis Gallica translatio, jure an injuria, infrà videbitur.*

Certè dialectus & scripturæ hujus codicis Oresmio vetustior est: & ut saltem de dialecto faciliùs judicetur, hic referam caput primum Geneseos ex hoc codice exscriptum, quod sic incipit.

» El commencement crea Dieu Ciel & « terre. La terre a decertes estoit vain & « voide & tenebres estoient sur la face de « abisme, & l' esprit de Dieu estoit porté « sur les eawes. Et dist Dieu, soit sait lumie- « re, & fait est lumiere, & Dieu vist que ele « fu bone & devisa lumiere de tenebres, & « apella lumiere jour & tenebres nuit, & « fait est vespre & matin un jour. Donqe « dist Dieu, soit le firmament fait en mylieu « des eawes & departe euwes des eawes Et « Dieu fist le firmament & disseveri les eu- « wes qe estoient sous le firmament. Et isi « est fait. Et Dieu apella le firmament ciel, « & fait est vespre & matin le second jour. « Lors dist Dieu. Soient les eawes assem- « bles qe sont sous ciel en un lieu & apierge « secke, & isi est fait. Et Dieu appella secke « terre, & assembles a decertes des eawes & « apella meers. Et Dieu vi qel fut bone, & « dist, Germe terre, herbe verdissaunt & « fesaunt semail & fu portaunt pomme, fe- « saunt fruit juste son gendre, le semail de « qui soit en se memes sur terre. Et isi est « fait. Et terre porta herbe verdissaunt & « portaunt avaunt semail juste son gendre « & le fust fesaunt fruit & chacune manere « de semail eiaunt solom la espece. Et Dieu « vi & que eeo fu bone, & fait est vespre & « matin le tiers jonr.... Et Dieu dist veez ieo « ai done a vons tote herbe portaunt avaunt « semail sur terre, & tous fust qe unt en soi « meme semail de son gendre quil soient a « vous en viande & à toutes choses ei auns « almes de terre & aient oisel de ciel & a « totes choses qui sount vivaunz en terre & « en qels est alme vivaunte quil eient a « user, & sait est isi. Et Dieu vist tottes cho- « ses quil fist & estoient mult bones &c. «

Complectitur forsitan hoc exemplar translationem jussu S. Ludovici concinnatam (scriptura enim hujus ætatis esse videtur) de qua loquitur Joannes de Serres in Inventario generali Historiæ Franciæ in vita Ludovici IX. ad an. 1227. » *Piissimus ille Rex S.* » Scripturæ lectione delectabatur, eamque » in Gallicum idioma convertere fecit. Vidi » apud virum nobilem, familiarem meum, » exemplar hoc insignitum titulo. » *Idem* » *in hist. Caroli V. ad an.* 1380. » Manuscrip- » tum versionis mandato S. Ludovici con- » cinnatæ codicem inspexi. »

B *Psalmos hujus codicis cum iis, quos codex Regius* 8177. *exhibet, contuli, & in multis reperi concordare, ita ut, qui posteriorem descripsit, priori, ut potè rudiori & minus compto stylo scripto, usus esse videatur.*

Psalmi sic incipiunt: » Benert soit le » bier que ne foreie el consail des engrées » & ne estuet en voie de pecheours, & ne » siet en la chaier de pestilence. Mais sa » volenté fust en la volenté de nostre Sei- » gnor, & il pensera à la lei par jour & par » nuit. »

C Biblia Gallicè versa à Guiarto des Moulins Canonico S. Petri Ariensis anno D. 1194. absoluta, vulgo nuncupata *La Bible historiaux ou les hystoires Escolastres. Complectuntur historicos Veteris & Novi Testamenti libros glossis seu postillis in textu insertis, quas in historiam scholasticam concinnarat Petrus Comestor; additis in veteri Test. Psalmis, librisque Sapientialibus, & in Novo Epistolis Apostolorum & Apocalypsi.*

D Extat hujus versionis volumen primum, complectens sacros libros a Genesi usque ad Proverbia Salomonis, elegantissimè exaratum (*nomen translatoris designatur in prologo, & est ejus ætatis*) *in Bibl. Regia cod.* 6819.

E *Ex plurimis, quos mann trivi, codicibus nullus mihi visus est antiquior illo, qui asservatur in Bibliotheca S. Genovefæ. Codex est membranaceus in folio majori sat eleganter scriptus; continet omnes sacros libros præter Jobum, cujus historia compendiosè duntaxat narratur. Rithmicæ Litaniæ Sanctorum extant ad calcem Psalterii. In illis nomen S. Ludovici non reperitur inter SS. Confessores, licet in album Sanctorum positus fuerit anno* 1297. *ex quo judicare est codicem hunc esse vetustissimum, ætatis forsan translatoris. In fine scripturâ recentiori Gallice scripta hæc leguntur.* » Anno Domini millesi- » mo trecentesimo quadragesimo primo » post translationem S. Martini... fuit natus » Herveus de Leonia, &c.

Ex prologo translatoris qui sic incipit: » Pour ce que le diables que chacun jour » empesche &c. Ego Presbyter & Canoni- » cus Ecclesiæ S. Petri Ariæ Episcopatus Tervannensis « (*quidam codices mendosè Ariæ Archiepiscopatûs Trevirensis, alii verò Ariæ Episcopatûs Trecensis. Codices nonnulli addunt* & Guiartus des Moulins cognominor) » ad laudem Dei, Virginis « Mariæ & omnium Sanctorum, & ad uti- « litatem eorum qui hoc opus videbunt, « rogatu cujusdam amici necessariique mei « profectum animæ meæ multum exoptan- « tis, historicos Bibliorum libros ex Lati- « no (en Roumance i. e.) in Gallicum idio « ma transtuli quemadmodum egit Ma- « gister historiæ Scholasticæ, omissis iis quæ « non necesse erat convertere, integrum « horum librorum textum præbens. Rogo « illos qui has historias legerint, ut, si qui « sint in narrationis dispositione defectus, « habeant me excusatum; nam per animam « meam nihil scripsi aut addidi nisi meram « veritatem, sicut in Bibliis Latinis & in « historia Scholastica legitur... Anno M. « CC. XCI. mense Junii quo natus sum, « completo anno quadragesimo hanc in- « cœpi versionem, perfecique anno salutis « M CC. XCIV. mense Februario. Anno « salutis M. CC XCVII. die festo S. Remi- « gii electus factusque sum S. Petri Ariensis « Decanus &c. «

Post indicem librorum Biblicorum hæc adduntur: » Eodem modo ordinati sunt in « hoc indice libri sacri quo in historia scho- « lastica, hujus enim Magistri vestigia in « libris disponendis ubique premo; præte- « rea libros Job & Proverbiorum, qui in « illa desunt hic ob ipsorum utilitatem ad- « jicio. «

Latent in Bibliothecarum angulis (*in- « quit Dan. Huetius libr. de Claris Interpr. « pag.* 38.) illis temporibus, sc. *Philippi* « *Pulchri Francorum Regis* concinnatæ In- « terpretationes aliquot; quædam etiam « typis editæ sunt; quarum nobilissima ea « est quâ sanctæ Scripturæ volumina Gal- « lico sermone exposuit Guiartus Moli- « næus. Caroli Octavi jussu primùm, & a- « liorum subinde curâ prælo commissa fuit; « qua de re decepti nonnulli Caroli hujus « auctoritate non editam, sed lucubratam « finxerunt. Id verò quàm falsum sit, vel « ex eo manifestum est, quod ad Geneseos « caput 16. adtexuit Interpres conversionem « videlicet illam eo anno sese fuisse exor- « sum, quo cæsis Christianis Ptolemaidem « & Tripolim Barbari diruerunt: hanc au- « tem cladem, anno à Christi natalibus oc- « togesimo nono suprà ducentesimum & « millesimum à Mulecho Sapherape Baby- « lonio Saracenorum Soldano Christianæ « reipublicæ fuisse illatam memoriæ prodi- « tum est: quâ scilicet tempestate rerum in « Gallia potiebatur Philippus Pulcher. « Ejusmodi autem hæc est interpretatio, ut «

» non minùs commentarius, quàm con-
» versio censeri possit, plurimis siquidem ad-
» ditionibus ex Petri potissimùm Comesto-
» ris Scholastica historia deruptis, va-
» riisque mutationibus & infiniris detractio-
» nibus inquinata & deformata est. Atque
» utinam genuini contextûs distinctionem à
» Commentariis editi codices & mss ita ad-
» notatam præferrent, ut vetustum quod-
» dam Bibliothecæ hujus exemplar; pau-
» ciora quippe in ea, quamvis etiam bene
» multa requireremus. » *Hæc ille.*

Biblia Gallica ex ejusdem versione, dialecto autem Picardicâ. Codex membranaceus in folio, cum Litaniis rithmicis, in quibus etiam nomen S. Ludovici desideratur. Concordiam habet Evangelicam, non verò textum singulorum Evangeliorum. *Bibl. Regia cod.* 6818.

Eadem etiam dialecto Picardicâ, in Litaniis non legitur nomen S. Bernardi. In fol. *Ibid. codd.* 6702. 6703.

Libri quidam S. Scripturæ, hoc est à libro I. Paralipomenon usque ad Danielem
C inclusive *absinexclusis*, ex eadem versione, sed dialecto Wallonum, in fol. *Biblioth. Oratoriana.*

Biblia ex eadem versione. Codex in folio multis figuris minio depictis ornatus: fuit olim Joannis Ducis Bituricensis & Arverniæ, fratris Caroli V. Regis Francorum, *ut patet ex ejus subscriptione* JEHAN. *Bibl. Regia cod.* 6823.

Biblia ejusdem versionis paululùm immutatæ. Codex in folio complectens duntaxat libros à Genesi usque ad Proverbia
D Salomonis. Diversæ omninò glossæ à præcedentibus singulis versibus subjiciuntur in libro Geneseos, Josuæ, Judicum & Ruth: in cæteris nullæ extant. *Ibidem cod.* 6704.

Biblia Gallica, 2. vol. fol. Secundum, quod complectitur Libros sacros à Proverbiis Salomonis usque ad Apocalypsin, fuit ejusdem Principis qui tunc erat Dux Burgundiæ, ut initio voluminis notatur *his verbis:* Le second volume de la Bible, contenant depuis le commencement des Paraboles Salomon jusqu'à la fin de l'Apocalypse est à Jehan Duc de Bourgogne & d'Auvergne, Comte de Clermont, de Touraine &c Chambrier de France, Lieutenant General du Roy & Gouverneur du Languedoc. *Ibidem cod.* 6705.

Eadem 2. vol. in fol. scripta à Gofrido Godion. *Ibidem codd.* 6814 15.

Epistola ad Hebræos & Epistolæ Canonicæ ejusdem versionis, scriptæ anno 1347. Codex in folio. *Ibidem cod.* 6818.

Biblia Gallica ex eadem versione. Codex membranaceus in folio, perpulchro charactere exaratus à Radulpho Aurelia-
A nensi scriba, & elegantissimis picturis decoratus: fuit olim Caroli V. dicti Sapientis, cujus effigies affabrè picta per Joannem Brugensem Pictorem Regium in capite libri conspicitur; nunc eum *possidet Nicolaus Josephus Foncault* Comes Consistorianus ex dono Patrum Collegii Flexiensis Soc. Jesu. Fuit quondam Dn. Bluet Advocati Parisiensis, ut patet pag. 2. catalogi librorum ipsius anno 1667. editi. *Initio voluminis hæc Latinè leguntur literis aureis exarata:* » Anno Domini millesimo «
B trecentesimo septuagesimo primo istud «
opus pictum fuit ad preceptum & hono- «
rem illustrissimi principis Karoli regis «
Francie etatis sue tricesimo quinto & re- «
gni sui octavo, & Joannes de Brugis pictor «
regis predicti fecit hanc picturam propria «
sua manu. » *Ad calcem voluminis hi rithmi Gallici reperiuntur.*

A vous Charles roy plain donnour
Qui de sapience la flour
Estes sur tous les roys du monde
Pour le grand bien quen vous habonde
Presente & donne cestui livre
Jehan Vaudetar votre servant
Qui est cy figure devant
Conques je ne vi en ma vie
Bible dystoires si garnie
Dune main pourtraites & faites
Pour lesquelles il en a faites
Plusieurs allees & venues
Soir & matin parmy les rues
Et mainte pluye sur son chief
A jusquil en soit venu a chief
Si fu au prince susnomme
Ce livre baille & donne
Par ledit Jehan que je ne mente
Lan mil CCC. XII & suixante
De bon cuers & vaulsist mil mars
XXVIII. jours du mois de Mars.

Biblia ex eadem versione Codex membranaceus in folio maximo. *Initio hujus voluminis hæc leguntur manu Nicolai Flamel, literà variis lineamentis decoratâ, scripta:* » C'est une Bible historiale laquelle «
est à Jehan fils de roi de France & duc de «
E Berry & d'Auvergne, Conte de Poitou & d'Estampes &c. *cum subscriptione.*

N. FLAMEL.

Deinde,

» laquelle Bible mondit Seigneur le duc «
donna au mois de Juing lan mil quatre «
cens & dix à noble & puissant Seigneur «
Messire Jean Harpedenne Seigneur de «
Belleville & de Montaigu Chambellan «
du Royaume & de Monf. le Duc de «
Berry. «

Cum subscriptione N. FLAMEL.

Ad calcem legitur: Ceste Bible est au duc de Berri.

Cum subscriptione JEHAN.

Asservatur nunc Parisiis in Bibliotheca Archiepiscopi Turonensis.

Biblia Gallica ex eadem versione: *In fine legitur*: » Le x. jour de Septembre l'an » 1417. fust ce Livre donné à tres hault & » tres puissant Prince Humfrey Duc de » Glocester, Comte de Hainault, &c. Hoc » est, die decimâ Septembris datus est hic » liber præcelso & potentissimo Humfræo » Duci Glocestriensi &c. » *Bibliotheca Regia. cod.* 6701.

Novum Testamentum ejusdem versionis. Codex recens in folio scriptus Papiæ pro Ludovico XII. Rege Francorum circa annum 1510. *Ibid. cod.* 6830.

Complures alii hujus versionis visuntur in eadem Bibliotheca codices, quibus appositum est etiam nomen Guiarti des Moulins, ut codd. 6819. 6820. 6824. *& in aliis Galliæ Bibliothecis: qui omnes quamvis ejusdem sint tralationis, non sunt tamen ejusdem dialecti, sed variam exhibent, prout à Notariis diverso tempore, diversisque in regionibus descripti fuerunt.*

Præterea quidam codices integrum textum unà cum glossis Petri Comestoris continent: quidam easdem glossas vel auctas vel paululum mutatas: alii denique diversas promunt. In nonnullis synopticè referuntur quidam libri Biblici, aut desunt Psalmi; in aliis non textus ipse Evangelistarum, sed Harmonia Evangelica ex ipsis concinnata reperitur: unde colligere licet, hanc versionem fuisse à plurimis viris aut mutatam, aut recognitam. Sed à quibus & quo tempore, definire quis poterit? hunc sane laborem Joannes de Sy sub Joanne Francorum Rege aggressus est, ut patet ex catalogo librorum Caroli V. ejus filii à Gilet Mallet Regis cubiculario anno 1373. *scripto, in quo recensentur quædam Bibliorum volumina à Joanne de Sy Gallicè versa vel revisa. Nec ulli dubium esse debet, quin hujusmodi lucubrationes susceperint viri doctissimi mandato ejusdem Caroli V. antequam Radulpho de Praelle Rex juberet, ut ipse novam Bibliorum Gallicam versionem accuraret.*

De codice Bibl. Regiæ 6819. *licet præstantissimo nihil hic habeo dicendum; quippe qui sacræ Scripturæ seriem non contineat, sed insigniora tantùm Bibliorum loca figuris ornata cum perbrevi explicatione Latina & Gallica.*

In Bibliotheca Domûs Regiæ Parisiensis quæ Lupara vocatur (*hæc autem à Bibliotheca Regia distinguebatur*) servatur codex membranaceus in quarta forma minori pulchrè scriptus, plurimis exquisitis figuris, minio & auro pictis decoratus, multis de causis commendandus, licet versionis Guiarti des Moulins secundum volumen duntaxat complectatur, scilicet à Proverbiis Salomonis usque ad finem Apocalypseos. *Legitur in fronte charactere maximo & variis lineamentis ornato.* » Le second volume de la Bible au Roy Charles le Quint « de son nom, à present est à Monf. le Duc « de Berry son frere: Secundum volumen Bibliorum Caroli V. Regis, nunc autem Ducis Bituricensis ipsius fratris, *cum subscriptione* Nicolai Flamel, *qui hunc tamen librum, ut quidam arbitrantur, non exaravit. Post Apocalypsin hæc verba leguntur eâdem manu ac reliqua hujus codicis scripta.* » Ceste « Bible est à nous Charles le V. de nostre « nom roy de France, & est en II. volumes, « & la fismes faire & parfaire, *cum subscriptione* CHARLES. » (*Hic codex dicitur Biblia Caroli V. non quod versionem jusserit, cùm ea sit Guiarti des Moulins, sed scriptionem.*)

» Ceste Bible est au Duc de Berry, & « fut au Roi Charles son frere, *cum subscriptione* JEHAN. *Hæc subscriptio ejusdem manûs est ac ea quæ videtur in codice Bibl. Regiæ* 6823.

» Ceste Bible est à nons Henry III. de « ce nom Roi de France & de Pologne, *cum* « *subscriptione* HENRY.

Cette Bible est à nous, *cum subscriptione* « LOUIS XIII.

Cette Bible est à nous, *cum subscriptione* « LOUIS XIV. »

Bibliothecæ Regiæ restitutum fuit hoc secundum volumen curâ & studio Caroli II. Cardinalis à Borbonio, ut legitur ad calcem: & denuo compactum sub Henrico IV. Gallarum & Navarræ Rege, cujus insignia ad latus apposita sunt: ex adverso leguntur characteribus aureis hæc verba: » H. IIII. « Patris Patriæ, virtutum restitutoris. « .

Ad calcem codicis extat imago Beatissimæ Virginis filium suum gestantis, cui Rex flexis genibus suam dirigit deprecationem rithmis Gallicis comprehensam; cujus initiales litteræ depictæ hunc sensum exprimunt: » Charles ainsné fils du Roy de France « duc de Normandie & Dalfin du Viennois. »

Subjiciuntur sex versus qui rem indicant, sicut & tempus quo scriptus est hic codex, eâdem manu quâ reliquum volumen exarati.

De tous ces vers eluminez «
Par ordre les testes prenez «
Si vous sera moult bien décrit «
Pour qui ceste Bible fut decrit. «
E fu parfait que je ne mente «
L'an mil CCC. & LX. «

Hunc sanè codicem recenset catalogus librorum Joannis Ducis Bituricensis, deinde Ducis Burgundiæ, Caroli V. Fratris, qui quidem refertur à Joanne le Laboureur pag. 77. *Joannis historiæ unà cum historia Caroli VI. editæ his verbis:* » Une belle Bible « en François en 2. volumes prisées quatre «

» cens livres tournois. *Eumdem etiam memorat Index gemmarum Regiarum Meloduni scriptus mense Januario anni* 1379. *artic. ult.* » *Item* Un grant Bible en deux volumes » que le Roi Charles portoit toujours avec » lui. » *De Choisi in adjunctis ad hist. Caroli V. pag.* 16. *Hic quoque referre juvat alios Bibliorum Gallicorum codices qui in Joannis Ducis Bituricensis Bibliotheca servabantur* » *pag.* 79. *ut suprà* : Une tres belle Bible en » François tres richement historiee. Une » autre Bible en François escripte de lettre » françoise tres richement historiée au commencement. *pag.* 81. Un livre de la Bible » en un volume escrit en françois de lettre » ronde historiée en plusieurs lieux tres richement *p.* 79. Un Pseautier bien ancien » historié le Kalendrier & ailleurs en plusieurs lieux qui fu de S. Thomas de Cantorbie. *p.* 80. Un Psautier écrit en Latin » & en François tres richement enluminé » ou il y a plusieurs histoires au commencement de la main de feu Maitre André » Beauneveu. «

Hanc interpretationem concedit Antonius de Verdier pag. 979. Bibliothecæ Gallicæ *fide cujusdam msc. codicis quem possidebat*, » Petro cuidam S. Petri Ariæ in Archiepiscopatu Trevirensi (*ut fert codex*) Decano, » quam quidem versionem Guillelmo Silvanectensi Archiepiscopo emendandam » transmittit. » *Idem ferè legitur in quodam exemplari Bibl. Regiæ. Hæc narratio quæ omnia inficit atque confundit, tantis scatet erroribus, ut nulla prorsus ei sit adhibenda fides; Petrus quidem Comestor qui obiit* 1179. *Decanus Ecclesiæ Trecensis & Cancellarius Ecclesiæ Parisiensis non Atriensis historiam scholasticam Latinè scripsit & Guillelmo, non Silvanectensi, sed Senonensi Archiepiscopo emendandam transmisit. Hanc autem an.* 1294 *Gallicè vertit textumque Biblicum integrum adjecit Guiartus des Moulins, qui anno* 1297. *designatus fuit Atriensis Decanus non in Archiepiscopatu Trevirensi in Germania, sed in Episcopatu Tervanensi in Belgio.*

Codicum versionem à Guiarto des Moulins continuatam complectentium ingens reperitur numerus in plurimis passim Bibliothecis; hos omnes recensere & arduum foret & inutile, cum multoties hæc translatio fuerit typis edita.

Humphredus Vanleius in fine præfationis libri alterius Antiquæ literaturæ Septentrionalis Oxoniæ anno 1705. *editi asserit.* » Biblia & Psalteria Gallicè scripta in Bibliothecis Anglicanis esse, quibus antiquiora Gallia ipsa non potest venditare, si de » id genus codicum ætate, qui apud Gallos extant, D. du Pin, Jo. Mabillonius, » & Rich. Simon rectè judicarunt. » *Istos ideò codices ex catalogo LL. mst. Angliæ excerptos hic referre juvat, absque nota tamen ætatis aut interpretis, de quibus in eo nihil additur.*

Biblia Gallica cum historiis nonnunquam & glossis insertis. *Biblia Bodleiana cod.* 2-71. *De codice* 2645. *dicetur infrà.*

Biblia Gallica cum picturis elegantissimis, in folio magno. *Bibl. Caroli Theyeri in Comitatu Glocestriensi cod.* 69. *num.* 6439. *catalogi editi.*

Biblia linguâ Gallicâ veteri. Codex membranaceus 1. vol. scriptus ante annum 1441. *Bibl. Joan. Mori Episcopi Norvicensis cod.* 49-50. *num.* 9235-36.

Biblia translata in veterem linguam Gallicam usque ad Psalmum 110. Msc. curiosum. *Bibl. Simonis d'Ewes in Comitatu Suffolciæ cod.* 76. *num.* 9936.

Psalterium interlineare cum versione Gallica & Saxonica, & glossis in margine, & picturis. *Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegii sanctæ Trinitatis cod.* 35. *num.* 253.

Psalterium pulcherrimum & antiquissimum Latinè cum notis interlinearibus Gallicè sive Normanicè. *Bibl. Norfolciana cod.* 111. *num.* 3111. Psalmi Gallicè. V. *Idem Scoticè.*

Novum Testamentum Gallicè. *Oxonii, Bibl. Collegii Animarum cod.* 40. *numero* 1441.

Evangelia, Actus & Epistolæ Apostolorum Gallicè, 1. vol. *Bibl. Ecclesiæ Cathedralis Westmonasteriensis cod.* 87-88. *num.* 1177-78.

L'Evangel translaté de Latine en franceys in usum Laïcorum. *Bibl. Cottoniana p.* 135. *catalogi editi.*

Textus & expositio Apocalypsis Gallicè. *Pr.* S. Poul le Apostle. *Cantabrigiæ, Bibliotheca sancti Benedicti cod.* 111. *num* 1398.

Apocalypsis S. Joannis Gallicè cum figuris visionum & commentario. *Bibl. Georgii Wheleri Canonici Dunelmensis cod.* 79. *num* 9150.

Hucusque Biblici codices apud Anglos servati.

Biblia jussu Caroli V. Francorum Regis in Gallicum conversa sermonem à Radulpho de Praelles cum ejus præloquio. Codex in folio minori pulcherrimè descriptus est in membranis vitulinis ab Henrico du Trevou. In fronte exhibetur minio depicta & ad vivum expressa effigies Caroli V. cui suam interpres nuncupavit versionem. Codex iste complectitur Sacræ Scripturæ libros à Genesi usque ad Proverbia Salomonis exclusivè. Folium Geneseos primum ob principem sanè libri literam auro & minio decoratam ab im-

pia manu avulsum est. Fuit quondam is-
tud exemplar Joannis Ducis Bituricensis,
Fratris Caroli V. sicut ex subscriptione
JEHAN. dignoscitur (*quæ eumdem charac-
terem refert ac præcedentes hujus Principis
subscriptiones*). Nunc autem est *in Biblio-
theca Henr. Francisci D'Aguesseau, Galliæ
Cancellarii. Ex eo exscripsi præloquium in-
tegrum quod nunquam fuit excusum, aucto-
risque necnon methodi, quâ in sua versione
usus est, magnam præbet notitiam.*

Prologus. » A vous tres excellent & tres
» puissant Prince Charles le quint roi de
» france Je raoul de praelle votre petit
» serviteur & subject. Tout ce que je puis
» faire mon tres souverain & tres redouté
» Seigneur, quand vous me commendastes
» à translater la bible en francois, je mis
» en deliberation lequel estoit le plus fort
» à moy du faire ou du laissier refuser. Car
» je consideroie la grandeur de l'euvre, &
» mon petit engin d'une part, & de l'autre
» je consideroie qu'il n'estoit rien que je
» vous peusse ne deusse refuser. Je conside-
» roie de rechief mon age & l'adverse for-
» tune de ma maladie, & les autres euvres
» que je avois faites. c'est assavoir la trans-
» lacion & exposicion du livre de mons.
» saint Augustin de la cité de Dieu, le livre
» qui s'appelle le compendieur moral de
» la chose publique. le livre qui s'appelle
» la muse avecques aucunes epistres. mais
» tandis comme je debatoie ceste question
» en moy mesmes, je me recordai que j'a-
» vois leu en un livre que nature humaine
» est comme le fer lequel se len le met en
» euvre il se use, & se len en use point il
» se rouille & se gaste: & toutes voies se
» degaste il moins quant len use que quant
» len laisse gesir. & pour ceste cause je l'en-
» trepris, & aimai miex à moy user en exer-
» citant que moy consumer en occiosité
» comme selon ledit du Sage occiosite sans
» lettres soit mort. Si supplie à vostre ma-
» geste que vous voulliez recevoir en gre
» ce que je en ferai. car quant à la maniere
» de translater la ou je verrai quil cherra
» abreviacion je la ferai la substance de-
» mourant entiere, & ou je verrai quil y
» ara repeticion d'une mesme chose si com-
» me en paralipomenon & en esdras le se-
» cont & ailleurs je ferai rescision. & aussi
» lairai je nommer plusieurs noms de gens
» de villes & citez la ou je verrai que ce
» ne feroit que charge au liseur & qu'il n'en
» seroit de riens miex edifie. & ansi ne scet
» leu aucune fois se ce sont leurs propres
» noms, ou de leurs peres ou aiolz, ou de
» leurs villes ou citez, pour ce que ainsi le
» m'avez vous commandé. mon entente est
» aussi de faire aucuns prologues ou je ver-
» rai qu'il en sera besoing à la declaration

A des livres, & aussi aucuns integumens es «
commencemens d'aucuns chapitres afin «
de comprendre plus legierement la sen- «
tence. & par tout ou il ara une ligne par «
dessous ce sera hors le texte pour le de- «
clarier, & pour comprendre plus legie- «
rement ce que le texte du chapitre veult «
dire. car sans declaracions aucunes le «
texte est moult oscur en plusieurs lieux «
espaciament aux gens lais qui n'ont point «
estudie en la sainte escripture. & ne tien «
gne nul a arrogance ce que je lai entre- «
B pris car vostre commandement m'en ex- «
cusera en tout & par tout. Apres je sup- «
plie à tous ceulx qui verront ceste euvre, «
que sil y a ancunes choses qui ne soit a «
point mise & a son droit, qu'ils veullent «
supporter mes deffautes. & ce qu'il y trou- «
veront de bon ils le veullent attribuer à «
nostre Seigneur duquel tout bien vient. «
& en oultre se il y a aucuue chose regar «
dant la foy je m'en raporte à ce que la foy «
en veult, & que notre mere sainte Eglise «
C en tient. «

*Ut faciliùs de hac versione ferre judicium
quisque possit, speciminis loco adducitur ca-
put tertium Geneseos, à quo volumen istud
incipit.*

» Que vous ne mangiez de tous les «
fruits de Paradis, auquel la femme repon- «
di que nostre Seigneur les leur avoit tous «
abandonnez excepté le fruit de l'arbre «
de vie qui estoit au milieu du Paradis du- «
quel il leur avoit defendu qu'ils ne men- «
gassent pas, ne le touchassent afin qu'ils «
D ne mourussent. A laquelle le serpent re- «
pondi Ce n'est pas dit il la cause pour- «
quoi il le vous a defendu; mais pour ce «
que si tost que vous en mangerez vous «
aurez les iex ouverts & serez fais comme «
Diex scachans bien & mal. «

Ceste responsе oye la femme regarda «
que le fruit etoit bel a voir & bon a man- «
gier, si en prist & mengea, & en donna à «
son mari lequel en mangea, & tantost «
leurs iex furent ouverts. & comme ils eus- «
sent apperceu qu'ils estoient nuz, ils cou- «
E surent des feulles de figuier & en firent «
aussi comme braies. «

Et comme apres midy il eussent oy nos- «
tre Seigneur qui alloit pnn Paradis ter- «
restre, il se mucierent. & nostre Seigneur «
appella Adam & il dist, ou est dit il A- «
dam, lequel li respondi qu'il sestoit mu- «
cie pour ce qui estoit nuz. auquel nostre «
Seigneur dist, qui ta dist il enseigne que tu «
estois nuz, si ce na este que tu as mangie «
de l'arbre que je tavois defendu que tu ne «
mangasses. «

Lors Adam se excusa par sa femme, «
disant que elle li avoit fait mangier, & «
comme il demanda à sa femme qui li a- «

» voit ce fait faire elle dist que ce avoit fait
» le serpent qui l'avoit deceue. & pour ce
» nostre S. dist au serpens que il feroit maudit
» entre toutes les bestes de terre. Tu iras
» dit il sur ton piz & mengeras terre tous
» les jours de ta vie. & si metterai ennemis-
» tie enre toy & la femme, & ta semence
» & la siene.
» Et a la femme. il dist je multiplierai dist
» il tes labeurs & tes conceptions, tu enfen-
» teras en douleur & feras sous la puissance
» de lome & il te mestroiera.
» Et apres il dist a lome. pour ce dist il que
» tu as creu ta femme & a menge du fruit
» que je tavois deffendu, la terre fera mau-
» dite en ton euvre, & en mangeras des
» fruits tous les jours de ta vie, elle engen-
» drera espines & chardons & mengeras les
» chardons herbes, jusqua tant que tu soies
» retournes en la terre dont tu as este cree,
» car tu est pouldre & en pouldre retour-
» nera, Et appella Adam sa femme Eve
» pour ce que elle estoit mere de toute crea-
» ture vivant & qui avoit a vivre.
» * Lors leur fit nostre S. cottes de piaux de
» bestes mortes pour leur montrer qu'ils
» estoient mortels & les en vesti en disant
» par maniere de derision & de moquerie,
» voici Adam qui est fait comme l'un de
» nous sachant bien & mal.
» Mais afin qu'il ne preist de larbre de
» vie & en mengast, il fu mis hors de Para-
» dis, & mist Dieu un ange en la porte de
» paradis tenant 1 glaive enflambe, & fu
» translate en Hebron du coste du champ
» damascene afin qu'il labourast seur la terre
» de laquelle il avoir este forme. »

* *Psalmus primus.* » Lome est beneure qui
» nest pas ale ou conseil des felons, & qui
» ne sest mie tenu ne arreste en la voie des
» pecheurs, ni ne sest sis en la chaiere de
» tribulation, mais est sa volente en la loy
» de notre Seigneur & y pensera & par jour
» & par nuit. »

Ex hoc præloquio & capite Geneseos mox allato evidenter patet, primo auctorem libri qui inscribitur Histoire des Traductions Françoises de la Bible pag. 17. *hujus interpretis mentem non esse assecutum, cum scripsit* illum in præfatione sua declarare se singula codicis sacri verba duntaxat commentatum fuisse. *Hæc enim versio licet literæ non tenaciter adhæreat, attamen est simplex; prætermisit translator quæ eadem esse credidit, necnon quædam nomina gentium; urbium &c. glossulas quasdam paucissimis locis adjunxit, cæteraque quæ sibi in hoc præloquio proposuerat, diligenti studio prosecutus est.*

Secundo eundem hunc esse cum auctore versionis, quæ jussu Caroli V. dicti Sapientis in Gallicum sermonem adornata est, falsoque

A *proinde eam tribui Nicolao Oresmio, quemadmodum asserunt viginti fere scriptores, quorum plurimi non ante triginta annos prodierunt, Crucimanum secuti. Hic reverà primus affirmat pag. 360. Bibliothecæ Gallicæ Nicolaum Oresmium* sacram Scripturam Gallico idiomate donasse. *At unde id acceperit, non indicat, nisi forte ex perperam intellecto Joannis Tilii Episcopi Meldensis loco, qui in chronico de Regibus Francorum an. 1380. hæc narrat:* » Nicolaus Oresmius «
homo doctus, cujus consilia & monitus «
B Carolus rex quintus in primis sequeba- «
tur, ex Latino Aristotelis & Ciceronis, «
aliorumque authorum libros permultos «
traduxit. Rex enim litterarum & littera- «
torum amator erat summus & admira- «
tor. Jussit etiam sacros Bibliorum libros «
diligenter & verè transferri &c. » *Loquitur quidem Tilius hic & de Oresmio & de Gallica sacræ Scripturæ versione, sed hanc ei non tribuit.*

Constat igitur hujus interpretationis auctorem unum esse Radulphum de Praelles, non
C *verò Nicolaum Oresmium, cujus nomen præ se fert nullus Bibliorum codex msc. nec huic scriptor coætaneus aut illius ævo proximus hanc versionem donavit.*

Hæc translatio post annum 1375. *concinnata est, in suo namque præloquio translator librum S. Augustini de Civitate Dei à se Gallice conversum memorat, quam quidem conversionem absolvit tantùm anno* 1375. *ut ipse notavit in fine secundi voluminis Autographi, quod Parisiis in Bibliotheca Regia asservatur.*

D Biblia Gallica ex eadem versione Radulphi de Praelles. Codex membranaceus in folio pulchrè exaratus, eosdem complectens libros ac præcedens, (scilicet à libro Geneseos usque ad Proverbia Salomonis) cujus est exemplum paucis vocibus mutatum; deest in illo primum præloquium Translatoris ad Carolum V. Fuit hic codex, unus è quingentis msc. codicibus, quibus Illustrissimus Mauritius le Tellier Rhemensis Archiepiscopus Regiam Bibliothecam ditavit. *Bibl. Regia*
E *cod.* 6818.

Interpretis methodum, quâ textûs sacri narrationem contrahit, ut meliùs cognoscat Lector eruditus, hic apponetur caput primum Geneseos quod in priori codice desideratur.

» Au commencement Dieu crea le Ciel «
& la Terre, laquelle par avant estoit «
voide & vainne, & estoient tenebres sur «
la face abisme. Ou premier jour il fist lu- «
miere & pource qu'il la vist bonne il la «
devisa de tenebres, & appella la lumiere «
jour & les tenebres nuit. Un second jour il «
fist le firmament ou de au milieu des eaves «
pour

» pour deviser celles qui estoient dessus le A » firmament, de celles qui estoient dessous » le firmament, il appella ciel. Ou tiers » jour il assembla toutes les yaves qui » estoient dessoubs le firmament en ung » lieu, & lors apparu la terre seche, ce qui » estoit sec il appella terre. Et l'assemblée » des eaves il appella mers, & lors la terre » apporta herbes verdoiantes & faisant se-» mences, & arbres portans fruis chascun » selon sa nature. Ou quart jour il fist deux » grans luminaires, c'est assavoir le Soleil » lequel il appella le grant luminaire pour B » servir au jour, & la Lune laquelle il ap-» pella le petit luminaire pour servir à la » nuit, & les Estoilles, lesquelles il mist ou » firmament du ciel pour luire sur terre & » pour deviser la lumiere des tenebres. Ou » cinquiéme jour Dieu fist les poissons & les » oyseaulx & les beney. Ou sixieme jour » Dieu fist toutes manieres de bestes alans » sur terre & qui se traisnent. Et darrenie-» rement il forma l'omme a son ymage & a » sa semblance, lequel il beney, & li donna » seigneurie sur toutes bestes & sur tous oy- C » seaulx & poissons & sur toutes choses quil » avoit créé. Lors vist Dieu toutes choses » qu'il avoit faites, lesquelles estoieent » merveilleusement bonnes Chap. II. »

Caroli V. Francorum Regis studium & amorem in sacras litteras descripsit Christina de Pizan in libro cujus titulus: Des fais & bonnes meurs du sage roy Charles V. fait & compile par Christine de Pizan damoiselle, accompli le desrenier jour de Novembre lan de grace M. CCCCIV. *id est* » De gestis & optimis moribus Caroli D V. liber collectus & compositus à Christina de Pizan, absolutus vero die ultima Novembris anno 1404. *Extat msc. in fol. in Bibl. Regia cod.* 9668. *In capite* 12. *tertiæ partis quod inscribitur:* » Cy dit comment » le Roy Charles aimoit livres & des belles » translations, qu'il fist faire; *sive*, hîc nar-» ratur quo studio Carolus libros dilige-» bat, & quorum librorum optimas in Gal-» licum idioma versiones beneficiis suis pro-» curaverit. *Hæc ait:* Mais non obstant » que bien entendi le Latin, & qu'il ne fust E » besoing qu'on lui exposast, de si grant » providence fu pour le grant amour qu'il » avoit à ses successeurs qu'au temps à venir » les volt pourveoir d'enseignemens & scien-» ces introduisibles à toutes vertus, dont » pour celle cause il fist par solemnels mais-» tres souffisans en toutes les sciences & arts » translater de Latin en François tous les » plus notables livres. Si come la bible en » III. manieres, c'est a scavoir le texte, & » puis le texte & les glosses ensemble, & » puis d'une autre maniere allegorisée. *Hoc* » *est* Licèt autem Latinam linguam calle-ret, Latinosque libros legens interpretere « non egeret, ita tamen providus fuit, ut « ob maximum quo accendebatur in suc- « cessores amorem, præcipuos Latinæ lin- « guæ libros à viris in omni scientiarum at- « que artium genere peritis, in sermonem « Gallicum transferendos curaverit, in pri- « mis Biblia, & hæc triplici modo, textum « nudum, textum tum glossis, eundemque « tandem allegoriarum involucris obduc- « tum. «

Binos tantùm suprà descriptos Bibliorum Caroli V. jussu translatorum codices videre mihi contigit, licet Carolus du Moulin tract. de origine & progressu Monarchiæ Francorum num. 133. *asserat* » Biblia sacra « Gallico idiomate tum Lutetiæ Parisio- « rum, tum in Gallia, Belgica, Norman- « nia & aliis regni partibus evulgata fuisse « jussu Caroli V. ut quisque nativâ suâ lin- « guâ sacris litteris frueretur... Veteres illæ « interpretationes etiamnum extant cum « inscriptione de mandato Regis Caroli « V. «

Franciscus Hotman in Franco-Gallia hæc ait: » Carolus V. sacra Biblia in linguam « Gallicam convertenda curavit, quam « translationem multis etiam nunc locis « in Gallia nostra vidêre licet cum hac in- « scriptione: de mandato & jussu Regis Ca- « roli V. eamque memini me in Regia Bi- « bliotheca Fontanblæi vidisse. «

Non multa ideo exarata sunt manu hujus versionis exempla, quippe quæ litteram accurate non sectatur, & textum quasi per compendium reddet.

Meminisse videtur hujus versionis Genebrardus ad an. 1535. *Chronologiæ suæ lib.* 4. » Multo ante *Olivetani* translationem ex- « tabant *Biblia Gallica* à Caroli V. dicti Sa- « pientis temporibus, cujus primum exem- « plar ostenditur in Bibliotheca Regia nem- « pe ab an. 1374. *Errat ibi non semel Genebrardus; hæc enim versio post annum* 1373. *tantummodo concinnata est jussu Caroli V. ut suprà probavi; nullus quoque in hac Bibliotheca reperitur codex qui illam exhibeat, nisi recens advectus ex dono Illustr. Dn. Mauritii le Tellier Rhemensis Archiepiscopi.*

Antonius du Verdier pag. 137 *Bibl. Gallicæ asserit penes se esse exemplar hujus versionis dialecto Picardicâ, his verbis* » : Quant a « la translacion de la sainte Bible en la lan- « gue Françoise, Charles V. dit le Sage le « feit translater en langage vulgaire de son « tems. J'en ay une escripte en parchemin « qui est en langage Picard. «

Hujus versionis (*quam Oresmii esse credidit Andreas Rivetus, qui hæc refert cap.* 13. *Isagogis ad Script. S.*) exemplaria mul- « ta msc. in Gallia reperiuntur; quorum « duo memini me vidisse elegantissima, au- «

» ro, minio & lafurio, five cœruleo colore, curiofiffimè illuftrata in Bibliothecis Talliburgi & Infulæ Buchardi, ditionis Illuftr. Ducis Tremolliani.

» Biblia Gallica : Hæc illa videtur (*juxta catalogum Bibl. Bodleianæ*) tranflatio quæ juffu Caroli V. Galliarum Regis edita eft. » *Bibl. Bodleiana cod.* 2645.

Sammarthani tomo 3. *Galliæ Chriftianæ pag.* 663. *opera Antonii du Four Maffilienfis Epifcopi qui obiit* 1509. *recenfentes, hæc aiunt : Antonius du Four* juffu Annæ (*Ducis Britanniæ*) Francorum Reginæ Gallico fermone Biblia tranftulit. *Hos fequuntur Fontana, de Altamura Dominicani & Antonius Rufy in hift. Urbis Maffilienfis part.* 2. *pag.* 3. *Nihil tamen habet de hac verfione Antonius du Verdier, & de la Croix du Maine in Bibl. Gallica. Claud. Robert in Gallia Chriftiana & Jo. Guefnay in hift. Maffilienfi ; fecundam Gallicæ Bibliorum verfionis editionem ab Antonio Verard factam & abfque anno, forte regnante Ludovico XII. publicatam, Antonio du Four videntur tribuere, fed falsò ; etenim verfionem Guiarti des Moulins complectitur hæc editio.*

Pentateuchus Mofis in Gallicum idioma converfus à Richardo Simon. *Codex mfc. fuit penes Federicum Leonard Bibliopolam Parifienfem.*

Libri Genefeos verfio Gallica ex Latino confecta à Joanne le Grand, qui Carolo VII. Francorum Regi erat à fecretis confeffionibus, quique floruit 1422. V. *præfatio codicis mfc.* 2. *vol. in fol. in facram Scripturam* 1462. *fcripti, qui affervatur Parifiis in Bibliotheca Navarræa.*

Liber Genefeos Gallicè redditus à Paulo Pezron, *Extabat mf. codex apud Joannem Boudot Bibliopolam Parifienfem. Memoriæ Trevoltianæ anni* 1707. *Julii pag.* 1280.

Liber Genefeos, Pfalmi Davidis & Novum Teftamentum, cuncta hæc Gallicè verfa ex Græco à Joanne Paffavant, *penes quem affervabantur Salmurii.*

Præmittendi forent fequentes hi librorum Regum & Pfalmorum codices, fi temporis, non verò librorum facrorum ordinem fervaremus, funt enim præcedentibus antiquiores.

Libri quatuor Regum, quibufdam explicationibus identidem in ipfo textu infertis illuftrati, lingua veteri Gallica. Codex in folio membranaceus, elegantiffimè fcriptus ante quingentos annos fententia virorum dignofcendis codicibus mfc. maximè peritorum, proinde vel exeunte feculo XI. vel ineunte XII. fuit olim Conventûs Sororum S. Claræ Urbaniffarum, dicti de Longo-campo prope Lutetiam, nunc autem affervatur Parifiis *in Biblioth. Minoritarum.*

A *Antiqua hujufce tranflationis Franciæ dialectus in plurimis convenit cum ea quâ Marbodus qui claruit* 1080. *fuam de Lapidibus pretiofis verfionem confcripfit, eam vetuftate aliquantùm fuperat, proindéque undecimo ad minimum fœculo confecta eft.*

Ex primo capite libri Regum : » A ceft lieu « fervir furent dui pruueire a titele, ofnie phinees fiz furent hely ki dunc (*vocalis* u *ficut* OV *pronuntiari debet*) ert evefche e maiftre principals. Et a un jur avint que elchana fift facrefife e felunc la lei a fei
B retint partie, partie dunad à fa compaignie e a Anne fa muiller que il tendrement amad, une partie dunad ki forment ert deshaitte, kar Deu ne li volt encore duner le fruit defired de fun ventre. Et fenenna ico li turna a repruce, e acuftumeement len atariout e amerement rampodnout. Et la benuree anna nen out retur, mais un duleir plurer & viande deporter. Siz mariz helchana le areifuna, fi li dift. Pur quei plures, pur quei ne manjues & pur quei eft tis quers en triftur ?
C dun nas tu mamur : dun nas tu mun quers. Ki plus te valt que fi ouffes dis enfanz ? Anna puis que elle out mangied & beud levad ; & al fucurs Deu requerre tut fun quer turnad. Vint fen al tabernacle, truuad levefche hely al entree, ki affis iert quil as alanz e as venanz parole de falu muftraft. La Dame fift a Deu funt prefent & fa oblatiun, fon quer meme chaldes lermes, acuragee ureifun, & en cefte baillie. Sire merciable, Sire Deus puiffanz des hors banis & des champiuns
D cumbatanz, fi fuft tun plaifir qui veiffes ma miferie & ma affliction, & tei membraft de mei la rue ancele que par ta pitied euffe fiz, durreie le tei a tun fervife, & rafur ne li munterad le chief, mais tuz dis a tei iert a decid. *Auctoritas.* Ufages ert en cele lei fe alcuns par vud a Deu fe facraft, tant cum cel vud li durreit : rafur le chief ne li muntereit. La Dame en fa preere demurad, fes levres mout. li quers parlad, rant que li evefches le fguardad, & pur ivre lentercad e fi li dift. Va bone femme a tun oftel dormir, fi te
E defeniveras par le dormir. Repundit Anna ne me tient fi, nai beu ne vin ne el par unt lum fe poiffe enivrer. Ne me tenez pur fille belial, kar fobre fui & en anguiffe e en plur, a Deu ai reveled mun duel. Belial : co eft fenz iu. e cil funt fiz belial qui turjurs tirent vers le mal, oftent le ju de la lei Deu & de vice en altre can celant, lur criatur atariant. Dunc refpundi li evefche hely. Va bonne femme as veies Deu, Deu ki de tut bien faire ad poefte, furniffe en grace ta volenté. La Dame haitée fen parti. La chere puis ne li

» ebai. Od sun Seignur le matin Deu au- A
» rât, puis a sa maisun returnad. Deus onc
» sa ancele en remembrance : tost conceut,
» & out enfant, graces rendit al enfanter,
» & Samuel le fist numer. »

In eodem codice libris Regum subjiciuntur libri duo Machabæorum, veteri quoque Gallicâ linguâ, quorum stilus & codicis character priori paulo recentior est, seculi tamen, ut videtur, duodecimi. *Sic incipit liber primus.*

» Il avint puisque Alixandre fiz de Phi-
» lippe de Macedoine qui primers regna en B
» Grece, issant de la terre de Cethim out
» ocis Daire lo rei de Perse & de Medie, &
» fist plosors batailles, & prist les garnisons
» de toz, & ocist les rois de la terre, & ala
» jusque en la fin de la terre & gaigna toz
» les tresors des genz e la terre fu en pais de-
» vant lui. Et asembla grant force & grant
» ost trop, & fis cuers fu essaucez & enor-
» goilliz & prist totes les terres & les seigno-
» ries & tuit les rendirent treud. Et apres co
» li chay en maladie & saperceut que il se
» morort, & apela ses nobles barons qui C
» estoient od lui norri de lenfance. Et si lors
» departi son reaume, dementiers que il vi-
» voit & regna Alizandre XII. ans & muri
» soi & ses Chevaliers onrent sun regne
» chascon en son leu & tuit se firent coro-
» nier apres sa mort & lor fil en apres eaus.
» Et permaintz auz & li mal furent acreu en
» la terre, & issi de lois racines de pecche.
» Antiochus li gentil fis del roi Antiochus
» qui fu a Rome en ostagès & regna en lan
» de 137. del regne des Gries. Len ses jors si
» issirent mauvais homes & consaillerent a D
» mainz disanz : alonz & establissons acor-
» dement od les genz qui sont prez de
» noz. »

Hoc exemplar minori cum diligentia recensetur à Joan. de la Haye Minorita sect. 21. cap. 1. Proleg. ad Biblia Maxima his verbis : » cujus MSS. exemplar habeo antiquis-
» simum, sed solum in libros Regum & Pa-
» ralipomenon (*pro libris Paralipomenon, li-*
» *bri Machabæorum erant exprimendi*) ita
» antiquum illud idioma ut vix intelligi
» queat. »

Psalmi pluribus linguis, sed eâ præsertim, quæ Normannis erat vulgaris seculo XI. V. *Psalmi Polyglotti msc. cod.* D.

Psalmi veteri linguâ Gallicâ. *Psalmus primus sic incipit :* » Li hons est beneures
» qui non ala el conseill des felons, & non
» esta en la voie des pecheors, & non cist en
» la chaere de pestilence. » Codex in 8o. abs-
» que præfatione, scriptus, ut videtur, seculo XI. *Bibl. Regia cod.* 8177.

Psalmorum versio seu potiùs paraphrasis Gallica à Petro de Paris circa annum 1200. nuncupata Simoni le Rat, Equiti Hospitalis sancti Johannis Hierosolymitani. *Pr.* » Beneure est cel home qui ne « nala pas en le conseil des felons, & ne se « aresta pas en la voie des pecheors, come « fist Adam quand il mangea la poume. « Codex in 4o. scriptus à quodam, nomine *Linardin. Bibl. Regia cod.* 7837.

Psalmi Latinè & Gallicè ex veteri versione. *Pr.* » Bakun chi ne alat el cunsel des « feluns, & en la veie des pecheurs ne stout, « & en la chaere de pestilence ne sist. « Codex scriptus ante finem seculi XII. *Warthon in auctario de scripturis & sacris vernaculis pag.* 390. *Bibl. Cottoniana pag.* 54. *catalogi editi.*

Psalmi Latinè cum versione interlineari Gallica, sive Normannica. *Pr.* » Beneurez beon qui ne allat el conseil des « feluns e en la veie des pecheurs ne stout, « & en la chaere de pestilence ne sist. « Codex in 4o scriptus ante finem seculi. XII. *Warthon ibid pag.* 466. *Bibl. Norfolciana cod.* 212. *num.* 111. *catalogi editi.*

Psalmi Gallicè cum textu Latino & versione Saxonica. *Cantabrigiæ, Bibl. Collegii S. Trinitatis cod.* 35. *num.* 253.

Psalmi Gallicè conversi à Guiarto des Moulins cum prologo Joannis Blesensis Ord. Prædic. *Pr.* Benoist est lome qui « nala pas ou conseil des felons & qui ne esta « pas en la voye des pecheurs &c. « in folio. *Bibl. Colbertina cod.* 3090.

Psalterium Gallico idiomate seu potiùs Lotharingico ex Latino donatum, *cum præfatione quæ sic incipit :* » Ces ci lou psau- « tier dou Latin trait & translarait en ro- « mans en laingue Lorrenne selonc la veri « tait & selon lou commun laingaige au « plus pret d'ou latin qu'en puet bonne- « ment. » *Ad calcem legitur :* » ci finit li « Psaultier en romans escript & translateit « per une main, l'air M. CCC. & LXV. « ans. « In 12. *Bibliotheca domûs Oratorii Parisiensis.*

Pseaume second. » Pourquoy firmissent « & font troublez & courircieit li gens, & li « pueuples ont penceit vaniteit & pour « E niant : Li roys de terre & li princes se sunt « tuit mis ensemble & estait d'un escort en- « contre notre Signour & contre son eslut « & sen crist. Or esronpons lour loiens, & « nous getons fuer de lour subjection & dure « servitude. Or ils qui lassus es cielz habite « se moquerait d'eubz, & nostre sires fron- « cerait per derision son neiz sur eulz. A « donc parlerait à eux en son ire, & en son « corrous les troublerait. Or je suis consti- « tueiz & fays roys depvant lui en sa sainte « montaingne de Syon, ou ie preche & an- « nunce son commandement. Nostre sires « ait dit a mi, tu es mon fils, je t'ai aujour- «

» dhuy engendreit. Demande a mi & je te » donrai les gens en heriraige & en ta pos- » session tous les termes de la terre. Tu les » gouerneras en verge de fer, & come un » pot de terre les briserais & froisseras. At » tous li roys tuit enrendeiz mainrenanr, » soiez bien ensignieiz vous qui lou monde » & la terre jugieiz. Serveiz a nostre Signour » en doubtance & en paour, & vous es- » jouissieiz a li en tremblant. Preneiz en » vous doctrine & discipline, que aucune » fois dieux nostre sires ne se courressoisses » contre vous, & perissieiz de voie juste. » Quand son ire dedens brief remps serait » enflammee, bienheureiz seront tous ceulx » qui en luy tant soulement se tient & met- » tent lour esperence. »

Quinque libri Sapientiales, Isaias, Jeremias usque ad caput 18. cum expositione ipsorum in Gallicam linguam per Magistrum Joannem de Sy, Joannis Francorum Regis jussu conversi. Item 62. codices sacræ Scripturæ cujus versionem cœpit Joannes de Sy jussu ejusdem regis. » Un » volume couvert de deux ais blans conte- » nus aucuns des livres de la bible en fran- » çois, cest assavoir les cinq livres Salle- » mon, Ysaie, & de Jaheremie jusque au » dixhuitieme chapitre de l'exposition sur » yaux, faite par Maitre Jehan de Sy, du » commandement du Roy Jehan, dont » Dieu est l'ame. L'autre volume ainsi cou- » vert auquel sont contenus les 5. livres de » Moyse, Josue, & premier chap. du livre » de Juges. Le Confesseur les fist bailler a » Mgr. d'Anjou regent le Royaume. *Ibid.* » LXII. Cahiers de la bible que commença » Maistre Jehan de Sy & laquelle faisoit » translater le Roy Jehan, dont Dieu est » l'ame. » *Hæc refert catalogus librorum Caroli V. Regis Joannis filii, scriptus anno* 1373. *à quodam Regis Cubiculario, qui vocatur* Gilet Malet son varlet de Chambre, *& extat in fol in Bibl. Colbertina.*

Novum Testamentum veteri linguâ Gallicâ. Codex membranaceus quem secum attulit in exilio suo Joannes Dalæus & *Bibliothecæ Civicæ Tigurinæ* dono dedit, in qua etiamnum asservatur. *Ottius in epistola ad me scripta.*

Novum Testamentum Gallicum ex versione Guiarti des Moulins. Codex membranaceus in folio xv. seculi, ad cujus calcem legitur: » Explicit l'Apoca- » lypse & specialement le Nouveau Testa- » ment lequel a fait copier & mettre en ceste » forme la tres noble & excellente Dame » Madelene princesse de Vienne fille & seur » de roys de France. » id est, filla Caroli VII. & soror Ludovici XI. quæ primum Ladislao Hungariæ Regi fuit anno 1457. in matrimonium promissa &c. Extat hoc exemplar *Parisiis in Bibliotheca Illustr. Dn. Nic. Josephi Foucault Comitis Consistoriani.*

Novum Testamentum Gallicè translatum à Joanne de Rely circa annum 1483. sub Carolo VIII. *Anton. du Verdier pag.* 137. *Bibliothecæ Gallicæ.* Auctor præfationis Bibliorum Genevæ anno 1588. editorum hanc versionem jubente Carolo VIII. factam fuisse contendit. *Duplex hæc assertio valde dubia est; constat tantùm ex præfatione Epistolarum S. Pauli Gallice conversarum à Jac. Fabro, & anno* 1513. *typis excusarum, Joannem de Rely, Biblia olim à Guiarti des Moulins translata, jussu Caroli VIII. circa annum* 1487. *edenda curasse.*

Novum Testamentum Gallicè versum à Michaele Mauduit, *penes quem extabat msc.*

Epistolæ & Evangelia ad usum Ecclesiæ Parisiensis in Gallicum idioma traducta à Joanne de Vignay, *aliis* du Bignay, rogatu Reginæ *Joannæ* Ducis Burgundiæ, dein Philippi Valesii Regis Galliarum uxoris, anno 1306. *Parisiis, Bibl. S. Victoris cod.* 1142. *& Bibl. Dominicanorum in vico sancti Honorati. De hoc codice, vide ea quæ referuntur à Rich. Simon in novis observat. in Textum & Vers. Novi Test. part.* 2. *cap.* 2.

Aliud exemplar Evangeliorum ex eadem versione recognitâ & stylo puriori & recentiori scriptâ *hoc titulo Gallico;* » Les Evangiles des Dominees de tout « l'an & des Saints de toute l'année. » Codex in folio. *Extabat Parisiis in Musæo Dn. Nolin.*

Actus Apostolorum de Latino versi in Romanum (*id est Gallicum idioma*) à Lamberto Leodiensi de sancto Christophoro. Vetustissima hæc est conversio, nempe seculi XII. *Chronicon quod sub Alberici nomine vulgavit clarissimus Leibnitius tom.* 2. *Accession. Historicarum ad an.* 1177. *pag.* 354.

Apocalypsis S. Joannis Gallicè cum figuris & explicationibus; in 4°. *Parisiis. Bibl. Collegii Soc. Jesu.*

Hujus forsan codicis meminit catalogus Bibliothecæ Caroli V. Regis, qui servatur in Bibl. Colbertina.

Apocalypsis sancti Joannis Gallicè ex versione Renati Taron cum ejus commentariis. *De la Croix du Maine pag.* 438. *Bibliothecæ Gallicæ.*

SECTIO SECUNDA.

BIBLIA GALLICA A CATHOLICIS EDITA.

Biblia in Gallicam linguam translata à Guillelmo le Menand juxta versionem Latinam Petri Comestoris Lugduni centum ferme abhinc annis excusa (*proindeque circa annum* 1484.) *juxta Crucimanum pag.* 151. *Bibliothecæ suæ anno* 1584. *editæ.*

De hac forsan editione loquitur Johannes Lambertus in responsione ad 26. *articulum Episcoporum Angliæ, quam anno* 1532. *vulgavit, in qua asserit* » quinquaginta quatuor ad minimum annos (*hoc est circa annum Domini* 1478.) Biblia in sua lingua habuisse Gallos *excusa* cum Regis Francorum atque Imperatoris privilegio; quæ quidem Ludovici XI. Regis rogatu translata fuerunt, quantum ex privilegio memini, quod in frontispicio cernebatur. *Hæc refert Jacobus Usserius pag.* 173. *Historiæ dogmaticæ de sacris & scripturis vernaculis.*

Hanc cum non viderim, affirmare non possum, an nova sit revera translatio, an ipsa Guiarti des Moulins conversio, ut sat verisimile videtur, à Guillelmo le Menand quoad stylum emendata & edita, an tandem historiæ duntaxat scholasticæ Petri Comestoris Gallica interpretatio.

Quemdam reperi codicem in quarto, ut vocant, formâ minori circa annum 1478. *charactere Gothico excusum, & denuò Parisiis, anno & typographo non indicato, in* 4°. *majore, eâdem quoque litterâ, qui inscribitur:* La Bible en François, *quique narrationes Bibliorum à scholastica Petri Comestoris historia paululum diversas & illis auctiores continet: hic codex auctorem forsitan habet Guillelmum le Menand, tum inter sacri codicis translatores haud numerandum.*

Cum plurimas inter se Bibliorum Gallicorum editiones summâ diligentiâ & labore non impigro contulerim, non tantum inter illas discriminis inesse comperi, quantum vulgò eruditi viri arbitrantur. Ex quo inventa est ars Typographica, septem vel octo vicibus Gallica Bibliorum translatio à variis hominibus & diverso tempore aliquam mutationem passa est. Joannes de Rely versionem Guiarti des Moulins quoad stylum quidem ab ipso recognitam, at pluribus in locis sat negligenter circa annum 1487. *edidit Parisiis. Jacobus Faber Stapulensis, novam re verâ condidit interpretationem, præcedente accuratiorem, sed quæ nonnullas illius phrases admittit. Hæc integra versio, mutatis in Psalterio & Novo Testamento quibusdam vocibus Antverpiæ an.* 1530. *primùm prodiit, quæ quidem fuit postremarum veluti basis & fundamentum. Olivetanus suam, juvante Calvino, anno* 1535. *Neocomi edidit, Antverpiensem anni* 1534. *ut plurimum sequitur; variantes ejus lectiones in margine positas ipse in textum recipit. Joannes Calvinus Olivetani versionem seu potius stylum quandoque mutavit præsertim in Novo Testamento annis* 1545. 1551. 1560. *excuso. Prima Lovaniensis editio à Nicolao de Leuse recognita anno* 1550. *pauca habet sibi propria, Antverpiensem plerùmque sectatur, aliquando Neocomensem. Renatus Benoist anno* 1566. *Genevensem quibusdam in locis castigatam publicavit; in reliquis, ut ipse fassus est, eam ad verbum exscripsit. Secunda D D. Lovaniensium editio anni* 1578. *primam, stylo quidem puriori exaratam promit, nonnullos tamen admittit Olivetani idiotismos, quos prior respuerat. Genevensis postrema editio anni* 1588. *ipsamet est Olivetani traductio quoad stylum emendata & ad Hebræum Græcumque textum à Cornelio Bertramo & sociis exacta. Editiones denique tam Petri de Besse quam Petri Frizon postremam Lovaniensem in omnibus exhibent.*

BIBLIA GLOSSIS ILLUSTRATA.

Biblia Gallica *vulgò* Bible Hystoriale vel Historiée, *charactere Gotthico, ex versione Guiarti des Moulins cum ejus glossis ex scholastica Petri Comestoris historia excerptis, & cum prologo Joannis de Rely, cujus opera hæc editio jussu Caroli VIII. Francorum Regis adornata est & recognita.* 2. vol. in folio. Parisiis, Antonii Verard, *anno non indicato circa annum* 1487. *Hæc editio, quæ rarissima est, extat in membranis exarata in Bibliotheca Regia.*

Prologus utpote brevissimus, Latinè ex Gallico sermone redditus, hic integer exscribitur: » Cum tuis obtemperare mandatis ferventissimo, perpetuoque studio ardeam, supreme Princeps Carole VIII. Francorum rex Christianissime, ad laudem SS. Trinitatis, tuamque, clarissime Rex, jussu tuo hæc Biblia historiata *seu glossis illustrata* confeci, duobus distincta voluminibus, in quibus continentur historiæ scholasticæ, quæ olim (*anno scilicet* 1294.) ex Latino in idioma Gallicum à peritissimo Doctore (*Guiarto des Moulins*,) fuerunt translatæ «

Sequitur altera præfatio quæ in omnibus ferè msc. codicibus legitur, & quæ incipit his verbis: Pour ce que li Deables que chacun jour empesche &c.

Ex præfatione Jacobi Fabri Stapulensis, quam præmisit Gallicæ Epistolarum Pauli versioni anno 1513. typis mandatæ: » Hoc » desiderio triginta sex abhinc annis incitatus est Carolus VIII. cujus jussu Joannes de Rely Doctor Theologus, eique à » confessionibus, deinde in Episcopali dignitate constitutus (*factus est Episcopus Andegavensis anno* 1491.) convertit in linguam vulgarem *seu Gallicam* sacra Biblia, » & tunc (*circa annum* 1487.) impressa sunt, » & deinde multis vicibus &c.

» Regnante Carolo VIII. Joannes de Rely Canonicus Ecclesiæ Parisiensis sacros Bibliorum codices in Gallicum sermonem meliori quidem stylo, adhuc tamen rudi reddidit. » (*Quod non de nova versione, sed de translatione Guiarti des Moulins ab ipso Joanne de Rely correcta intelligendum est.*) *Antonius du Verdier p.* 137. *Bibliothecæ Gallicæ.*

Biblia Gallica ex ejusdem versione, in 4°. Parisiis, Michaëlis le Noir, *absque anno.*

Eadem cum nova præfatione *in sequentibus quoque editionibus adjecta quæ sic habet:* Poures pecheurs aveuglez de bien faire &c. 2. vol. in folio. Parisiis, Antonii Verard, *absque anno. Hæc editio, quæ reperitur Parisiis in Bibl. Capucinorum in vico Aurelianensi, à priori distinguitur, ut ex utriusque exemplaris comparatione judicare est.*

Ex præfatione nova. » In hisce Bibliis » Gallicè reddendis nihil prorsus cum veritate quæ in Latinis exemplaribus est, » pugnans addidimus; nihil etiam omisimus, nisi ea quæ transferri minimè debent. Et facta est hæc interpretatio non » pro Clericis, sed pro Laïcis & idiotis » Regularibus ac Heremitis qui literas non » didicerunt... Prima horum editio rogatu » Caroli VIII. Regis Christianissimi adornata est; deinde correcta fuit & edita, cui » adjectum est Psalterium sicut initio hujus » libri notatur, quo integra tandem Biblia » prodirent.

Psalterium etiam extat in prima editione, postea adjunctum.

Biblia eadem 2. vol. in fol. Lugduni, *absque anno & typographo.*

Eadem, 2. vol. fol. Parisiis, Ant. Verard 1517.

Eadem, in fol. Lugduni, Jacobi Sacon 1518.

Eadem, 2. vol. fol. Parisiis, Fr. Regnault 1520.

Eadem, in folio. Lugduni, Petri Bailli 1521.

Eadem, 2. vol. fol. Parisiis, Joan. Petit 1524. 1529.

Joannes de la Caille pag. 72. *Historiæ Artis Typographicæ Gallicè scriptæ, ait:* hæc Biblia anno 1529. edita esse juxta versionem Nicolai Oresmii jussu Caroli, V. Francorum Regis concinnatam: *At ille toto cælo aberrat, cum ea non sit alia quam Guiarti des Moulins translatio.*

Eadem, in fol. Lugduni, Petri Bailli 1531.

Eadem, 2. vol. fol. Parisiis, Ant. Bonnemere 1538.

Eadem, in fol. Ibid. Coutean, Girault 1541.

Eadem, 2. vol. in 8°. Parisiis, Regnault 1543.

Eadem *adhuc charactere Gothico*, 2. vol. in folio. Parisiis, Thielmanni Kerver 1546.

Eadem *charactere Romano*, 2. vol. in fol. Parisiis, sub insigni triplicis Coronæ 1544. 46.

Nullum hujus versionis codicem sive scriptum calamo, sive typis exaratum glossis destitutum unquam observavi; quod etiam videre est in Gallica translatione Radulphi de Praelle, in quibusdam Italis, in nonnullis Germanicis ante Lutherum excusis, forsan & in Belgica Gondæ anno 1479. *emissa in lucem correctius & auctius. Sacrum temerare contextum tantum nefas est apud Christianos ut id crimen christicolis hominibus objicere, nisi rationes evidentissimæ adsint, nullo modo licitum sit. Paucis tamen abhinc annis celebres duo auctores Calviniani, quorum alter Petrus Bayle in Dictionario critico & historico sub finem vocabuli* Aaron *pag.* 379. 1. *editionis, & Jacobus Bernard art.* 1. *novorum Reip. literariæ, Aprilis* 1700. *pag.* 373. *tale quidpiam Catholicis impegerunt; quasi verò Biblia glossis aut postillis textui insertis illustrare non potuerunt viri eruditi: quod autem ad caput libri legitur correcta esse & aucta id de versione ipsa intelligendum est, vel saltem de mendis typographicis; augeri quoque possunt scholia si quæ sunt vel capitum summaria vel indices aut alia ejusmodi quæ in prioribus editionibus desiderabantur; sed & primus non semel aberravit, si quidem tempus quo primum edita sunt Biblia Gallica, indicat, licet in ipsorum præfatione quam ipse in testimonium adducit, hujusmodi nihil reperiatur.*

BIBLIA JAC. FABRI STAPUL.

Libri Veteris Testamenti Gallicè versa juxta Latinam sancti Hieronymi translationem *à Jacobo Fabro Stapulensi, ut conjicere licet ex variis seu locorum seu temporum circumstantiis, absque privilegio & summariis capitum ac librorum: at* cum approbatione Nicolai Coppin. *Primus Tomus sic inscribitur:* Le premier volume

de l'anchien Testament contenant les chinc premiers livres de Moyse translatez en François selon la pure & entiere version de S. Hierosme, 4. vol. in 8°. Antverpiæ, typis & impensis Martini Lempereur 1528. die 28. Septembris. *Primum duntaxat & ultimum volumen extant in Bibliotheca Bignoniana. In hac editione Psalterium jam Parisiis typis Simonis Colinæi anno 1525. editum desideratur, sicut & Novum Testamentum iisdem typis ab an. 1523. excusum.*

Approbatio, *quæ ad calcem Prophetarum extat.*

» Nicolaus Coppin Magister & Doctor Sacræ Theologiæ, Collegiatæ Ecclesiæ S Petri in urbe Lovaniensi Decanus, & fidei Catholicæ Inquisitor, omnibus Christianis salutem. Visa à nobis humili supplicatione viri probi Martini Lempereur urbis Antverpiensis Typographi, propter quinque libros Moysi Gallicè versos, quos ipse suis impensis impressisse dicit. Qui quidem licet à nobis visi & examinati, nec non à pluribus aliis discretis & venerabilibus viris præsertim à Fratre Bonaventura Conventûs Minoritarum Antverpiensium Guardiano & nonnullis aliis Fratribus ejusdem Conventûs; eos tamen absque licentia nostra vendere dictus Martinus noluit &c. Lovanii, die vigesimâ secundâ Julii 1528.

Meam de hujus interpretationis auctore conjecturam viris eruditis palam facere liceat. Jacobus Faber à patrio vico dictus Stapulensis, Theologiæ Parisiensis Doctor, vir literis divinis & humanis apprime instructus, plurimas vulgavit diversis temporibus in sacram Scripturam lucubrationes, scilicet Psalterium quintuplex Parisiis an. 1509. & 1513. Commentaria in omnes Epistolas Pauli cum textu Latino Vulgatæ editionis, cui suam adjecit versionem, ibidem an. 1512. & 1515. Item Commentaria in quatuor Evangelia Meldis typis Simonis Colinæi 1522. edidit; in hanc quippe urbem tum evocatus fuerat unà cum Arnoldo & Gerardo Roussel Facultatis Theologicæ Parisiensis Doctoribus à Guillelmo Briçonnet hujus urbis Episcopo, cujus ipse Faber domesticus & commensalis habebatur. Hoc ipso anno 1522. suam Novi Testamenti Gallicam versionem, forsitan utrinsque Roussel Picardorum ope continuavit, vulgavitque die 30. Octobris 1523. quatuor Evangelia, quorum duntaxat meminit Erasmus (epist. 44. libr. 30.) & reliquos Novi Testamenti libros, sicut in Evangeliorum præfatione promiserat, die 6. Novembr. ejusdem anni. Integrum deinde Novum Testamentum iterum ac tertio variis formis, iisdemque Simonis Colinæi typis fuit commissum adjecto ad calcem indice Evangeliorum & Epistolarum totius anni ad usum Ecclesiæ Romanæ, Parisiensis & Meldensis, annis 1524. & 1525. quo ultimo anno, die 17. Februarii publicatum est Psalterium ab ipso Fabro, uti videtur, Gallicè translatum (collata enim hujus & Novi Testamenti loca parallela eodem modo reddita esse comperiuntur) in quo argumenta cujusque Psalmi in fine voluminis simul congesta sunt; quæ si auctorem habeant Fabrum Stapulensem, nulli dubium esse potest quin ipse novis opinionibus plurimum favere visus fuerit.

In solemni causa die 11. Augusti in Curia Parisiensi disceptata de sacris concionibus in in urbe Meldensi ad populum habitis à FF. Cordigeris (ut refert Bulæus tom. 6. hist. Univers. Parisiensis pag. 173. & 176.) contra ipsum Episcopum & quosdam Doctores Theologos, Patronus Minoritarum nomine Bochardus id Episcopo tanquam ab ipso in concione prolatum exprobravit » licitum *nempe* esse atque utile populo Biblia & Psalterium in linguam Gallicam conversa penes se habere, quin etiam Præsulem ei, qui negotia sua gerebat, jussisse, ut pauperibus hujusmodi libros postulantibus, suis expensis, largiretur. «

Decretum quoque Curiæ Parisiensis die 28. *Augusti ann.* 1525. *datum, inter libros prohibitos,* » Canticum, Psalrerium, Apocalypsim, Evangelia, Epistolas Pauli, aliosque Veteris & Novi Test. libros recens è Latino in Gallicum idioma translatus « *commemorat.*

» Diebus istis *ante Kalendas Maias anni* 1526. (*inquit Natalis Beda pag.* 119. *Annotat. in Commentarium Jacobi Fabri in Matth.*) oblatus est Parisiensium Theologorum Collegiu liber unus, qui vulgo dicitur liber Exhortationum super Epistolas & Evangelia pro usu Meldensi (qui complectitur videlicet Epistolas & Evangelia quæ Dominicis & nonnullis diebus festis in Ecclesia leguntur) in Gallicam versus linguam, adjectâ cuicumque Epistolæ & Evangeliu exhortatoria oratione ad populum... Libri autem illius authores (ut dicitur) fuerunt Jacobus Faber & discipuli ejus. «

Ex his sanè colligitur anno nempè 1525. *typis excusa fuisse S. Biblia Gallica ex conversione Fabri Stapulensis. Si autem hæc de quibusdam, non de omnibus utrinsque Testamenti libris accipienda sint: dicendum erit, Fabrum memorato decreto perterritum, & à Theologis Parisiensibus, quibus novem propositiones ex ipsius commentariis in 4. Evangelia excerptæ denunciatæ fuerunt, exagitatum, atque è corpore Sorbonæ resectum, desertà Gallià migrasse Argentinam, (ibi agebat juxta Erasmum Epist. 26. die 18. mensis Martii 1526.) sed ante diem sextam Junii*

in Curiam à Francisco I. revocatum, tunc suam absolvisse Gallicam totius sacri codicis interpretationem. Verum quibusdam Erasmi propositionibus in primis circa vernaculas S. Scripturæ versiones à Facultate Theologica die 17. Decembris solemni censurâ inustis, hic Parisiis Blesas profecturus suam versionem misit Antverpiam, ubi typis Martini Lempereur 28. Septembris 1528. vulgata est. Blesis per aliquod tempus remansit, deinde Neracum ad Margaretam Navarræ Reginam an. 1528. se recepit, & ibi usque ad annum 1537. quo diem suum obiit, commoratus est.

Eadem Gallicè ex eadem versione cum privilegio Cæsareo anoi 1530. Desunt Psalterium, Novum Testamentum, capitumque summaria, 4 vol. 8°. Antverpiæ, Martini Lempereur 1529-32.

Tomi II. & III. hujus versionis servantur in Bibl. Oratoriana.

Ex privilegio Caroli V. Imperat. dato 4. die Julii 1530.. » Admissa est à nobis humi» lis supplicatio Martini Lempereur, quâ » referebatur, ipsum suâ industriâ magnif» que sumptibus Biblia in Gallicam lin» guam nuper transferenda curasse: & » quamvis ab Inquisitore Fidei, aliisque » Theologis, quibus communicata est, ap» probata fuerit &c. »

Eadem integra, *adjectis capitum & librorum summariis sub hoc titulo:* La sainte Bible translatée selon la pure version de S. Hierosme conferée & entierement revi ce selon les plus anciens & les plus correcls exemplaires, in folio. Antverpiæ, typis Martini Lempereur 1530. die 10. Decembris cum gratia & privilegio Imperiali.

Biblia Gallica ex eadem versione, iterum revisa & collata cum vetustis exemplaribus, additis in margine quibusdam notis plerumque literalibus, (*sed quæ nonnullis in locis Lutheranismum redolent*) & variantibus lectionibus, tam ex Hebræo quam ex Græco codice, & prologo ad lectorem, fol. Antverpiæ, Martini Lempereur 1534. die 6. Aprilis.

Ex prologo: » Cùm quidam Lectores » hac in secunda editione nihil ampliùs » quam in priori præstitum fuisse possent » arbitrari, paucis ostendere verbis volu» mus, quâ ratione, quâve diligentiâ fue» rit hoc opus absolutum. Primò vulgarem » hanc & usitatam translationem cum an» tiquis & emendatissimis exemplaribus tan» to studio iterum contulimus, ut nulla sit » res alicujus momenti, quæ non fuerit de» nuò pensitata; & quod nobis in prima » editione propositum erat, in hac omninò » perfecimus... Quoniam autem ex hujus » interpretationis Vulgatæ cum lingua Hebræa, Græca & Chaldæa collatione quæ« dam loca deprehendimus satis obscura, « aliaque ab aliis diversa, ideò parallela illa « loca iisdem marginibus apposuimus &c. «

» Notandum est (*inquit Richardus Simon cap.* 29. *Hist. Crit. Version. Novi Testam. pag.* 327.) quòd in hac editione « duplicis sint generis notæ marginales: a« liæ verba quædam ipsius contextûs expli« cant, aliæ varias complectuntur lectiones « in Novo Testamento ex Græco, in ve« teri ex Hebræo desumptas; paucissimæ « quidem sunt ac brevissimæ, sed ut pluri« mùm literales & criticæ. *Et pagina sequenti:* Cæterùm non accurata linguæ Græ« cæ & Hebraïcæ cognitio ab his Interpre« tibus exigenda est; cùm neque Hebræum « neque Græcum textum, sed utriusque « Latinas versiones ante sua tempora vul« gatas legisse duntaxat videantur. Ut ut « sit, certum est, hanc translationem pri« mùm Antverpiæ editam & à quibusdam « Lovaniensibus Theologis revisam, pri« mam esse ex omnibus anteà publicatis « Gallicis versionibus aliquâ curâ concinna« tam. «

Idem cap. 24. *Novar. Observat. in Text. & Vers. Novi Testam. pag.* 346. *hæc addit:* » Qui notas in Novo Testamento adjece« runt huic editioni; has plerumque variis « textûs Græci lectionibus ex annotatis « Desid. Erasmi collectis illustrarunt «

Hæc & sequens editio fuit prohibita cum textûs mutationes, titulus enim fert iterum revisa, & collata &c. *concessum autem fuerat privilegium, modo hæc translatio secundum exemplar ab Inquisitore fidei lectum & approbatum excuderetur: cum ob notas marginales, quæ Lutheri doctrinam in plurimis locis sapiunt. Præterea summam totius S. Scripturæ non ex editione Stephanica anno* 1532. *sed ex suapte editione Latina anni* 1534. *Martinus Lempereur in Gallicum sermonem vertere curaverat, cui jam addiderat hæc verba:* Ne ultra timeamus gehennam, qui timor pellitur fide, fiducia, certitudine. *Eam sanè ob causam revocatum est privilegium, sicut legitur in novo anni* 1546. *quo Theologis Lovaniensibus nova Bibliorum Gallica versio imprimi conceditur. Utraque etiam editio sc. an.* 1534. & 1541. *inter libros prohibitos fuit recensita in Indice jussu Ducis Albani Leodii anno* 1560. *vulgato, his verbis:* » Biblia Gallica Antverpiensia per « Martinum Cæsarem. Ibidem, per Antonium de la Haye. «

Biblia Gallica ex eadem versione, cum iisdem notis, in folio. Antverpiæ, per Antonium de la Haye 1541. *In fine legitur:* Ad laudem Dei fit.

Hæc Biblia excusa sunt 12. die Junii 1541. Antverpiæ per Antonium des Bois.

BIBLIA

BIBLIA LOVANIENSIA.

Biblia ex Latino in Gallicum sermonem recens translata, secundum Vulgatam editionem Latinam quæ nuper Lovanii prodiit, à viris peritis jussu Caroli Quinti Imperatoris ad hoc deputatis revisa, correcta & approbata, *cum præfatione Nicolai de Leuse, qui juvante Francisco de Larben ea plurimum recognovit. Hæc est prima DD. Lovaniensium editio*, in fol. Lovanii, Bartholomæi de Grave & sociorum 1550.

» Lectori Fideli Nicolaus de Leuse Theol. Licentiatus salutem. Postquam jussu S. Cæsareæ Majestatis commissa quibusdam Venerabilibus sacræ Facultatis Theologicæ Doctoribns data fuit, ut Latina Biblia ad codices antiquos, Hebraïcos, Chaldaïcos, Græcos & Latinos emendarentur, quò pristinam assequerentur dignitatem... Tunc stàtutum est, ut verbatim primò Belgicè, deinde Gallicè verterentur, nullo addito vel detracto verbo, quantum pro variorum discrimine idiomatum liceret. In quo labore plurimum adjuti sumus ope doctissimi Fratris Francisci *de Larben* Cœlestinorum Hevereorum prope Lovanium Prioris... qui cum verba quædam melius reddidisset, capitum argumenta omnia in idioma Gallicum transtulit. Quam ob rem eo facilior sive in vertendo sive in corrigendo nobis fuit hic labor, quo selectis, ex illis, phrasibus loquendive modis congruentibus, vocabula plana & usitata adhibuimus. »

Ex privilegio Caroli V. quod pro tribus annis 9. Novembris anno 1546, *concessum est, prorogatum autem pro tribus aliis annis die* 11. *Aprilis anno* 1548. *eo quod intra hoc temporis spatium excudi non poterant.* » Admissa à nobis fuit humilis supplicatio Bartholomæi Gravii, Typographi Universitatis nostræ Lovaniensis, qua rogat, ut imprimere possit Latinè, Gallicè, & Teutonicè (*seu Belgicè*) sacra Biblia, integra vel eorum partes, approbata & correcta à Doctoribus Lovaniensibus per Nos ad hoc deputatis... juxta quam potestatem Mgr. Petrus Curtius ejusdem Universitatis Doctor Theologus hæc Biblia Gallica approbavit, & subscriptione suâ confirmavit &c.

† Id operis, *inquit Rich. Simonius, ubi de Bibliis DD. Lovaniens. Gall. agit, Disqu.* » *Crit. cap.* 14. non alias ob rationes aggressi sunt Theologi, quam ut homines plebejos & ineruditos à Bibliis Genevensibus quæ tunc pluries fiebant, lectione averterent. »

Hanc editionem non novam complecti versionem, sed eamdem quam typis suis vulgaverat Antverpiæ Martinus Lempereur à Nicolao de Leuse quibusdam in locis recognitam, jam suprà observavimus. Id sane ignorabat Franciscus Veron., qui in præfatione Novi Testamenti Gallici eam vocavit » priorem Olivetani versionem primùm Neocomi, deinde Genevæ excusam, atque à Doctoribns Lovaniensibus anno 1545. (*aut potius anno* 1550.) repurgatam. «

» Non me latet (*inquit Richardus Simon pag.* 326. *Hist. Crit. Vers. Novi Test. cap.* 29.) Franciscum Veron permultosque alios Scriptores Theologis Lovaniensibus exprobrasse non aliam quam Genevensium versionem, repurgatam quidem, anno 1537. (*vel potiùs* 1550. emisisse, & quæ vulgò Lovaniensis nuncupatur, ipsammet esse Genevensem ab ipsis emendatam. Et verò qui utriusque exemplar studuerit inter se conferre, eandem esse translationem aut unam ex altera concinnatam certè deprehenderit... Non ægrè crediderim, Lovanienses Theologos Genevensem frequenter exscripsisse; at non advertit Franciscus Veron ex editione Antverpiensi anno 1530. (*vel* 1534.) à Lovaniensibus Theologis recognita confectam fuisse primam anni 1535. Genevensem translationem «

Biblia Gallica à DD. Lovaniensibus iterùm revisa & emendata, cum Privilegio Regis Philippi II. & Epistola Jacobi Baii, in fol. Antverpiæ, Christoph. Plantini 1578.

Privilegium Regis concessum est an. 1575. *& fuit productum ad annum* 1576.

Ex Epistola Latina Jacobi Baii. » Porro cum nulla occurreret editio Gallica, quæ Vulgatam Latinam per omnia repræsentaret, operæ pretium *Antistites* duxerunt Theologos aliquot Lovanienses deligere, quibus curæ esset, ut versio aliqua Gallica Vulgatæ Latinæ fideliter responderet, & qua tanquam sano textu absque ullo periculo liceret uti, quod labore maximo præstitum &c. Lovanii 1575. «

Approbatio *quæ ad calcem codicis legitur*: » Hæc sacrorum Bibliorum Gallica translatio labore Theologorum aliquot Lovaniensium est emendata & correcta, ipsique Vulgatæ Latinæ fideliter respondet; ideoque summâ utilitate excudetur & distrahetur. 1572. Joan. Molanus &c. «

» Cùm asserit Joannes Molanus in censura sua versionem hanc Vulgatæ Latinæ fideliter respondere, id tantùm dixit, ut illam ab aliis quæ ex Hebræo Græcoque contextu fuerant translatæ, discriminaret... nihil aliud in mente habuerunt Lovanienses Theologi, nisi Vulgatam La-

„ tinam vulgari linguâ exprimere; quod ta- A
„ men accuratè perficere non valuerunt; si
„ quidem non novam sed vetustam O.ive-
„ tani translationem prout à Calvino revi-
„ sam (*seu potiùs Editionem Antverpien'em*
„ *anni* 1530.) duntaxat recognovêre. *Rich. Simon cap. 30. Hist. Crit. Version. N. Test. pag.* 341.

Biblia Gallica ex eadem versione, 2. vol. in 8°. Rothomagi, Th. Mallard 1580.

Eadem, in fol. Lugduni 1581.

Eadem, in 8°. Rothomagi, J. Crevel 1582. In 4°. Lugduni, Pillehotte 1582. In B 4°. Parisiis 1582. 2. vol. in 8°. Ibidem, Claudii Micard 1582.

Eadem, in fol. Lugduni, Pillehotte, Beraud, Michel 1585.

Biblia Gallica Lovan. cum notis & figuris, in fol. Parisiis, Nivelle, Sonnius, Buon 1586.

Eadem 3. vol. in fol. Parisiis, Jacobi du Puis 1587. 1588.

Hæc Biblia Henrico Francorum Regi III. nuncupatæ sunt.

Eadem, in fol. Antverpiæ 1590. C

Eadem, 2 vol. in 8°. Parisiis, Richer & de Montroil 1598. In 4°. Lugduni, Juilleron 1599.

Eadem, in fol. Parisiis, Sonnius 1602. Lugduni, Pillehotte 1603. Ibid. Juilleron, Ancelin, Morillon 1604.

Eadem, in 4°. Rothomagi, du Petipas 1605. Lugduni, Theobaldi Ancelin 1605.

Biblia Latinè & Gallicè ex versione DD. Lovaniensium à Petro de Besse edita & Henrico IV. Franciæ & Navarræ Regi dicata, fol. Parisiis, Thierry, du D Fossé, Chevalier 1608.

Ex Epistola dedicatoria circa finem: „ La-
„ tinus ipse est contextus qui legitur in Bi-
„ bliis Pastoris & Doctoris Ecclesiæ Oecu-
„ menicæ, nunc Jesu Christi Vicarii Ge-
„ neralis & Capitis omnium fidelium. (*Pau-*
„ *lus V. hoc anno erat summus Pontifex:*)
„ Gallicus autem ille est qui ex docta at-
„ que Catholica Lovaniensi Academia
„ quondam prodiit, nunc quidem denuo
„ recognitus à summis & præstantissimis ma-
„ gnæ, celeberrimæque Facultatis Theo- E
„ logicæ Parisiensis Doctoribus &c. 10. Julii
„ 1608. „

Ex hujusmodi stylo tumido at inflato non facilè Lector conjectabit Latinam Bibliorum editionem à Paulo V. procuratam fuisse; nulla enim alia hic habetur quàm editio Clementina. Cæterùm hæc versio à Lovaniensi ferme nulla in re discrepat.

Biblia Gallica Lovaniensia, in 4°. Lugduni, Ancelin 1608. fol. Ibidem 1609. In 8°. Rothomagi 1611.

Eadem, in 4°. Rothomagi, du Petitval 1612.

Eadem, fol. Lugduni, Morillon, Juilleron 1614.

Biblia Latina & Gallica Lovan. *juxta editionem anni* 1608. fol. Parisiis, Thierry, du Fosse, Chevalier 1615.

Biblia Gallica Lovan. in 4°. Lugduni, Rovaulx 1610.

Eadem, studio Petri Frizon edita cum summariis capitulorum in Novo Testamento ex Annalibus Ecclesiasticis Cardinalis Baronii excerptis. Item media secernendis Catholicis Bibliorum versionibus ab Genevensibus idonea &c. in fol. Parisiis, Joannis Richer & Petri Chevalier 1621.

Ex monitu ad Lectorem: „ In edendis „
hisce Bibliis versione usi sumus Doctorum „
Catholicorum, qui diuturnam in hoc „
labore operam collocarunt atque omni „
studio contendimus, ut emendarentur „
quædam errata, quæ in plurimis Gallicis „
translationibus remanserant, præsertim „
in Genevensi; ideo nonnullæ fuerunt cen- „
surâ notatæ. „

Biblia Gallica Lovaniensia, in 8°. Rothomagi, Geufroy 1624. In fol. Parisiis 1628.

Biblia Latina & Gallica Lovaniensia, in fol. Parisiis, Jacobi Rebuffé 1631.

Biblia Gallica Lovaniensia, in 8°. Rothomagi, Geufroy 1634.

Eadem, in fol. Parisiis, Henault 1639. In 4°. ibidem 1640. In fol. ibidem, Rebuffé 1641.

Eadem, in fol. Parisiis, Joan. Roger 1646. In 4°. Lugduni, Bailly 1646.

Eadem, in 8°. Rothomagi, du Petitval 1647.

Eadem Lat. & Gall. fol. Ibid. Geofroy 1648.

Eadem Gallicè, fol. Rothomagi, Malassis 1654.

Eadem, in fol. Lugduni, Riviere 1662.

Eadem, in fol. Parisiis, Piget, Coignard 1667.

Eadem, in 4°. Rothomagi 1667. Ibid. Le Tourneur 1681.

Eadem, in fol. Parisiis 1683. 5. vol. in 12. Ibidem, Vaugon 1690. 1691. *Eadem prorsus editio.*

Eadem, in 4°. Rothomagi, Joan. Bapt. Besogne 1707.

BIBLIA RENATI BENOIST.

Biblia in Gallicum transfusa sermonem à Renato Benoist cum notis marginalibus in loca quædam difficiliora, *vel potiùs versio Genevensis quibusdam in locis ab ipso purgata*, in fol. Parisiis, Sebast. Nivelle, Gabr. Buon, Nic. Chesneau 1566.

Eadem Gallicè & Lat. cum notis, 2. vol. 4°. Ibidem, iisdem typis 1568.

» Anno Domini 1567. die 15. Julii sacra Theologiæ Facultas *Parisiensis* censurâ » notavit versionem Bibliorum à M. Renato Benedicto editam, suamque censuram » solemniter confirmavit 3. Septembris anni » 1569. quam approbavit & laudavit Gregorius XIII. summus Pontifex diplomate » scripto 3. die Octobris 1575. & ad Facultatem transmisso. » *Hæc referuntur ad calcem collectionis auctorum versiones vulgatas damnantium, quam consulere possunt qui ea de re majorem desiderant habere notitiam.*

De sua versione Gallica his verbis mentem suam auctor aperit in Epistola quâ suam Catholicorum adversus omnes urgentes hæreses Panopliam Gregorio XIII. nuncupavit; » Cujus (loquens de se ipso) si vestiis alicubi maculata comperiatur, in maximo » illo potissimùm Bibliorum Gallicorum » opere eo tempore quo illud emisi (meo » judicio) necessario, & ita satis festinanter » divulgato, ut fas esse dixerunt Antiqui, » in longo opere obrepere somnum. Scito » & certissimè teneto non filii tui, sed alienum esse sanguinem. «

» Non ob factam in Gallicum idioma » versionem exagitatus est Renatus Benoist, sed ob emissam in publicum Genevensium translationem, quam non accuratè recognitam ut arbitrabatur, at erroribus innumeris scatentem edidit. » *Ita Cardin. du Perron in responsione ad Jacobum Magnæ Britanniæ Regem lib. 6. cap. 8.*

» *Biblia hæc* etiam inter Genevensia » collocabimus (*inquit Rich. Simon cap. 26. Disquis. Crit. de variis Bibl. edit. pag. 210.*) » cum & ipse Benedictus à fratribus suis » Theologis Parisiensibus gravissimè reprehensus ob istam Bibliorum editionem, libere coram Deo & hominibus confessus » fuerit, suam Bibliorum editionem totam » se debere viris Genevensibus, paucioribus » solùm immutatis dictionibus, quas non » ad Hebræos codices, quia nihil Hebraïcè » sciebat, sed ex suopte ingenio reformaverat. «

» Sacrorum librorum versio Gallica, » quæ à Doctoribus Lovaniensibus, quæ à » *Renato* Benoist, quæ à *Petro* de Besse, quæ » tandem à Petro Frizon variis temporibus » emissa est in lucem, prorsus ea est ipsa » prior Genevensium editio an. 1535. publicata (*quæ sententia jam ante à Rich. Simon emendata est.*) Hanc, ut Cardinalis du » Perron verbis utar, cùm accuratè à se » correctam putarent, gravissimis teverâ » quibusdam sublatis erroribus, plurimis » tamen adhuc inquinatam mandarunt typis. Lovanienses graviora quidem emendarunt sphalmata, & nihil amplius. *Renatus* Benoist notas quasdam adjecit margini, « textum verò intactum reliquit. *Petrus* de « Besse nihil etiam in eo mutavit, licèt asserat, editam à se translationem, fidelissimam esse, integram ac puram. Speciosa « quoque videtur *Petri* Frizon editio; in « monitione ad Lectorem ait omnem se « movisse lapidem, ut Gallicas versiones, « & imprimis Genevenses ab omni labe « purgaret... hanc tamen integram non accuratiùs quàm alii, recognovit, quasdam « tantùm voculas mutavit aut correxit. « *Ita Franciscus Verron in primo præloquio Novi Testamenti quod anno 1647. Gallicè edidit.*

BIBLIA JACOBI CORBIN.

Biblia Gallicè versa juxta Vulgatam editionem Latinam per Jacobum Corbin, jussu Ludovici XIII. recognita & emendata, cum approbatione Doctorum Pictaviensium, 8. vol. in 16 Parisiis, Langlois, Henault, Guignard 1643. 1661. *una eademque est editio.*

Franciscus Veron ibidem ut suprà dicit » hanc versionem nimiùm litteralem esse, « phrasimque Latinam plus æquo confectari. » *Addit Rich. Simon ibidem ut suprà cap. 31.* » hanc esse stylo rudi & barbaro « conscriptam. «

BIBLIA CARD. RICHELII.

Biblia Gallica consilio & hortatu Armandi Cardinalis de Richelieu à quatuor Facultatis Theologicæ Parisiensis Doctoribus adornanda, sed morte doctissimi Cardinalis obveniente non perfecta; suscepta verò, ut in gremium Ecclesiæ Catholicæ facilius adducerentur Galli, qui seculo XVI. ab ea discesserant. *Horum etiam nomina recenset Antonius Arnauld* difficultate 18. Martino Steyaert proposita, *scilicet* Emeri, J. Daulcruy Theologiæ Professor, Isaacus Habert postea Episcopus, & ultimi nomen non indicavit. *De hac quoque versione scribit aliquid Richardus Simon cap. 44. Hist. Crit. Versionum N. Test. pag. 538. & cap. 24. part. 2. Novarum Observ. in N. Test. pag. 529. & 532.*

BIBLIA MICH. DE MAROLLES.

Biblia Gallicæ ex versione Michaëlis de Marolles cum notis *Isaaci la Peyrere*, in folio. *Hæc circa annum 1671. cum privilegio Regis imprimebantur Parisiis, jamque ad caput 23. Levitici pervenerant, cum jussu Petri Seguier Franciæ Cancellarii suppressa fuit hæc editio. Rem ita narrat Mi-*

chaël de Marolles in commonitione Gallica quam præmisit Apocalypsi rythmis Gallicis ab ipso redditæ pag. 29. » Verum quidem » est, auctorem hujus versionis metricæ » (*sc. libri Apocalypseos*) integram totius sa» cri codicis translationem solutâ oratione » jam antea concinnasse. Hæc typis man» dabatur in folio apud Sebastianum Huré » & Federicum Leonard; adjectæ erant no» tæ literales satis prolixæ, magnoque stu» dio elaboratæ. Hæc Doctorum approba» tione munita est, concessum quoque fue» rat à Matthæo Molé tunc sigillorum Re» giorum custode (*qui obiit* 1656.) privile» gium. Ipsa autem dignitate iterùm deco» ratus Petrus Seguier proprio motu, vel » quorumdam Theologorum, qui hujus» modi versiones aversabantur, consilio; » quamvis sive in notis sive in textu ad Lati» nam editionem accommodato, nihil ani» madversione dignum reperiret, attamen, » ne ista editio quæ jam ad mediam libri Le» virici partem pervenerat, ultra progre» deretur, authoritate sua prohibuit. » *Hæc ille. Eadem ferme refert pag.* 425. *enumerationis auctorum qui suis ipsum operibus bearunt.*

At causam suppressionis nullibi indicat; hæc est. Versioni Marollianæ notas adjecerat Isaac la Peyrere Præadamitarum systematis auctor, sicut non ex his tantùm locis, quæ opinioni suæ favere putabat, potest judicari, verùm etiam ex relatione Vincentii Baron ex Ordine Prædicatorum, apud quem codicem notarum suarum deposuerat. Id rescivi à viro probatæ fidei, qui istud acceperat ab ipso Patre Baron. Anno 1671. *delata fuit hæc versio cum notis ad Franciscum de Harlay Parisiensem Archiepiscopum; illam Guillelmo Martin, qui ex Ministro Calviniano ad Ecclesiæ Catholicæ fidem amplectendam multis abhinc annis accesserat, tradidit examinandam. Cùm Præsul ab ipso cognovisset, pessimam esse, erroribusque scatentem pene infinitis; eam ab oculis hominum & manibus removendam esse censuit. Ita mihi nunciavit familiaris quidam meus & Guillelmi Martin popularis & amicus, quem sæpiùs id quondam narrantem audivit. Extant fragmenta Parisiis edita in Bibl. Regia, & in Bibl. Dominicanorum in vico S. Honorati.*

Novæ versionis Bibliorum Gallicæ specimina tria Mich. de Marolles in lucem edita, Gallicè. In 4°. Parisiis 1678.

BIBLIA ISAACI LUDOVICI LE MAITRE DE SACI.

Biblia Latinè ex editione Vulgata & Gallicè, *interprete Ludovico Isaaco le Maitre de Saci* cum explicatione sensûs A literalis & spiritualis, *partim ab ipso, partim à Petro Thomas Dn. du Fossé, Ludovico Thouret de Sainte Catherine & Carolo Huré* excerpta ex SS. Patribus & auctoribus Ecclesiasticis, 30. vol. in 8°. Parisiis, Guill. Desprez 1672-1695. Lugduni 1696. 32. vol. in 12. juxta editionem Parisiensem, Amstelodami 1696.

Biblia Gallica ex ipsamet versione identidem recognita cum brevibus notis, (*quæ præsertim ex Vatabli vulgò dictis annotationibus excerptæ sunt*,) & concordia B Evangelica, 3. vol. in 4°. Bruxellæ & Leodii, Foppens 1700.

Eadem cum brevissimis notis, 9. vol. in 12. Antverpiæ, (*vel potiùs Lugduni*) Casparis Moreti 1701.

Eadem sine notis, 2. vol. in 4°. Parisiis, Guill. Desprez 1701. Eadem cum notulis *Petri Thomas du Fossé*, 8. vol. in 12. Bruxellæ 1701.

Eadem cum fusioribus notis & concordia Evangelica, prætermissâ introductione in sacram Scripturam, addito textu Latino Vulgatæ, 4. vol. in fol. Leodii, C Broncard & Luxemburgi, Chevalier 1701.

Eadem Latinè & Gallicè cum iisdem, 2. editio, *charactere majori & nitidiori*, 3. vol. in fol. Ibidem 1702.

Eadem quibusdam in locis emendata Lat. & Gall. cum notis Gallicis (D. Manjean Presbyteri), 16. vol. in 12. Parisiis, Guill. Desprez 1696-1702.

Eadem Gallicè absque notis, 8. vol. in 16. Montibus, Gasparis Migeot (*vel potiùs Amstelodami, de Lorme*,) 1703.

D Eadem, in fol. Leodii, Broncard 1704. (*vel potiùs Rothomagi* 1705.)

Eadem, 8. vol. in 16. Parisiis, Guill. Desprez 1707. *Eadem est ac præcedens editio anni* 1703. *cujus primum folium duntaxat immutatum denuo excusum est.*

Eadem quibusdam in locis recognita cum textu Latino Vulgatæ editionis & commentario literali Gallicâ linguâ, auctore Augustino Calmet, 23. vol. in 4°. Parisiis, Petri Emery 1707-1716.

Biblia Gallica ex versione Ludovici E Isaaci le Maitre cum notis brevibus illustrandæ textûs sacri literæ inservientibus (quæ præcedentibus sunt auctiores & selectiores) unà cum Latina editione; adjecta in fine sunt concordantia Evangelica, libri apocryphi nunc primùm Gallico sermone donati, & alii libri primevæ Ecclesiæ, Epistolæ criticæ S. Hieronymi, Dissertationes præliminares in S. Scripturam, descriptio Templi Hierosolymitani, Chronologia sacra Usserii, Tabulæ sex Geographicæ Petri Moulart Sanson Geographi Regii, omnia Latinè & Gallicè,

4. vol. in fol. Parisiis, Desprez 1717.

Eadem cum voculis altero charactere ipso textui insertis studio Ludovici de Carriere, à quo (perperam) inscripta: Commentarius literalis in S. Scripturam, unà cum Latina editione Vulgata, 22. vol. in 12. Parisiis 1709-1717.

LIBRI SACRÆ SCRIPTURÆ SEORSIM EDITI.

Liber Geneseos Gallicè, ex versione Joannis Desmarest de Saint-Sorlin cum ejus explicatione allegorica. V: *ejus Tractatus qui inscribitur:* Animi Deliciæ, fol. Parisiis 1658.

Liber Geneseos Latinè & Gallicè ex versione Jacobi des Coustures cum observationibus in loca difficiliora circa sensum literalem, 4. vol. in 12. Parisiis 1687.

Historia utriusque Tobiæ; historia Judith & præclarè facta Suzannæ &c. Gallicè, in 4°. Antverpiæ, Plantini 1568. *Hæc sunt interpolata, quorum tamen præcipua pars ex sacris literis excerpta est.*

Historia viduæ Judith, egregiè facta Suzannæ cum judicio Danielis, & historia Reginæ Esther Gallicè, in 4°. Ibidem, iisdem typis 1570. *Esto idem de hac editione ac de priori judicium.*

Job, Salomonis Proverbia, Ecclesiastes & Canticum Canticorum ex Hebræo versa in Gallicum sermonem à Philippo Codurc, cum ejus observationibus, in 8°. Parisiis 1647. 2. editio; in 8°. ibid. Savreux 1657.

Psalterium Davidis Gallicè, *charactere Gothico (ex versione Guiarti des Moulins)* cum glossis Nicolai de Lyra Gallicè redditis ab eo qui hanc editionem curavit, cum ejus epistola ad Carolum VIII. Galliæ Regem, 2. vol. in 4°. Parisiis, typis Petri le Rouge (*absque anno, circa an. D.* 1487.)

Ex Epistola Gallica nuncupatoria. » Eam » ob rem voluntati tuæ & mandatis humili- » ter obtemperans, juxta debiles ingenii » mei vires, Psalterii ex Latino in Galli- » cum idioma tibi exponendi laborem gra- » to animo suscepi, prætereaque addidi » glossas &c. »

Psalterium Latinum linguâ maternâ (*i. e. Gallicâ*) expositum *juxta versionem Guiarti des Moulins parumper recognitum*, in 8°. Parisiis, Antonii Verard, *absque anno.*

Psalterium Gallicum *ex versione Jacobi Fabri Stapulensis, (conferenti enim hujus Psalterii loca cum iis quæ in Novo Testamento citantur, eodem modo conversa apparent)* adjecta sunt Psalmorum argumenta ad calcem, *in quibus suum Interpres novitatis studium prodit*, in 8°. (Parisiis) typis Simonis de Colines 1525. die 17. Februarii.

Idem cum iisdem argumentis unicuique Psalmo præfixis. Ad calcem subjectum est caput 44. Esaiæ Prophetæ, eodem interprete, in 12. *absque nomine loci & Typographi* 1530.

Psalterium Lat. & Gall. ex versione Gabriëlis du Puisherbault, in 8°. Parisiis, Joannis de Roigny 1555. 1563. in 16. Ibid. Cl. Gaultier 1575. in 8°. Ibid. Michaëlis de Roigny 1583.

Psalterium Gallicè ex versione Theologorum Lovaniensium, in 16. Antverpiæ, Plantin 1564.

Idem & libri V. Sapientiales ex eadem versione, in 16. Parisiis, Heuqueville 1584.

Psalterium Gallicè, Interprete Reginaldo de Beaune, in 4°. Parisiis, Metayer 1586. In 8°. Parisiis, Beys 1587. Idem cum annotationibus Blasii de Vigenere, in 8°. Parisiis 1588.

Idem Latinè & Gallicè ex ejusdem versione, in 16. Ibid. Mettayer 1595. In 8°. Parisiis, Robinot 1612.

Ex præfatione postremæ hujus editionis. » En quintâ vel sextâ vice hæc translatio « typis subjicitur. . denuò est excusa tam ad « usum populi cui vulgaris est lingua Gal « lica, quàm ut Helveticæ genti fieret satis « &c. «

Idem, in 8°. Parisiis, Davidis de Cleré 1613.

Idem ex eadem versione, in 16. Parisiis, Durand 1638. In 18. Ibid. Henrici le Gras 1646.

Psalterium Gallicè ex Hebræo conversum à Rodolpho le Maitre, in 12. Parisiis, Sebastiani Cramoisy 1619.

Psalterium cum Canticis Gallicè ex versione Michaëlis de Marolles, adjectis præfationibus, argumentis, & brevibus notis, in 8°. Parisiis, Sebastiani Huré 1644. In 12. Ibidem 1649.

Idem Latinè & Gallicè ex eadem versione, in 8°. Ibidem 1655. In 12. Parisiis, Friderici Leonard 1666.

Psalterium Latinè & Gallicè ex versione Joannis Adam, in 12. Parisiis 1651.

Psalmi Gallicè, *interprete D. du Mont juxta Privilegium i. e. Isaaco le Maitre*, cum notulis Gallicis ex S. Augustino, in 12. Parisiis, Roulland 1664. Iidem Latinè & Gallicè ex Vulgata, in 12. ibidem, le Petit 1665. Iidem Latinè ex Vulgata, & Gallicè ex Hebræo (interprete Antonio le *Maitre*) in 12. ibid. iisdem typis 1665. Iidem Latinè ex Vulgata & Gallicè tam ex eadem Vulgata quàm ex Hebræo, in 12. ibid. 1671. 3. editio, in 8°. ibid. 1679.

Iidem Latinè & Gallicè ex Vulgata cum A notulis Latinis ex S. Augustino, in 12. ibidem 1673. 4. editio, in 8°. ibid. 1680. 5. editio, in 8°. ibid 1684.

Iidem Gallicè juxta textum Hebræum ex eadem versione, in 8°, Trevoltii, jussu Serenissimæ Principis Dombensis 1689.

Psalmi Gallicè jussu Gilbert de Choiseul Episcopi Tornacensis, in 16. Parisiis 1686. 12. Parisiis 1710.

Psalmi Gallicè ex versione Francisci Macé, additâ paraphrasi ex Latina Lud. Ferrand Gallicè versa, 8°. Parisiis, Pralard 1686. 12. Ibid 1706. B

Psalmi Gallicè ex versione Nicolai Cocquelin, in 8°. & in 12. Parisiis, Leonard 1686.

Hæc versio paraphrasim sapit, ut author ipse fatetur in præfatione.

Iidem, in 12. In Belgio, juxta edit. Parisiensem 1686.

Psalmi Gallicè ex versione Francisci Timoleontis de Choisi, cum vita Davidis, in 4°. Parisiis, Cramoisy 1687.

Psalmi Gallicè juxta Hebræum versi C per Ludovicum Ellies du Pin, 12. Parisiis, Pralard 1691.

Psalmi *Lat. ex Vulgata, & Gallicè ex versione Isaaci le Maitre* cum piis observationibus Juliani Loriot, 3. vol. in 12. Parisiis, Osmont 1700.

Sensus literalis Psalmorum nova interpretatione continua expositus à P. J. L. (Phil. Jacobo Lallemant S. J.) Gallicè 12. Parisiis 1702.

Psalmi Lat. ex vulgata & Gallicè ex versione Henr. Vignier, cum piis cogitationibus in unumquemque versum, in 12. D Parisiis, Jo. de Nully 1703.

Psalmi Lat. & Gallicè ex versione Jacobi de Melicque cum ejus notis litteralibus & grammaticis, in 8°. Parisiis, Guerin 1705.

Psalmi Gallicè *sub hoc titulo*: Mens Davidis seu nova versio Psalmorum *ex Latina Vulgata* quæ è regione adjecta est, cum annotationibus moralibus, Interprete Eustachio le Noble, in 8°. Parisiis, Moreau 1706. E

Psalmi Gallicè *hac inscriptione notati*: Sensus proprius & litteralis Psalmorum Davidis interpretatione continuâ breviter expositus, (*à Jacobo Philippo Lallemant*) *Gallicè*, 12. Parisiis, Nic. le Clerc 1708.

Septem Psalmi Pœnitentiales ex Hebræo Gallicè redditi cum observationibus generalibus in sex priores, & singulari in alterum expositione, Interprete Phil. Codurco, 8°. Parisiis Car. Savreux 1648.

Iidem ex versione Isaaci Martineau cum observationibus, in 12. Parisiis Mariette 1710.

Proverbia Salomonis, liber Sapientiæ, Ecclesiastæ, Cantici Canticorum & Ecclesiastici Gallicè ex versione Petri Gorse cum ejus notis synopticis, Gallicè, 4. vol. in 12. Parisiis 1654-55.

Quinque libri Sapientiales Lat. & Gall. ex versione Francisci de Bellegarde *sub hoc titulo*: Livres moraux de l'ancien Testament où sont renfermez les maximes de la sagesse divine avec les devoirs de la vie civile, in 8°. Parisiis 1701.

Iidem una cum versione Latina commentario literali, vel potius vocibus quibusdam ipsi textui insertis elucidati à Ludov. de Carriere, 2. vol. 12. Remis, Godard 1712.

Proverbia Salomonis Gallicè ex versione (Joannis) Puget de la Serre, 4°. Parisiis 1661.

Proverbia Salomonis Gallicè *ex versione Isaaci le Maitre* cum iis quibus Vulgata discrepat à textu Hebræo, in 12. Bruxellis 1672.

Canticum Canticorum Lat. & Gallicè juxta textum Hebræum ex versione Rodolphi le Maistre, in 12. Parisiis, Cramoisy 1628.

Idem Gallicè tantùm, in 12. Ibidem 1629.

Idem Gallicè, Interprete Joanne des Marests, 8°. Parisiis 1656.

Idem Latinè & Gallicè (tacito nomine Interpretis, sc. *Genovefæ Guion.*) in 8°. Lugduni, Antonii Briasson 1687. Idem *V. Collectio variorum tractatuum Theologiæ mysticæ* 12. Coloniæ 1699.

Idem Gallicè ex versione Francisci Aurat cum ejus notis, in 8°. Lugduni 1689.

Idem Gallicè *ex versione Armandi de Gerard* cum duplici paraphrasi &c. in 8°. Parisiis 1690.

Liber Sapientiæ Gallicè redditus cum paraphrasi & brevibus considerationibus in unumquemque versum, 12. Parisiis Simart 1712.

Liber Ecclesiastici sive Sapientia filii Sirach, Gallicè, in 8°. Antverpiæ, Plantin. 1564. 1572.

Liber primus & secundus Maccabæorum, Gallicè, Parisiis 1589.

NOV. TEST. GALL. GUIARTI DES MOULINS.

NOvum Testamentum Gallicè *ex versione Guiarti des Moulins* recognitum & emendatum studio Juliani Macho & Petri Farget, in folio. Lugduni, Bartholomæi Buyer *absque anno.*

At annus 1477. conjici potest ex charactere rudi & impolito, eodem prorsus, quo li-

ber ejusdem authoris inscriptus. La legende des nouveaux Saints reveuë & corrigée par Frere Julien de l'Ordre de S Augustin, imprimé par Bartolomieu Buyer, à Lion l'an 1477. *Eâdem quoque forma excusum est.*

N. TEST. FABRI STAPULENSIS.

NOvum Testamentum Gallicè ex Latino, *interprete Jacobe Fabre Stapulensi* cum epistola parænetica, in 8°. Parisiis, apud Simonem de Colines 1523. *IV. Evangelia edita* die 8. Junii. *Epistolæ S. Pauli & Catholicæ* die 17. Octobris: *Acta Apostolorum* die 31. Octobris, *& Apocalypsis* die 6. Novembris. *Servatur hæc prima & rarissima editio in Bibliotheca Oratoriana, antehac in quodam Monalium diœcesis Meldensis cœnobio.*

Ex Epistola »Vulgari Idiomate ex Latino quod passim legitur, ex gratiâ Christi ordinata sunt vobis Evangelia, nullâ re vel additâ vel sublatâ... deinde ejusdem beneplacito reliquis Novi Testamenti libris fruentur ii &c.»

Ex Epistola Actis Apost. præmissa. »Quo desiderio triginta sex abhinc annis aut circiter accensus Carolus Rex hujus nominis Octavus, cujus rogatu integra conversa sunt Biblia in linguam vulgarem... ad cujus sanctum & utile studium operam suam contulit peritus Theologiæ Doctor, qui ei erat à sacris confessionibus, cognomento Joan. de Rely, vir in Episcopali posteà constitutus dignitate (*designatus Andegavensis Episcopus anno* 1491.).. Tum (*id est circa annum* 1487.) Biblia Gallica, & deinde multoties impressa fuerunt.»

Jacobus Faber Stapulensis integrum Novi Testamenti textum Gallico idiomate donavit licet Erasmus in Epistola ad Bilibaldum Pirckhaimerum Basileæ anno 1526. *scripta, lib. Epist.* 30. *Epistola* 44. *editionis Londinensis quatuor duntaxat Evangeliorum meminerit, his verbis:* » Jacobus Faber qui metu profugerat non ob aliud, quod quam vertérat Evangelia Gallicè, reversus est in aulam. » *Postquam quatuor Evangelia transtulisset, reliquos etiam Novi Testamenti libros, sicut in Evangeliorum præfatione sponderat juxta versionem suam edidit.*

» Novum Testamentum in Gallicum sermònem quâdam curâ ac studio concinnatum primus convertit Faber Stapulensis, priores enim versiones miserandum in modum erant confectæ « *Ita Richardus Simon qui hanc primus post Erasmum memorat cap.* 2. *Nov. Observ. in N. Testam. p.* 150.

Novum Testamentum Gallicè, ex eadem versione sc. Tomus I. complectens quatuor Evangelia, 8°. Parisiis, Simonis Colinæi, die 12. Aprilis 1524. Tomus II. continens reliquos N. T. libros, 8°. Ibidem, iisdem typis 1524. die 10. Januarii *Hic annus 1524. incipiebat à die festo Paschatis qui hoc illo anno in diem 27. Martii incidit. Hæc consuetudo desiit in Curia saltem Gallicana anno 1565. in quo annus à primo die Januarii cœpit initium.*

Idem *charactere minori*, 8°. *absque nomine loci & typographi*, 1524. die 7. Octobris.

Hanc sanè translationem censurà notarunt Theologi Parisienses, ut legitur in indice librorum prohibitorum anno 1551. edito, titulo librorum Gallicorum ab incertis authoribus: » Les saintes Evangiles de Jesus-Christ, & au commencement une Epistre exhortatoire qui sent la doctrine de Luther. Les saintes Evangiles de Jesus-Christ au commencement y a Epistre Lutherienne. «

Prohibitæ jam fuerant hujus Novi Testamenti & Psalterii versiones Gallicæ à Synodo Provinciali Biterrensi anno 1528. convocata his verbis. Idem Synodus statuit ne libri Lutheranæ hæresis aut sequacium, aut alii libri etiam divini ex Latino sermone in linguam vernaculam pridem & ab annis octo (vel potiùs quinque) versi non vendantur, emanturque nisi fuerint ab Ordinariis locorum recogniti sub pœnis contravenientibus infligendis. «

Novum Testamentum Gallicè ex eadem versione recognita, & summo studio ab omnibus mendis perpurgata, cum iisdem Epistolis exhortatoriis, 2. vol. in 8°. Parisiis, Simonis du Boys, tomus I. die 14 Octobris 1525. tomus II. die 6. & 12. Octobris 1525.

Non eadem est ac præcedens aut subsequens editio, ut ex earum collatione comperi.

Idem Gallicè ex eadem versione cum figuris in libro Apocalypseos, 2. vol. in 8°. Basileæ 1525.

Si facta fuisset in hac civitate ista editio, Erasmum, qui tunc temporis Argentorati degebat, non fugisset.

Idem *charactere minori*, peculiari formâ, octavâ quam vocant oblongâ, cum alia epistola exhortatoria, *absque anno & nomine loci & Typographi.*

Idem cum alia præfatione, 12. *absque nomine loci & Typographi* 1529.

In decreto supremi Senatûs Parisiensis 28. *die Augusti an.* 1525. *notantur quidam tam Veteris quam Novi Testamenti libri, scilicet*, Psalterium, Canticum Canticorum, (*hujus exemplar nusquam inveni*,) Evangelia, Epistolæ Pauli & Apocalypsis, *recens ex Latino in Gallicum sermonem trans-*

lati & excusi. (Ex his Psalterium & Novum A Testamentum ex versione Jacobi Fabri jam recensita sunt.) *Decretum illud refertur ad calcem collectionis Auctorum versiones vulgares damnantium.*

Hanc versionem Novi Testamenti, sicut & Psalterii à Fabro Stapulensi concinnatam, quoad stylum quibusdam in locis recognitam in sua editione Antverpiensi complexus est Martinus Lempereur, & postea Petrus Robertus Olivetanus in Editione Neocomensi.

Novum Testamentum Gallicum ex eadem versione parumper recognita. V. *Biblia Gallica Antverpiensia* 1530. 1534. B 1541.

Idem, in 8°. Antverpiæ, typis Martini Lempereur 1531. 12. Ibidem, iisdem typis 1532. Idem Latinè & Gall. 12. Lugduni 1533.

Idem, in 12. Antverpiæ, apud Viduam Martini Lempereur 1538. Ibidem, Guilelmi de Monte 1540. 1543. in 16. Ibidem, Petri de Middelburgo 1545. Ibidem, per Henricum Petri in Talpa 1543. Ibidem C per Joannem Richard. *Quatuor hæc postrema exemplaria ejusdem sunt forsan editionis.*

Idem, in 8°. Ibidem, Matthæi Crom 1548. in 8°. Ibidem, Joan. Gymnici 1554. 16. Ibidem Jac. Liefvelt 1554. 8°. Ibid. 1557. 12. Ibid. 1563. 8°. Ibidem, Joan. Gymnici 1567.

NOV. TEST. RENATI BENOIST.

NOvum Testamentum Gallicum ex D versione Renati Benoist. V. *ejus Biblia Gallica* 1566. 1568.

Idem, 2. vol. in 12. Parisiis, Mich. Gaillard 1566.

Idem, 3. vol. in 16. Parisiis, Nicolai Chesneau 1569.

Idem, in 16. Antverpiæ, Nicolai Soolmans 1577.

Idem cum notis, recognitum à Joan. Hentenio, 16. Rotomagi, Pavie, Mallard 1579-80. Idem 8°. Ibidem Richardi Lallemand 1582. E

Idem Lat. Gallicè, 2. vol. 12. Ibidem Jo. Petit 1585.

Idem Gallicè in 12. Ibid. Lallemand, Mallard 1585.

Idem, in 8°. Rothomagi 1612.

Novum Testam. Latinè & Gallicè ex Græco, 2. vol. 16. Lugduni, Joan. Frellon 1567.

N. T. DD. LOVANIENSIUM.

NOvum Testamentum Gallicum ex versione Lovaniensi cum figuris, 8°. Antverpiæ 1566. 16°. Rothomagi, Loudet 1572. Antverpiæ, Plantin 1573. Lugduni, Barthol. Honorati 1578. Parisiis, Joan. de Bourdeaux 1581. Rothomagi, Calles 1603. Ibidem, Joan. Osmont 1606. Lugduni, 1607. Rothomagi, Crevel 1609. Lugduni, Martini Corbin 1610. Rothomagi, Morrout 1612. Ibid. Nicolai Hamilton 1619. In 8°. Ibidem, Coufturier 1624.

Idem cum duplici præfatione Francisci de Harlay Archiepiscopi Rothomagensis, 2. vol. in 8°. Parisiis 1631.

Idem, in 12. Parisiis, Seb. Huré 1632. In 16. Parisiis 1636. 2. vol. in 16. Rothomagi, Vautier, Malassis 1641.

Idem ex recognitione Francisci Veron, in 16. Parisiis, Boulanger 1646.

Idem ita recognitum & emendatum ut re ipsa nova sit traductio juxta vulgatam Latinam facta & collata diligenter cum textu Græco, adjectis brevibus, continuis & literalibus notis atque Clero Gallicano convocato nuncupatum, auctore Francisco Veron, in 4°. Parisiis, Theod. Pepingué 1647.

Ex priori præloquio. « Hæc versio eadem esse ac prima Genevensis, vel ipsamet emendata dici posthac nullatenus « potest, cum sit à me ex Vulgata Latina « quam accuratissimè confecta, collataque « cum textu Græco. In ea, qualis emitti- « tur, adornanda subjunctis observationibus « *quæ hic nuncupantur.* Lumina Evangelica, « novem menses integros ad minimum in- « sumpsi.... Id unum inprimis curavi, ut « sacra volumina in linguam popularem di- « ligenti studio conversa, tùm cum textu « Græco quam cum veteri Latina Vulgata « collata in lucem prodirent... Hanc ver- « sionem nativâ scriptam oratione & ab om- « nibus sordibus Genevensium perpurga- « tam publici facio juris. «

» Quanquam hæc translatio (*ait Rich. Simon cap.* 31. *Hist. Crit. Versionum N. T. pag.* 355.) nec sit barbara, nec nimium « literalis mediamque viam, quæ sacratum « paginarum Interpreti maximè congruit, « quodammodo teneat, non semper tamen « puro sermone procedit. Multis in locis « literæ consentaneam magis, licet non ru- « dem & barbaram, conficere *hic Interpres* « poterat.

Idem Lat. & Gall. ex versione Lovaniensi, in 8°. Parisiis, Huré 1647. In 16. Trecis, Oudot 1650. In 16. Lugduni, J. Gregoire 1651. Idem ex recognitione Fr. Veron

Veron, in 16. Parisiis 1657. Idem recognitum ab Antonio Girodon, in 12. Parisiis 1660. & 1689. Idem in 24. Parisiis, Maucroix 1662. 1666. In 24. Ibidem 1678. Idem in 24. & in 8°. Burdigalæ 1687. A

N. TESTAMENTUM MICH. DE MAROLLES.

NOvum Testamentum Gallicè translatum *juxta Latinam Desid. Erasmi versionem* à Michaële de Marolles cum B ejus Epistola Cleri Gallicani Præsulibus nuncupata, & cum præfatione doctissima, in 8°. Parisiis, Cramoisy 1649.

Idem cum eadem epistola, adjunctâ alterâ ad Carolum de la Milletiere, in 12. Parisiis, Huré 1653.

Ex altera Epistola. » Jam ab aliquo tempore concinnatam à me Novi Testamenti » versionem ex Latina Erasmi quæ Græco » textui videbatur magis consentanea, pu- » blicavi... In ea relegenda tuam lubens o- » petam insumpsisti, manuque tuâ notasti C » quæ juxta mentem tuam erant emen- » danda. Correctiones tuas ferè omnes ad- » misi. »

Idem Latinè ex Vulgata Latina, & Gallicè ex præcedenti versione cum utraque epistola & præfatione, 3. editio, in 8°. Parisiis, Huré 1655. Idem Gallicè, in 12. Parisiis, iisdem typis 1660.

Ex præfatione. » Sensum Græci contex- » tûs secutus sum: à litera non abii: nihil » addidi nisi quasdam voces charactere cur- D » sivo impressas. In sacris præsertim libris » ne quid immutetur cavendum est. «

» Hanc regulam observare (*inquit Rich. Simon in hist. crit. version. N. Test. cap.* 31.) » haud facilè poterat is cui Græca lingua » penitus erat ignota. Plurima insuper in » ejus versione reperiuntur vitia quæ hîc » frustra indicarentur: sat est in universum » asserere Michaëlem de Marolles dotibus » quæ optimo sacrarum literarum inter- » preti sunt necessariæ, fuisse omnino desti- » tutum. « E

Alia quoque facta est hujus translationis editio, juxta hæc verba Michaëlis de Marolles pag. 30. Brevis Commonitionis præmissæ Apocalypsi Gallicis rythmis ab ipso expressæ. » Elegantissimas adhibui locutiones, » quantum in me fuit, licet non sectatus illas » fuerim in versione Gallica Nov. Test. jam » quinquies ab anno 1651. editâ. *Hæc scribebat an.* 1677.

NOVUM TESTAM. DION. AMELOTTE.

NOvum Testamentum ex antiqua editione Latina jussu Sixti V. recognita, & auctoritate Clementis VIII. edita, in Gallicum idioma (*jussu quorumdam Ecclesiæ Gallicanæ Præsulum*) conversum à Dionysio Amelotte cum notis in loca difficiliora &c. *adjectis etiam notationibus Latinis in Evangelium S. Matthæi*; Harduino de Perefixe Parisiensi Antistiti dicatum, 3. vol. in 8°. Parisiis, Francisci Muguet. Evangelia & Actus Apostolorum 1666. Epistolæ D. Pauli 1667. Epistolæ Canonicæ & Apocalypsis 1670.

Ex Epistola nuncupatoria, postquam asseruit binam tantum esse ordinatione divinâ factam S. Scripturæ translationem, *Græcam scilicet Septuaginta Interpretum & Latinam à S. Hieronymo adornatam, subdit:* » Non ideò hæc à me dicta velim, « ut versionem meam plurimorum inter- « pretationibus quodammodo anteponam, « sed ut innotescat me, licet gratiæ & scien- « tiæ donis aliis inferiorem, illis tamen fe- « liciorem existimare, ex quo ad hoc opus « suscipiendum ab Illustrissimo Prædecesso- « re tuo Petro de Marca inductus sum, ju- « bente quoque Ludovico de Bassompierre « Episcopo Santonensi (*Dion. Amelotte ex* « *Santonibus erat oriundus*) à te tandem, Il- « lustrissime Præsul, in hoc incœpto labo- « re confirmatus, eâ devictus sum gratiâ, « quæ mihi sanè pretiosior est omnimodâ « doctrinâ, eloquentiâve eorum qui suopte « ingenio hujusmodi labori se dederunt « &c. «

Sic incipit Præfatio. » Non eodem ani- « mo concinnata est hæc traductio, quo il- « læ, quæ Wittembergæ & Genevæ pro « dierunt seculo superiori. Hæ more huma- « no factæ fuerunt, ista mandato Præsulum « ut ex eorum testimoniis, Regisque privi- « legio patet suscepta, ordinatione divinâ « atque missione subnixa est... Hanc ex an- « tiquâ Latinâ editione curâ maximâ con- « feci.... Licet ex Latinæ versionis juxta « vetustissimum Græcum exemplar condi- « tæ integritate, Græci contextûs vulgaris « alteratio fit manifesta, eam tamen adhi- « bui diligentiam, quâ major hactenus non « fuit, ut ostenderem Latinum cum vete- « ri textu Græco plane consentire. An- « tiquissimos ideo, ante mille annos & ul- « tra manu exaratos codices, qui in totius « orbis Christiani bibliothecis asservantur, « & quorum aliqui mille ducentorum & « 300. annorum ætatem superant, summo « studio perquisivi. Ex his omnibus excerp- «

» ta habui, nimirum ex viginti Gallicanis, » ex omnibus tum Vaticanæ, tum aliarum » Italiæ Bibliothecarum, ex Hispanicis sexdecim, præter eos quibus usus est in præstantissima editione sua Cardinalis Ximenius, ex multis Anglicanis & regionum » Septentrionalium, ex plurimis in ipsamet » Græcia repertis; demum ex eis, quos SS. » Patrum lucubrationes complectuntur, » quorum omnium index post præfationem » notarum in Matthæum in fine hujus operis positus est &c. «

» Jure ac meritò (*inquit Rich. Simon cap. 31. hist. crit. Vers. Novi Testamenti*) » de Dionysio Amelotte Congregationis » Oratorii Presbytero dicendum est, primum eum esse inter scriptores Catholicos, qui accuratam Novi Testamenti versionem confecerit. Gallicum idioma probe callebat; Latinæ Linguæ & Græcæ sat » peritus, ut à gravibus vitiis sibi præcaveret. Sacræ præterea Scripturæ, antequam » illam converteret, studio peculiari vacaverat. Verum... in exquirendis mysticis » sensibus magis quam ad litteram explanandam animum suum intenderat. Ideo » accuratam omnibus numeris versionem » non potuit concinnare. Critices, linguarumque Orientalium peritiam ad id opus ducebat necessariam; at serius illarum cognitione imbutus, antiquas exuere præconceptiones non valuit... Huic » versioni condendæ multum temporis » insumpsit. *Loquens de codicibus msc. quibus se usum esse narraverat Dion. Amelotte, hæc ait*: » Præter binos aut tres, quos paucis » in locis consuluit, quinque quadringentorum sunt duntaxat vel 500. annorum; » nullas variantes lectiones, nisi quæ prius » editæ jam fuerant, profert in medium. » Quid per omnes Vaticanæ Bibliothecæ » codices intelligat, ignoro: hoc enim nomine unus aut alter laudatur, in quo reperiatur varietas lectionum, quas autem » ex illis adducit, jam prodierant... Septemdecim Hispanica exemplaria ex Ludov. Lacerdæ Adversariis duntaxat habuit vel ex Bibliorum Londinensium tomo sexto, in quo etiam invenit lectiones » quas sub nomine Cardinalis Ximenii affert. «

Idem *absque notis*, 2. vol. in 12. Ibid. 1668. 1673.

Idem recognitum cum nova admonitione ad lectores, 2. vol. in 12. Ibidem, Muguet 1677.

Ex admonitione. » Lectores usus docebit, » hanc editionem esse accuratissimam; viri » namque sacrarum litterarum periti, & » linguæ Gallicæ studio dediti suam nobiscum sententiam communicarunt in locis » difficilibus, atque eorum consilio plurimæ mutatæ fuerunt locutiones ac puriores redditæ. Varia vocabula, quæ tanquam idiomati Gallico non satis congrua, » jam ante respueram, nunc ut pote consecrata usurpavi & restitui. «

Idem, in 24. Ibidem, iisdem typis 1678.

Idem, 12. Parisiis, Muguet 1681. 1686. In 16. Rothomagi 1687.

Idem cum notis, additâ novâ Typographi Epistolâ ad Franciscum de Harlay Archiepiscopum Parisiensem, 2. vol. in 4°. Ibidem, Muguet 1688.

Idem *absque notis*, in 24. Ibidem 1686. 1692. in 12. Ibidem 1696. in 24. Ibidem 1702.

Idem annuente Ludov. Antonio Cardinali de Noailles editum, in 12. Parisiis, Mich. David 1703.

Idem *stylo aliquoties mutato*, in 12. Ibidem 1707.

Idem, in 12. & in 24. Lugduni, Valfray 1710.

NOVUM TESTAM. GALL. MONTENSE.

Novum Testamentum ex Vulgata editione Latina Gallicè versum, adjectis discrepantiis Græci textûs à Latino, *cum permissione Ordinarii, scilicet Gasparis Nemii Cameracensis Archiepiscopi die 12. Octobris anni 1665. & privilegio Regis Hispaniarum*, 2. vol. in 12. Montibus, apud Gasparem Migeot (*typis Elzevirianis*) 1667. In 12. Lugduni, Juilleron 1667.

Ex secunda præfationis parte, quæ varias circa hanc interpretationem observationes complectitur: » 1. Nonnullæ voces plurimis in » locis charactere cursivo in ipso contextu » insertæ sunt, reliquo textu literis Romanis impresso. Hæ sensum reddunt magis » perspicuum, translationemque linguæ » nostræ genio conformiorem... 3. Cum dicit Interpres id intendisse, ut textûs verba fideliter exprimantur, verbum verbo » reddendo abstringere se noluit... 4. A litera non abscedit qui dictionem unam » pluribus univocis exponit... 5. Hac altera viâ ut sensum literæ magis congruentem promat Interpres, conatus est voce » perspicuâ contextum enuntiare. Cum autem hac voce litera non omnino possit exponi, tum sensus ille qui literam pressè » sequitur, ut eo lector non privaretur, » margini appositus est.... 6. Hic autem tantummodo indicatur, cum quidpiam in- » est alicujus momenti &c.. 7. Juxta hanc » methodum dilucidissimus sensus in textu » legitur, nimium verò literalis ad margi- «

» nem amandatur. 8. Marginem quoque occupant aliæ quædam notæ, quæ diversam ejusdem vocis interpretationem præbent, ut eam lectores seligant, quæ eis magis placuerit: vel alium sensum pandunt. Hac maximâ difficultate laborat is qui sacræ Scripturæ interpretationi vacat: multos nimirum, variosque illa promit sensus: atque ideo cum eo donatur idiomate, veluti Gallico, quod sensum ancipitem & incertum prorsus respuit, ad unum non potest textus determinari quin alter statim elimineturr, cujus quidem capax est & Græcus & Latinus... Secundum linguæ Gallicæ genium, loca quædam, ut ita dicam, suspensa varioque sensui in utroque textu obnoxia, ad unum tamen ex illis definita sunt... qui tunc expressè indicatur; referuntur vero in margine alii à SS. Patribus explicati. Quod igitur in textu versionis Gallicæ non promitur, illud nota marginalis præcipuis in locis indicat.

» 10. Nec minor fuit difficultas in deligendo textu quem exprimeret hæc translatio, an Græcum an Latinum? Consultius judicarunt Interpretes mediam incedere viam quæ utrumque simul in hac editione quodammodo conjungeret. Eam ob causam, versionem Latinam sectatur noster contextus.... & cum illa differt à Græco, hujus sensus paucissimis exceptis locis, margini adscribitur &c. »

Quamvis in privilegio Regis & in permissione Ordinarii Novum hoc Testamentum per unum Doctorem Sorbonicum in Gallicum idioma fideliter translatum *asseratur, constat tamen versionem hanc à multis factam esse atque revisam. Antonius le Maitre, Orator percelebris, qui facundiâ suâ Senatum Parisiensem non semel recrearat, cum in Portûs Regii secessum anno* 1637. *se recepisset; tùm rebus ad Deum pertinentibus, studioque sacrarum literarum totum se mancipavit, ac imprimis Novum Testamentum Gallico sermone donare aggressus est; plurimos hoc in opere annos desudavit; jamque anno* 1653. *quatuor Evangelia sacramque S. Johannis Apocalypsim interpretatus fuerat, cum sejuncti sunt ii quibuscum sociam vitam agebat, per reliquum vitæ tempus, variis gravatus infirmitatibus non ultra progressus est, obiitque anno* 1658. *Hoc ejus inceptum opus, cum per otium licuit, perficere statuerunt qui cum tanto viro dum viveret, magna necessitudine conjuncti fuerant. Versionem Evangelii secundum Matthæum tanquam specimen cum homiliis S. Joannis Chrysostomi à Paulo Antonio de Marsilly vel potius à Lud. Isaaco le Maitre Gallicè redditis ediderunt anno* 1665. *verùm cum ad vulgatam Latinam interpretationem facta esset ad amussim hæc Gallica versio; ut perfectior prodiret præsertim in Epistolis Pauli, ad textum Græcum illam revocandam arbitrati sunt. Suam huic summo labori operam contulerunt Antonius Arnauld, Doctor Sorbonicus, Petrus Nicole Facultatis Theologicæ Parisiensis Baccalaureus atque Ludovicus Isaac le Maitre Presbyter Antonii Frater; his se adjunxit Josephus Sebastianus du Cambout de Pontchateau qui scribebat, quæ recta fuerant, legebatque ac suo calamo confirmabat. Asservantur etiamnum Parisiis Evangelia tria posteriora & Apocalypsis, scripta manu ipsius Antonii le Maitre cum variis ad marginem emendationibus Antonii Arnauld & Isaaci le Maitre exaratis, in cujus codicis fine legitur absolutum fuisse die quinta Martis anno* 1683. *Codicem hunc Nicolaus Toisnard, doctissimus Aurelianensis, quondam ab Elzevirio accepit. Collato tamen isthoc codice cum priori illa editione, variæ deprehenduntur discrepantiæ; proinde hæc editio juxta alium codicem concinnata est. Hanc Evangeliorum interpretationem per tres quatuorve annos maximo cum labore ac studio recognoverant, at cæteros transtulerunt Novi Testamenti libros, inprimis Antonius Arnauld qui solus in permissione designatur, & Lud. Isaac le Maitre de Saci, qui præfationem composuit, juvantibus Petro Nicole & Claudio de Sainte Marthe.*

His adscitis plurimis Theologis Parisiensibus illam iterato examine reviderunt; cum quatuor illorum, nempe Eliæ du Fresne de Mincé, Grenet, Thomæ Fortin & Jacobi Boileau à quo id rescivi, approbationibus esset munita, hujus exemplar elegantissimâ manu descriptum Petro Següier tum Franciæ Cancellario oblatum est, ut cum diplomate Regio excuderetur. Is autem consultis ea de re Claudio Morel & Martino Grandin Doctoribus Sorbonicis, instigante quoque Dionysio Amelotte, versionem illam imprimendi omnem penitus facultatem denegavit. Anno 1665. *obtenta à Gaspare Nemio Archiepiscopo Cameracensi, nomine Gasp. Migeot Bibliopolæ Montensis hujus proinde Diœcesis, imprimendi permissione, & an.* 1666. *Isaaci Pontani librorum Censoris approbatione, quibus diploma Regis Hispaniarum accessit, Abbas de Pontchateau quarta die Junii anno* 1667. *Amstelodamum petiit, secum detulit exemplar his munitum instrumentis, illudque nomine ejusdem Migeot, typis Elzevirianis edendum curavit. Ex his quæ jam allata sunt, plurima confirmantur multaque alia adjiciuntur tomo primo Narrationis eorum quæ ad pacem Ecclesiæ sancitam sub Clemente IX. spectant pag.* 226. *& seqq. Hæc prior Elzeviriana editio distinguitur caractere* I *absque cauda, qui quidem caracter tom.* 1. *cap.* 2. *Matthæi vers.* 1. *& seq. reperitur.*

Vulgò Montensis dicitur hæc traductio quia Montium Hannoniæ nomen pleræque editiones in fronte gerunt; nulla tamen ibi prælo subacta est. Pluribus arridet quod in ea, præsertim in Epistolis D. Pauli omnia plana sint atque perspicua: verum his de causis duplici vitio laborat; paraphrasin aliquando sapit, & frequenter ancipitem ac dubium sensum nimis determinat. Si saltem littera, quæ in omnibus ferè notis legitur, iis in locis in quibus nihil est obscuritatis sensusque clarus est & obvius, esset in textu conservata, mutatis quoque nonnullis textibus, hæc sanè translatio, licet fortè non tam elegans, simplicior foret atque accuratior.

Prohibita fuit illa Romæ à Clemente IX. die 20. *Aprilis* 1668. *& ab Innocentio XI. die* 19. *Septembr.* 1679. *Parisiis* 18. *Novembris* 1667. *&* 20. *Aprilis* 1668. *Ebroici* 27. *Novembris* 1667. *Ebroduni mense Decembri* 1668. *Remis* 4. *Januarii* 1668. *Ambiani* 20. *Octobr.* 1673. *Telonis* 19. *Febr.* 1678. *Sagis* 27. *Sept.* 1678. *& decreto Regio* 22. *Nov.* 1667.

» † Novi Testamenti versio Gallica, quæ vulgo dicitur Jansenistarum, *ab auctoribus, sc. Isaaco le Maitre de Sacy, Fossio & Arnaldo, Jansenistis*, vel Montensis, *à loco impressionis*, sæpissimè recusa est, & scriptis gravissimè impugnata, *à Malleto inprimis & Maimburgio, conf. acta Erud. Lips. an.* 1686. *pag.* 201. nec trepide defensitata.» *Joan. Alb. Fabricius B. Gr. lib.* 4. *cap.* 5.

Novum Testamentum Gallicum ex eadem versione, *charactere minimo & nitidissimo, duplici columna distinctum, absque notulis.* Editio secunda *ab uno Claudio de Sainte Marthe* castigata, in 12. Montibus 1667.

Nulla ferè facta est deinceps editio, in qua non sit quidpiam immutatum.

Idem Gallicè cum notulis, 3. editio, 2. vol. in 12. Montibus, Gasparis Migeot 1667.

Idem Gallicè, in 12. Lugduni, Prost 1667.

Quinque priores editiones sunt ejusdem anni.

Idem, 4. editio, 2. vol. 12. Montibus 1668.

Idem, 5. editio, 2. vol. in 24. Ibidem 1668.

Idem, 6. editio, Montibus (*Parisiis, Roulland*) (*Eadem Rothomagi*) 1668.

Idem 2. vol. in 16. Montibus 1668.

Idem, in 12. Lugduni 1669.

Idem cum brevibus notis ex S. Joanne Chrysostomo excerptis, *sub hoc titulo editum:* Abregé de S. Jean Chrysostome sur le N. T. 2. vol. in 8. Parisiis, Petri le Petit 1670.

Plurima hujus editionis exemplaria jussu Petri Seguier Galliæ Cancellarii occupata fuerunt.

Idem cum textu Græco & Latina Vulgata versione: *Præmittitur præfatio nova quâ, quid sit in hac editione recognita præstitum, declaratur*, in 8°. Montibus, Migeot, (*vel potius Rothomagi, Eustachii Viret*) 1673.

Ex novâ præfatione. » Postularunt multi, ut cum versione Gallica, tam contextus Latinus quam Græcus simul in uno volumine excuderetur, quò Novum Testamentum his expressum linguis, quibus placuerit, legere possent. Hoc quippe modo quod obscuritatis in Græco & Latino contextu videretur inesse, id planè & perspicuè redditum in Gallica versione legeretur. Tum facilè lector seliget sensum qui non tam in Græco & Latino quam in Gallico sermone determinatus est; ex Græco contextu intelliget, cur Vulgatæ editionis sensus hoc potius quam illo modo fuerit accipiendus: similiter Latinâ versione inspectâ cognoscet, quâ de causâ Græcum non semper secutus fuerit Gallicus Interpres. Præterea hæc editio id habet utilitatis ac commodi, quod omnibus præcedentibus sit correctior, versionemque plurimis in locis accuratiorem complectatur. «

Idem Gallicè, 2. vol. in 24. Montibus 1674.

Idem, in 8°. Bruxellæ, Fricx 1675.

Idem Lat & Gall. 2. vol. 12. Lugd. Posuel 1675.

Idem Lat. & Gall. *ex eadem versione ad Vulgatam Latinam propius accedens*, cum explicationibus ex S. Augustino collectis, *sub hoc titulo:* Explication de S Augustin & des autres Peres Latins sur le Nouveau Test. 2. vol. in 8°. Parisiis, Lamberti Roulland 1675.

Idem Gall. 2. vol. in 24. Gratianopoli, Provensal 1675.

Idem Lat. & Gall. 2. vol. 12. Montibus 1676.

Idem Gallicè cum annnotat. ex sancto Joanne Chrysostomo, 2. vol. in 8°. Montibus 1676.

Idem Gallicè 2. vol. in 12. Montibus 1677. septima editio, in 4°. Ibidem 1677.

Idem Gall. 2. vol. in 16. Montibus (*Lugduni*) 1679.

Idem Lat. & Gall. 2. vol. 12. Montibus 1681.

Idem Gallicè juxta XVI. editionem, 2. vol. in 12. Lugduni, Jacobi Canier 1681.

Idem, secunda editio cum explicationibus ex S. Augustino, 2. vol. 4°. Parisiis, Roulland 1682.

Idem Lat. & Gall. XXV. editio, *eaque plurimum ab Antonio Arnauld, ut vulgo creditur, recognita*, 2. vol. in 12. Montibus 1684.

Idem Gall. in 12. Montibus 1688.

Idem, tertia editio cum explicationibus ex S. Augustino, 4. vol. 8°. Parisiis, Roulland 1689.

Idem Gallicè, 2. vol. in 16. Montibus 1694.

Idem Lat. & Gall. 2 vol. 12. Montibus 1697.

Idem Gallicè cum figuris, 2. vol. in 12. Ibidem 1697.

Idem plurimum emendatum, 12. Montibus *absque anno*, i. e. Lugduni circa annum 1699.

Idem cum fusioribus notis (*harum quædam sunt ad verbum ex Nov. Test. Gallico Davidis Martin exscriptæ*, *Bernard*) 4. vol. in 12. Bruxellæ, Foppens 1700.

Ex his omnibus supra triginta hujus versionis editionibus variæ septemdecim Parisiis in Bibliotheca Seminarii Sansulpiciani asservantur.

Idem, omissis discrepantiis Græci contextus à Vulgata cum permissione Lud. Antonii de Noailles Archiep. Parisiensis & S. R. E. Cardinalis, 24 Parisiis, Desprez 1707. Idem, 12. Francofurti Forsteri 1709.

Idem, in 12. Parisiis, Desprez 1717. 1719.

NOVUM TEST. ANTONII GODEAU.

NOvum Testamentum Latinè ex Vulgata, & Gallicè ex interpretatione Antonii Godeau, seu versio explicata Novi Testamenti, insertis quandoque in textu nonnullis voculis, 2. vol. in 8°. Parisiis, Francisci Muguet 1668.

Ex præfatione. » Nec versionem, nec » paraphrasim, sed opus ex utraque con» flatum aggredior... Tum pura est versio » atque omni mixtione vacua, cum in ea » nihil occurrit explicandum. In locis au» tem obscuris, & quæ, ut facilius intel» ligantur, reliquis cohærere debet, quas» dam voces duabus lineis inclusas, cur» sivoque impressas charactere in ipso tex» tu repono, quæ quidem servatâ semper » ejus serie difficultatem explanant... Hæ » omnes veluti concatenationes tum ex SS. » Patribus, tum è probatissimis recentio» ribus Interpretibus excerptæ sunt... Vul» gatæ Latinæ editioni, quæ posita est è » regione, ut plurimum adhæsi... Jam ab » annis decem hunc suscepi laborem &c. »

Idem Gallicè denuò recognitum, 2. editio, in 12. Parisiis, Francisci Muguet 1672.

NOVUM TEST. PASCHASII QUESNEL.

QUatuor Evangelia Gallicè ex versione Montensi (*omissis quibus vulgata à Græco differt*) cum moralibus in quemlibet versum observationibus, *sub hoc titulo*, Compendium moralis Evangelicæ, sive Considerationes Christianæ super textum &c. jussu Felicis de Vialart Episcopi Catalaunensis, auctore Paschasio Quesnel, in 12. Parisiis, Pralard 1672. 2. editio 12. Ibidem 1674. 3. editio auctior 12. Ibidem 1679.

Reliqui libri Novi Testamenti ex eadem versione, iisdem observationibus illustrati, ab eodem 1. vol. in 12. Ibidem, Andreæ Pralard 1687.

Novum Testamentum Gall. cum hujusmodi observationibus (auctioribus), 4. vol. 8°. Ibidem, Pralard 1692.

Idem cum textu Latino, 4. vol. in 8°. Ibidem 1693. 1696.

Idem cum iisdem observationibus jussu Parisiensis Archiepiscopi ab auctore castigatis, 4. vol. in 8°. Ibid. Pralard 1699. 4. vol. in 12. Leodii, J. B. Broncart 1702. Idem absque observationibus 12. Parisiis Pralard 1704. Idem cum observationibus 4. vol. in 8°. *charactere majori*, & 4. vol. in 12. *minoribus literis*, Parisiis, Andreæ Pralard 1705.

» Hic liber editus est Tolosæ, Lug« duni, Bruxellis; translatus est etiam in « linguam Anglicam, & in Polonicam. « *Dialogus I. pro hac editione. Plurimæ ob has observationes exortæ sunt contentiones. Episcopi Galliæ nonnulli hunc librum pessundare, alii quidam totis viribus tueri conati sunt: Clementis XI. Pont. Max. decreto anno* 1710. *publicato Romæ prohibitus est; cum autem illud decretum nec postulatum fuisset à quopiam nec ulli hominum directum, sententia Parisiensis Senatûs fuit omnino proscriptum. Verum die octavâ Septembris anno* 1714. *data est à summo Pontifice nova constitutio, incipiens* Unigenitus, *quâ una & centum propositiones ex hoc libro excerptæ, relativè ad diversas ferè viginti qualificationes damnantur & explodunt. Quæ subsecuta sunt, adeo omnibus innotescunt, ut his enarrandis immorari supervacaneum nobis omninò videatur.*

NOV. TEST. EX VERSIONE MONTENSI.

NOvum Testamentum Gallicum ex versione Montensi à tribus insignibus viris plurimum recognita, 2. vol. 12. Tolosæ G. Robert 1701.

NOVUM TEST. RICHARDI SIMON.

NOvum Testamentum ex Vulgata Latina editione Gallicè redditum à Richardo Simon cum literalibus & criticis observationibus in loca difficiliora, 4. vol. in 8°. Trevoltii, Stephani Ganeau 1702. Idem juxta exemplar Trevoltianum 4. vol. 8°. (*Rothomagi*) 1703.

Ex præfatione. » Ad hujus interpretationis commendationem dici potest, » quod, cum ex eorum, qui id operis susceperant, labore & industriâ multum profecerim, hanc prioribus studuerim accuratiorem reddere. Illam tamen ad eum » perfectionis gradum, quæ hisce lucubrationibus competit, nondum pervenisse » ingenuè fateor... Origenem imitandum » mihi proposui, cum huic editioni variantes ex originali textu versionibusque Orientalibus desumptas lectiones adjeci... » Versionem Latinam jussu Sixti V. & Clementis VIII. editam interpretandam aggressus sum. Inutile foret inquirere, an » Editioni Latinæ quibusdam in locis præferendus sit contextus Græcus... non » ideo à Gallica translatione Hebræum, » Græcumque textum removendum esse » censeo; imo in margine ponendas esse » utriusque varietates & discrepantias con» sultius mihi videtur, quam ex illis integrum sacrum codicem interpretari... » Quod à Vulgata Latina nunquam recedam, eam idcirco Græco contextui non » antepono. Verum cum id intenderim ut » Gallico idiomate Novum Testamentum » emitterem in publicum, illam oportuit » exprimere editionem, quâ tot abhinc » seculis semper usa est Latina Ecclesia. »

Hanc versionem reprobavit Eminentissimus Cardinalis de Noailles, quod in ea quædam essent reprehensione digna, decretoque suo anni 1702. *prohibuit, ne in sua Parisiensi Diœcesi vulgaretur. Id quoque egit duplici sua pastorali instructione anni* 1702. *&* 1703. *Jacobus Benignus Bossuet Meldensis Episcopus.*

» Ea translatio (*juxta Auctores Act.* » *Erudit. Lips. anni* 1704. *pag.* 80.) non » perfunctoriè conscripta est, sed singulari

A cum cura ad correctissimum *editionis* Vulgatæ exemplar confecta est; interdum « quoque ubi fas erat, ab ea discedit, & « Græcos fontes assequitur, nonnunquam « uberius aut saltem cautius ea reddit, quæ « in ista vix intelligi poterant, sæpius ta- « men mendas ejusdem studio retinet. Præ- « fixæ à Simone cuivis libello Biblico præ- « fationes non sanè proletariæ sunt, sed « reconditâ doctrinâ refertæ... Præ cæteris « verò perlegi merentur observationes quas « singulis paginis auctor subjecit in quibus « B multa cum industria codices vetustissimos « mss. & veteres translationes confert, ad- « ditis etiam Patrum lectionibus variis, ut « adeò parvorum Bibliorum criticorum « Novi Testamenti loco hic liber esse possit. « *Ita illi.*

NOVUM TEST. DOMINICI BOUHOURS.

NOvum Testamentum juxta Vulgatam C editionem Latinam in Gallicum idioma conversum *à Dominico Bouhours, juxta Memorias Trevoltianas art.* 54. *Martii* 1703. *juvantibus Michaele Tellier, qui auctor hujus versionis censendus est, & Petro Besnier qui illam cum XIV. aliis translationibus plerisque vulgaribus, sedulo contulit.* Quatuor Evangelia *prodierunt*, in 12. Parisiis, apud Ludovicum Josse 1697. Eadem *quibusdam in locis recognita charactere paulò majori*, in 12. Ibidem 1698. Actus & Epistolæ Apostolorum atque Apo- D calypsis, in 12. Ibidem 1703.

Hæc versio, dum prælum sudaret, jussu Illustr. Archiepiscopi Parisiensis à revisoribus ab eo designatis fuit plurimum recognita.

Ex præfatione. » Versionem Gallicam « Vulgatæ editioni Latinæ prorsus consen- « taneam & maximè literalem, illam qui- « dem dictione puriori Gallicâ, quantum « patitur sacræ Scripturæ interpretatio, « conficere conati sumus... Cæterum La- « tino textui summa cum religione adhæ- « E rentes, ad illum tamen illustrandum e- « tiam Græcum adhibuimus, inprimis cum « inter utrumque magna consensio videa- « tur... Hac alterâ dote prædita, id est, « literalis esse debet traductio sacrarum lit- « terarum... Hic ea dicitur fecundum pro- « prium & nativum verborum sensum fac- « ta interpretatio, quæ textui nihil addit, « nullam illius significationem, eam præ- « cipuè quam tradunt Orthodoxi homines, « absque necessitate excludit; quæ tandem « non easdem duntaxat sententias profert, « sed seriem verborum observat, easdem « exhibet imagines... His edocti præceptis «

» fas esse non putavimus, id, quod unâ » dictione exponi potest, pluribus explicare, & ea, quæ ad textûs perspicuitatem » & connexionem deficere videbantur alio » etiam impressa charactere intertexere… » Non minori quoque studio vitium huic » oppositum declinavimus, cum nempe » contextus vario & multiplici sensu, alter- » utro legitimo & ab Interpretibus Ca- » tholicis recepto potest exprimi, unum » præ aliis sequi ac definire; idque sine » necessitate, hoc est, in iis locis in quibus » idioma Gallicum æquè ac textus lo- » cutiones varii sensus capaces suppeditat » &c. »

» Brevi prodibit Novum Testamentum » Gallicum Dominici Bouhours, qui in eo » elaborando multum temporis ope RR. » PP. le Tellier & Besnier insumpsit. *Henr. Basnage de Bauval, hist. Oper. Erudit. art.* 12. *Novembr.* 1692.

Novum Testamentum integrum, 2. vol. in 16. Ibidem, Josse 1704. Tertia editio 2. vol. in 12. Ibid. 1708. in 12. Parisiis 1709.

Idem cum observationibus moralibus Phillippi Lallemant Soc. Jesû. 8. vol. in 12. Parisiis Montalant 1709.-1712.

NOVUM TEST. GAL. CAROLI HURE'.

NOvum Testamentum Gallicum *ex versione Montensi plurimis in locis revisa & castigata*, studio & labore Caroli Huré, qui notas moribus congruentes, & literales *ad omnium captum, ut fert, præmissa admonitio, accommodatas subjecit*, 4. vol. in 12. Parisiis, Roulland & Nully 1703.

Idem absque notis, in 12. Ibidem 1703.

Idem charactere minori, in 24. Ibidem 1703. in 12. & in 24. Ibidem 1706.

Novum Testamentum Gallicè versum & recognitum, *ex traductionibus Dion. Amelotte, Montensi & Domin. Bouhours à viro doctissimo, linguæque Gallicæ peritissimo*, 2. vol. in 12. Leodii, Fr. Bronckarts (*vel potiùs Aureliis*) 1706.

Idem ab eodem denuò recognitum (*vilique pretio redimendum, unde Novum Testamentum pauperum nuncupatum*) 2. vol. in 12. Ibid. 1707.

Novi Testamenti Gallici nova versio juxta Vulgatam Latinam editionem, in 12. Parisiis, Lottin, 1718.

Alia editio recognita. In 12. ibid. 1720.

Hæc versio quæ Montensem ut plurimum exscribit recognita est & ad Vulgatam Latinam omnino conformata, mutatis omnibus locis quæ in controversiam venerant, ad usum pauperum edita, vilique pretio emenda, sub ea A *conditione Privilegium Regium communicandi cum iis qui novam illius editionem minimo pretio redimendam procuraverint.*

PARTES NOVI TESTAMENTI.

Epistolæ S. Pauli Gallicè, *ex versione Guiarti des Moulins* cum glossis cujusdam Theologi *Ordinis sancti Augustini*, in fol. Parisiis, Ant. Verard 1507. In 4°. Ibid. Mich. le Noir 1521. In 8°. Ibid. Caroli Langelié 1544.

Epistolæ D. Pauli ad Romanos & ad B Hebræos Gallicè, interprete Joanne Gagnæo, in 8°. & in 12. Parisiis, Ruffet 1540.

Epistola ad Romanos Gallicè ex Græco translata à Francisco de Harlay, in 8°. Parisiis, Boucher 1641.

Epistola prima ad Timotheum, in qua docetur forma disciplinæ Episcopalis, Ecclesiasticæ & Christianæ, in 8°. *absque anno & nomine loci & typographi.*

Apocalypsis S. Joannis Gallicè reddita à Joanne Desmarest de S. Sorlin cum C ejus Gallica explicatione. V. *ejus tractatus Gallicus cui titulus, Animi deliciæ*, fol. Parisiis 1658.

Eadem in Gallicum conversa sermonem à Jacobo Benigno Bossuet cum ejus explanatione, 8°. Parisiis, Sebastiani Mabre-Cramoisy 1689.

SECTIO TERTIA.

D BIBLIA GALLICO SERMONE A CALVINIANIS EXPRESSA.

GEnevensis Bibliorum Gallicorum interpretatio primùm anno 1535. à Roberto Petro Olivetano, juvante Joanne Calvino fuit condita; deinde quoad stylum ab eodem Calvino, anno 1545. primâ vice limata; anno 1551. ab eodem denuò recognita, mutato quoque Psalterio priscæ versionis, cujus loco adhibita est Ludovici Budé ex Hebræo nova translatio, sicut & librorum, quot vocant, E *apocryphorum condita à Theodoro Beza traductio. Anno 1560. Novum saltem Testamentum à Calvino, opem præbente Beza, postremò expolitum est; sacri denique codicis integri versio à Cornelio Bonaventura Bertramo, quorumdam DD. Genevensium auxilio, ad textum Hebraicum & Græcum exacta fuit atque recognita. Hæc omnia ex præfationibus harum editionum clarè eliciuntur.*

Biblia Veteris Testamenti ex Hebræo, & Novi ex Græco *unico duntaxat anni spatio translata, interprete Petro Roberto Olivetano, juvante Joanne Calvino, sumptibus*

Valdensium, in folio. Neocomi, typis Petri de Wingle 1535. *vel Gallicè*: La Bible, qui est toute la saincte Escripture, en laquelle sont contenus le vieil & le nouveau Testament translaté en françoys le vieil de l'ebrieu, & le nouveau du grec. *Ad calcem*: Acheve d'imprimer en la ville & Comté de Neufchastel par Pierre de Wingle, dict Pirot Picard l'an M. D. XXXV. le 4. jour de Juin.

Hæc est prima Calvinistarum seu Genevensium Bibliorum editio. Præmittitur Latina Joannis Calvini epistola scripta Cæsaribus, Regibus, Principibus &c. deinde altera Gallica Petri Roberti Olivetani Fratribus suis in Christo nuncupata, denique sequitur ejus apologia, quam excipit Joannis Eutychii Deperii Amanuensis hujus Interpretis, de Gallica hac versione carmen Latinum, cujus litteræ singuli versus initiales hunc sensum conficiunt: Petrus Robertus Olivetanus: *posteà* ad Candidum lectorem:

Quisquis es, o Lector, primores carminis hujus
Tu ne sperne notas; qui tibi vertit, is est.

Initio Novi Testamenti præmittitur præloquium Joannis Calvini, quod sic habet: A tous les amateurs de J. C. & de son Eglise. Dieu le createur tres-parfait & tres excellent ouvrier de toutes choses &c. *Invenitur in plurimis Genevensium editionibus in fronte operis. Adjicitur ad calcem Index alphabeticus præcipuarum materiarum à Matthæo Gravelin concinnatus.*

Ex Apologia. » Cum animadverteretis » Exemplaria Veteris & Novi Testamenti » linguâ populari exarata, quæ cum nostris » asservabantur codicibus à tanto tempore » calamo scriptis, ut jam illorum ætas penitus ignoraretur, nisi paucissimis posse » prodesse hominibus... omnes alios fratres monuistis... commodum fore ac necessarium, ut biblia Gallica juxta linguam Ebræam & Græcam recognoscerentur atque repurgarentur... Id operis » suscipiendum tam ardenti studio à me expetivistis, ut quasi coactus illud aggressus » fuerim... Ideo ad vos nunc xenio laboris » à me per annum integrum exantlari rationem redditurus. &c. »

» Valdenses (*inquit Theodorus Beza in iconibus signaturâ CCI. folio verso*) primam » illam Gallicam ex Hebræis Bibliorum » interpretationem, auctore quidem Petro » Roberto Hebrææ linguæ peritissimo, (*si Bezæ fides sit adhibenda*) adjutore vero » Joanne Calvino absolutam, suis sumptibus Neocomi anno D. 1535. excudendam » curarunt, ut quod hodie Biblia Gallicè » leguntur (quanquam paullatim postea » exactiore curâ cum Hebræis collata) Val-

A densium Ecclesiis acceptum meritò feratur. «

» Hæc translatio cum per sequentes « annos iteratis editionibus sæpius esset in- « terpolata, tandem pastores Genevenses « eam penitus refinxerunt & cum textu au- « thentico ac optimis quibusque versionibus conferendo, novam quoddammodo « versionem procuderunt (*anno scilicet 1588.*) « insignibus quoque scholiis passim illustra- « tam; quâ exinde (*Calvinianâ*) omnes per « Galliam Ecclesiæ utuntur. « *Hæc scribe-*

B *bat Arnoldus Bootius anno 1644. in Indice Authorum qui in animadversionibus suis sacris citantur.*

Paulus Colomesius in Epistola anno 1677. ad Joannem Claude de versione Bibl. Gallic. Genevensium scripta, quæ reperitur ad calcem suarum Observationum sacrarum, *sic loquitur*: » Nulli dubium est, quod Bi- « bliorum nostrorum utraque pars parum « accuratè tum conversa fuerit, tum iden- « tidem recognita. Vetus autem Testamen- « tum, ausim dicere, Novo multo pejus «

C translatum est. Id factum, meâ quidem « sententiâ, quod nostri Græcam LXX. « Interpretum versionem flocci fecerint. «

» Quæ fuerit (*ut refert Rich. Simon cap. 26. Disq. crit. de variis Bibl. edit.*) inter- « pretationis suæ methodus, fusioribus ver- « bis asserit Olivetanus in præfatione, « quam operi suo præmisit: nec ea sane con- « temnenda erat, si tanto oneri sustinendo « par fuisset Sed nec Hebraicè nec Gallicè « doctum fuisse Interpretem illum, multa « ostendunt. De lingua Gallica nulla est «

D dubitandi ratio, cùm Roberti versionem « posteà recognoverit Jo. Calvinus, & hanc « à se recognosci asserat, quod illius au- « thor barbarè loqueretur. Neque similiter « linguam Hebræam calluisse, ipse mani- « feste ostendit in tam laudata præfatione, « ubi nonnulla habet, quæ vix à linguæ « Hebrææ tyronibus ignorari poterant.... « Profitetur ab ipso exordio se *in nullius jurasse verba Magistri*, sed omni antecœpta « opinione vacuum ad codices Hebræos « respexisse; loca verò Scripturæ, quæ sibi «

E videbantur paulò obscuriora, asterisco si- « ve stellulâ notasse aliorum interpretatione « ad marginem rejectâ. «

Hæc versio collata cum ea, quam anno 1530. & 1534. Antverpiæ typis suis vulgavit Martinus Lempereur, penè eadem esse deprehenditur, exceptis quibusdam locutionibus & iis locis in quibus Vulgata Latina, quam editio Antverpiensis expresserat, à textu tum Hebræo Veteris, tum Græco Novi Testamenti discrepat; tunc Olivetanus Pagninum in V. T. & Erasmum in Novo, vel potiùs variantes utrinque lectiones in editione Antverpiensi anni 1534. margini plerumque adjectas

jectas secutus est. Et quidem unius anni spatio novam de integro condere versionem hic Interpres non potuit.

Biblia Gallica ex ejusdem versione parumper recognita *cum præfatione quæ sic incipit*: Le sainct Apôtre nous admoneste &c. *Præmittitur Novo Testamento præfatio Joannis Calvini*: Dieu le Createur tres parfait &c. in 4°. (*Genevæ*) J. G. (*id est Joannes Gerard*) sub insigni Gladii 1540.

Gallicam sacror. Bibliorum translationem Genevæ 1540. *&* 1546. *editam Martino Bucero tribuit nullo fixus testimonio Crucimanius p.* 314. *Bibliothecæ Gallicæ.*

Biblia Gallica, in 4°. Lugduni 1540. *Hanc editionem refert Ottius in Commentariis suis Mss.*

Eadem, in 4°. Lugduni, Antonii Constantin 1541.

Eadem, in 4°. Ibidem, Sulpitii Sabon 1545.

Prima hæc est Calvini recognitio saltem quoad stylum, ut ex præfatione Bibliorum Gallicorum anno 1551. *à Jo. Crispinio excusorum colligitur.*

Eadem, in 4°. Genevæ, Jo. de Tournes 1545.

Aliæ editiones Joannis de Tournes 1551. 1553. 1554. 1557. 1559. 1561. 1564. » Hæ » omnes à Catholicis versionibus minus a» liis discrepant, paucissimis in illis immu» tatis: librorum dispositio ad Vulgatam » editionem Latinam est accommodata: » neque etiam aliis munitæ sunt præfatio» nibus quàm Hieronymianis, ut hac arte » facilius simpliciores deciperentur. » *Rich. Simon p.* 209. *Disq. crit. de variis Bibl. edit. cap.* 26.

» Non alia est à Genevensi translatio » quam anno 1557. (*prima hujus editio prodiit A.* 1551.) Lugduni Joannes de Tour» nes publicavit. Quæ enim in illa mutan» tur, perpauca sunt, eoque solùm ten» dunt, ne esse videatur, qualis tamen » reapse est, Genevensis scholæ partus hæc » interpretatio. Quo fine etiam ut in Vul» gata Latina, libri sacri in editione ista » distribuuntur, nec alias ibi quam Hiero» nymianas præfationes legimus. » *Kortholtus cap.* 20. *num.* 8. *tract. de variis Scripturæ edition. p.* 315.

Biblia Gallica ex ejusdem versione, *cum citatione horum verborum Esaiæ*, Ecoutez cieux &c. *in prima pagina & cum denotatione librorum, quos Protestantes vocant apocryphos, & præfatione*: Les Philosophes anciens &c. in 4°. Lugduni, Godefridi & Marcellini Beringen 1546.

Eadem, in folio (*Genevæ*) Jo. Gerard. 1546.

Biblia Gallica ex eadem versione recens recognita & emendata ex Hebræo,

A Græco & Latino, *cum loco Esaiæ*: Ecoutez cieux &c. *in prima pagina*, cum denotatione librorum Apocryphorum, *Indice præcipuarum materiarum Genevensi* & figuris, 2. vol. in folio. Lugduni, typis Joannis Pidier & Nicolai Bacquenois pro Guillelmo Rouille & Theodaldo Payen 1548.

Loca in hoc indice designata sub his titulis: Eucharistie, Evesques, Foy, Idoles, Ministres, Oblations, Penitence, Purgatoire, Sacrifice, Viande, Vœux &c.
B *nihil aliud indicant quàm ea quæ pro sententia sua tuenda solent adducere Calviniani. Notandum etiam in omnibus ferè exemplaribus hunc indicem reperiri in medio voluminе, hoc est ante Novum Testamentum, illudque de industria factum videtur, ne hujusmodi editiones, in quibus hic index extat, suspectæ haberentur.*

Biblia Gall. Genev. 2. vol. 8°. Lugd. Angelini Benoist. 1550. Basileæ 1550. *eadem forsan editio.*

C Biblia Gallica Genevensia *sine præfatione, sed cum indice materiarum Genevensi & Canone librorum ad Vulgatam Latinam accommodato. In indice librorum deutero-canonici à proto-canonicis distinguuntur*, in folio. Lugduni, Balthazaris Arnoüillec 1550.

Eadem, in fol. Ibid. Philiberti Rollet, Joannis de Tournes 1551.

Biblia Gallica Genevensia *cum loco Isaiæ*: Ecoutez cieux &c. *in fronte, indice Genevensi & præfatione Joannis Calvini sequentibus editionibus ferè semper præfixa, quæ sic habet*: Si je voulois icy user de
D longue preface &c. in 4°. (*Genevæ*) typis Joannis Crispini 1551.

Ex hac præfatione. » Tertium quod pau- « cis absolvi potest, de translatione sacro- « rum librorum & quidem in Gallicum idio- « ma. Ex his qui in ea re elaborarunt, Pe- « trus Robertus nunc fato functus... stu- « dium ita impendit suum, ut dignus sit « qui laudibus extollatur... attamen non « mirum est quod in opere tam difficili & « tam diuturno multa ei vitia exciderint «
E (*quæ sequuntur in editione anni* 1558. *& se- « quentibus mutata sunt*) ut hîc quæ in ea « versione deficiebant, corrigerentur, sex « abhinc annis aut circiter (*anno scilicet* « 1545.) tum styli asperitas diligenter limata « fuerat & polita, tum nativus verborum « sensus magno studio restitutus... qui hoc « opus jam fuerat aggressus (*Joannes nempe* « *Calvinus*) idem curâ majori ad hoc ani- « mum intendit, ut & purior vulgarique « locutione atque ad omnium captum ac- « comodatior esset sermo, & integer red- « deretur textus qui perperam intellectus, « vel corruptus, vel obscuriùs translatus «

» fuerat. Hoc onus aliqua in parte alleva-runt alii, v. gt. Psalterium Ludovicus Budé & libros apocryphos convertit Theod. Beza qui pro sua linguæ Græcæ peritia sic absolvit &c. Ita in Prophetis qui vocantur minores, ille quod alter in his castigaverat, eâ libertate adhibuit, ut quod magis ei placuit, servaverit. Verùm quantuslibet in ea emendatione impensus fuerit labor, tantum abest ut hanc versionem tanquam omnibus numeris & partibus expletam atque perfectam in medium proferat, quin imò nondum ipsi, qui hunc laborem in primis suscepit, in omnibus placuerit &c.

Joannes Calvinus » non pauca in versione Olivetani erudite correxit, vocesque ridiculas, quia linguæ Gallicæ peritissimus erat, feliciter castigavit. Ad res tamen potius quam ad verba respexisse videtur, ac sæpissimè ut commodiorem sensum faciat, Paraphrasten agit ac Interpretem. Aliquando etiam ubi necesse non fuit, discessit ab Olivetani versione, methodum tamen illius sequutus... Plures etiam notas marginales, sumptas ex vetustis interpretibus, quas sapienter adjecerat suis exemplaribus, absque ulla prorsus ratione Calvinus sustulit. » *Richardus Simon Disquisit. critic. de variis Bibl. editionibus cap. 26. p. 208.*

Primùm huic editioni Psalterium ex Hebræo versum à Ludovico Budé & libri deutero-canonici ex Græco à Theod. Beza translati adjuncti sunt, quod in sequentibus usque ad annum 1588. observatum est.

Biblia Gallica Genevensia, 4. vol. 8°. Genevæ, Philiberti Hamelin 1552. 2. vol. in 8°. Genevæ, Joan. Crespin 1552 *Eadem forsan editio.*

Biblia Gallica Genevensia, in folio. (*Genevæ*) typis Rob. Stephani 1553. In 4°. Ibid. Joannis Gerard 1553. In 8°. sub insigni Palmæ 1553. 3. vol. 12. (*Genevæ*) Adami, & Johannis Riveriz 1553.

Eadem cum præfat. S. Hieronymi, 5. vol. in 16. Lugduni, Joannis de Tournes 1553.

Eadem, in fol. Genevæ, Franc. Perrin 1554.

Eadem, in 4°. Ibidem, Joannis Crespin 1554.

Biblia Gallica Genev. cum præfat. S. Hieronymi, in folio. Lugduni, Johannis de Tournes 1554. In 8°. Ibidem, Angelini Benoist 1554. In 8°. Genevæ, Joannis Crispini 1554.

Biblia Gallica Genev. in 4°. (*Genevæ*) typis Joannis Crespin pro Nicolao Barbier 1555.

Biblia veteris Testamenti ex Hebræo, & novi ex Græco Gallicè versa, Sebastiano Castalione *vulgo* Chateillon, interprete, cum ejus annotationibus, Henrico II. Francorum Regi dicata, in folio. Basileæ, Joannis Hervagii 1555.

Scævola Sammarthanus postquam dixit Castalionem in sua Bibliorum Latina versione » Sacrosanctam rerum divinarum majestatem aliquot in locis, præ nimio Latinitatis & facundiæ studio violasse, *subdit:* Violavit certè multo impudentius, ne dicam ineptius, dum eandem Gallicè operam præstare cupiens vir in Hebræorum, Græcorum, Latinorum assidua lectione volutatus, patriique interim sermonis penè oblitus, arreptis è trivio & infima plebe voculis ac loquendi formulis, ridendum se omnibus in re tam seria præbuit, atque contemnendum. « *Hæc ille lib. 2. Elog. p. 127.*

» Omnium non ludibrio solùm & cachinnis, sed contentioni etiam sese propinavit Seb. Castalio, quum grave & serium convertendæ Scripturæ molitus opus, sermonis intemperiem, quam in Latina interpretatione comparanda ineptissimè exercuerat, in Gallica etiam insolentiùs explicavit. *Dan. Huetius Lib. de Clar. Interpr. p. 184.*

» Non est cur in eam anxiè inquiramus (*inquit Rich. Simon in Disq. crit. de variis Bibl. edit. p. 211.*) cum ferè ad verbum ex Latina petita fuerit, eandemque prorsus scribendi rationem sequutus fuerit Castalio. « *In hist. crit. V. T. lib. 2. cap. 25. hæc dixerat:* » Hæc versio iisdem vitiis, quibus Latina, scatet; affectatæ elegantiæ ubique reum se facit; nova & insolentia vocabula usurpat, etiam fingit &c. «

Idem in hist. crit. Vers. N. T. cap. 29. p. 338. hæc addit: » Pauca mihi sunt dicenda de Gallica Seb. Castalionis versione; hic enim qui linguam Hebræam, Græcam & Latinam apprimè callebat, Gallicam verò minimè didicerat, ita ut, inventis novis quibusdam vocabulis; risum omnium in se converterit. Id quoque ei Theodorus Beza meritò exprobrat. «

Biblia è Latino sermone in Gallicum versa, ex versione Hieronymi Bolseci, juxta Crucimanium, qui ea de re pag 169. Biblioth. Gallicæ vitam Joan. Calvini à Theod. Beza conscriptam indicat; *hac vero attentè perlectâ, nil hujusmodi in ea reperi.*

Biblia Gallica Genevensia, in 4°. Genevæ, Philiberti Hamelin 1556. In 4°. Ibid. Joan. Crespin 1556. In 4°. Lugduni apud Hæredes Joannis Michel 1556. *Hæ editiones & præcedentes ann. 1554. 1555. sunt forsan eædem.* Eadem in 8°. *loco non designato* 1556.

Eadem, 5. vol. in 16. *sub insigni:* Vulpes foveas habent 1557.

Eadem cum præfationibus S. Hieronymi & figuris, in fol. Lugduni, Joan. de Tournes 1557.

Biblia Latina Pagnini, & Gallica Genevensia, in folio. Lugduni, Mich. du Boys 1558.

Biblia Gallica Genevensia, in folio. Genevæ, Matthæi de la Roche 1558. In 8°. Lugduni, Sebastiani Honorati 1558. In 4°. Genevæ, Michaëlis du Boys 1558.

Ex præfatione hujus editionis quæ incipit: Si je voulois user icy de longue preface &c. *Post hæc verba superius à me allata in editione anni* 1551. » Quod in opere tam » difficili & tam diuturno multa ei vitia ex» ciderint, *quæ sequuntur, paululum immu» tata sunt; legitur enim hic:* Primùm igitur » cum stylus hujus versionis rudis esset & à » vulgari loquendi modo plurimum alienus, » præsto fuit nonnemo (*Joannes Calvinus*) » qui non limando solum, sed & omnium » captui accommodando, eum reddidit sua» viorem. Secundo quod sensum spectat... » loca perperam intellecta, corrupta vel » obscurè reddita integritati suæ restituere » summâ curâ studuit. Quod fecerit, nec » ne, & quinam ex hoc labore fructus e» manarit, lectoris esto judicium. Ut dicam » quod res est, jam declarat ipse atque pro» testatur opus suum in omnibus se non ap» probare... Quidquid sit, absque arrogan» tia puto, audeoque spondere præceden» tes translationes in multis me castigasse; » quin imo, major est sanè hæc emendatio, » quam hic à me dicitur.

Eadem cum figuris, in folio & in 8°. (*Genevæ*,) Nicolai Barbier & Thomæ Courteau 1559.

Eadem cum præfationibus S. Hieronymi, in fol. Lugduni, Joannis de Tournes 1559. *editio quæ prodiit anno* 1554. 1557. *&* 1559. *forsan eadem est; horum annorum exemplaria licèt viderim, inter se tamen comparare non semper mihi donatum est.*

Biblia Latina *Pagniniana*, & Gallica Genevensia, in fol. Lugduni, Seb. Honorati 1560.

Biblia Gallica Genevensia *cum notis marginalibus & præfatione Jo. Calvini Vet. Test. præfixa.* Si je voulois icy user de longue preface &c. Novum Testamentum ex Græco recognitum & emendatum consilio Ministrorum Genevensium *adjectâ, eorum nomine, Bezæ præfatione, quæ ita orditur:* Combien que M. Jean Calvin &c. in folio (*Genevæ*) typis Rob. Stephani 1560.

Jam ab anno præcedenti vivere desierat celeberrimus ille Typographus, proindeque facta est hæc editio 1559. Hujus præfatio absoluta est 10. Octobris 1559.

Præfatio Novi Testamenti sic habet: » Tametsi Joannes Calvinus... magnum « hactenus in convertendis sacris paginis in « Gallicam linguam studium posuerit, & « præsertim in Novi Testamenti versione, « quam multoties, & quâ potuit diligentiâ « castigavit, licet multis occupationibus a- « liunde esset distentus, & cum Græco tex- « tu contulit; compertum tamen habuit, « non posse hujusmodi opus nisi pedeten- « tim perfici, nec esse quemquam cui mi- « nus placeret versio præcedens quam ei « qui eam susceperat; expostulavimus en- « xè à duobus è nostris, qui visi sunt ad hoc « opus magis idonei, Joannes scilicet Cal- « vinus, & Theodorus Beza, ut dum ve- « teris Testamenti versio ad finem perdu- « ceretur, novi translationem recognosce- « rent &c. «

Eadem, in 4°. Ibid. Francisci Jacquy & Antonii Davaudeau 1560. In fol. & in 8°. Ibid. Antonii Rebul 1560. In fol. Lugduni, typis Joannis Ogerolles pro Antonio Cotier 1560.

Biblia Gallica Genevensia cum præfat. S. Hieronymi, in 4°. Lugduni, Joan. de Tournes 1561.

Biblia Gallica Genevensia cum fusioribus notis in universa Biblia, & epistola Nicolai des Gallars in Novo Test. in fol. Genevæ, typis Antonii Rebul 1561. In fol. Ibid. Francisci Jacquy 1562. In fol. Ibid. Jacobi Bourgeois, Nicolai Barbier, & Thomæ Courteau 1562. 4. vol. in 8°. Ibidem 1562. 2. vol. in 8°. Lugduni, Sebast. Honorati 1562.

Ex Epist. Nic. des Gallars. » Illud me- « cum reputans annis præteritis, annota- « tiones in omnes Veteris Testamenti li- « bros cum studio collegi ex commentariis « aliisque lucubrationibus eorum &c.... « ita ut nihil hîc de meo promam nisi cu- « ram in bisce notis exscribendis &c. «

Biblia Gallica Genevensia cum iisdem annotationibus ab Augustino Marlorat auctis & infra textum positis, in folio. Genevæ, Francisci Perrin & Jac. Bourgeois 1563. In 4°. Ibidem, Nic. Barbier & Th. Courteau 1563. 4. Ibid. Joan. Bonnefoy 1563. In fol. Cadomi, Petri Philippe 1563. In fol. Lugduni, Bartholomæi Molin, Antonii Gryphe 1563. In 4°. Ibidem, Sebast. Honorati 1563.

Eadem, in folio. Genevæ, Joan Crespin 1564. In 4°. Ibidem, Francisci Perrin 1564.

Eadem *charactere majori quam in prioribus editionibus Jo. de Tournes*, fol. Lugduni, Jo. de Tournes 1564.

Eadem cum iisdem notis, in fol. (*Genevæ*) typis Henrici Stephani, Stephani Anastase (*idem est*) 1565.

» Auctæ variæ illæ editiones notis fuerunt, quas paucas initio, & versioni tantùm illustrandæ inservientes allegaverant Olivetanus & Calvinus, plures inde, qui sequentibus editionibus præfuere, ex scriptis Calvini adjicere, ea libertate, ut nulla editio alteri similis hac parte exsiterit, optimo tamen habito notarum delectu, si fides Richardo Simonio in editione Henrici Stephani anni 1565. » *Acta Erudit. Lipsiens. p. 241. Junii 1707.*

Eadem. Ibidem, Petri Bernard & Claudii du Mont 1565. In fol. Lugduni, Seb. Honorati 1565.

Eadem, in 8°. Genevæ, Juliani de Monchel 1566. In 8°. Ibidem Zachariæ Duran 1566. *Duplex diversaque editio.* In 8°. Aureliis, Ludovici Rabier 1566.

Eadem cum annotationibus, in fol. Genevæ, Bonnefoy 1566.

Eadem, 2. vol. in fol. Lugduni, Sebastiani Honorati 1566.

Eadem, charactere minutissimo, in 8°. (*Genevæ*) typis Francisci Estienne 1567.

Eadem versio castigatior plurimis in locis emendata ad textum Hebræum & Græcum, *absque ulla præfatione. Præfixa sunt capitum summaria, & index sacrorum librorum, in quo qui apocryphi dicuntur à Calvinianis, seorsim recensentur,* in 8°. Parisiis, Petri Haultin 1567. *Extat horum exemplar Parisiis apud RR. PP. Theatinos.*

Biblia Latina Pagniniana & Gallica Genevensia, in folio. Genevæ, Jacobi Bourgeois pro Stephano Anastase 1568. *Sic ferunt quædam exemplaria; quædam omittunt pro Stephano Anastase, ipse est Henricus Stephanus.*

Biblia Gallica Genev. 8°. Oliva Stephani 1569. In 8°. typis Petri Bernard. 1569. *Eadem forsan editio.* In fol. Lugduni, Sebastiani Honorati 1569.

Eadem, 6. vol. 16. Genevæ, Seb. Honorati 1570. In 8°. typis Joan. de Laon, Joan. Moisset 1570.

Biblia Genev. 3. vol. in 12. Lugduni 1570.

Biblia Latina Pagniniana & Gallica Genevensia, in fol. Lugduni, Sebast. Honorati 1571. 1575.

Biblia Gall. Genev. cum præfationibus S. Hieronymi, in fol. Lugduni, Joan. de Tournes 1574.

Biblia Gallica Genevensia, in folio. Lugduni, Bartholomæi Honorati 1578.

Eadem cum notis, in fol. Genevæ, Jacobi Stoer, Joannis Lertourt 1580. In 8°. Genevæ 1584.

Biblia Gallica Genevensia à Pastoribus & Professoribus Ecclesiæ Genevensis, *scilicet Theodoro Beza, Antonio Fayo, Joanne Jaquemoto, Simone Goulartio & præsertim Corn. Bonaventura Bertramo* examinata & ad textum Hebræum Græcumque castigata, cum figuris, summariis capitum, notis marginalibus fusioribus & duplici præfatione, nova: *Aux vrais amateurs de la verité, &c.* & antiqua Calvini: *Dieu le Createur, &c.* in folio, in 4°. & in 8°. (*Genevæ*) apud Societatem 1588.

Eadem sine notis, 12. Genevæ, Ratier 1588. 1591.

Ex nova præfatione: » Plurimi Ecclesiæ Gallicanæ ministri cùm à nostris postulavissent, ut quantâ possent diligentiâ, in transferendis Bibliis operam navarent, hunc suscepimus laborem... antiquam sacræ Scripturæ versionem cum variis editionibus Hebraïcis Græcis & Latinis contulimus.. imo & cum omnibus Latinis interpretationibus quas licuit reperire, quæque multo nobis adjumento fuere &c. ita tamen ut nulli earum nos astrinxerimus... Hebraismos in quibus inest aliqua vis & energia, de verbo ad verbum reddidimus, siquidem lingua Gallica exprimi tam oportunè nequibant, & ab ejus genio ita erant sejuncti, ut obscuritatis aliquid in sermone remansisset; alios faciliores præstitimus... eodem semper modo idem verbum sive Hebraïcum seu Græcum, quantum diligentiæ nostræ licuit, sumus interpretati... Variantes alicujus momenti lectiones, necnon loca parallela margini adscripsimus &c. «

Corn. Bonav. Bertramus in præfatione Frankentallensium lucubrationum rem ita narrat. » Genevensium Ministrorum & Professorum Collegio suadente, sciscitante & jubente, primùm cum Doctore Theodoro Beza versionem seu translationem Gallicam Bibliorum recognoscere cœpi; deinde recognitionem illam rursum, decernente eodem Collegio, unà cum tribus aliis ejusdem Collegii ministris recensui; recensioneque illâ peractâ, ad ea quæ in illa nostra recognitione & recensione latiorem explicationem requirerent, ego solus, semotis arbitris, animum appuli. In his primum iconum seu figurarum expositiones rum compendiariæ, tum fusiores. Accesserunt deinde locorum difficillimorum expositiones &c. «

Rich. Simon in Disquis. criticis de variis Bibl. edit. p. 209. hæc ait: Cornelius Bertramus linguæ Hebraïcæ apud Genevenses Professor, Beza, Fayus, Rotanus, Jaquemotus, Goulartius & alii nonnulli Calvini editionem iterùm recognoverunt an. 1588. &, ut erant Interpretes illi, in primis Bertramus, Grammaticæ Hebr. periti, priscam Genevensium versionem fecerunt minùs à Judæorum libris alie-

» nam, sequuti in hoc negotio Munsteri &
» Tremellii præ cæteris interpretationes. In
» multis quidem ab illis censoribus castiga-
» ti sunt feliciter, & ut par erat, Robertus
» Olivetanus & Joannes Calvinus; sed ex
» nimia corrigendi libidine locis compluri-
» bus manum medicam, ubi nihil prorsus
» necessitatis erat, adhibuerunt. »

» Porro Cornelius Bertramus denuò re-
» formandam hanc versionem putavit, so-
» cias manus ei commodantibus Theod.
» Beza, Rotano, Jaquemoto, & Goular-
» tio, quem tamen plusquam par est Ju-
» dæorum Grammaticorum præjudiciis de-
» ditum esse fuit observatum, cujus inde
» temporibus nihil magnoperè in versione
» Genevensi immuratum fuit, nisi quod
» voces exoletæ identidem eliminarentur.
Acta Erudit. Lipsiens. pag. 242. *Junii* 1707.

Biblia Gallica Genevensia cum notis, in folio. Francofurti, Andreæ Wechel 1592.

Biblia Gallica Genevensia usque ad librum Ruth. V. *Biblia Polyglotta* 1599.

Biblia Gallica Genevensia, in folio. (*Genevæ*) typis Joan. Lertourt 1600. In 8°. Genevæ 1601. In 8°. Ibid. Matthæi Berjon 1605.

Eadem, in folio. Rupellæ apud Hæredes Hieronymi Haultin 1606. In fol. Amstelodami, Nicolas 1606.

Eadem cum triplici præfatione, bina ex editione anni 1588. tertia antiqua: *Si je voulois icy user &c.* in 4°. Genevæ, Samuëlis Crespin & Jacobi Choüet 1608.

Eadem cum duplici præfatione, in folio. Genevæ, Petri & Jacobi Choüet, Isaiæ le Preulx, Joannis Vignon 1610. In folio. Lugduni, Sebastiani Honorati 1610.

Eadem, in folio. Genevæ 1613.

Eadem cum not. 4. Salmurii, Th. Portau 1614.

Eadem cum novo indice per locos communes, in 8°. (*Rupellæ*) Ex officina Hieron. Haultin 1616.

Eadem, in folio. Salmurii 1619.

Eadem cum notis, in folio. Genevæ, Jacobi Stoet 1622. 3. vol. in 4°. Ibid. Jac. Choüet 1622.

Eadem sine notis *minutissimo charactere*, in 12. Sedani, Joan. Jannon 1633.

Eadem, in 8°. Amstelod. 1635. In 4°. Genevæ, Choüet 1637. Eadem cum indicibus & figuris, in fol. Ibid. iisdem typis 1638.

Eadem, in 4°. Genevæ, Choüet 1642.

Biblia Gallica ex Hebræo & Græco, Interprete Joanne Diodati cum ejus annotationibus, in folio. Genevæ, Petri Choüet 1644.

» Hæc versio non minus hodie in Cal- «
vinianorum manibus versatur quàm ipsa «
Genevensis. Nec sanè levioribus adducti «
sunt rationibus, ut de ista translatione ita «
sentirent, quandoquidem omnia in ea «
plana sunt & facilia, auctorque ejus Pa- «
raphrasten potius quam Interpretem a- «
git... Voces quasdam adjicere, aut illas «
in alias mutare, majoris perspicuitatis «
causâ, ei non est religio: minùs interdum «
de sensu proprio sollicitus, modo ab om- «
nibus etiam plebeis hominibus intelliga- «
tur. Nec tam viri critici in sua translatio- «
ne munus obire videtur quam Theologi «
& Concionatoris &c. « *Rich. Simon pag.* 210. *Disq. crit. de variis Bibl. edit. cap.* 16.

» Hoc in opere (*id est tam in hac versione Gallica quàm in Italica inferiùs recensenda*) quà vetus Testamentum versionum «
& notas Pagnini, quà Novum Testamen- «
tum, ipsum Bezam videtur esse secutum. «
Nova literaria Maris Balthici anni 1704. *pag.* 16.

Biblia Gallica Genevensia, in 4°. Genevæ, Petri Choüet 1645.

Eadem *charactere minutissimo, editio juxta Samuelem Maresium correctissima*, 3 vol. in 12. Carentonii, Petri des Hayes 1652.

Eadem cum notis, in folio. Genevæ, Petri & Samuelis Choüet & Jacobi Stoer 1657.

Eadem, in 4°. Ibidem, iisdem typis 1665.

Eadem, in 4°. Ibidem, Joannis Antonii & Samuelis de Tournes 1665. In 12. Leidæ 1665.

Biblia Genevensia *juxta edit. anni* 1652. cum notis ex variis Genevensium Doctorum in primis Joannis Diodati libris, & Bibliorum editionibus etiam Belgicorum anni 1637. exceptis à Samuele Maresio & Henrico ejus filio, cum tabulis Geographicis, Chronologia, Indicibus &c. 2. vol. in fol. Amstelodami, Danielis Elzevir 1669.

Hæc editio typorum formà spectabilis plurimis scatet mendis typographicis.

Ex admonitione ad Lectorem. » Quod ad «
textum pertinet, adhibuimus versionem «
Petri Roberti Olivetani anno 1535. edi- «
tam, recognitam posteà, & multoties à «
Pastoribus & Professoribus Genevensibus «
castigatam, eamque secuti sumus editio- «
nem quæ Parisiis anno 1652. vulgata est «
typis Petri des Hayes, quippe quæ cor- «
rectissima sit, in qua loca nonnulla non «
sine utilitate ac prudentia tunc mutata «
sunt; nunc etiam quædam, pauca tamen, «
addita... 2. Huic textui omnes notas ex «
Bibliis Belgicis anno 1637. adjunximus... «
Prætereà suas quoque Samuel & Henr. «
Maresius, & nonnullas Petri de Launay «

„ quas in illius exemplari ab ipsomet exaratas invenere, hac in editione collocarunt &c.

» Samuëlis Maresii luculenta (*inquiunt Auctores Actorum Erudit. Lipsiens. mense Junio anni* 1707. *pag.* 242.) imò splendida editio ab Elzeviriis adornata, in versione ipsa nihil mutavit; notas tamen amplissimas ex Joan. Diodati aliorúmque Versionibus Genevensibus & recentioribus Theologis excerptas, non literales tantum & criticas, sed majorem partem Theologicas exhibet, in quibus *ἀκρίβειαν* passim desiderabant doctiores. *Et p.* 243. Cæterùm quandoque Codicum diversitatem observare non veretur. Neque enim omissam in haud paucis adulteræ historiam Joan. 8. dissimulat, neque testimonium trium testium in cœlis 1. Joan. 5 : 8. In illustranda tamen novis observationibus vi & proprietate phrasium sacrarum rarior est, & nonnisi ubi summa urgere necessitas videretur, & ferè invitus, à versione priore discedere audet, licèt haud paulò plùs luminis exiguâ mutatione quandoque sensibus sacris affundi potuisset. «

Biblia Gallica Genevensia, in 8°. Amstelodami, Schipper 1670.

Eadem, 2. vol. 4°. Carentonii, Antonii Cellier 1675.

Eadem, in 12. Leidæ 1675.

Eadem, fol. Genevæ, Jo. Ant. Choüet 1678.

Eadem, 12. Amstel. apud Vid. Schipper 1678.

Eadem, 4. Genevæ 1685. 4. Amstelod. 1687.

Eadem, in fol. Genevæ 1688.

Eadem, in 4°. Genevæ 1691.

Eadem, in fol. Ibid. 1693.

Eadem, in 12. Amstelodami 1699.

Eadem, in fol. Amstelod. 1700. 1702. in 4°. Genevæ 1705.

Biblia in Gallicum sermonem conversa per Carolum le Cene. *Bernard pag.* 356. *Novorum Reip. Litterariæ, mense Septembri* 1707.

Biblia Galliea Genevensia, quoad stylum recognita, præfarionibus, notisque Theologicis, moralibus & criticis illustrata à Davide Martin, 2. vol. in fol. Amstelodami, Desbordes, Mortier, Brune 1707.

Eadem cum brevioribus marginalibus locis parallelis, in 4°. Amsteludami & Ultrajecti 1707. Eadem absque notis, in 8°. Amstelod. Westeniorum 1710.

David Martin novam auctoritate Synodi Ecclesiarum Walonicarum in Belgio adornavit Bibliorum Genevensium editionem. „ Ille, quantùm ad versionem, non tantùm ut tersa magis ea existeret, passim effecit; verùm etiam ubi phrasis Ebræa, Græcave alium sensum suaderet, eum exhibuit. Notæ haud paulo magis Maresianis sunt castigatæ, ut ipsæ tamen etiam non semper inter istos limites se contineant, ut, phrasi Scripturæ sufficienter explicatâ, sensum judicio lectoris, sine præjudicio eruendum, relinquant; quin potiùs Theologicis dogmatibus, nonnunquam ex præjudiciis Ecclesiarum illarum stabiliendis, passim impendantur. « *Acta Erudit. Lips. p.* 242. *Junii an.* 1707.

Pentateuchus Mosis Gallicè ex versione Genevensi cum annotationibus Samuëlis Maresii, fol. Groningæ 1663. *Idem in præfat. Bibliorum cum ejusdem notis anno* 1669. *editorum.*

Liber Job, Psalmi, Proverbia, Ecclesiastes & Canticum Canticorum Gallicè ex versione Joannis Diodati, in 4°. Genevæ 1638.

Psalterium Gallicè cum notis marginalibus Antonii Belisem, in 16. *absque loco & typographo* 1537.

Psalterium ex versione Genevensi cum notis, in 8°. Genevæ 1543.

Psalterium Gallicè ex Hebræo translatum à Ludovico Budé, in 8°. Genevæ, Jo. Crespin 1551.

Idem Lat. Pagnini & Gall. Ludovici Budé, in 12. (*Genevæ*) typis Roberti Stephani 1552. In 18. typis Simonis du Bosc & Guill. Geroult 1554. In 16. Lugduni, Guill. Rouille 1558. In 16. (*Genevæ*) Jo. Crispini 1558. In 16. Parisiis, Andreæ Wecheli 1565.

Psalt. Gallicè ex ejusdem versione cum annotationibus & glossis, in 16. Genevæ, Jo. Crespin 1558.

Psalt. Gallicè ex eadem versione, in 12. Lugduni, de Tournes 1560. In 12. Genevæ, Rivery 1576.

Psalt. Gallicè, Interprete Theodoro Beza ex versione Latina Henrici Molleri, cum ejusdem Bezæ paraphrasi & rithmis Gallicis, in 18. Genevæ, Jacobi Berjon 1581.

Psalt. Gallicè & Belgicè, 12. Amstelod. 1594.

Psalmi ex versione Genevensi recognita cum argumentis & paraphrasi Theod. Bezæ, in 8°. Genevæ, Berjon 1597.

Psalmi Gallicè, Joannis Diodati, in 12. Salmurii 1658.

Psalmi XXX. ex Hebræo Latinè redditi à Claudio Bertrando Berger, 8°. Lugduni, Jo. de Tournes 1549.

Quinque Libri Sapientiales Latinè ex Pagnino & Gallicè ex versione Genevensi, in 12. (*Genevæ,*) typis Roberti Estienne 1552. In 16. Lugduni, Guillelmi Rouille 1558.

Iidem Gallicè, in 32. Genevæ, Jo. Durant 1577.

Proverbia Salomonis Gallicè expressa per Du. du Plessis, 12. Lauzannæ, Jo. Rivery 1556.

Canticum Canticorum Gallicè, Interprete Stephano Dolet. *Ant. du Verdier & de la Croix du Maine in Bibliothecis Gallicis, & Appendix ad cat. librorum prohibitorum jussu Ducis Albani, Leodii editum an.* 1569.

Idem ex versione Caroli de Nielle, in 8°. Genevæ, Petri de saint André 1594.

Threni Jeremiæ Gallicè cum paraphrasi Danielis Tossani, in 8°. Spiræ, Dalbin 1584.

Novum Testamentum Gallicum, *ex versione Jacobi Fabri Stapulensis parumper recognita, ad usum eorum qui Valles Pedemontanas occupant*, denuò recusum juxta editionem Antverpiensem *Martini Lempereur anni* 1530. in folio. Neocomi typis Petri de Wingle 1534. *Editio rarissima quæ extat in Bibliotheca Sorbonica.*

† *Hujus quoque editionis exemplum Ecclesiæ Valdensis monumentis mss. aliquot voluminibus comprehensis adjectum, Cantabrigæ in Bibliotheca publica me evolvisse recordor. In fine codicis sacri hæc verba impressa erant :*

Les Vaudois peuple evangelique
Ont mis ce thresor en publique.

Idem ex Græco recognitum à Petro Roberto Olivetano, juvante Joanne Calvino cum hujus præfatione, V. *Biblia Gallica Olivetani*, fol. Ibidem, iisdem typis 1535.

Novum Testamentum *ex Fabri versione à Petro Roberto Olivetano recognita cum præfatione Joannis Calvini* : Dieu le createur tres parfait &c. in 12. *absque anno & nomine loci & typographi.*

Hæc editio nullam, sequens autem aliquam passa est mutationem.

Idem cum altera præfatione, in 12. sub insigni Gladii Flammantis 1539.

Novum Testamentum Gallicè versum à Stephano Dolet *ante annum* 1545. *quo Interpres igne crematus est, editum. Id refert catalogus librorum Gallicorum examinatorum & notatorum censurâ à Facultate Theologicæ Parisiensis Doctoribus, excusus Parisiis anno* 1551.

N. Testamentum Genevense *ex recognitione Jo. Calvini*, in 16. Lugduni, de Tournes, Rouille 1545 In 16. Genevæ, Joannis Gerard 1551. in 16. Ibid. Bost & Gueroult 1553. in 8°. Ibid. Conradi Badii 1554.

Idem Latinè ex versione Erasmi, & Gallicè ex Genevensi, 2. vol. in 12. (*Genevæ*) typis Roberti Estienne 1552.

Novum Testamentum Latino-Gallicum, ita ut utraque translatio condita sit ex Græco. In fine additur Syllabus vocum & loquendi formularum difficiliorum, & Index rerum in Novum Testamentum in 12. Lugduni 1554.

Idem Lat. & Gall. ex iisdem versionibus, *charactere minimo*, cum summariis ex comment. Jo. Calvini desumptis. Adjecta est ad calcem collectio quorumdam verborum & locutionum difficilium Novi Testamenti, in 8°. Basileæ, Conradi Badii 1555.

Idem, 2. vol. in 12. sub insigni Palmæ coronatæ 1555. In 16. Lugduni, G. Rouille 1557. In 8°. Ibid. Joannis Gros & Petri Michel 1557. 2. vol. in 8°. Blesis, Juliani Langelier 1559. In 16. Parisiis, Andreæ Wecheli, Oudini Petit, 1565. In 8°. Argentorati 1567. In 16. Lugduni, Antonii de Harsi 1602. In 4°. (*Genevæ*) sub insigni Seminantis 1607.

Novum Testamentum Gallicè denuò recognitum & emendatum *à Joanne Calvino & Theod. Beza* ex consilio Ministrorum Genevensium, *cum præfatione ejusdem Bezæ primùm edita* : Combien que M. Jean Calvin. V. *Bibliorum Genevensium Editio ejusdem anni* 1560. in 12. Oliva Roberti Stephani 1560.

Idem cum annotationibus Nicolai des Gallars, in 12. (*Genevæ*) typis Antonii Rebul 1561. In folio, typis Conradi Badii 1561. In folio, Genevæ, Francisci Perrin 1562. In 8°. Ibidem 1562.

Idem, in 4°. Lugduni, Jo. de Tournes 1563. In 4°. Genevæ, Jo. Bonnefoy 1563. *Joan. de Tournes & Joan. Bonnefoy, idem forsan typographus.* In 8°. Ibid. Joan. Crespin 1563. In 16. Ibid. Angelini Benoist 1563. In 12. Cadomi, Petri Philippe 1563. In 16. Lugduni, Sebastiani Honorati 1563.

Idem cum iisdem annotationibus ab Augustino Marlorat auctis, in 8°. *absque loco* 1564. In 8°. Lugduni, Claudii Ravot 1564. In 16. Lugduni, Gabrielis Cotier 1564. In 12. Genevæ 1565 In 16. Lugduni Gabr. Cotier 1565. In 16. Genevæ, Bened. Rigaud 1566. In 16. Parisiis, Petri Haultin 1567. In 18. Genevæ, Pinereul. 1568. Idem 24. typis Francisci Estienne 1568. 8°. Genevæ 1570. in 16. typis Ant. Gryphe 1571. in 12. Genevæ, le Melays 1577. 8°. Genevæ 1584.

Novum Test. Genevense ex postrema recognitione, in 12. Rupellæ, Hieronymi Haultin 1590. Idem cum annotat. Marlorati, in 8°. Genevæ, Eustachii Vignon 1591. 8°. Rupellæ, Haultin 1592. In 8°. Niorti, Thomæ Portau 1594. In 4°. Genevæ 1596. In 12. Rupellæ, Hieron Haultin 1601. In 24. Genevæ, Matthæi Ber-

jon 1601. In 24. Rupellæ, Petri Morin 1603. In 8°. Salmurii, Thomæ Portau 1605. In 16. Rupellæ, apud Hæredes Hieron. Haultin 1606. In 16. Genevæ, Matthæi Berjon 1608. In 24. Ibid. Gabr. Cartier 1608. In 12. Rupellæ 1608. In 8°. Rupellæ, apud Hæredes Hieron. Haultin 1609. In 4°. Genevæ, Gabr. Cartier 1610. In 12. Ibid. Jacobi Stoer 1610. Gallicè & Belgicè, in 12. Leidæ 1611. Gallicè, in 8°. Genevæ 1612. In 24. Salmurii, Thomæ Portau 1614. In 16. Genevæ, Stephani Gamonet 1614. In 16. Salmurii, Petri Pié de Dieu 1615. In 24. Genevæ, Stephani Gamonet, 1621. In 8°. Salmurii 1621. Idem Gallicè & Belgicè, in 12. Amstelodami, 1621. Idem Gallicè, in 24. Sedani, Jo. Jannon 1622. In 8°. Genevæ 1622. In 24. Rupellæ, Petri Pié de Dieu 1623. In 24. Genevæ, Jacobi Choüet 1626. In 24. Amstelod. Henr. Laurentii 1627. Gr. Lat. & Gallicè. In 8°. Genevæ, Joan. de Tournes 1628. Gall. In 8°. Ibid. 1631. In 8°. Amstelod 1631. In 8°. Roterodami 1631. In 18. Carentonii 1643. In 12 Sedani, Petri Jannon 1643. In 8°. Quevillii prope Rothomagum, Jacobi Cailloüé 1645. In 24. Leidæ 1646. In 8°. Amstelod. Boudewin de Preys 1646. In 12. Carentonii, Petri des Hayes 1647. Gallicè & Belgicè 8°. Roterod. de Waesbergue 1647. Gall. 8°. Quevillii 1652. In 24. Genevæ, Jo. de Laon, Sam. Choüet 1653. 8°. Ibid. 1653. In 12 Carentonii, Petri des Hayes & Ant. Cellier 1655. In 8°. Genevæ 1657. In 4°. Ibid. 1658. In 12. Carentonii, Steph. Lucas 1662. In 4°. Genev. Sam Choüet 1666. In 12. Niorti, Buro 1666. In 16. Carentonii, Steph. Lucas 1668. In 12. Ibid. Antonii Cellier 1669 In 8°. Leidæ 1669.

Novum Testamentum Gallicè *tam ex versione Montensi quam ex interpretatione Dion. Amelotte conflatum à Joanne Daillé Filio, & Valentino Conrart, charactere minutissimo*, in 12. Parisiis, Ludovici Vendome 1671.

Vix prodierant quædam exemplaria cùm universa hæc editio suppressa fuit. Hæc à Petro Pelhestre, qui hujus editionis codicem à Typographo acceperat, didici.

Novum Test. Gallicè ex versione Genevensi, in 12. Carentonii, Antonii Cellier 1672 4°. Ibid. 1674. In 8°. Niorti, Philip. Bureau 1675. In 8°. Amstelod. apud Viduam Schipper 1677. Gallicè & Germanicè, 8°. Francofurti 1677. Gallicè, in 8°. Genevæ, Choüet 1680. Gallicè, Anglicè & Belgicè, in 8°. Amstelod. Jacobi de Deyster 1684. Gallicè, in 12. Amstelodami, Guill, Blaeu 1684. 1690. In 8°. Genevæ 1691.

Novum Testamentum concinnis per-

A spicuisque notis in Gallicam versionem, quâ vulgò Ecclesiæ, *quas vocant*, Reformatæ utuntur, illustratum, præfationibusque ornatum à Davide Martin, in 4°. Trajecti ad Rhenum, Francisci Halma 1696.

Novum Testamentum Gallicè ex Græco conversum à Joanne Clerico cum ejus notis, quibus textus elucidatur, & versionis ratio redditur. 2. vol. in 4°. Amstelod. Ludovici de Lorme 1703.

Ex præfatione. » Novum Testamentum «
B ex Græco in Gallicum idioma converte- «
re arduum est & difficile, ita ut, habitâ «
styli ratione, cum aliqua voluptate legi «
possit Gallica interpretatio, idque dua- «
bus potissimum de causis: una ex linguâ, «
in qua sacer codex exaratus est, altera ex «
stylo Apostolis peculiari procedit. No- «
vum Testamentum eâ scriptum est linguâ «
quæ à Gallico sermone multùm est alie- «
na; dialectus Græca Hebraismis scatens, «
& stylus locutione ellipticâ & imperfectâ «
ut plurimùm abundans, hæc duo, in- «
C quam, ita difficilem reddunt illius trans- «
lationem, ut Interpres, non nimium sibi «
indulgens, in nullo alio libro vertendo «
tantam patiatur difficultatem... Altera «
hujus difficultatis causa hæc est: stylus «
scilicet Apostolis proprius & peculiaris «
&c... has difficultates quantum in me «
fuit, superare tentavi... semper ob ocu- «
los habui binas istas regulas: *prima*, Tex- «
tus originalis, cùm lingua nostra expres- «
sus probè intelligitur, de verbo ad ver- «
bum semper est reddendus; *secunda*, ea «
D loca in quibus ab originali textu neces- «
sario discedendum est, eodem modo quo «
in V. & in N. Testamento solent expri- «
mi, Gallicè sunt exponenda... Hæc ubi- «
que observavi, præsertim cum, quo sen- «
su locutiones illæ in idiomate sacro per- «
petuo fuerint intellectæ, certus esse potui. «
Quando ambigua mihi visa sunt sive ver- «
ba ipsa, sive illorum structura, ita ut sen- «
sum determinare proprium nequiverim... «
sensus ille prout in textu originali jacet «
ambiguus remansit & suspensus... Neces- «
E se non est hic addere quod eo textu Græ- «
co usus fuerim qui in optimis tum Belgi- «
cis, tum Anglicanis editionibus legitur... «
Cæterùm à vitio quod in nonnullis pos- «
tremis sacræ Scripturæ versionibus meri- «
to redarguitur, præcavere conatus sum, «
paraphrasten agere non interpretem, in- «
primis cùm in textu originali aliqualis inest «
obscuritas... ante omnia phrases non ad «
verbum redditas charactere cursivo exa- «
randas curavi, ut quid textus dicat, lec- «
tor intelligat, & cognoscat, quam ob «
causam his in locis à litera deflectere coac- «
tus sit Interpres. In reliquis notis conti «

nentur

nentur explicationes tum verborum, tum locutionum literales, mores & usus, historiæ ad quas respicere videntur sacri Scriptores, & ratio locorum Veteris Testamenti in Novum adductorum, &c. »

Quibus libuerit hac de versione suum ferre judicium, videant in primis, num semper intra fines sibi propositos novus hic interpres steterit?

« Hæc versio prohibita est & proscripta tam in Belgio Fœderato, decreto Ordinum Generalium, & plurimarum Synodorum, quam in ditione Regis Borussiæ mandato Consistorii Regii Berolinensis, tanquam opus ad stabiliendos Sabellii, Socinique errores de industria scriptum. » *Petrus Bayle in colloquiis Gallicis adversus Joan. Clericum anno* 1707. *editis.*

Novum Testamentum Genevense in 8°. Londini 1705. 1706.

Novum Testamentum Gallicè, denuo recognitum & collatum cum exemplaribus Græcis, 8°. Bernæ 1707.

Novum Testamentum in Gallicum sermonem conversum à Davide Lenfant & N. Beausobre, in 4°. Amstelodami, Humbert 1718.

Epistolæ Apostolorum Gallicè, ex versione Joan. Diodati cum ejus notis, in 12. Amstelodami, Petri le Grand 1667.

Epistolæ & Evangelia totius anni Gallicè versa à Stephano Dolet, in 8°. typis ejusdem 1541.



ARTICULUS SECUNDUS.

BIBLIA ITALICA.

SECTIO PRIMA.

BIBLIA ITALICA à Catholicis edita.

CODICES MANUSCRIPTI.

Biblia in sermonem Italicum exarata à Jacobo de Voragine, qui floruit anno 1270. *Hac primus ei tribuit Sixtus Senensis lib.* 4. *Bibliothecæ sanctæ, ubi ait:* « Utriusque Testamenti divina volumina *Jacobus de Voragine* primus omnium in Italicam linguam summâ fide ac diligentiâ transfudit. » *De hac versione potius ex ipsis operum dotibus quam ex cujusquam codicis inspectione Antonius Possevinus hoc in apparatu sacro, titulo* Biblia, *tulisse videtur judicium:* « Nec vero uni Sixto Senensi ita fides habenda, ut credamus Jacobi de Voragine versionem nullâ egere animadversione, quippe cui nec linguæ politioris Italicæ, neque historiarum, quas idem affert de viris sanctis, notitia fuerit, &c. »

† « Jacobus de Voragine Archiepiscopus Genuensis seculo XIII. Biblia in Italicam linguam transtulit, nemine virorum institutum improbante. » *V. Acta Erud. Lips.* 1689. *p.* 178. *ubi hæc ex Anonymi libro, qui inscribitur: Defense des Versions de l'Ecriture sainte &c. Coloniæ* 1688. *impresso, referuntur.*

† *Præter hunc autorem Anonymum, Rich. Simon, Rivetus, Usserius, Caveus, aliique qui recensentur à Cherubino à S. Joseph Biblioth. Crit. S. Tom. IV. pag.* 135. *hujus versionis meminère, sed hos omnes Sixti Senensis fide, non ex libri inspectione eam commemorare, ipsa eorum verba luculenter produnt.*

Ipsum Jacobi de Voragine silentium cum ad annum 1292. *Historia Genuensis (quam quidem anno* 1295. *absolvit) sua fusius opera recenset, quemdam de hac versione scrupulum movet; cæteris reverâ tribus annis quibus supervixit (obiit enim an.* 1298.) *illam potuit adornare. Verum si in hoc opere postremos vitæ suæ dies insumpsit, cur de ea quoque siluerit sanctus Antoninus, cum loquitur de viris illustribus Ord. S. Dominici, & in primis de Voragine* 3. *part. Chronici tit.* 23. *cap.* 11. *sect.* 2. *neque etiam Jo. Trithemius libro de Script. Eccles. neque Castillus in Hist. Ord. Prædic. part.* 2. *lib.* 1. *c.* 31. *hujus versionis meminère. Præterea in Bibliothecis cum Romanis & Florentinis, tum Mediolanensibus & Mutinens. nullus reperitur codex Bibliorum manuscriptus, qui Jacobi de Voragine nomen in fronte gerat, sicut ad me scripsit doctiss. Antonius Muratori, qui ea de re Illustrissimum Antonium Magliabechi consuluit.*

Biblia Italica, 2. vol. fol. *Bibliot. Regia codd.* 6996-97.

Biblia Italica in XIII. libros divisa. Septem tantum libros priores Veteris Testamenti hic codex complectitur, nitidissimus alioquin & membranaceus, scriptus anno 1474. in folio. Historia autem Biblica potius est (nec tamen Petri Comestoris) quam fida traductio, nam libros interdum integros omittit. *Bibl. Upsaliensis ex dono Joan. Gabr. Sparvvenfeldii pag.* 63. *catalogi ab ipso editi.*

Pentateuchus & liber Josuæ, fol. *Bibliot. Regia cod.* 7701.

Liber Esdræ, Nehemiæ & reliqui usque ad Ezechielem. Codex in folio eleganter scriptus anno 1466. à Nicolao de Neritono Ordinis Prædicatorum *Ibid. cod.* 6898.

Liber Danielis, XII. Prophetarum Minorum, Liber I. & II. Macchabæorum & totum Novum Testamentum. Codex

in folio ab eodem Nicolao scriptus anno 1431. *Ibidem cod.* 6899.

Psalmi cum Canticis. Item Liber IV. Evangeliorum. Codex scriptus anno 1395. *Florentiæ, Bibl. S. Laurentii pluteo* 27. *codd.* 3.

Psalmi Italicè redditi à Marco Dandolo. *Angelus Zenus de scriptoribus vetustis Italiæ* 11°. *Venetiis* 1662.

Psalmi cum commentariis Italico idiomate donati à Matthæo Mutinensi, ex Ord. Prædicatorum, 3. vol. fol. *Mutinæ Bibl. Dominicanorum, Jac. Echard.*

Libri Sapientiales. V. *infrà N. Testamentum.*

Liber Proverbiorum Salomonis Italicè versus ab Anonymo, qui vivebat anno 1366. *In codice S. Mariæ novell. tenet primam partem.*

Nov. Testamentum. V. *suprà Liber Danielis.*

Idem & Libri Sapientiales, Codex in 4°. *Dublini, Biblioth. Collegii SS. Trinitatis cod.* 609. *num.* 749.

Quatuor Evangelia. V. *suprà Psalmi.*

Acta Apostolorum. *Florentiæ, Bibl. S. Laurentii plut.* 27. *cod.* 6.

Epistolæ Apostolorum & Apocalypsis. V. *Eadem Polyglotta msc. cod. G.*

BIBLIA ITALICA

à Catholicis typis excusa.

BIBLIA NICOLAI DE MALERMI.

Biblia Italica *sub hoc titulo :* Biblia volgare historiata, &c. Interprete Nicolao de Malermi cum ejus Epistola Italica ad Laurentium Theol. Venetum & hujus responsione Latina, 2. vol. in fol. *In fine secundi legitur :* Ad laudem Dei & Virginis Mariæ impressum est hoc volumen Venetiis (*typis Vindelini de Spira*) anno salutiferæ Incarnationis filii Dei M. CCCC. LXXI. Kalendis Augusti.

Ex epist. Nicolai de Malermi cap. 5. « Ad confirmandam hanc veritatem, » licet parvo & mediocri polleamus ingenio, integra tamen Biblia secundùm proprietatem literæ de verbo ad verbum transtulimus... Nullâ re mutatâ vel omissâ vel additâ, nisi quæ literæ & germano sensui prorsus esset consentanea. *Ex cap.* 6. Verum est, jam conversas esse in Italicam linguam quasdam S. Scripturæ partes, quæ in manus nostras devenerunt; has si legisses, ut feci, multis erroribus vitiisque deprehendisses ita refertas, ut majus temporis spatium, nec non graviorem laborem in illis emendandis quàm in nova condenda versione insumendum esse concederes. *Ex cap.* 7. Posthabitis aliis negotiis octo menses huic lucubrationi operam dedi, &c.»

† *In subscriptione auctor se vocat* Nicolaum Malherbium, Venetum Monachum S. Benedicti Ordinis Camaldulensium.

† *De hac versione ita censet Rich. Simon Hist. crit. N. T. p.* 487. «Non debuit à Veneto homine translatio puro & eleganti sermone Italico expressa idiomate expectari, eo maximè tempore, quo paucis admodum Italis linguæ suæ studium inhærerat. Unde duriori stylo scripta hæc est, ac indiligens translatio. »

Biblia Italica (*quorum Veteris Testamenti versio a præcedenti plurimùm differt, sed in Novo eadem est parumper recognita*) cum prologo S. Hieronymi Italicè ex versione Nic. de Malermi, 2. vol. in fol. *Ad calcem ultimi notatur tantùm* M. CCCC. LXXI. Kalendis Octobris, *absque loco impressionis & nomine Typographi. Editio à præcedenti omninò diversa.*

Biblia Italica, fol. Pinarolii, Joan. de Rubæis 1475. *Horum solus meminit Joannes la Caille pag.* 21. *Historia artis Typographicæ.*

Biblia Italica Nicolai de Malermi cum ejus epistola ad Laurentium, hujus responsione & summariis Marini Veneti, 2. vol. in folio. *In fine prioris legitur :* Complêta sunt Biblia rubricata per me Marinum Venetum Ord. Prædicat. *Et in fine posterioris :* Perfecta sunt hæc Biblia, summo studio correcta, & Venetiis magnâ vigilantiâ Mag. Antonii Bononiensis excusa, Sixto IV. Pont. Max. regnante Andrea Vendramino inclyto Venetiarum Principe 1477.

Eadem cum præfatione Hieronymini Squarzafici (*qui Malermum in his concinnandis plurimùm juvit*) in folio, Venetiis per Gabrielem de Piero Trevisanum, Sixto IV. Pont. Max. regnante Andrea Vendramino inclyto Duce Venetiarum 1477.

Diversa prorsus editio, hac minoris forma quàm altera.

Ex præfatione Squarzafici. «Venerabilis Dominus Nicolaus de Malermi sacra Biblia ex Latino Italicè reddidit, eos imitatus qui vulgares anteà conversiones, si sunt hoc nomine, & non potius confusiones nuncupandæ, confecerunt. Quantum ad hanc, an fida sit & juxta Vulgatam Latinam emendata, testificari id valeo, si quidem meam in illa condenda operam præbuerim. Quam deinde, rogante Mag. Gabriele de Piero iterum sic recognovi, ut liberè in publicum prodire possit, historiam Aristeæ huic subjunxi, &c. Venetiis 23. Decembris 1477.»

Clarum inde est falsam esse Andreæ Ri-

veti conjectationem, qui in Isagoge S. Script. cap. 13. num. 4. fortasse esse Jacobi de Voragine versionem *scribit; in eundem lapsus est errorem Michael de Marolles in præfat. versionis Gallica N. Testamenti.*

Biblia Italica, in folio, *Absque loco, anno, & Typographi nomine.*

Biblia Italica, ex eadem versione, in folio Venetiis, Octaviani Scoti, Sixto IV. Pont. Max. & Joanne Mocenigo Venetiarum Duce 1481.

Eadem, in fol. *Ad calcem legitur:* Excusum fuit hoc volumen magnâ diligentiâ, Venetiis per Andream Paltasichis de Cattharo 1484.

Eadem, in folio. *In fine hac sunt:* Finita sunt hæc Biblia vulgaria historiis illustrata, excusa Venetiis per Joannem Rosso Vercellensem, precibus Lucæ Antonii Juntæ, anno Redemptionis nostræ M. CCCC. LXXXX; 4 mensis Junii, Alexandro VI. Pont. Max. regnante, Augustino Barbadigo inclito Venetiarum Principe.

Eadem historiis illustrata, fol. Venetiis, Ragazza 1492.

Eadem, fol. Venetiis, Bart. de Zanni 1502.

Eadem in folio. Ibid. iisdem typis, togatu Lucæ Antonii Juntæ 1507.

Eadem, in folio. Ibidem, Lazardi de Sgardi & Bernardi Benalii 1517.

Eadem, in folio. Ibidem, typis Elizabethæ de Rusconi 1525.

Eadem, in folio. Ibidem, Guillelmi de Fontanetto & Marchii Sessa 1532.

Eadem, in fol. Venetiis, Bern. Bendoni 1535. Ibid. 1541. 1546. 1553. 1558. In 4°. Ibid. Andreæ Muschii 1566.

Eadem denuò cum Latina versione Vulgata collata, cum licentiâ sacræ Congregationis Inquisitionis iterum edita & ab omnibus mendis summâ diligentiâ purgata, fol. Venetiis, Hieronymi Scoti 1567.

BIBLIA ANTONII BRUCIOLI.

Biblia Italica ex Hebraica & Græca veritate per Antonium Bruciolum, *prima editio sub hoc titulo:* La Biblia che contiene sacri libri del vechio Testamento tradotto nuovamente da la Hebraica verita in lingua Toscana per Antonio Brucioli, con divini libri del nuovo Testamento tradotti da Greco in lingua Toscana per medesimo, con privilegio de lo inclito Senato Veneto & letera al Francesco I. Rege Christianissimo, in fol. Venetiis, Lucæ Antonii Juntæ 1532. mense Majo.

In Indice librorum prohibitorum jussu Concilii Tridentini confecto inter Authores primæ classis notatur Antonius Bruciolus, & in Indice Expurgatorio ab Antonio de Sotomajor anno 1640. recognito additur: «Antonius Bruciolus Italus, qui Italicè « utrumque Testamentum vertit, & alia in « Scripturam commentaria Italicè edidit « apud Lucam Antonium Giunti 1532. « 1534. 1546. & 1547. »

« Hic Interpres cum Hebraicum idio- « ma mediocriter calleret, Latinam San- « ctis Pagnini versionem exscripsit, & in « errorem quandoque lapsus est, quod ver- « borum hujus translationis, satis quidem « obscuræ, sensum non fuerit semper asse- « cutus; stylum Pagnini rudem & barba- « rum imitatus est.» *Rich. Simon Hist. crit. V. T. lib. 2. cap. 22.*

Idem ante memorat hujus versionis editionem anno 1530. evulgatam, eo quòd in calce editionis anni 1541 forsitan hac verba legerit: «Scito, Christ. lector, primam « hujus operis editionem factam fuisse an- « no 1530.» *Primò intelligenda sunt hac verba non de totius sacri codicis, at de unius Novi Testamenti editione, qua quidem anno 1530. prodiit. Secundò, in editione anni 1532. qua prima censenda est, nuspiam legitur hoc sacrum volumen integrum fuisse antea impressum, & in ea libri qui Graci sunt tantùm, quique in Canone Hebræo non extant, ad Veteris Testamenti calcem seorsim sunt positi; in aliis verò sequentibus editionibus ordo librorum juxta Vulgatam Latinam servatus est. Tertiò, Bruciolus in præfatione Psalterii anno 1531. editi, Novi duntaxat Testamenti mentionem facit & in prologuio Novi Testamenti anno 1530. excusi Vetus Testamentum non memorat, ut mihi per literas significavit Illustr. Curator Biblioth. Berolinensis in qua hac editio asservatur. Quartò, in Indice librorum expurgatorio Madritensi, omissa hujus versionis editione an. 1530. recensetur primo loco ea qua anno 1532. vulgata est. Denique nec in Bibliothecis quas obii, nec in catalogis quos evolvi, hac Bibliorum integrorum scilicet anni 1530. editio mihi occurrit, nec ab ullo quoque alio scriptore laudatur.*

Eadem in 4°. Venetiis Barth. Zanetti 1538. 1539. *Duplex editio.*

Eadem, cum commentariis ejusdem, & epistola ad Renatam Galliæ, Ferrariæ Ducissam. 3. vol. fol. Ibidem, Bartholomæi Zanetti 1540.

† «Hæc inter cæteras Brucioli transla- « tionis editiones utilissima videtur, quia « in ea reperiuntur notulæ non omnino « contemnendæ, cum epistola ad Renatam « Franciæ, Ducis Ferrariæ tunc Conju- « gem, In qua pluribus autor contendit, «

damnandas non esse S.S. versiones lingua vernacula editas, easdemque miris modis extollit.» *Rich. Simon Disq. Crit. cap. 29. pag. 195.*

Eadem *sine Commentario* cum duplici epistola dedicatoria, una ad Franciscum I. Galliæ Regem, altera ad Hippolitum Estensem Card. Ferrariensem, fol. Venetiis, Francisci Brucioli 1541.

Ad calcem hujus editionis legitur Italicè. «Scito, Christiane Lector, primam hujus operis editionem factam fuisse anno 1530. (*Id de Novo Testamento duntaxat accipiendum.*) Accidit autem tam quorumdam criticorum malitia quàm imprudentia typographorum, illam postea plurimis mendis ita esse refertam atque inquinatam, ut nullam aliam pro mea versione deinceps agnoscam, quam quæ fuerit Franc. Brucioli typis excusa. Lege & certò scias editionem hanc tanta cura fuisse emendatam, ut vel in Hebræo vel in Græco sphalmata remansisse dici amplius non possit.»

Eadem cum comment. 3. vol. in fol. Ibidem, iisdem typis 1544. 4. vol. in fol. Ibidem 1546. 1548. *Eadem forsan editio.*

Eadem *sine commentario*, 3. vol. in 4°. Venetiis 1545. Ibidem Hieronymi Scoti 1547. Eadem, 4°. Ibidem, Dominici Giglii 1551. 4°. Ibid. 1579.

BIBLIA SANCTIS MARMOCHINI.

Biblia Italica ex Hebraica & Græca veritate, interprete Sancte Marmochino cum notis quibusdam textum explicantibus. Adjectus est liber tertius Macchabæorum nondum in Italicum sermonem editus, cum epistola dicata Georgio d'Armaignac Rutenensi & Vabrensi Episcopo, in fol. Venetiis, apud Hæredes Lucæ Antonii Juntæ 1538.

Ex Epistola dedicatoria. «Cum mecum perpenderem, cui ex nobilissimis Præsulibus nuncupandi essent universæ Scripturæ libri, tum Veteris Testamenti jam ex Hebraico idiomate, tum Novi nunc ex Græco, in Italicum à me conversi sermonem, tibi, Illustrissime Præsul, offerendos existimavi, &c.»

Ex editionis Antonii Brucioli cum ista collatione patet Marmochinum non novam ex Hebræo & Græco adornasse versionem, quidquid in epistola sua in contrarium dicat, sed ipsam dumtaxat Brucioli tuam multis quidem in locis castigasse atque ad Vulgatam Latinam editionem accomodavisse.

Eadem denuo recognita, in fol. Ibid. iisdem typis 1546.

Biblia Italica ex ejusdem recognitione, *tacito Marmochini nomine.* In hac editione liber Job & Psalmi versibus Etruscis ab alio auctore expressi tantummodò exhibentur, in folio. Venetiis, apud Hæredes Lucæ Antonii Juntæ 1547.

«Editor Lectori salutem. Etsi doctis quibusdam, & sapientibus viris, sacrorum Bibliorum codices ex Hebraico Græcoque in communem & popularem sermonem transferri, pro sua ipsorum dignitate ac reverentia minime decorum ac laudabile videatur, cum tamen iidem nostrâ ætate in Italia à duobus auctoribus, Laico uno (*Antonio Brucioli*) Religioso altero (*Sante Marmochino, qui in hac editione nullibi se nominat*) ad indoctioris vulgi utilitatem in Etruscum idioma versi fuerint; non immeritò quidam opus istud ad majorem omnium utilitatem præstabile prorsus ac dignum laude judicarunt. Verum quidem est hujusce versionis auctores, licèt operam aliquam ac diligentiam pro sui ingenii facultate in ea conficienda adhibuerint; cum tamen, perinde ut nonnulli mihi retulerunt, non tantam eruditionem atque peritiam, quantam pro tanto opere, par esset, haberent, in quibusdam locis peccasse; quæ quidem corrigenda prius & castiganda esse putant, quam memorati Bibliorum codices typis iterum excudantur. Mihi vero iidem homines doctrinâ atque eruditione præstantes, Novi Testamenti versionem, ab utroque auctore conditam summopere commendarunt, tum quod magis sedulam in ea operam ac studium impenderint, tum quod facilius Græca-nica lingua in nostratem sermonem converti possit. At eosdem in Veteri Testamento, & quoad textûs veritatem, & quoad verba perperam intellecta, quæ studiosos lectores non parum offendunt, bene multa peccasse affirmant; quod revera minime mirandum est, cum Hebraicus sermo, quo Vetus Testamentum fuit conscriptum, mirum quantum ab nostro dissideat, & cum difficulter vix ad verbum reddi possit. Qua de re necesse est frequentius sententiam ipsam, quam verborum ordinem reddere ad veterum illorum normam, qui eosdem libros Latinè verterunt. Eapropter cum Italica Biblia in lucem iterum edere statuissem, corrigenda eadem & castiganda curavi ab amico quodam in divinis litteris exercitatissimo, sine ullo novæ versionis adornandæ consilio, &c.»

Biblia del Bernavia, 2. vol. in folio. 1571. *Locus impressionis non designatur. Cujus & qualis sit hac versio qua recensetur in catalogo librorum Leonori d'Estampes Archiepiscopi Rhemensis, comperire nondum potui: prima est forsitan*

Bibliorum Italicorum versio anno 1471. *vulgata.*

BIBLIA SIXTO V. ADSCRIPTA.

« Biblia universa à viris doctis in linguam Hetruscam auspiciis Sixti V. Pontificis Maximi conversa, typisque exscripta, anno 1589. (*vel potius* 1590. *ut scribit Gregorius Leti*): sed mox intercedentibus Cardinalibus, & urgente illud ad borum institutum Philippo II. Hispaniarum Rege, omnia exemplaria fuere suppressa & summo studio occultata. » *Hac ita refert Joan. Frid. Mayerus dissert. 2. Triga dissertat. Theolog. cap.* 3. §. 9. *pag.* 86. *tum ex fide libri Italici a Wagenseilio in praef. ad Tela ignea Satanae pag.* 25. *laudati, tum ex authoritate Gregorii Leti in vita Sixti V. Hetrusco idiomate edita part.* 3. *lib.* 4. *pag.* 399. *editionis A.* 1688. *cujus haec sunt verba:* « Jam Sixtus V. anno proximè elapso (*scilicet* 1588.) Biblia Vulgata (*Latina*) excudi fecerat, de quibus nonnulli multum conquesti sunt: attamen non tam acriter quàm boc anno (1589.) quo eadem Biblia in linguam Italicam conversa praelo subjici, amploque decreto publicari mandavit. Quae quidem è typographia ab ipso exstructa anno 1590. prodierunt. Hinc orti fuere rumores plurimi; verum Cardinalium nonnullorum ac Ducis Olivares, tunc Regis Catbolici in Curia Romana Legati, qui ea de re tanquam scandalosa, atque bæreticorum opinionibus consentanea coram Pontifice sermonem habebant, eorum, inquam, religionem ridens, ait: *L'habbiamo fatto per voi che non intendete il Latino.* h. e. vestri gratia, qui Latinè nescitis, bæc imprimenda curavi. » *Deinde hic auctor Bibliothecas indicat, Mediceam nempe & Laurentianam, Ambrosianam & Genevensem, in quibus hujus versionis exempla reperiri asseverat.*

Quis ignorat, quo studio summus hic Pontifex plurimas Bibliorum editiones procuraverit, Graecam scilicet Veteris Testamenti anno 1587. *ejusdem Latinam ex Graeco* 1588. *Vulgatam denique editionem Latinam anno* 1590. *Italica autem versionis, ipsius jussu edita, quis unquam meminit, nisi hic inficetus auctor, qui, ne aliquid lepidè diceret infidum, hic ut alibi, se praebet narratorem, & ut fucum magis faciat lectori, has supra memoratas Bibliothecas nominat, in quarum tribus prioribus sola reperitur Vulgata Latina editio à Sixto V. publicata, ut ex earum catalogis didici; neque etiam in Bibliotheca Genevensi asservari à viro fide digno accepi; sed ipse sua se prodit responsione, quam Serenissima Delphina dedit cum in Galliis ageret; interrogatus ab ea, an vera essent omnia qua in vita Sixti V. narraverat, respondit:* « Tutte quelle belle cose cbe io haueuo scritto in tal vita, e cbe baueua letto) (*Serenissima Delphina*) con grand piacere, erano vere? *& alla qual domanda risposi*, quel che ben trovato, ben che falso, piace piu, che una relatione mal composta, ben cbe vera: *hoc est:* rem ingeniosè excogitatam, licet veritati repugnantem, magis lectoribus placere quàm veritatem ipsam suis destitutam ornamentis. » *Hac ipse refert tom.* 1. *Epist. Ep.* 135. *pag.* 485.

Sed non ille solus commentitias hasce fabulas è cerebro suo in lucem emisit: recentior etiam Anonymus (eundem esse Gregorium Leti, utriusque libelli auctorem ex lectione Vinc. Placcii de Anonymis num. 2680. *B. pag.* 659. *comperi, proindeque majori dignum vituperio) Hic, inquam, Anonymus satyram sub forma Dialogi Italico idiomate adversus Curiam Romanam composuit, inscripsitque:* Il Vaticano Languente. *Ibi pag.* 430. *Pasquinum ita loquentem inducit.* « PAS. Sixtus V. qui malùm cognoscebat … necessarium cogitavit afferre remedium, translationem ideo Bibliorum in linguam vernaculam quam fecerat, praelo subjecit … *Marforius respondet:* MARF. Optima sanè summi hujus Pontificis intentio ita malè fuit accepta, ut plurimi eum velut hæreticum traducerent; Quin adeo cùm hæc Biblia vernacula vidisset quidam Cardinalis, alta voce exclamavit; *Aut peritura est Ecclesia DEI, aut iste Papa morietur.* Cùm autem non multò post illius mors obvenisset, non sine suspicione veneni, rumorem illico malevoli sparserunt, hoc esse è coelo miraculum. » *Hae ille.*

Si rem nudam, nullisque ornatam dicteriis hic auctor retulisset, illius linguae Latinae imperitia nullo modo redargueretur, nempe editionem Vulgatam scilicet Latinam quam edidit Sixtus V. anno 1590. *translationem esse vernaculam, h. e. Italicam existimavit. Verùm hanc ideo narrationem licet ementitam instituit, ut suis dicacibus verbis in Romanam Curiam facilius insurgeret. Mirum sanè repertos esse viros magno caeteroquin judicio pollentes, (quos inter post Christianum Kertholtum & Joannem Christoph. Vagenseilium recensendus est Petrus Bayle, qui idem asserit in novis Respubl. Litterariae Julio anni* 1688. *pag.* 856.) *qui hunc scriptorem ea de causa impune laudarent! Hac igitur narratio, ut patet ex praecedentibus, nulla responsione indiget.*

† « Quòd ejusmodi translationem Italicam, post necessariam inquisitionem ac

» diligentissimum examen publicè permi- » serit Pont. Sixtus V. quasi incredibile aut » absurdum haberi nolumus: ea tamen » quæ suspecti ea occasione narrant auto- » res, prorsus risu digna, ac ab omni veri » specie aliena, absque judicio conficta asse- » rere non dubitamus.» *P. Cherub. à S. Joseph. Biblioth. Crit. S. T. IV. pag.* 137.

Liber Geneseos Italicè redditus à Petro Aretino, in 8°. Venetiis 1538. 1541. *varia editio.*

Liber Job Italicè, ex versione Antonii Brucioli cum ejus comment. in 8°. Ibid. 1534.

B Psalmi Italicè, fol. vetus editio *absque loco. Extat in Bibl. Vindobonensi.*

Psalmi Italicè ex Latino, interprete Silvio Phileto Luc. Antonii Giunti cum textus declarationibus, in 4°. Ibidem 1524.

Iidem ex Versione Brucioli, 8°. Venetiis, 1531. Iidem cum ejus commentario. 4°. Ibidem Aurelii Pincii 1534. Infrà.

Psalmi & Ecclesiastes Italicè ex Hebræo (*vel potius ex versione Latina Sixtus Hebræis,*) interprete Joanne Francisco del Pozzo, alias Puteolano, in 4°. Venetiis, C Bartholomæi Zanetti 1537.

Epistola ad Lectorem sic incipit: «Novam tibi trado, A. L. Psalmorum, & libri » Ecclesiastæ versionem; novam, inquam, » ex Latino idiomate in linguam vulgarem » à me concinnatam, &c.»

Iidem Latinè & Italicè ex versione Pelegrini Heri, in 4°. Venetiis 1573.

Iidem ex Hebræo translati, jussu Catharinæ de Medicis Francorum Reginæ, in 12. Parisiis, Joan. Charron. 1571. In 32. Ibidem Petri l'Huillier, 1571. In 8°. *abs-* D *que nomine loci & Typographi* 1583. In 16. Parisiis Joannis Mettayer 1588.

Iidem cum declarationibus Francisci Panigarolæ, in 4°. Venetiis 1580. In 8°. Ibid 1586. In 8°. Ibidem 1602.

Iidem ex Latino, in 8°. Parisiis, Laquehay 1616.

Psalmi septem Pœnitentiales ex versione Petri Aretini, in 8°. Venetiis 1539. in 8°. Florentiæ 1566.

Iidem ex versione A. Augustini, in 12. Antuerpiæ 1595.

Proverbia Salomon. ex versione Bru- E cioli cum brevissimis annotationibus, in 8°. Venetiis 1533.

Ecclesiastes ex versione Francisci Puteolani cum commentario, in 4°. Venetiis 1537.

Esaias ex versione Brucioli cum commentario, in 4°. Venetiis 1537.

Novum Testamentum Italicè ex Græco, Interprete Antonio Brucioli, cum Epistola dicata Herculi Consagæ Cardinali Mantuano, in 8°. Venetiis Lucæ An- A tonii Giunti Florentini cum privilegio incliti Senatus Veneti 1530.

De hac prima Editione quæ servatur in Bibliotheca Regia Berolinensi, cujusque fit mentio in Præfatione Psalterii *ejusdem anno* 1531. *editi, intelligenda sunt verba, quæ ad saltem Bibliorum Italicorum anno* 1541. *editorum leguntur.*

Idem, Antuerpiæ, Grapbæi 1538. in 16. Ibid. Bendoni 1541.

Idem dicatum Leonoræ de *Toleto, Ducissæ Florentiæ*, in 16. Venetiis. Fr. Brucioli 1544.

B Idem, Hippolyto Estensi Cardinali Ferrariensi nuncupatum, in 8°. Ibid. 1548. *In fine hujus Voluminis testatur Auctor se*, «Quod versio sua passim, sed non « unis depravata modis, recusa sit, editio- « nes illas non pro sua habere, hanc vero « agnoscere, quæ à Francisco Bruciolo & « fratribus ejus impressa fuit.»

Idem, in 16. Lugduni, Guillelmi Rouillii 1550. In 12. Venetiis 1553.

Novum Testamentum Italicum ex versione Zachariæ Florentini, in 8°. Venetiis C apud Hæredes Lucæ Junti, 1542. Florentiæ 1566.

Ipsa versio Etrusca sanctis Marmochini.

Idem, Latinè ex versione Erasmi cum ejus Præfatione absque Indice materiarum, & Italicè, 2. vol. in 16. Venetiis sub signo Spei 1545. Idem cum Præfatione & Indice materiarum, in 16. Ibidem, Dominici Giglii 1551.

† Epistolæ & Evangelia anniversaria, Italicè an. 1483. sedente Sixto IV. Pont. Max. anno ejus 13. fol. Venetiis. *Cherub.* D *à S. Joseph. Bibl. Crit. S. pag.* 137.

† Epistolarum & Evangeliorum lectiones anniversariæ, Italicè, ex versione Remigii Florentini, &c. in 4°. Venetiis. 1584. 1627.

Apocalypsis Joannis cum commentario Gilberti Italicè, in fol. Mediolani 1520.

SECTIO SECUNDA.

BIBLIA ITALICA, à Protestantibus edita.

E Biblia Italica ex versione Ant. Brucioli plurimis in locis castigata ad versionem Latinam Pagnini, (*fortè à Philippo Rustico*) adjectis passim scholiis, *sub hoc titulo edita:* La Biblia, che si chiama il vecchio Testamento, novamente tradotto, in lingua volgare secondo la verita del testo Hebreo, con molte & utili annotatione. Quanto al nuovo Testamento e stato reveduto e recorretto secondo la verita del testo Greco e di molte & utili annotatione illustrato, con

una semplice dichiaratione sopra l'Apocalisse, in 4°. (*Geneva*) apud Franciscum Duronem 1562.

Ex præfatione. «Inter postremos qui » sacras paginas Italicè verterunt, recen- » setur Antonius Brucioli; is cùm juxta » Hebræum contextum illas linguâ nostrâ » vellet fideliter & accuratè de verbo ad » verbum exprimere, translationem suam, » iisdem, quibus textus abundat, Hebraiſ- » mis refertam edidit, nullo prorsus vel » addito vel detracto verbo, unde variis in » locis obscuritas non minima enata est… B » Ideo per tres annos denuò laboravimus... » ut planior & clarior evaderet, intertex- » tis quibusdam vocibus alio charactere » exaratis, quæ quidem adjunctæ sunt ex » viris eruditis, & linguæ Hebraicæ peri- » tis, v. gr. Vatablo, Sante Pagnino; cujus » versionem Latinam utpote optimâ fide » redditam, & à viris in literis Hebraicis » exercitatis approbatam in hac nostra re- » visione sectati sumus; quam tamen cum » aliis interpretationibus, sive Latinis sive » Vulgaribus, in locis præsertim difficili- » bus contulimus, &c.»

C

Hac sanè versio multo purior est ac elegantior quàm præcedens ab Antonio Brucioli in lucem prolata: Novum Testamentum non est ex mera ejus translatione exscriptum, sed potiùs ex editione Fabii Tudeschi anni 1560. adjectis iisdem ac paulò auct oribus notis.

Fortè hujus versionis vel potius recognitionis auctor est Philippus Rusticus, qui in Indice librorum expurgatorio inter Translatoris Italos sacri codicis post Antonium Brucioli recensetur.

D

Eadem, in 4°. Lugduni 1596.

Biblia Italica usque ad I. Regum. V. *Biblia Polygotta* 1599.

Biblia Italica ex Hebræo & Græco facta, Interprete Joanne Diodato, adjunctis in margine scholiis, in 4°. Genevæ, sub insigni Seminantis 1607. 2. editio, fol. Ibid. Petri Chouet 1641.

† *Jo. Clericus in opusc. quod inscripsit, Sentimens de quelques Theologiens, &c. pag. 321. unicam tantum Jo. Diodati Italica versionis, (uti & Gallica unicam) editionem prodiisse contendit; simulque aucto-* E *rem, suis impensis illam procurantem, eo ipso ad summam inopiam redactum fuisse addit.*

«*Hic Interpres* in totius contextus Bi- » blici versione, quæ primum Italico, dein- » de Gallico sermone edita est, *eandem* » *methodum sequitur.* Omnia in ea plana » sunt & facilia, auctorque ejus Paraphra- » sten potius quam Interpretem agit, & » nihil non ad sectæ suæ placita pertrahit, » præsertim in notis. V. *quæ dicta sunt de* A *ejus Gallica versione.* Non pauca quidem « in eis laude digna sunt, & interpretandis « locis Scripturæ obscurioribus haud inu- « tilia… Is autem, qui Joannis Diodati « versionem legere voluerint, auctor fue- « rim, ut Italicam, quæ haud ineleganter « scripta est, Gallicæ præferant, legant- « que præsertim librorum capitumque « summaria quæ universam Scripturam ve- « lut in compendium redactam exhibent.» *Rich. Simon. cap. 26. Disquis. crit. de variis Bibl. edition. pag. 210.*

Psalmi Italicè in 8°. Genevæ 1585.

Psalterium Italicum, interprete Paschali in 16. Genevæ 1592.

Ecclesiastes Salomonis, Sapientia ejusdem, Ecclesiasticus Siracidis, Italicè, in 8°. *absque loco* 1604.

Novum Testamentum ex Græco recens translatum à Maximo Theophilo, & dicatum Francisco de Medicis filio Cosmæ Etruriæ Ducis, in 16. Lugduni 1551. Idem cum figuris *du Petit Bernard.* Ibid. Joan. de Tournes 1556.

«Transtulit & Novum Testamentum « Maximus Theophilus post Bruciolum, « idque ut puritatem linguæ Italicæ magis « observaret.» *Gisb. Voetius lib. 2. cap. 4. pag. 511. Biblioth. studii Theologici.*

Novum Testamentum Gallicum *ex versione Genevensi,* & Italicum ex interpretatione Brucioli, *aliquantùm quoad stylum revisa,* 2. vol. in 8°. *absque loco* 1555.

Novum Testamentum Latinum *ex versione Erasmi* & Italicum *ex Latina Erasmi,* in 16. Lugduni, Rovillii 1558.

† «Non juxta Vulgatam, sed juxta « Græcum, ut ex ipsa inscriptione patet, « facta est hæc translatio. Extat in fine index « Epist. & Evangeliorum... sed quod nobis « non parum arridet, pulcherrima capitum « summaria autor addidit... Varias inter- « dum ad marginem apponit lectiones aut « expositiones... hoc monemus, pulchram « ac perspicuam nobis videri hanc versio- « nem.» *Cherub. à S. Joseph Biblioth. Cr. S. tom. 4. pag.* 138. *Idem ibidem addit:* «Capitum summaria eadem esse *in hac* « *editione quam in præcedenti anni* 1555. « quamvis in cæteris ambabus versiones « satis discrepare, experti fuerimus.»

Novum Testamentum Italicum, in 8°. Genevæ 1559.

Novum Testamentum Italicum *ex præcedenti versione iterum castigata* cum annotationibus *Nicolai des Gallars italicè redditis,* in 8°. Ex officina Fabii Tudeschi 1560.

Ex præfatione. «Multorum precibus « statuimus Novum Testamentum cum « Græco textu summâ curâ collatum, ei- «

» que, quantum potuimus, conforme, dare in lucem; in multis etiam locis difficilioribus explanationem subjungere... Primo quoad textum, eâ usi sumus diligentiâ, ut reddendo de verbo ad verbum, proprioribus & significantioribus adhibitis locutionibus Italicis, esset cum textu Græco, quantum fieri posset, consentaneum, verborumque proprietas & orationis numerus omnibus placeret, ac auribus & usui publico magis quam in præcedentibus editionibus accommodaretur... Id autem sumus assecuti auxilio docti & summi Theologi (*sc. Theodori Beza*) qui beneficio Græci exemplaris cum 25. aliis antiquis textibus (*ab Henrico Stephano*) collati hanc editionem plurimum illustravit.» *Ex his patet hanc editionem juxta versionem Gallicam Genevensem ejusdem anni fuisse emendatam studio Theodori Bezæ, qui in præfatione Versionis suæ Latinæ anno* 1565. *editæ testatur, se usum esse eodem codice Græco.*

Idem, in 12. Lugduni, Seb. Honorati 1565. In 4°. *loco innominato* 1569. In 8°. (*Genevæ*) typis Joan. Bapt. Pineroli 1576.

Idem, cum notis, juxta editionem anni 1560. in 8°. Genevæ, apud Hæredes Eustachii Vignon 1596.

Idem. V. *Novum Testamentum Polyglotton.*

Idem ex versione Joannis Diodati, in 12. Genevæ 1608.

Idem in 8°. Amstelodami & Harlemii 1665.

Novum Testamentum, dicatum serenissimo Principi Christiano Duci Saxoniæ, &c. à Ferromontano Juris Licentiato, in 12. Lipsiæ, Gozzii 1702. *Cujus sit Versionis hæc editio nullus indicat; huic nulla præmissa est præfatio.*

Novum Testamentum summa fide ex Græco Italicè redditum à Matthæo Borlando della Lega Doct. Theolog. & Prof. Philosophiæ & LL. exoticarum in Academia equestri Erlangana & Jacobo Philippo Ravizza Doctore Theologo, 2. vol. in 8°. Christian-Erlangæ, Schmalz 1711-12. *Nova hæc versio à duobus Italis à Catholica Ecclesia ad Lutheranam deductis confecta, notisque illustrata fuit & inscripta serenissimæ Reginæ Britanniæ.*

SECTIO TERTIA.

BIBLIA ITALICA à Judæis translata.

Proverbia Salomonis litteris Hebraicis unà cum textu Biblico Hebr. 4. Venetiis *absque anno. Catalogus librorum Buxtorffii filii.*

Ecclesiastes Salomonis in Italicam linguam à R. Davide de Pomis conversus & Italicis declarationibus elucidatus, cum textu Hebræo punctis ornato, Joanni Grimani Patriarchæ Aquileiensi dicatus *sub hoc titulo:* Discorso intorno l' humana miseria, & sopra al modo di fugirla con molti belli essempi & auvertimenti à maggior intelligenza dell' Ecclesiaste di Salomone, da R. Davide de Pomis tradotto e dichiarato, in 8°. Venetiis, Jordani Ziletti 1578.

David de Pomis in præfatione Dictionaris Italico-Hebraici, quod inscripsit Germen David, *hæc ait:* «Expositiones scripsi in librum Job & in Danielem eodem stylo, quo expositiones in Ecclesiasten jam à multis annis excusas composueram.» *Ubi unum, non duplex opus, ut vult Bartoloccius, in Ecclesiasten memorat; adjunxit forsan libris Jobi & Danielis Italicam suam versionem.*

«Cum nulla reperiatur S. Scripturarum in Italicam linguam à Judæis Italis confecta translatio, non mirum quòd tam in meis Historiis Biblicis (*inquit Rich. Simon initio Epist. XXV. ex selectis tom.* 1.) quàm in Criticis disquisitionibus *de variis Bibliorum editionibus* illas prætermiserim. Hujusmodi versiones ab Inquisitoribus Fidei Judæis omninò prohibentur.» (*Binas suprà allatas versiones non noverat hic Auctor, aut loquitur de integri codicis sacri in Italicum idioma conversione*)... «R. Leo Mutinensis, vir sapiens (*pergit idem ibidem*) de Italica Veteris Testamenti traductione, quæ & Judæis & Christianis profuisset, in publicum emittenda cogitaverat, sed frustrato ab Inquisitoribus consilio, novum Dictionarium Hebraico-Italicum ipsius vice, anno Christi 1612. Venetiis edidit. *De hac versione Leonem audiamus in præfatione hujus libri ita loquentem:* Judæi Hispani qui in Oriente degunt, Græci, Germani & alii multi suam habent uniuscujusque linguâ impressam Bibliorum versionem; soli Itali hoc subsidio carent... Ideo necessarium duxi novam interpretationem in lucem emittere, &c.» *Cùm in lexico suo difficillima quævis Veteris Testamenti loca, purissimâ linguâ Hetruscâ fuerit juxta ordinem librorum Biblicorum interpretatus, hoc modo obtinere conatus est, quod integrâ versione non potuit; ideòque hoc opus velut specimen aliquod versionis Italicæ habendum est.*

Ex suprà allatis manifestè constat, mentem Richardi Simon non rectè assecutos fuisse scriptores Actorum Lipsiensium mense Martio anni 1701. *pag.* 122. *qui scribunt hunc* «versionis Italicæ librorum Veteris Testamenti

» Testamenti à Leone Mutinensi confectæ, » sed ab Inquisitionis tribunali suppressæ, » mentionem facere.»

† *Verba, quæ ex Actis Erud. Dn. le Long protulit, simulque notavit, à Simonii mente parum differre videntur. Neque enim versionem Ital. à Leon. Mutinensi editam, sed tantum confectam, ejus autem edendæ consilium ab Inquisitoribus suppressum fuisse notant.*

Richardi Simon verba superius allata, nec confectam versionem, nec editam; sed tantùm conficiendam, vel in publicum emittendam designant.

ARTICULUS TERTIUS.

BIBLIA HISPANICA.

SECTIO PRIMA.

BIBLIA HISPANICA à Catholicis edita.

CODICES MANUSCRIPTI.

IN hoc capite Biblia tantum Castellana recensentur, quæ scripta sunt Biscaïano seu Berriensi idiomate & Cantabrico ad sectionem IV. capitis VII. remittuntur, quæ tandem linguâ Lemosina seu Castellana & Valentina, Art. IV. cap. IV. referuntur.

Ad illustranda Biblia Hispanica, hic exscribimus quæ refert Carolus du Fresne Dn. du Cange pag. 29. num. 34. Præfationis Glossarii Latini, his verbis : «Linguam, quam nostri *Lemosinam* appellavere, non modo Itali (Dantes in » Purgat. cant. 26.) sed & Hispani præsertim apud quos diu in usu fuit. Ex quo » enim exacti ab Hispania Mauri (*anno sc.* » 1492.) redactum est potissimum vulgare » idioma ad tres Linguas, Vasconicam seu » *Biscaianam*, quæ in Biscaïa, Navarra, » Guipuscoa & Alva obtinuit. *Castellanam* » alteram, quæ rarioris fuit usus, utpotè » barbaris aspersa vocabulis, à quibus tum » demum est perpurgata, tum ad unicum » principem (*Ferdinandum & Isabellam*) » tota Hispaniarum potestas rediit. Hac » autem lingua usi præsertim Castellani, » Toletani, Leonenses, Asturienses, Estremadurenses, & Grenatenses, exteris subinde vocabulis Arabicis, Francicis, aliisque intermixta. Tertia denique fuit *Lemosina*, cujus usus fuit in Catalania, in » comitatibus Ruscinonensi & Lericanensi, » in Aquitania, atque adeo ut scriptores » Hispani volunt, in ipsa Regum nostrorum Aula à Catalania in Valentiæ, Majoricæ & Minoricæ Regna postea translit, quod ea ad Barrinonenses Principes perinde spectarent.»

Nihil antiquius de Castellanis Bibliorum versionibus reperi quàm ea quæ adducit idem Dominus du Cange tom. 3. Glossarii ejusdem ad verbum Romancium, «Jacobus I. Rex Arragon. (*qui obiit anno* 1276.) in Constitutionibus Cataloniæ mss. *Statuimus ne aliquis libros Veteris vel Novi Testamenti in Romancio habeat ; & si aliquis habeat... tradat eos loci Episcopo comburendos, quod nisi fecerit, sive Clericus fuerit, sive Laicus, tanquam suspectus de hæresi... habeatur.*» *Ab Albigensibus qui Hispanias penetraverant hæ translationes erant profectò concinnatæ. Joan. Mariana refert libro 14. de rebus Hispanicis cap. 7. ad calcem* Alfonsum *sapientem dictum* Castellæ Regem (*circa annum* 1280.) sacros Bibliorum libros in maternam linguam vertendos curasse, *Et Gesnerus libro ult. Partit. Theolog. tit. 2. sect. 6. sic loquitur :* « Audio Biblia Castilianâ lingua jussu Regis Legionensis & Castellæ Joannis II. (*qui regnare cœpit an. D.* 1406.) olim reddita adhuc extare.» *Idem ibidem pag.* 26. «Proverbia Salomonis per Alphonsum V. (*sapientem cognominatum*) Arragoniæ Regem Hispanicè reddita *recensee. De his autem versionibus nihil reperitur in vetere Bibliotheca Hispana Nicolai Antonii Hispani. Has sanè versiones damnat edictum, de quo hæc ait Alphonsus à Castro lib. 1. adv. Hæreses cap.* 14. «Laudandum meritò venit edictum Illustrissimorum Catholicorumque Hispaniæ Regum, Ferdinandi videlicet, ejusque conjugis Elisabethæ, qui sub gravissimis pœnis prohibuerunt, ne quis sacras literas in linguam vulgarem transferret, aut ab alio translatas quoquo pacto retineret.»

Vetus Testamentum Hispanicè usque ad Isaiam 2. vol. *Bibl. Bodleiana codd.* 2476 - 77. *Cujus sit hæc versio ab iis penes quos asservatur indicandum est.*

Liber Job Hispanicè redditus à Ludovico Legionensi, quique adhuc ineditus mirè doctis placet, *ut Nicolai Antonii verbis utar in Bibl. Hisp. tom. 2. pag.* 38.

Psalmi septem Pœnitentiales ex versione Petri Rocha. *Idem ibidem sub hoc nomine.*

Canticum Canticorum in Hispanicum sermonem conversum à Ludovico Legionensi cum brevibus commentariis. «*Ob quam versionem* in suspicionem læsæ fidei criminosè vocatus fuit (*ut ipse conqueritur in præfat. notarum ad Psalmum* 26.) remotusque ab hominum non solum sermone & congressu, sed etiam aspectu, per quinque ferè annos in carcere atque in tenebris jacuit.» *Rem narrat fusiùs in-*

monito ad lectorem commentario huic præfixo jam ab ipso latinitate donato.

Libri Machabæorum in linguam, quam vocant *vulgò* Romance *vocant* conversi à Petro Nannio de Osma precibus Lopidis de Acuña. *Nic. Antonius tom. II. Bibl. Hisp. veteris lib. X. cap. 16. num.* 900.

Evangelia Hispanicè. *Bibl. Reginæ Sueciæ cod.* 1435. *nunc in Vaticana.*

Manuel Faria & Souza in Epitome Historiarum de rebus Lusitanis quam edidit anno 1677. *part. 4. cap. ultimo refert* jussu Joannis I. Lusitaniæ Regis Evangelia & Epistolas lingua vulgari exaratas fuisse circa initium seculi XV. *Hujus rei testimonium nullum profert.*

BIBLIA HISPANICA

typis vulgata.

» Biblia è Latino Vulgato *à quodam*
» *anonymo versa* in Valentinum, hoc
» est Regni Valentiæ vernaculum sermo-
» nem : cujus operæ interfuisse dicitur S.
» Vincentius Ferrerius, (*qui Joannis II. Ca-*
» *stellæ & Legionensis Regis jussu anno*
» 1407. *in Hispanias rediit, ibique duobus*
» *annis commoratus est*) si fidem habemus
» Cypriano de Valera in præfatione ad in-
» terpretationem Hispanam quam ipse fe-
» cit ex Hebræo (*aut potius excudi denuò*
» *curavit*) quæque Amstelodami prodiit
» an. 1602. ubi ait hanc Valentinam ver-
» sionem ante centum & amplius annos in
» folio regali typis commissam fuisse, &c.»

Ita Nicolaus Antonius in Vet. Biblioth. Hispana part. 2. pag. 260. Hanc se vidisse testatur ibidem Cypr. de Valera, cujus hæc sunt verba : «Los libros impressos en Es-
» pannol que yo he visto, son los siguien-
» tes. La Biblia in lingua Valenciana con
» licentia de los Inquisidores, à cuya trans-
» laçion assistio S. Vincente Ferrer: que
» ha mas de ciento y tantos annos que se
» imprimiò in folio de papel real, &c.»

«Fuit centum & triginta ab hinc annis,
» plus minus (*inquit Fridericus Furius, Va-*
» *lentinus* in Bononia, sive tractatu de sa-
» cris libris, &c. *anno* 1556. *edito*) versa sa-
» cra Scriptura (*hoc est circa annum* 1408.)
» in Valentinam linguam : & quadraginta
» aut circiter abhinc annis (*i. e. circa an.*
» 1516.) iterum iisdem literis elegantius
» multo impressa..» (*horum quoque meminit*
Conr. Gesnerus, qui in Partitionibus Theologicis tit. 2. pag. 5. ait «Biblia lingua
» Catalonica (*eadem ac Valentina*) olim
» procusa fuisse, (mox omnia concrema-
» ta) » *Furius ibidem pergit :* « habebant
» ferè reliquæ Hispaniæ nationes etiam
» Biblia in suam quæque linguam versa.»

Lectiones libri Job cum Psalmis qui cantari solent in officio pro defunctis, in linguam Castellanam conversæ à Ferdinando Jarava, in 8°. Antuerpiæ 1540.

Psalterium ex Latina versione vulgata in linguam Castellanam traductum : adjectæ ad calcem Litaniæ Sanctorum, *in quibus legitur nomen* S. Francisci S. Dominici, &c. in 4° *editum character Gothico videtur ante annum* 1500. *tacitis loco & anno editionis & nomine Typographi. In hac rarissima editione quam nullibi vidi nisi in Bibliotheca Colbertina, character Gothicus paulo rudior & minus politus quam ille quo Breviarium Mosarabum Toleta anno* 1500 *& Missalis eorumdem ibidem anno* 1502. *exaratum est. Nulla sunt, quas Capitales vocant, litera, quarum locus vacuus remansit : pagina non suprà, ut vulgò fit, sed infra numero signantur, omissis quaternionum, ut aiunt, signaturis. Hac Castellana versio ea ipsa est quam memorat Alvares Gomesius lib. 2. de rebus gestis Franc. Cardinalis Ximeni. Tom. III. Rerum Hispan. cum de pia ad Christianam fidem Granatensium conversione verba fecisset, pag. 33. his verbis:* «Cœpta est fieri hujusmodi conversio XV. Kalendas Januarias a. D. 1499.» *Subdit pag. 37. Ferdinandus Talabricensis.*
« Granatensis Archiepiscopus lectio- «
nes quæ interdum ex Veteri & ex Novo «
Testamento, horis præsertim Nocturnis «
occurrebant, librosque excudi permitte- «
bat, qui adhuc ex eo tempore in nostram «
ætatem durant, quibus aliquot Missa- «
rum solemnia & nonnullæ Evangeliorum «
partes in Arabicam linguam translata «
continentur.» *Non solum lingua Arabica, sed & Castellanæ Granata tunc vulgaris esse cœpit, ut scribit Carolus du Fresne, du Cange pag. 29. præfat. in Glossar. Latinum. His versionibus totis viribus sese opposuit Cardinalis Ximenius, cujus rationes hic afferuntur, quibus explicatis concludit Gomesius ibidem pag.* 38.
« His tam pru- «
dentibus Ximenii dictis, nonnihil ad ejus «
consilii progressum temperatum est, «
quamvis eis qui Talabricensi favebant, «
visa sunt paulo duriora.»

Hæc autem versio forsitan concinnata est tempore Alphonsi Castellæ Regis circa annum 1280. *vel potius jussu Joannis II. Regis Legionensis & Castellæ post annum* 1406.

Psalmi è Latino in Castellanum idioma translati cum paraphrasi Snoi Goudani, in 8°. Antuerpiæ, Joannis Steelsii 1555.

Psalmi, in 8°. *absque loco* 1606.

Psalmi VII. Pœnitentiales, Canticum Graduum & Lamentationes Hieremiæ in Castellanam linguam traductæ & editæ à Ferdinando Jarava, in 8°. Antuerpiæ 1543.

Psalmi septem pœnitentiales, in 24. Parisiis 1608.

Psalmi officii parvi B. Virginis Mariæ, officii Defunctorum. 7. Psalmi Pœnitentiales & Passio D. N. J. C. Lusitanicè, in 16. Parisiis, Hieronymi de Marnef. 1563.

Proverbia Salomonis in linguam Castellanam conversa per Alphonsum Remon cum duplici commentario seu paraphrasi, in 8°. Madriti 1625.

Epistolæ & Evangelia totius anni ex versione Ambrosii de Montesino a. 1512. edita. Eadem in 8°. Antuerpiæ 1544.

Eadem, opus recognitum, styloque puriori donatum à Romano Vallezilla. Barcinone 1601. In 8°. Madriti 1603. In folio, Barcinone 1608. Madriti 1615.

SECTIO SECUNDA.

BIBLIA HISPANICA à Calvinianis edita.

Biblia Hispanica, in 4°. Cosmopoli, Christophori Philalethi 1567. *Eadem est forsan ac sequens editio: servatur in Bibliotheca Cæsarea Vendobonensi.*

Biblia Hispanica *ex Latina ut plurimum Sanctis Pagnini versione, Cassiodoro de Reyna interprete, ut patet ex his literis C.R. quæ sunt ad calcem epistola nuncupatoriæ*, cum notis marginalibus, & summariis capitum, *præmissa admonitione, in qua translationis hujus ratio redditur. In fine reperiuntur breves annotationes in loca difficiliora V. & N. Testamenti: opus duodecim annorum. In* 4°. (*Basileæ*,) ad insigne ursi apum alvearia devastantis 1569.

Ex admonitione. «Quandoquidem purum Dei verbum, quantum in nobis est, » edere cogitamus... ad fontem Hebræum » quam proximè accessimus...Latinam Santis Pagnini versionem, à viris linguæ » Hebraicæ peritis habitam omnium, quæ » huc usque prodierunt, accuratissimam, » plerumque secuti sumus. Verum in locis, » in quibus aliquid inest difficultatis, nulli » versioni tantam concessimus auctoritatem, ut ei perpetuò adhæserimus, imo » hanc vel illam tum adhibuimus: ad textum ipsum Hebraicum quandoque confugimus: variis deinde collatis inter se verborum significationibus, ea usi sumus libertate quâ omissis aliis eam, quæ sententiâ nostrâ textui magis congruebat, suscepimus... Ut autem omnibus fieret » satis, reliquas interpretationes margini » adscripsimus, quo lectores, quibus nostra non placeret, eam quæ illis optima » videretur, possent amplecti. In iisdem » difficultatibus veterem Hispanicam versionem Ferrariæ impressam consuluimus.» *Et circa finem se annos duodecim integros in concinnanda hac interpretatione consumpsisse asseverat.*

«Hispanus hic Interpres virum multo « judicio pollentem se prodit; si quidem « quæ in textu reperit, eadem quâ potuit « diligentiâ sive in interpretatione sive in « notis reddere studuit. At qualemcumque « duodecim annorum spatio in hoc labore « operam posuerit, non tamen est semper « accuratus, quippe qui non textus ipsos « consulens, versionum ope utatur, notasque in primis sequatur, quæ sive in versione Tigurina Latina, sive in Gallica « Genevensi leguntur. Quoad variantes « lectiones, consultiùs egisset, si eas non « in textu, sed ad marginem collocasset « *Rich. Simon Hist. Crit. Vers. N. T. c. p. 41. pag. 500.*

Eadem, secunda editio *viginti annorum spatio multùm recognita* studio Cypriani de Valera juxta textum Hebræum & Græcum variasque alias translationes, cum adhortatione ejusdem & Cassiodori de Reyna monitu, in folio. Amstelodami, Laurentii Jacobi 1602.

Ex adhortatione. « Dicendum nunc « mihi est, cur secundam hanc editionem susceperim. Cassiodorus de Reyna... « versioni sacrarum literarum cœpit se dedere. Hanc condidit, & versionis suæ « exemplaria duo millia & sexcenta excudenda curavit... ut autem hæc translatio in regionibus nostris non deficeret, « plus unâ vice in illa legenda laboravi... « Hanc novis illustravi notis; aliquam « quoque textus passus est mutationem. « Hæc autem multo judicio facta est, non « meo tantum, sed & aliorum virorum doctorum, quibuscum ea de re sermones habui; cum variis iridem diversarum linguarum translationibus hanc etiam contuli... multam & diuturnam operam, « omni prorsus aliorum destitutus auxilio, « insumpsi, quo prodiret in lucem... Quinquaginta annos natus illam incœpi, & « hoc anno in quo typis mandata est, « annum ago septuagesimum, ita ut in illa « concinnanda viginti annos contriverim... « edita verò fuit piorum quorumdam sumptibus, &c. »

«Hæc editio non tam nova translatio « est quam Renianæ, alicubi ex Genevensi « præsertim Gallica mutatæ & emendatæ, « repetitio» *Kortoltus de variis Scriptura edit. cap. 24.*

Biblia Hispanica ex eadem versione, in 4°. Francofurti, Danielis Aubry 1622. *Non nova est editio, sed ipsissima anni 1569. ut patet ex anno, ad calcem designato.*

Biblia Hispanica edi cœpta anno 1717. A in Anglia in usum Mercatorum & militum qui in munimentis Anglorum Hispanicis degunt. *Ottius in commentariis suis ms.*

Psalterium linguâ Castellanâ, juxta Hebr. veritatem *interprete forsan Joanne Roffensi cui Index librorum prohibit. Castellanam Psalmorum versionem tribuit.* in 8°. Lugduni, Sebast. Gryphii 1550.

Idem ex Hebræo translatum, Interprete Joanne Perez & nuncupatum Mariæ Austriacæ, Reginæ Hungariæ, Bohemiæ, &c. In 8°, Venetiis, Petri Daniel B 1557. *Asserit hic Interpres initio præfationis suæ* « Se anno proximè elapso Novum » Testamentum Castellanum, ipso quoque » translatore evulgasse. »

Proverbia Salomonis Hispanicè, in 8°. Lugduni, Gryphii, 1550. Liber Jesus filii Sirach Hispanicè 8°. Lugduni Gryphii, 1550.

Novum Testamentum ex Græco in linguam Castellanam conversum, Interprete Francisco de Enzinas (*alias* Diandro), *Carolo V.* Imperatori dicatum, in 8°. Antuerpiæ, Stephani Mierdmanni 1543. *editio rarissima.* C

« Hæc translatio ex Græca lingua satis » accuratè adornata est. In ea Interpres » admittit plurima vocabula quæ multo & » diuturno usu sunt in Ecclesia Latina quodammodo consecrata, *v. g. Scriba, Evangelium, Pœnitentia, Testamentum* & alia. » Latinam Erasmi versionem ut plurimum » sequitur. » *Rich. Simon part. 2. Nov. Observat. in N. T. c. 2. sub finem.*

« Hæc versio viâ quadam media incedit, » nec literam prorsus sequens, nec ab ea » nimium abcedens; textui addicta, nec D » tamen obscura. Ut mentem suam Interpres aperiat, & sensum vagum atque in» determinatum non dimittat, quædam » supplet vocabula quæ alio charactere, » non designat. Cum autem non eodem » modo semper procedat, versiones potius » ex Græco quam ipsum textum Græcum » consuluisse facilè crederem. » *Rich. Simon cap. 41. Hist. Crit. Versionum N. T. p. 496.*

Idem ex Græco recens & summâ fide translatum (*a Joanne Perez, ut patet ex ejus præfatione Psalterio præfixa anno* E 1557.) cum notis quibusdam, in 8°. Venetiis, Joan. Philadelphi *i. e. Perez* 1556.

Idem *ex versione Cassiodori de Reyna, studio Cypriani de Valera, ut ipse in præfatione Bibliorum scribit*, in 12. Apud Richardum del Campo 1596.

Idem ex eadem versione. V. *Novum Testamentum Polyglotton* 1599.

Idem *recognitum à Cypriano de Valera* in 8°. Amstelodami Henrici Laurentii 1625.

Triplex dumtaxat numeratur Castellana Novi Testamenti ex Græco facta conversio: Prior Francisci de Enzinas, altera Joannis Perez, ultima Cassiodori Reynæ collatis inter se tribus harum exemplaribus, reperi eandem prope modum versionem, paucis tantummodo mutatis, vel alio ordine positis vocabulis; adeoque non triplex, sed eadem aliquantum deinceps in posterioribus editionibus recognita censenda est translatio.

Epistola S. Pauli ad Romanos, ex Græco in Linguam Castellanam conversa Joanne Valdesio Interprete, cum ejus commentariis ac brevibus declarationibus & Epistola ad Julium Consagam, & altera *Joannis Perez, qui hunc librum vulgavit*, in 8°. Venetiis, in domo Joannis Philadelphi 1556. *Epistolam quoque ad Corinthios primam ex Græco transtulisse refert Index librorum prohibitorum.*

† Idem Lusitanicè, jussu Societatis Belgicæ & commerciorum Indiæ Or. editum, ex recensione Barth. Heynen & Jo. de Vooght, in 4°. Amstelodami 1681.

SECTIO TERTIA.

BIBLIA HISPANICA à Judæis translata.

Hispanicam Bibliorum versionem tanquam à R. David Kimchi confectam laudat Joan. Henr. Hottingerus in dissert. de Translat. Bibl. in linguas vernaculas, *pag. 244. vel potius Gisberti Voetii verba exscribit, qui libro 2.* Bibliothecæ studii Theologici *pag. 511. hæc asserit:* « Est & « veteris Testamenti translatio Hispanica « R. Davidis Kimchi. » *Hæc autem nullo adducto testimonio scribunt.*

Hæc est forsan illa interpretatio, cujus Pentateuchus primum Constantinopoli excusus est.

Biblia Hispanica Veteris Testamenti ex Hebræo, *interpretibus quibusdam Judæis Hispanis, cum Hieronymi de Vargas, & Eduardi Pinel epistola nuncupata Herculi Estensi Ferrariæ Duci, & ejus privilegio: omnia charactere Gothico exarata studio Abrahami Usque Judæi Lusitani. En titulus Hispanica lingua expressus:* Biblia en lengua Espannola traduzida palabra por palabra de la verdad Hebrayca por muy excellentes Letrados, vista & examinada por el officio de la Inquificion, in folio. Ferrariæ, sumptibus Yom Tob Atias anno mundi 5313. *Christi* 1553.

Variant, saltem in fine codicis, hujus versionis exemplaria, quædam enim sunt Judæorum, quædam Christianorum usibus

accommodata. In prioribus hæc leguntur ad calcem: A gloria y loor de nuestro Sennor se acabo la presente Biblia en lengua Espannola traduzida de la verdadera origen Hebrayca por muy excellentes letrados: con yndustria y diligencia de Abraham Usque Portugues: estampata en Ferrara à costa y despesa de Yom Tob Atias hijo de Levi Atias Espannol: en 14. de Adar de 5313. *In posterioribus vero:* Conindustria y diligencia de Duarte Pinel Portugues: estampata en Ferrara a costa y despesa de Geronymo de Vargas Espannol en 1. de Marzo de 1553.

Ex præfatione. «Cum in omnibus Europæ partibus, etiamque in aliis *extra Europam*) Lingua Hispanicâ in usu fit nec non in magno pretio, oportuit ut Biblia nostra quæ erant in linguam Castellanam convertenda, quanto fieri posset studio Hebraicæ veritati congruerent. Ideo versionem Sanctis Pagnini & thesaurum linguæ sanctæ ipsius ope collectum, quantum in nobis fuit, secuti sumus; nostra enim translatio ad verbum concinnata fuit, textumque Hebræum accuratè exprimit, & his de causis Romanæ Curiæ placuit plurimum… Hæc sanè versio quibusdam barbara & peregrina videbitur, aliter tamen fieri non potuit, cum adornanda fuerit de verbo ad verbum, nulla voce transposita nec una pluribus reddita… stylum quo usi sunt prisci Judæi Hispani necesse fuit imitari, &c.»

Collato hujus editionis Pentatencho cum eo qui Constantinopoli literis Hebraicis excusus est, unum eumdemque, paucissimis duntaxat mutatis vocibus, esse cognovi. Et ut fiat omnibus palam, hic juvat tam ex editione Ferrariensi literis Romanis, quam ex Constantinopolitana literis cursivis integrum caput 20. libri Geneseos exscribere.

CAPUT XX. LIBRI GENESEOS.

Ex editione Ferrariensi.

Y Moviosse de ahi Abraham a tierra *del Meridiom*; y estuvo entre Cades y entre Sur y *pigrsno* en Guerar. Y dixo Abraham por Sarah su muger mi hermana ella: y embio Abimelech rey de Guerar y tomo a Sarah. Y vino el dio a Abimelech en fuenno de la nogbe: y dixo a el *he tu muerto por* la muger que tomaste: y ella *maridada* de marido. Y Abimelech no *llego* a ella: y dixo. A. si gentio tambien justo mataras. De çierto el dixo a mi mi hermana ella: y ella tambien dixo mi hermano el: con plenismedad de mi coraçon, y con limpieza de mis palmas hize esto. Y dixo a el el dio e nel fuenno tambien yo se que con plenismedad de tu coraçon heziste esto: y vede tambien yo a ti de pecar a mi: por tanto non te dexe por tocar a ella. Y agora torna muger del varon que profeta el: y bara oracion por ti y *bive:* y si no *la* tornas sabe que morir moriras tu y todo lo que a ti. Y madrugo Abimelech por la mannana y llamo a todos sus siervos: y hablo a todas las palabras estas en sus orejas y temieron los varones *mucho*. Y llamo Abimelech a Abraham y dixo a el que *feziste* à nos? y que peque à ty que truxiste sobre my y sobre mi reynno pecado grande: *obras* que no son de hazer heziste *comigo*. Y diyo Abimelech a Abraham que viste que heziste a la cosa esta. Y dixo Abraham: que dixe de çierto no temor de dio nel lugar este y matarmean por causa de mi muger. Y tambien de çierto mi hermana hija de

Ex editione Constantinopolitana.

Y *Moviose de ahi Abraham a tierra* de el Darom, *y estuvo eusre Cades y entre Sur y* moro *en Guerar. Y dixo Abraham por Sarah su muger mi hermana ella: y enbio Abimelech rey de Gnerar y tomo a Sarah. Y vino el dio a Abimelech en suenno de la noghe: y dixol'a el* heq tu murien sobre *a muger que tomaste: y ella* amaridada *de marido. Y Abimelech* non se allego *a ella: y dixo* Jeïa *si gentio tambien justo mataras. De çierto el dixo a mi mi hermana ella: y ella tambien dixo mi hermano el: con plenismedad de mi coraçon, y con limpieza de mis palmas hize esto. Y dixo a el el dio e nel suenno tambien yo se que conplenismedad de tu coraçon hiziste esto: y vede tambien yo a ti de pecar a mi: por tanto non te dexe por tocar a ella. Y agora torna muger de el varon que profeta el: y hara oraçion por ti y* beviras: *y si* non to *tornas sabe que morir moriras su y todo loque a ti. Y madrugo Abimelech por la mannana y llamo a todos sus siervos: y hablo a todas las palabras estas en sus orejas y temieron los varones* mugo. *Y llama Abimelech à Abraham y dixo a el que* hiziste a *nos? y que peque a ti que truxiste sobre mi y sobre mi reynno pecado grande:* hegas *que non son de hazer* biziste con migo. *Y dixo Abimelech a Abraham que viste que hiziste a la cosa la esta. Y dixo Abraham: que dixe de çierto non temor de el dio enel lugar el este y matarmean por causa de mi muger. Y tambien de çierto mi hermana hija demi padre ella*, di çierto non *hija de mi madre y fue a mi por muger. Y fue*

Ex Constantinopolitana.

como traseraron a mi el dio de casa de mi padre: y dixe a ella esta tu merced que haras conmigo: *a todo el lugar que vernemos ay: di por mi mi hermano el. Y tomo Abimelech ovejas y vacas y siervos y siervas: y dio a Abraham y torno a el a Sarah su muger. Y dixo Abimelech* heq *mi tierra delante ti en lo que* plubiere *en tu ojos esta. Y a Sarah dixo* Heq *di mil pesos de plata a tu hermano:* heq *el a ti cobertura de ojos a todos los que contigo y con todos; y* seras razonada. Y *hizo oracion Abraham al dio: y melezino el dio a Abimelech y a su muger y a sus siervas y parieron. Que de tener de tuuo* Jcia *por tota vulva a casa de Abimelech por causa de Sarah muger de Abraham.*

Ex edit. Ferrariensi.

mi padre ella: *mas* no hija de mi madre y fue a mi por muger. Y fue como traserraron ami el dio * de casa de mi padre: y dixe a ella esta tu merced que haras *comigo*: a todo el lugar que vernemos ay: di por mi mi hermano el. Y tomo Abimelech ovejas y vacas y siervos y siervas: y dio a Abraham y torno a el a Sarah su muger. Y dixo Abimelech he mi tierra delante ti in lo que *plnguiero* en tus ojos esta. Y a Sarah dixo he di mil pesos de plata a tu hermano: *he* el a ti cobertura de ojos a todos los que contigo y con todos: y *castigate* * Y hizo oracion Abraham al dio: y melezino el dio a Abimelech y a su muger y a sus siervas y parieron. Que de tener de tuuo. *A.* por toda vulva a casa de Abimelech por causa de Sara muger de Abraham.

Unde inferre licèt, Ferrarienses Judaos non esse Auctores hujus versionis, sed tantum Editores. Ideo vero Pagniniana translationis in Præfatione sua meminére, ut omnem à se invidiam amoverent. Erat hac haud dubiè in usu in Synagogis Hispania, antequam Judai à Ferdinando & Isabella Regibus anno D. 1492. ex illis regionibus expellerentur. Inde in Africam, Constantinopolim, Thessalonicam, & in quasdam Italia civitates confugerunt (a.) Judai Constantinopoli qui Pentateuchum hunc Hispanum secum deportaverant, aut eorum filii, illum cum versione Barbaro-Graca, textu Hebrao & Targum Onkelosi primum anno 1547. prælo subjecerunt; sex deinde annis post, integrum Bibliorum Hispanicorum volumen Ferrarienses Judai littera Latino-Gothicâ in lucem emiserunt. Si delectarer conjecturis, hanc versionem eam esse assererem, quam Gisbertus Voetius memorat loco supra pag. 150. citato & cujus auctorem agnoscit R. Davidem Kimchi. Ut ut sit, vetus sane censenda est translatio, quemadmodum asserit Nic. Antonius vir in his rebus peritissimus part. 2. veteris Bibliotheca Hispanica pag. 260. «Hanc » interpretationem hîc posuimus inter ope- » ra anonymorum, qui ante annum 1500. » vixere; stylus enim sapit majorem adhuc » antiquitatem; eaque utilissima est iis, » quibus hujusmodi versionibus uti licet, » ad exquirendos litterales Bibliorum sen- » sus, & conferendum cum antiqua illa » præsentem Hispaniæ nostræ linguam at- » que ejus vocabula. »

(a) *Joannes Mariana lib. 26. Historia de rebus Hispanicis cap. 1. hac refert.* «In His- » pania Ferdinandus & Isabella Reges bel- » lo Mauritanico exempti, quàm primùm » de pellendis universâ ditione Judæis, » inter se consultabant. Eo consilio Granatæ, ubi morabantur, mense Mar- « tio salutis anno M. CCCC. XCII. per « edictum voce præconis denuntiarunt, « Judæi omnes nisi mutarent, uti ex omni « ditione discederent... Sic innumera Ju- « dæorum multitudo mari ex Hispania sol- « ventes, tum Africam, Italiam, & Orien- « tis solis oras tenuerunt; ubi in hunc diem « patriam Hispanorum linguam mordicus « retinent.»

Ex his suprà allatis patet non omninò vera esse, quæ post alios de hac versione refert Julius Bartoloccius tom. 3. Bibliotheca Rabbinica pag. 785. his verbis: «Jom « Tou Athias una cum Abraham Usque « sive Osκi, Vetus Testamentum ex He- « braica in Hispanam linguam vel tradu- « xerunt, vel traduci curaverunt. Excu- « sum fuit Ferrariæ expensis Hieronymi de « Vargas Hispani anno 5313. Christi 1553. « in folio. Ibidem dicitur, quod fuerit tra- « ductum à quibusdam eruditis viris indu- « stria & diligentia *Duarte Pinel Portughes.*» *Hac haud dubiè, saltem Pentateucho non congruunt, siquidem ex editione Constantinopolitana penè ad verbum totus exscriptus est.*

«Hæc versio (*inquit Richardus Simon* « *cap. 14. Disquisit. crit. de variis Bibl. edit.*) « contextus Hebræi verba ita pressè sequi- « tur, ut ab eo tantillum discedere inter- « preti religio fuerit, qui ob hanc causam « voces interdum obsoletas & in Synago- « gis Hispaniæ natas adhibet, quæ huic « translationi multum obscuritatis afferunt. « Si iis, quæ in præfatione operis illius ex- « tant, fides habeatur, versio illa partem « maximam ex Pagnini translatione sum- « pta est: sed in condenda versione illa « Judæi Kimchii potius, Aben Esræ & « aliorum Magistrorum, quos consulue- « rat Pagninus, æstimatores fuere quam «

» ipſius Pagnini cui adhæſiſſe palam teſtantur ut omnem à ſe invidiam prorſus amoverent. Veriſimile eſt Abrahamum Uſque Judæum è Luſitania in adornanda hac translatione Hiſpana ſibi prævios habuiſſe doctores Hiſpanos, qui ante illius tempora Biblia in Synagogis Hebraicè & Hiſpanicè prælegerant; adeo ut pleraſque illorum voces uſurpaverit. Illud autem in hac editione Ferrarienſi animadverſione dignum videtur, quod Interpres argumenti, quod tractabat, difficultate perterritus, nihilque in re tam ardua definire auſus, ſtellulas ſeu aſteriſcos locis Scripturæ quam pluribus apposuerit, quorum admodum incerta ſibi videbatur expoſitio... Judæi tamen qui ſecundam (*imò tertiam*) verſionis iſtius editionem accurarunt anno 1630. pleroſque hujuſmodi aſteriſcos à nova illa editione ſuſtulere, cum augeri potius debuerit illorum numerus quam minui. Quid verò commodi ex illa tranſlatione, quam vix Judæi intelligunt, referre poſſunt Chriſtiani, non liquet; & ut olim Aquilæ contentioſi interpretis condemnata eſt *κακοζηλία*, ita nemo ſanus laudaverit Ferrarienſem iſtam verſionem, quæ nimis affectata eſt, dumque grammaticam unam reſpicit Interpres, vix ſenſum exprimit. „ *Hæc ille.*

Biblia Hiſpanica ex eadem verſione, in folio; Amſtelodami *ad calcem legitur*: ad honorem & gloriam Dei reformata fuit hæc impreſſio Ferrarienſis nullâ mutatâ originalis litterâ Amſtelodami die 20. menſis Yar anno 5371. (*id eſt anno Chriſti* 1611.

Biblia Hiſpanica Judæorum, in 4°. Venetiis 1617. *Laudantur à R. Sabitai in Bibliotheca Rabbinica.*

Biblia Hiſpanica ex verſione Ferrarienſi, *charactere Romano*, accurante Manaſſeh ben Iſrael, in folio. Amſtelodami, in domo Gillis Jooſt. *Ad calcem legitur*: Ad honorem & gloriam DEI reformata fuit *hæc verſio* à decimo quinto Sabbathi 5390. (*i. e. anno Domini* 1630.

Hæc editio, juxta præfationem ſequentis editionis mendis pluribus & vitiis referta eſt. Utraque non meram verſionem Ferrariæ vulgatam exprimit, ſed pluribus in locis caſtigatam, ideoque ad priorem ſemper recurrendum eſſe ſcribit Richardus Simon literis ad me datis.

Eadem *charactere Romano* denuò emendata à *Sapiente R. Samuele de Cazeres*, cum nova præfatione, in 8°. Amſtelodami, in domo Joſephi Athias & ejus juſſu edita, anno M. 5421. (*Chriſti* 1661.

Quarta editio præcedente correctior eſt. Poſtquam ſcripſit hujus præfationis auctor, hanc editionem adornatam fuiſſe juxta priorem Ferrarienſem, plurimaque ſphalmata, quæ in ſecunda editione reperiuntur, non ipſis interpretibus, ſed ſecundæ editionis impreſſoribus eſſe tribuenda, ſubdit hanc tertiam à ſapiente R. Samuele de Cazeres viro in literis ſacris exercitato, quique ſuum exemplar ter quaterve legerat, & ad textum Hebræum emendaverat, eſſe concinnatam.

Biblia Hiſpanica ex verſione Manaſſeh ben Iſrael, *de qua hæc dicit in præfatione Pentateuchi, qui unus excuſus eſt.* «Ut paucis abſolvam, in lucem emittenda ſunt duo parva volumina: uno continentur Pentateuchus & Prophetæ priores, altero Prophetæ poſteriores & libri Agiographi, ex quibus *Humas id eſt* Pentateuchum cum ſuis *Aphtaroth h. e.* ſectionibus Prophetarum charactere eleganti & chartâ nitidâ tibi damus.»

Biblia Hiſpanica cum brevibus notis literæ ſenſum explanantibus: auctore R. Jacob Lumbroſo, Judæo in 4°. Amſtelodami 5399. (1639.

Hæc refert Richardus Simon pag. 22. libri 2. Hiſt. criticæ Veteris Teſtamenti, edit. Latinæ; ſed in ſuis Diſquiſitionibus Biblicis pag. 54. obſervat voces tantùm ac phraſes contextus paulo difficiliores ſermone Hiſpanico in hoc volumine explicari. Enimvero edidit Jacob Lumbroſo non verſionem Bibliorum Hiſpanicam, ut textum Hebræum hinc inde in notis Hiſpanicè explicatum. Unde in Indice autorum ad calcem Hiſt. criticæ ſubjecto Rich. Simon non editionem Hiſpanicam, ſed Hebraicam recenſet. *Jo. Wolphius in Bibl. Hebraica* jam anno 1635. edita fuerunt Biblia Hebraica cum verſione Hiſpanica vocum difficilium charactere Hæbræo-Rabbinico, quæ retuli pag. 68. 2. columnâ.

Inter Hiſpanicas Judæorum verſiones enumeranda eſt etiam ea quæ reperitur in libro, cui titulus חשק שלמה *i. e.* Deſiderium Salomonis: Liber complectens voces difficiles textus Hebraici cum verſione Hiſpanica, juxta ſeriem omnium librorum, omiſſis Libris Paralipomenon, quorum voces continentur in Libris Regum, (ut notat Auctor ad calcem operis) quique Liber repertus eſt in domo R. Ghedaliah Cordovero, cum ejuſdem Epiſtola ad R. Salomonem de Xeres & alia Epiſtola Hiſpanica ad Typographum. *Titulus linguâ Caſtellanâ expreſſus hic eſt.* Libro de Ladonor delos vierbos carvo de toda *la Miera*, intitolado *Kodeſia de Selemoh*, in 4°. Venetiis Joan. de Gain 348. (1588. 5377. (1617.

Author Epistola ad Typographum operis sui rationem in ea reddit, asseritque. "Annis elapsis Thessalonicæ & Constantinopoli jam edi cœptam fuisse majorem textus Hebraici partem, adjuncta versione Hispanica literis Rabbinicis expressa & punctis ornata. Cumque in dies impensæ majores fierent, nec utilis foret hæc editio, nisi iis qui multa vi pecuniæ pollent. Cogitavit Author hoc opus in lucem emittere, in quo voces difficiliores totius Sacri Codicis lingua Castellana donantur, &c."

Ex collatione hujus libri cum editione Ferrariensi patet non novam versionem concinnatam fuisse, sed ipsammet Ferrariensem paucis vocibus mutatis ad verbum expressam exhiberi, eadem excerpta fere omnia reperiuntur in margine Codicis Hebrai à Jona Kaleoni editi, 4°. Venetiis 1635.

Pentateuchi versio Hispanica ex Hebræo *à Judæis Hispanis condita & literis Hebraicis cum punctis edita. V. Pentateuchus Polyglottus* 1552.

De hac editione sic habet Richardus Simon cap. 14. *Disquisit. critic. de variis Bibl. editionibus.* "Hæc translatio haud dubiè auctores habet Judæos Hispanos qui nunc degunt Constantinopoli, Thessalonicæ, Adrianopoli aliisque locis vicinis, quò recesserunt, postquam Hispaniâ expulsi sunt, (*aut illorum forsan majores Hispanos.*) In hac autem versione sermonem Hispanicum agnoscere difficile est, adeo frequentes occurrunt in illa Hebraismi.

Pentateuchus & *Aphtarot* ex versione & cum paraphrasi Hispanica Manasseh ben Israel, in 8°. Amstelodami anno Mundi 5415. (*Christi* 1645.)

Pentateuchus Hispanicè ex versione R. Joseph Franci Serrani, in 4°. Amstelodami, Mosis Dias 5455. (1695.)

Psalmi Hispanicè, in 12°. Ferrariæ 5313. (1553.)

Psalmi Hispanicè ad usum Judæorum, in 12°. Amstelodami 5388. (1628.)

Isaias & Hieremias Hispanicè in 4°. *V. iidem Prophetæ Hebraicè* in 4°. Sabionette.

Psalmi Hispanicè *V. Psalmi Hebr.* 1671.

Pentateuchus Lusitanicus, literis Latinis & consuetis editus à Judæis Amstelodamensibus. *Christoph. Arnoldus in accession. suis ad notas Wagenseilii ad librum Sotu pag.* 1212.

Pentateuchus & Psalmi idiomate Lusitanico: interpretibus Missionariis Dominic. in 4°. Tranquebariæ in India Orientali 1719.

"Coronam reliquæ translationi imposuerunt veteris Testamenti, chartam ex Europa eam typis mandaturi, desiderantes; nulla eis versio Lusitanica veteris Testamenti innotuit, eis nimirùm quos Dom. Lenis manuscriptos misit, libris exceptis; cui usui manuscripti libri, Psalmi, nempe Jobus Ecclesiastes & Jesaiæ, ipsis fuerint non constet." *Jo. Bapt. Ottius in litteris ad me datis anno* 1710.

ARTICULUS QUARTUS.

BIBLIA

Lingua Romanensi.

H*Oc vocari possunt nomine dialectus Pedemontana, Provincialis, Catalana & Rhætica, quæ licèt ex aliis vicinarum Regionum linguis plurimas habeant locutiones, suam tamen originem videntur ducere ex lingua Romana sequioris ævi, seu potius ex idiomate veteri Italico, Gallico & Hispano, quod vulgò* Langue Romance *appellatur, juxta hæc verba Caroli du Fresne du Cange in Glossario Latino ad verbum* Romancium: "*Romancium* etiam appellant Hispani vulgare suum idioma, quod ut & Gallicum ac Italicum à Romano seu Latino sumat originem." *Quibus adjici potest lingua Rhætica seu Grisonum, quæ* Roumansch *vulgo nuncupatur, & Valacha quæ revera est Barbaro-Romana.*

BIBLIA VALDENSIUM
lingua partim Pedemontana partim Provinciali.

BIblia Valdensium antiqua, *de quibus hæc ait Joannes Leger pag.* 25. *Historia Ecclesiarum Valdensium Gallicè scripta*: "Quod ad Biblia linguâ veteri Valdensium scripta, quæ in hac historia commemorabo, penes me est horum exemplar quod in montibus regionis, Vallis Clusonis dictæ, reperi. *Et pag.* 165. Quamvis jam à multis seculis præter Novum Testamentum Valdenses quosdam etiam Veteris Testamenti libros v. gr. Genesin, Psalmos, Proverbia & Jobum transtulerint, cæteri tamen ab illis desiderabantur. Ideò quidam Bibliorum libri horum linguâ conversi mss. non integra Biblia etiamnum reperiuntur."

Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, decem priora capita Sapientiæ, & quindecim priora Ecclesiastici. V. *infrà Novum Testam.*

Proverbia

A Proverbia Salomonis. *Bibl. Cantabrigiensis Publica. Cod. D. Joannes Leger ibidem pag. 22. num. 2.*

N. Testamentum linguâ Pedemontano-Vallensi per Barbetum quemdam seu ministrum Vallensem translatum. Codex in 12°. scriptus post annum MC. *Bibl. Civica Tigurina, Ottius.*

Novum Testamentum linguâ Valdensi. Codex membranaceus, vetus & optimè scriptus apud Joannem Paulum Perrin, *ut ipse testatur pag. 57. Hist. Valdensium, & Jo. Leger ibid. p. 24.*

B Novum Testamentum ad usum Valdensium, sc. quatuor Evangelia, septem Epistolæ Canonicæ, quatuordecim Epistolæ sancti Pauli & Actus Apostolorum. *Deinde* Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, priora decem capita libri Sapientiæ, & quindecim priora Ecclesiastici. Codex ipsius in 4°. integer, in quo nihil deest, in membranis à quadringentis annis circiter exaratus, at versio antiquior, *sicut ad me scripsit Du. Thomassin de Mazaugue filius Senatoris Aquensis, penès quem extat hoc exemplar,* quod usui Valdensibus fuisse, multis probari potest argumentis, præsertim ex Oratione Dominicâ, quæ eadem est duobus verbis duntaxat mutatis ac in codice Joannis Leger pag. 40. Hist. Valdensium. Hoc exemplar etiam describit epistola Dn. Remerville de S. Quentin scripta anno 1704. & edita in collectione quæ vulgò dicitur *Pieces Fugitives d'histoire & de litterature, 2. parte anni 1704. p. 270.*

C

D Novum Testamentum lingua Provinciali in 4°. *Bibl. Regia cod. 8086.*

Evangelium S. Matthæi, primum caput S. Lucæ, Evangelium S. Joannis, Actus Apostolorum, Epistola S. Pauli prima ad Corinthios, Epistola ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, prima ad Thessalonicenses, secunda ad Timotheum, Epistola ad Titum, caput 2. Epistolæ ad Hebræos, utraque S. Petri. Codex membranaceus, lingua Valdensi, antiquo charactere exaratus. *Biblioth. Cantabrigiensis publica cod. F.*

E „ Hic codex sicut præcedens Proverbiorum Salomonis cum aliis quibusdam Valdensium libris datus est Dn. Morland, Commissario extraordinario Olivarii Cromwel, tum Magnæ Britanniæ Protectoris, ab Antonio & Joanne Leger Valdensium ministris, quos deposuit Dominus Morland in Biblioth. Cantabrigiensi anno Domini 1658. *Hæc Joannes Legerus ibidem pag. 21.*

BIBLIA CATALANA
seu veteri lingua Provinciali.

« Constat (*inquit Carolus du Fresne du Cange p. 29. Præfat. in Glossarium Latinum*) « idem esse ferè Catalanorum idioma, quod Provincialium « nostrorum; quod in Cataloniam inductum à Comitibus Barcinonensibus, vero « proximum est, ex quo Provinciæ Comitatum suis adjunxere dominiis. »

Biblia Catalana. Codex membranaceus optimè exaratus, 3. vol. in folio. *Bibl. Regia cod.* 9831. 9833.

Biblia Catalana scripta anno Christi 1407. Codex iste incipit à cap. 3. Geneseos, & desinit post Psalmos, in fol. *Bibl. Colbertina cod.* 181.

Biblia Catalana historiis illustrata, in 4°. *Ibidem cod.* 3821.

Psalmi linguâ Catalanâ, in 8°. *Bibl. Regia cod.* 8178. 8179. *Bibl. Reginæ Sueciæ cod.* 1438. *in Bibl. Vaticana.*

BIBLIA LINGUA RHÆTICA
seu Grisonum.

Biblia in linguam Engadinorum translata, Interpretibus Jacobo Antonio Vulpio, & Jacobo Dorta à Vulpera in folio. *Schuol* vici Engadinæ inferioris 1657. 1679.

Unam eandemque editionem esse putat Jo. Bap. Ottius in Commentariis suis mss.

Psalmi & Hymni sacri Rhæticè cum notis musicis per Chiampel, in 8°. Basileæ 1606.

Psalterium Rhæticum, editum per Gabrielem Sapharium, in 8°. Basileæ 1611.

Sapientia Siracidæ sive Ecclesiasticus ex versione Lucii Papæ, in 12°. Tiguri 1628.

Novum Testamentum tam ex Latino quàm ex aliis idiomatibus in linguam *Arumansch* sive Rhæticam conversum per Jacobum Biffrun Engadina-Rhætum, cum præfatione Philippi Gallicii, Epistola Erasmi hâc linguâ donata, & altera præfatione Jacobi Biffrun, in 8°. *absque nomine loci & typographi* 1560.

Idem denuò editum cum præfationibus præcedentibus & nova Lucii Papæ anni 1605. & annotationibus brevissimis, in 8°. Pesclavi (*in Fœdere Domus Dei*) per Delfinos Landolfs 1607.

Novum Testamentum Rhæticè ex versione Joannis Gritti, in 8°. Basileæ 1640.

Idem linguâ Grisonum ex versione Lucii Gabrielis, in 8°. Ibidem 1648.

Biblia Romanicâ seu Rhæticâ linguâ A expressâ *sub hoc titulo*: La S. Bibla quel ei: Tut la feinchie fcartira nel tuts ils ludifchs d'ils vedel a nief Testament, cun ils ludifchs apocryphs. Mesa giu ent ils linguaig Rumonsch da la Ligia Grischa Tras anchins surviences d'ils Plaid da Deus d'ils venerands colloquis sur a fut d'ils Guault. Cum privilegio Illustrissimorum DD. Rhætorum in folio. Afquitfchada in Coïra, typis Andreæ Pfeffer 1719.

Oratio Dominica. Matth. VI. v. 9. B Bab noss ils qual eis enten tfcheil, soing vengig faig tien num. 10. Tien ruginavel vengis noutiers. Tia Velgia daventing sco enten fchiel afchi erfin terra. 11. Niess pava daminchiagi daï à nus oz. 12. Et nus pardunne noss puccaus sco nus pardunem à noss culpouts. 13. A nus manar en pruvament, mo nus fpeindre d'ils mal. Parchei ca tien eis ruginavel, a la pussonza, a la gliergia a semper, Amen.

«Hæc Biblia in isto dialecto antea non » exstiterunt, in eam translationem con- » junctam operam navarunt plerique istius C » regionis Ministri, & ut audio præcipuè » consultarunt versionem Germanicam » Lutheri. Horum Bibliorum nonnulla » exemplaria accepi Serenissimo Angliæ » Regi offerenda. Ipsi enim ab editore » sacrata fuere, præfixâ dedicatione Gal- » lico idiomate conscripta.» *Joannes Bapt. Ottius in literis ad me datis, hoc anno* 1720.

BIBLIA LINGUA VALACHICA seu Barbaro-Romanâ.

» Valachi hodierni quicumque lingua » Valacha loquuntur, se ipsos non » dicunt Vlahos aut Valachos, sed *Rumenos*, & à Romanis ortos gloriantur, » Romanaque lingua loqui profitentur; » quod sicut fermo ipsorum comprobat, » ita more, quoque eorumdem Italis quam » Slavis similiores convincunt, ut relati » authores referunt, & qui cum iisdem » versati sunt testantur.» *Jo. Lucius circa finem libri 6. cap. 5. de Regno Dalmatiæ & Croatia, qui ibidem recenset verba quadam lingu. Valacha quæ ex Romana multum corrupta suam h bent originem.*

Novum Testamentum Valachum, in folio, Belgradii 1648. *Asservatur in Bibliotheca Boaleiana inter codices mss. cod.* 5255.

«Quadraginta abhinc annis (*hoc est* » *anno* 1664.) in Walachia omnia officia » sacra, & ipsa Biblia aut Græcâ aut Sclavoria linguâ legebantur: ex quo verò » Typographium ibi florere cœpit, omnia hæc in Valachicam ad utilitatem popu- « lorum translata sunt; atque ita legun- « tur. » *Alexander Helladius pag. 20. Libri quem inscripsit*, Status præsens Ecclesiæ Græcæ, *in octavo* 1714.

CAPITIS V. Pars I.

BIBLIA TEUTONICA seu Germanica.

Ex linguis omnibus, *quæ suam à Teutonico sermone habent originem, quædam sunt varia tantum dialecti quadam vero paululum inter se diversa, licet ab eodem idiomate deducantur. Priores quatuor sunt dialecti in ipsa Germania vernacula, in quas sacri codices transfusi sunt, scilicet dialectus Misnica seu superioris Saxonia, omnium purissima: dialectus Saxonica, sive inferioris Saxonia: dialectus Helvetica, seu superioris Germania: & dialectus Belgica, sive inferioris Germania. Posteriores, tres sunt linguæ extra Germaniæ limites in usu, quales Danica, Suecica & Anglica. Juxta hunc ferè ordinem Biblia illis linguis expressa in priori & posteriori parte hujus V. Capitis disposuimus: primùm in priori parte præmittitur Evangeliorum versio Gothica, ut pote quæ* veteris linguæ Germanicæ antiquissimum omnium, quotquot extant, stupendum & incomparabile monumentum est, *quemadmodum scribit Joannes Saubertus p. 43. prolegom. in varias S. Matthæi lectiones.* D *Secundò recensentur Germanicæ versiones à Catholicis editæ: tertiò Misnicæ versiones seu ab ipso Luthero seu ab ejus asseclis in lucem emissæ; quartò eadem Lutheri à Calvinianis excusa; quintò versiones Saxonicæ: sextò Helveticæ translationes, aliæque à Calvinianis concinnatæ: septimò Germanicæ Socinianorum conversiones: octavò interpretationes Judæorum Teutonicæ; nonò versiones Belgicæ à Catholicis editæ: decimò Belgicæ a Calvinianis in lucem datæ. In posteriori parte referuntur 1. Versiones Danicæ, 2. Suecicæ,* E *ultimo denique loco Anglicæ, quarum idioma à Teutonico præ aliis longiùs abscedit, quibus ultimis præponuntur translationes Anglo-Saxonicæ, quippe quæ Anglicanis conjunctæ vulgo reperiuntur in Bibliothecis Angliæ.*

«His omnibus linguis (Septentrionali- « bus) imbibendis (inquit Jo. Grovius in « vita Francisci Junii Francisci filii, quæ « extat initio voluminis de Pictura Vete- « rum) vidit, quod & privatim apud om- « nes, quibuscum agebat de hac doctrina, «

« tum publice testatus est, Gothicam esse matrem omnium cæterarum Teutonicarum Linguarum, ex qua proluxerit vetus Cimbrica.... necnon Suecica, Danica, Norwegica, Islandica (moderna...) Ex Anglo-Saxonica, quæ & ipsa aut propago est Gothicæ, aut illius soror germana .... manavit Anglica, Scotica, Belgica, Frisica vetus. Ex Gothica & Saxonica orta est Francica, quæ Germanicæ superioris parens est. »

SECTIO PRIMA.

BIBLIA GOTHICA.

Biblia Gothica, interprete Ulphila, *juxta hæc verba Socratis lib. 4. Hist. Eccles. cap.* 33. « Ulphilas in Mœsia Gothorum Episcopus sacris Scripturis in Gothorum sermonem conversis effecit, ut barbari divina eloquia perdiscerent. *Huic consentit Sozomenus lib. 6. hist. Eccles. cap.* 37 *Philostorgius Ulphilæ Coætaneus lib. 2. c. 5. pag. 12. qui scribit illum* universa Biblia transtulisse præter libros Regum, qui res bellicas tractant. *Et post eum Theodoretus lib. 2. Hist. Eccles.* §. ¶ *ait* Ulphilam ordinatum esse Episcopum Christianorum qui apud Gothos degebant. Eorum itaque tum aliis in rebus maximam curam gessit; tum proprias ipsis literas excogitavit, & universos sacræ Scripturæ libros patrio ipsorum sermone interpretatus est, exceptis libris Regnorum eo quòd illi res bello gestas contineant, gens autem illa bellis maxime delectetur, & fræno potius opus habeat ad bellicos impetus comprimendos quam calcari, quoad prælia incitetur. » *Ex his quatuor duntaxat Evangelia viri quidam eruditi ad nos pervenisse arbitrantur.*

De Gothorum versione ita loquitur Walfridus Strabo cap. 7 de rebus Ecclesiasticis : « Gothi & Gethæ eo tempore quo ad fidem Christi, licet non recto itinere, perducti sunt, in Græcorum provinciis commorantes, nostrum, i. e. Theotiscum sermonem habuerunt. Et, ut historiæ testantur, postmodum studiosi illius gentis (*Gothicæ*) divinos libros in suæ locutionis (*quam eamdem cum Theotisca facit*) proprietatem transtulerunt, quorum adhuc monumenta apud nonnullos habentur. » *Haud dubiè de Codice Argenteo loquens, ut patebit infrà.*

† *Jos. Scaliger lib. 3. Canon. Isag. pag.* 138. « Gothi etiamnum in iisdem regionibus (*circa Mæotidem paludem*) degunt, & utrumque Testamentum iisdem litteris, quas excogitavit Ulphila, conscriptum, & eadem lingua, qua tempore Ovidii urebantur, translatum legunt. » *An hæc vera sint, alii viderint.*

Quatuor Evangelia ex Græco, *circa annum Christi* 360. in Gothicum idioma ab Ulphila, *ut communis fert opinio*, conversa. Codex *membranaceus*, argenteus, antiquissimus, sed vetustate multis in locis exesus, madore vitiatus, frustatim quondam discerptus ac solutarum dissipatarumque philyrarum imperitâ compaginatione indigestus, mutilus, fœdus. *Ita Franciscus Junius in præfatione editio-*
B *nis ejusdem codicis.* "Hic codex argenteus dicitur, (*inquit Kortholtus pag.* 367. *de variis Script. edition.*) quod literis argenteis, *præter initiales quæ sunt aureæ*, descriptus sit. Cum ad Werdini sive Werdinensis in regione Bergensi quatuor ferè à Colonia milliaribus distantis Monasterii Bibliothecam olim argenteus hic codex pertineret, auctore illustriss. Comite M. de la Gardie in Sveciam translatus est, *cumque inde in Belgium venisset*, ab eodem quingentis imperia-
C libus redemptus, donatusque est Academiæ Upsaliensi, ubi etiamnum custoditur, *in Bibliotheca Antiquitatum.* «

† *Pleniora sunt quæ de hoc codice tam ex Loccenii Antiqu. Sveco-Goth. & Ol. Rudbeckii Atlanticis, quàm ex ipsius codicis accurata inspectione refert Ge. Frid. Henpelius in erudita dissertatione de Ulphila, Vitembergæ edita an.* 1693. *Hinc igitur hactenus dictis sequentia addere placet :* "Bibliothecæ Academicæ Upsaliensi à Magno Gabr. de la Gardie cum
D compluribus mss. ineditis *hic codex* donatus est, postquam illum in Sveciam primo inter alia spolia Pragensia delatum, deinde singulari fato, regnante Christina, in Belgium abductum, 600. imperialibus redemisset & ligatura solide argentea affabreque cælata compingi curasset.... Stupenda codicis est antiquitas, quem Rudbeckius ante annos MCCC. descriptum esse arbitratur. In apographo donationis Comitis de la Gardie extat, eruditos omnes, qui hujus codicis fecerunt mentionem, Ulphi-
E læ tempore scriptum credidisse. Arn. Mercator ante mille plus minus annos perscriptum esse ait. Si non ipsius autoris ætate, tamen ante 8. vel 7. secula scriptus, ut existimatur, inquit Loccenius. *Denique* Petrus Salanus pro ipso Autoris codice hoc MStum venditare non dubitat *in Diss. de veris & antiquis gentis Gothicæ sedibus Ups.* 1691. *edita*... Gravissimis hiatibus laborat; desiderantur enim integra capita..... Totus in membrana violacei coloris continua serie «

„ literis argenteis pulchrè ſcriptus, unde codex argenteus appellatur. Tantum initia ſententiarum illuſtrium aut narrationum diverſarum, quæ margini adſcriptis elementis alphabeticis à principio ad finem cujuſque Evangeliſtæ numerantur, aureis litteris exprimuntur. Intra textum quatuor arcuata frontiſpicia in ſingulis paginis conſpiciuntur, & ſui Evangeliſtæ nomine unumquodque notatum, numeriſque marginalibus impletum, qui Evangeliſtarum harmoniam monſtrant. Sectiones Ulphilanæ perſæpe reſpondent Canonibus Euſebianis. „

Deſunt plurima capita in hoc vetuſtiſſimo exemplari. Incipit Matthæi Evangelium *à verſu* 15. *cap.* v. *deficit, quoque à verſu* 25. *cap.* XI. *a verſ.* 70. *cap.* XXVI. *deſinit verſ.* 66. *cap.* XXVII. Marci Evangelium *deficit à v.* 37. *cap.* XII. *ad v.* 17. *cap.* XIII. *& à v.* 29. *ejuſdem cap. ad v.* 5. *cap.* XIV. *deſinit verſu* 12. *cap.* XVI. Lucæ Evangelium *deficit à v.* 30. *cap.* X. *ad v.* 10. *cap.* XIV. *& à v.* 24. *cap.* XVI. *ad v.* 3 *cap.* XVII. *deſinit verſu* 37. *cap.* XX. Joannis Evangelium *incipit à v* 45. *cap.* V. *deficit quoque à v.* 52. *cap.* VII. *ad v.* 12. *cap.* VIII. *& à v.* 49. *cap.* XII. *ad v.* 12. *cap.* XIII. *deſinit verſu* 13. *cap.* XIX. *præter alios ſubinde verſus, qui in iſto codice deſiderantur. Hæ ideo annotantur lacunæ, ut, cum nullæ referuntur quibuſdam in capitibus vel à Thoma Mareſchallo, vel ab aliis ex eo codice variantes lectiones, non illico putent viri eruditi tum hunc Gothicum exemplar cum Græco in his omnibus locis concordare.*

Eorumdem apographum Junianum, ſeu à Franciſco Junio F. F. nitidiſſimè deſcriptum ex præcedenti codice, in 4. *Bibliotheca Bodleiana cod.* 5167.

« Qualiter autem habitum fuerit monumentum iſtud venerandum, antequam in manus incideret Junianas, appoſitè docet narratiuncula quæ extat apud Janum Gruterum, Inſcriptionum antiquarum, pag. 146. videlicet Arnoldus Mercator *ait extare in Bibliotheca Abbatiæ Werdinenſis codicem antiquiſſimum, ante mille plus minus annos in pergameno aureis & argenteis literis perſcriptum, continentem quatuor Evangeliſtarum opus, ſed quod dolendum eſt, lacerum, dirutum, & nullo ordine, ignorantiâ compactoris, colligatum.* „ *Hæc refert Thomas Mareſchallus, p.* 389 *Obſervationum in hanc verſionem Gothicam. Jam paginâ præcedente dixerat :* « Mihi certè ſtupenda argentei codicis vetuſtas argumentum eſt non contemnendum, hanc verſionem non aliam eſſe, quam Epiſcopi Gothorum illam antiquiſſimam.

“ Vetuſtiſſimam eſſe hanc verſionem probatur magna illius conſenſione cum antiquis codicibus editionis Latinæ, quæ ante S. Hieronymi tempora in Eccleſiis Occidentalibus erat in uſu. Hujus rei plurima in notis ſuis teſtimonia Mareſchallus producit. „ *Rich. Simon, p.* 222. *hiſt. crit. Verſion. N. T. cap.* 19.

Quatuor D. N. J. C. Evangeliorum verſiones perantiquæ duæ, Gothica ſcilicet *charactere Gothico* & Anglo-Saxonica, quarum illam ex celeberrimo codice argenteo *Upſalienſi* nunc primum deprompſit Franciſcus Junius, *Franciſci filius.* Hanc autem ex codicibus mſc. collatis emendatiùs recudi curavit Thomas Mareſchallus, cujus etiam obſervationes in utramque verſionem ſubnectuntur. Acceſſit Gloſſarium Gothicum Franciſci Junii, in 4. Dordrechti, typis Junianis 1665. Amſtelodami, apud Janſſonio-Waeſbergios 1684. *Non duplex, ſed una eſt eademque editio.*

De hac verſione ita loquitur Daniel Papebrochius in Actis Sanctorum 30. *die Maii, p.* 283. « Eſt Evangeliorum traductio Gothica per Gothorum Epiſcopum Ulfilam tempore Valentis compoſita, & forſitan ab ipſo Imperatore ſcribi curatâ, ac dono miſſa Fritigerni Regi fœderato ſuo, ſuaque operâ converſo, dicam, an perverſo. (*Unde id acceperit, non dicit.*) Imperialem certè majeſtatem præfert purpureus membranarum color & ſplendor argenteus literarum, elegantiâ prorſus exquiſitâ deſcriptarum ; quas in ſcribendo prærogativas credibile eſt Orientis Imperatores uſurpaſſe, ſicut Sinarum Imperatores uſurpant minio imprimere libros, quod cæteri faciunt atramento, & in operculis eorundem uti colore flavo. Codicem illum, neſcio quo caſu, (*ſupra indicatum eſt,*) illatum in Sveciam, primam veterum Gothorum patriam, Regia nunc ſervat Bibliotheca, ſed pluſquam dimidiâ parte mutilum. »

SS. Evangelia ab Ulphila Gothorum in Moeſia Epiſcopo circa annum 360. ex Græco Gothicè tranſlata, nunc (*juxta codicem Upſalienſem literis Latinis, quem Gothicis ediderat Junius,*) cum verſionibus parallelis, Sueco-Gothica, Norræna ſeu Iſlandica & Vulgata Latina Edita; *item præfatione prolixa* de linguarum origine in qua Gothica Ulphilæ cum aliis & hodiernis Gothicis conferuntur, ſtudio Georgii Stiernhielmii, (curante Gabriele Comite de la Gardie Regni Sueciæ Cancellario,) in 4°. Holmiæ, Uankiſii 1671.

† “ Utraque editio Stiernhielmii perinde ac Junii multis ſcatet mendis, qua-

rum plurimæ literarum similitudini & obscuritati debentur. Optandum esset, ut CL. Rudbeckius, vel alius vir doctus in Svecia, linguæ Gothicæ peritus, edita cum codice argenteo diligenter conferret, & menda, quæ irrepserunt, palam faceret, simulque continuam interpretationem Latinam textus Gothici, verba verbis exprimentem, publicæ luci daret. „ *Henpelius in dissertatione antea laudata.*

« Huc usque deventum est ut Evangelia Gothica, ex Græco traducta, excusa sint, sed absque continua expositione Latina. » *Th. Marescballus ibidem ut suprà.*

« In hac versione, (*ut scribit Jo. Millius, pag.* 151. *prolegom. in N. Test. Gr.*) secutus est Interpres exemplar Græcum præstantissimum, & quidem exactè admodum ac κατὰ πόδα. Et licet in plurimis consentiat cum codice Cantabrigiensi, unde suspicio erat, ex interpolatis iis fuisse, quæ in Occidente descripta fuerant; ex penitiori tamen inspectione patebat, diversi omnino generis fuisse hoc exemplar, & quidem optimæ notæ.

† « Licet hæc versio in quibusdam à textu Græco abeat. . . fuit tamen alias Ulphila longè observantissimus textus Græci, operamque dedit, ut fontem Græcum integrè & [illegible] transfunderet in Gothicum idioma. *Henpelius loc. cit.*

Constituit clarissimus Erricus Benzelius, Upsaliensis Bibliotheca præfectus, (ut mihi per literas significavit,) « si per alias curas fas erit, venerandi hujus vetustatis monumenti versionem Latinam dare, quò ad plures commodum illius redundet... » *Paginam hujus codicis typis Gothicis recens fusis expressit, mihique pro humanitate sua dono misit.*

“ Specimen Codicis Ulphilani placuisse lætor, (*inquit idem doctissimus Benzelius in Ep. 7. Idus Aug.* 1708. *ad me missa;*) utinam esset Bibliopola, qui sumtus facere vellet versionis Latinæ vetustissimi interpretis hujus; annus est, ex quo illam paratam habeo; & ausim dicere, si unam intepretationem Syriacam vel paraphrasin potius (*addendum erat, & Latinam veterem:*) exceperis, veterum nullam tantum lucis allaturam sacro Evangeliorum codici, quantum Gothica hæcce, præsertim ob antiquissimas lectiones textus Græci, quem κατὰ πόδα exprimit, genii suæ linguæ prorsus oblita. Francisco Junio multum debemus, sed infinitis locis veram codicis lectionem assecutus non est, sive oculorum imbecillitate, sive tædio victus; quin & nonnunquam sciens, aliter expressit, ac in codice msc. repererat. „ *Hæc fusius sunt à me relata, ut hæc antiquissima versio in Latinum conversa sermonem, præli beneficio cunctis tandem innotescat.*

Novum Testamentum linguâ Gothicâ seu linguâ Frisonum. Codex vetustissimus, aureis argenteisque characteribus in papyro exaratus. *Extare in Bibliotheca Hermanni Comitis de Nuvenar scribit Usserius, in Epist. sua ad Fr. Junium, pag.* 15. *Glossarii Gothici, & pag.* 213. *hist. dogmat. de sacris & script. vernac. Cujus sit versionis, non indicat. Idem asserit Phil. Marnixius apud Sibr. Lubertum de principiis Christianorum dogmatum lib.* 3. *cap.* 7. *Cujusmodi Testamentum characteribus Græcis scriptum aliquando ad suas manus pervenisse Matalius Metellus Sequanus apud Suffridum Petrum præf. decadis* 16. *de Script. Frisiæ testatus est.* “ Sed hi Codices ubi lateant, frustra à nobis fuere desiderati, „ *ait Sanbertus, p.* 44. *prolegom. in varias S. Matthæi lectiones.*

« Frisica lingua præ cæteris Belgicarum Provinciarum linguis ad priscam illam Teutonum ac fortassis Gothorum linguam quam proximè accedit. „ *Bonav. Vulcanius sub finem Epist. Dedicatoria de literis & lingua Gothorum.* 8°. Leidæ 1597. In quo tractatu leguntur Salutatio Angelica linguâ Gothicâ, p. 31. Oratio Dominica 33. Canticum Virginis Mariæ, p. 36. Canticum Simeonis, p. 41.

SECTIO SECUNDA.

BIBLIA GERMANICA
à Catholicis edita.

ANTIQUI CODICES MSC.

FRancica seu Germanica Novi Testamenti versio facta jussu Caroli Magni. *Vitus Amerbachius præfatione dedicatoria ad Carolum V. Imperatorem & Ferdinandum Cæsarem in Constituciones Caroli Magni, ait:* « Curavit Novum Testamentum in Francicam linguam converti; quæ, ut monumenta demonstrant, nostra est, „ *Germanica scilicet. Hac ille. Similia habet Claudius Espenceaut tract.* « quòd Principem literæ deceant ad Confessarium Regium, *fol.* 98. Carolus Magnus, *inquit,* Novum Testamentum in linguam Francicam & Germanicam converti curavit. » *Penès illos auctores sit hujus versionis fides.*

“ De Carolo ipso, (*inquit Hottingerus Bibliothecarii quadrip. lib.* 1. *cap.* 3.) authores fide digni referunt, ejus sive curâ sive operâ Novum Testamentum in linguam Germanicam fuisse translatum... *Vei vellem nominasset vir doctissimus illos,*

à quibus, quod Caroli Magni sive curâ sive operâ Nov. Test. in linguam Germanicam translatum sit, referri dicit. Equidem de Caroli circa Vulgatam Latinam recognoscendam sollicitudine ita ex Capitularibus & msc. codice Baronius ad ann. 778. §.22. Carolo Magno debemus ingens opus, (*& reliqua quæ cap. 4. sect. 2. retulimus.*) Similiter quod *quatuor Evangelistas* idem *cum Græcis & Syris optime correxerit*, apud Andr. du Chesne Scriptorum Hist. Francorum, tom. 2. num. 7. pag. 277. Theganus testis est. Sed de curata ipsius auspiciis versione Bibliorum Germanicorum nihil ibi habetur. „ *Ita Kortholtus, p. 318. tract. de variis Scripturæ edition. cap.* 25.

† “ Non difficile fuerit autores, quos Hottingerus secutus sit, nominare, præsertim cùm eosdem laudaverit Usserius in historia dogm. de Script. vernacul. p. 111. *Franciscum Junium patrem, Vit. Amerbach. & Cl. Espencæum*, qui tametsi recentes (*auctores scilicet seculi XVI.*) sunt, meritò tamen fide digni ab Hottingero dici potuerunt. (*quo jure, id erat probandum.*) Verisimile autem est, illos, vel saltem primum ex istis in antiquissimum versionis Theotiscæ codicem incidisse, quem argumentis non inficiandis Caroli Magni ætati tribuit, autoris enim veteris testimonium, qui illud disertè scripserit, ipse adhuc requiro. Sane versione Theotisca Monotessari seu Harmoniæ Evangel. Tatiani nihil antiquius extat, adeoque ad Caroli M. tempora illam retulere, qui eam cum versione & notis edidere Fr. Junius Filius, & Bonav. Vulcanius, quamvis Cl. Tenzelius illam Ludovici Pii temporibus potius vindicandam esse contendat, &c. „ *Jo. Fr. Mayer. in Diss. de antiquiss. Germanica S. Scr. versione* §. 7. *pag.* 150. *Idem paulo ante* §. 6. *hæc habet.* “ Si maximè nullus è scriptoribus memoriæ prodidisset, Caroli M. temporibus sacros libros in Germanicum sermonem translatos fuisse, hoc tamen colligi posset ex mirifico Imper. studio in Scripturam, & curâ Christianæ religionis propagandæ, &c. *& deinde* §. 8. Quamvis igitur sub Carolo M. aliquos sacros, N. præsertim F. libros & forte Psalmos Germanicè versos esse minimè ambigo, non tamen refragabor, si quis sub Ludovico Pio demum integrum sacrum Codicem, & si paulo liberiùs, Theotiscè redditum affirmaverit. „

Saxonica seu Theudesca sacrorum codicum translatio jussu Ludovici I. Imperatoris. “ Ludovicus I. dictus Pius, Imperator, Scripturam sacram in Saxonicam linguam converti curavit. „ *Christ.*

A *Pezelius in Mellifluo historico, part. 3. ad an. 818. Hæc autem versio non fuit solutâ sed ligatâ oratione scripta, ut patet ex his verbis à Matthia Flacio Illyrico, lib. 9. p. 1035. Catalogi test. verit. autoritate veteris cujusdam scriptoris, ap. Andr. du Chesne, tom. 2. pag. 326. de script. Francorum allatis.* “ Præcepit *Ludovicus* cuidam viro de Gente Saxonum, qui apud suos non ignobilis vates habebatur, ut Vetus & Novum Testamentum in Germanicam linguam poeticè tranferre studeret, &c. „

B † *Hujus metaphraseos rythmicæ nihil hodie superest; uti nec versionis, quæ Caroli M. auspiciis facta est.*

“ Rabanus Maurus, Haimo & Strabus manu admotâ socia versionem sacræ Scripturæ Teutonicam composuisse dicuntur; idque opus tam cito per temporum injuriam periisse dolet Flaccius in præfatione Otfridi Evangelio præmissa. Fides tamen historica huic deest operi, quæ si ex idoneis scriptoribus subderetur, sanè fateor dolendum cunctis adhuc posteris foret. „ *Ita Joh. Reiskius in* C *Epist. de Version. German. ante Lutherum ad Jo. Frid. Mayerum, pag. 135. tract. de version. Bibl. Germ. Lutheri.*

Biblia Teutonica antiquissima. *Bibl. Vaticana, de Montfaucon, p. 278. Diarii Italici.*

Biblia Teutonica à Genesi usque ad Ezechielem inclusivè, elegantissimè in membrana descripta tribus voluminibus, in folio majori, figurarum inauratarum ipsi contextui insertarum multitudine, tamque eleganti, magnifico ac pretioso ornatu marginali decorata, ut absque singulari admiratione spectari nequeant. D Inchoatum est hoc opus auspicio & sumptibus Wenceslai Imperatoris circa an. D. 1405. *Bibl. Vindobonensis, Lambecius, lib. 2. pag. 749. & seq.*

† *Sic incipit liber Geneseos:* “ In anegenge schepste Got Himel und Erde: die Erde war aber unnuez und lere, und vinsternüsse waru auf der gestald der abegrund, und Gotes Geist vvard gefurt auf den Wassern. „

E Biblia Germanica trecentos ante annos manuscripta in membrana, figuris, auro & variegatis coloribus mirè exornata, 2. vol. in fol. *Bibl. Gothana, cod. 9. 10. Struvius cap. 4. Introd. ad Hist. rei literariæ* §. 9.

Biblia Germanica à Genesi usque ad Prophetiam Amos, adjectis aliquot glossis ex historia scholastica, glossa ordinaria, & speculo historiali Vincentii Bellovacensis. Codex chartaceus in folio majori scriptus, ceu prima facies vo-

luminis duabus vicibus testatur, anno 1458. variisque ornatus figuris. *Bibl. Joannis Friderici Mayeri Eccles. Pomeran. Superintendentis Generalis* V. *ejus dissert. de hoc codice edita. p.* 168. *Hist. Vers. Germ. Lutheri.*

† *Incipit:* "In dem' ersten Anfankch beschuef Gott Hymreich und Erdreich. Dy Erd lag lar plos und unfruchtpar, mit trueber vinster was sy bedakcht von Grund auf.

Biblia Germanica, 2. vol. in folio, in membranis cum elegantissimis figuris, & ornatu marginali inaurato. In principio utriusque voluminis extant insignia gentilitia Matthiæ Eberler, cujus auspiciis & sumptibus hæc Biblia anno Christi 1464. scripta sunt. Ad calcem primi voluminis occurrit subscriptio Joannis Lichtensternii, Monachiensis, quâ testatur absolutam à se esse priorem hanc sacrorum Bibliorum partem Basileæ anno 1464. circa festum Purificationis beatissimæ Dei genitricis. Sic & in fine alterius voluminis ejusdem extat subscriptio, quâ testatur absolutam à se esse posteriorem partem, Basileæ an. 1464. in vigilia Sancti Jacobi Apostoli. *Bibl. Vindobonensis, Lambecius lib.* 2. *p.* 756.

† *Versio hæc incipit hoc modo:* "In dem angenge schuf Got himel und erden; aber das erdreich was ytal und lere, und vinsternuss was ob dem antluze des abgrundes, und Gottes Geist ward gefuret uber die wasser. Und Gott sprach: Werde liechte, und das liechte ward."

Biblia Germanica scripta anno 1472. per Nicolaom Bruchmul Sacellanum in Rapotzten *Tiguri Bibl. Civica.* Tom. II. posteriorem partem continens scriptus eodem anno. *Bibl. Conr. Wirzii Diaconi Ecclesiæ ad Templum Tigurinum, Ottius.*

Biblia Germanica juxta Vulgatam Latinam, interprete Melchiore Brunio ante annum 1590.

Postquam Meshovius in vita Ulembergii fusiùs disseruit de nova condenda Bibliorum in linguam Germanicam interpretatione, quæ quidem postea referuntur, hæc subdit: "De Melchioris Brunii, D. Martini Parochi, viri de Ecclesia & Rep. Coloniensi optimè meriti translatione ms. possitne versori subsidium ferre, pluribus disputatum fuit. Ista sub manu Ulembergii, diligenti examine prævio, hanc censuram tulit: 1. *D. Brunii versio commodior & tersior Eccianâ.* 2. *Ad Latinum Ecclesiæ textum ad amussim facta.* 3. *Auctor eam non limavit, prima fætura est.* 4. *Nimium subinde latinizat. Eccius ferè semper latinizat... Defuerunt D. Brunio præsidia.* 1. textûs emendati per Sixtum V. Pontificem, unde varia lectio perplexum eum subinde fecit; retinuit nonnunquam quod Sixtus V. *rejecerit* 2. *Defecit collatio cum viris Scripturæ amantibus.* Non est unius viri negotium illud. 3. Defuerunt interpretes accurati qui nunc in manibus versantur. Ergo novo ad illum directo diplomate, ut quod animo pridem cœperit, pergat porrò, paterne cohortatur." *Ita Ulembergius ad Comitem Hohenzolleranum, sicut scribit vitæ suæ auctor Meshovius.*

Psalmi Germanicè ex versione Notkeri Labeonis. *Bibl. S. Galli.*

"Notkerus Labeo Abbas S. Galli transtulit in linguam Alamanicam Psalmos Davidis & librum Job; quorum illi apud nos *nempe in Cœnobio S. Galli extant*, alter periit." *Ita Goldastus in fine tomi* 2. *Rerum Alemannicarum pag.* 156. *& Joachimus Vadianus lib.* 2. *Antiquit. Germaniæ pag.* 34. *tomi* 3. *Rerum Aleman. Goldasti hæc refert:* "Extat apud nos Sangalli Psalterium à Notkero Monacho, quem ob linguæ tarditatem Balbulum cognominarunt, in nostram linguam translatum Arnolpho imperante, (*circa annum D.* 890.) tantâ verborum difficultate, ut nonnisi ab attento & immorante lectore accipi & intelligi queat: tam dura olim & anhelans vetus illa Francorum & Alemannorum lingua fuit." *Ita Vadianus.*

Idem Psalterium scriptum manu Ekkerardi junioris, mandato Imperatricis Cunegundis conjugis Henrici II. Imperatoris ad ejus usum, (*circa annum* 1004.) quod opus nunc in manu nostra est, *ait idem Goldastus ibid. tom.* 1. *pag.* 2. *de auctoribus ab eo laudatis.*

"Extat apud Dn. Schombingerum Psalterium à Notkero Monacho, quem ob linguæ tarditatem *Balbulum* nominarunt in nostram linguam translatum, Arnolpho Imperatore inscriptumque, *Barbarica versio Psalterii*, cujus tanta verborum difficultas, ut nonnisi ab attento & immorante lectore accipi & intelligi queat. Continentur in eo extra Psalmos, Pater noster, Symbolum Apostolicum, decem Tabulæ & quæ ad sacra erant necessaria." *Joannes Godalstus in animadversionibus ad Eginhartum p.* 208. 4°. *Trajecti ad Rhe.* 1711.

Notkeri Labeonis Psalterium Davidis translatione & paraphrasi Teutonica ante 700. annos exaratum, cum interpretatione Latina, notis & præfatione Joannis Schilteri. *Nova literaria Germaniæ anni* 1706. *pag.* 284

"Otfridus Vizemburgensis monachus in Psalterium tria magna volumi-

„ na in Francico sermone contexuit, ut „ Trithemius memorat in catalogo illus- „ trium Germaniæ scriptorum. Hujus Psal- „ terii specimen publico dedit Petrus Lam- „ becius ex authentico exemplari, nem- „ pe Psalmi primi paraphrasim Theotis- „ cam in comment. suorum de bibliotheca „ Cæsarea lib. 2. cap. 5. sed paraphrasim „ hanc & versionem Psalmorum Teutoni- „ cam *Notkero Labeoni* Abbati S. Galli, „ qui ante septingentos annos floruit, ad- „ judicat Joannes Schilterus: „ (*qui hoc Psalterium in lucem dare è Musæo Dn. de la Loubere, annis superioribus laborabat.) Hæc Georgius Hyckesius initio Grammatica Franco-Teutonicæ, tom. 1. Thesauri Archæologi linguarum Septentrionalium.*

Psalterium Germanicè redditum anno D. 1356. *Lipsiæ, Bibl. Paulina Fellerus, p.* 68.

† Psalterium Latino - Germanicum cum Canticis V. & N. T. itemque cum Symbolo Athanasiano, Latinè & Germanicè. Codex membranaceus in 4°. pulchrè satis scriptus. *Ibidem, p.* 79.

† *Incipit* " Beatus vir qui non abiit „ in consilio impiorum, & in via peccato- „ rum non stetit, & in cathedra pestilentiæ „ non sedit. Der ist eyn selig man der nicht „ hyneyur in deme rate der ubelin und in „ deme wege der sundere nicht instimt „ und in deme stule der bosheit nicht in- „ saz. Sed in lege domini voluntas ejus, „ & in lege ejus meditabitur die ac nocte. „ Sundir in der. e. gotis ist sin wille. und in „ siner e. denkit tages unde nachtes. Et „ erit, &c. „ *Sic enim in hoc Codice, posito versu Latino, semper iisdem sequitur Germanicè. In ne extant rythmi nonnulli pro genio illorum temporum, sed quibus nec æra nec nomen scriptoris denotatur.*

† Psalterium Latinum, cum versione Germanica interlineari. " Vidi, *Inquit* „ *Lipsius Cent.* 3. *ad Belgas Ep.* 44. *ad H.* „ *Scottium JCtum*, Psalterium vetus apud „ Arnoldum Wachtendonkium Sæc. IX. „ scriptum, Latinum quidem, sed inter „ lineas ad singula verba Germanica in- „ terpretatione supra scripta, delectavit. „ Legi & studiose elegi, quæ abire ab ho- „ dierna lingua videbantur: „ *Subjicit Lipsius glossarium verborum Teutonicorum in illa lingua observatorum.*

† Idem. " Hujus generis Psalterium „ antiquissimum vidisse se affirmat etiam „ B. Rhenanus l. 2. rer. Germ. *ap. Joan. Hutthigium Argentorati. Meyerus Hist. vers. Germ. Lutheri, p.* 158.

Psalterium Germanicum cum Canticis V. & N. Testamenti, Symbolo Athanasii, &c. Codex in 4. membranaceus & antiquus; fuit olim Ulrici Comitis ab

A Helffenstein & Baronis de Gundelfingen, ut ipse ultimo ejus folio testatur propriæ manus inscriptione. *Bibl. Vindobonensis, Lambecius lib.* 2. *pag.* 763.

† *Inc.* " Seelig ist der Man der nicht „ abgieng in den Rate der Ungütigen, „ und in dem Wege der Sunder nicht „ stund, &c. „

Psalterium Germanicum & Cantica V. & N. T. &c. Codex chartaceus, in folio, cum Musica Ecclesiastica, singulis Psalmis præfixa, *ad calcem legitur hæc*
B *subscriptio*: Explicit per manus Erasmi Werdener de Delitsch, in Misnia sito, ferià sextà ante festum Ascensionis Domini 1477. auspicio & sumpribus Imperatoris Friderici V. ut patet ex symbolo ipsius A.E.I.O.U. quo prima pagina insignita est. *Bibl. eadem, idem lib.* 2. *p.*763.

† *Inc.* " Selig ist der Man der nicht ge- „ gangen ist nach der posen Rat, noch „ gestanden in der Sünder Weg, und auf „ dem Sezzel todleicher Sucht ist nicht ge- „ sezzen, &c. „

Psalterium Germanicum. *Bibl. Norfol-*
C *ciana in Anglia cod.* 297 *num.* 3196.

Liber Evangeliorum ab Otfrido in Theodiscam linguam versus inter versiones non recensetur, hic namque codex non versionem Evangeliorum in Germanicam linguam, sed paraphrasim poeticam Theodiscam complectitur.

Quatuor Evangelia Teutonicè. V. *Eadem Polyglotta msc. cod.* G.

Eadem ex versione Matthiæ Von Beheim anno D. 1343. *Lipsiæ, Bibl. Paulina, Fellerus, p.* 79.

D † *Codex hic membranaceus est in* 4. *in quo ipsis IV. Evangeliis varia præmittuntur, ac primò quidem* Descriptio Formæ Christi. 2. Præf. de libri hujus dignitate. 3. Hieronymi Prologus in IV. Evangelistas. 4. Ejusdem Canones Evangeliorum. 5. Indices Lectionum Evangelicarum anniversariarum. *Evangel. Matthai sic incipit:* " Daz buch der geburt Jesu Christi sun Davidis, &c. „ *Evangel. Lucæ.*

" Wan sich lichen vile habin sich geu- " bit zu ordnen die sprechunge der dinge " di in uns irfult sint. Alse si uns selber "
E gegeben haben di iz von dem beginne " sahin. und diener waren des sermonis " Geschin ist ouch mir nachvolgende von " dem beginne alle dinc ultz etlichen " itz ordenunge dir zu, scribene allir ve- " ste Theophyle, ut das du bekennis di " warheit der worte von den du unter- " weiset bist. Ez was in den tagen Hero- " dis des Kuniges ein prister in Judea mit " namen Zacharias von abyas zeche. und " ir name was Elizabeth. und si waren " beyde gerecht vor Gote unde wandelnde "
in

« in allen geboten und gerechtikeit des herren sunder clage. Und si hatten keinen sun. Darum daz Elizabeth unvruchtbar was. und si waren beide vortgegangen in iren tagen. »

IV. Evangelia excipit Passio ex IV. Evangelistis harmonicè composita. *Subscriptio in fine hæc est.* « Dise dutunge des latines in das dutsche ist gemacht. Matthiæ von Beheim dem clusenere zu Halle. nach unsirs herrn geburt tusent jar und dri hundert, und in dem dri und virzigsten jare, &c. »

† Evangeliorum Lectiones anniversariæ, Germanicè. Codex membranaceus in 4. eleganter exaratus manu Stephani Pfolnchoveri, anno 1327. ut patet ex subscriptione, quæ legitur in calce codicis post rithmos aliquot, more librariorum Germanicorum usitato, anili superstitione refertos, quæque sic se habet. " Ez hat geschriben das puch Stephani der Pfolnchover. Finivit anno Domini M. CCC. XXVII. in Vigilia S. Laurentii. " *Lipsiæ Bibl. Senatoria.*

Ut eò meliùs intelligatur, quid de hac versione statuendum sit, integram lectionem primam cum libri initio descriptam exhibere placet.

« Hie hebent sich an dey evangilia alley dey man list uberal in dem jar. und zw en passion. Daz erst Evangelium an dem weinnocht abent daz schreibt Sant Mattheus eu. Qum esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, & cætera. Do unser frawe sant Maria wart gemehelt Josepe daz si ze samme chommen, do wart si schwanger in ir leib und was daz von dem heiligen geist. wan Josep ir man gut und rechter was. Do wolt er sei taugenleidchen lazzen ungemailt. Und do er alzo gedacht, do erschein im der Engel in dem slaffe und sprach zu im Joseph Davides chint furcht dir nicht zo nemmen Mariam zu einer chonen. wan daz in ir ist, daz ist von dem heiligen geist. Si sol gebern einen Sun, der schol heizzen Jesus. Und sol behalten sin leut von irn sunden. »

Epistolæ Pauli Germanicè. Codex chartaceus in folio. *Bibl. Gothana cod. 21. p. 49. Catalogi.*

Epistolæ sacræ anniversariæ & alia V. & N. Test. selecta fragmenta antiquâ linguâ Germanicâ, magna ex parte rythmica. Codex membranaceus in 4. scriptus anno D. 1210. *Bibl. Vindobonensis. Lambecius lib. 2. p. 772.*

† *Incipit :* « Hye hebt sich der Epistler an. Der Suontag von unsers Herren Zuchunfft. Paulus sprach zu den Romern :

Nun wisset Pruder, es ist tzeit
Swer nu in dem slaffew leit
Das er nu schol auffstan
Und schol den slaff gar verlan, &c.

Codex hic singularis est & rarus, quem Imp. Maximilianus I. valde adamavit. In fine ejus legitur. hoc distichon rhythmicum :

Wer das puch gern list,
Der wird witzig und ain guter Christ.

Id. Ib.

Apocalypsis S. Joannis Latinè & Germanicè chartacea, in folio, una cum vita ipsius & multis figuris ligno incisis, propter vetustatem suam spectatu dignissimis. *Idem, ibidem.*

BIBLIA TYPIS EXCUSA.

PLurimæ laudantur antiquæ Bibliorum Germanicorum editiones, quæ quidem omnes annum nonnisi calamo signatum habent, v. gr. Michael de Marolles memorat editionem anni 1433. forte pro 1483. In codice bibliothecæ Tigurinorum Civicæ legitur annus 1437. forsan pro anno 1487. In bibliotheca Guelferbytana annus designatur 1447. pro 1487. Hottingerus in bibliothecario pag. 150. refert editionem anni 1448. sed lapsus est memoriæ. Alstedius Chronol. libr. 10. pag. 116. meminit editionis 1455. pro 1485. Joan. Jac. Huldricus in exemplari suo exaraverat 1457. Augustæ Vindelicorum, rectius 1487. Legitur annus 1461. in codice bibliothecæ Alumnorum Tiguri. Conringius, teste Mayero, citat editionem Augustanam præcedentem annum 1466. (*Latina est hæc editio.*) Tenzelius contendit, ut refert idem Mayerus, primam editionem nonnisi anno 1467. prodiisse, ex exemplari Lipsiaco. Hæ omnes editiones quoad annum sunt valde dubiæ fidei, in primis cùm æra temporis sit duntaxat manu exarata. " *Hæc ferè ad me scripsit doctissimus Joan. Bapt. Ottius linguæ Hebraicæ apud Tigurinos Professor.* † *Conf. Jo. Fr. Mayerus Hist. Vers. Germ. Luth. pag.* 183. 188.

Annus Editionis

Biblia Germanica, armis Domûs Austriacæ gentilitiis in fronte ornata, & typis excusa in folio. Augustæ Vindelicorum. *Non indicatur annus nec typographus. Extant in Bibl. Vindobonensi Lambecius L. III. Com. p. 315. Bina sunt ibidem alia exemplaria vetustissima sine nomine & loco typographi & nota temporis.*

† Biblia Germanica, in folio majori, *prima, ut putatur, editio. Hujus duo exempla extant Lipsiæ, in Bibliotheca Senatoria. Alterum integra continet Biblia, al-* 1462

terum vero à Proverbiis Salomonis incipiens reliquos libros sacros omnes exhibet. In hac editione rubrica librorum & capitum ut & litteræ majores initiales, quemadmodum initio typographiæ fieri solebat, calamo adscripta sunt. In priori exemplo neque locus neque tempus impressionis notatur: in posterioris autem fine annus 1467. eadem manu, qua rubricæ voluminis suppleta sunt, signatus est. Et hic sine dubio est ille liber quem Tenzelius Lipsiensis exemplaris nomine laudat, & cujus auctoritate primam editionem Bibliorum Germanicorum an. 1467. lucem adspexisse, probare conatur. Versionis ipsius specimina quædam nunc exhibebo. Sic igitur post prologum Hieronymi, liber Geneseos incipit.

« An dem anegang geschieff got den » himel und die erde wann die erde was » eytel und lere: und vinster waren auff » dem antluze des abgrundes, und der » geist gotz ward getragen auff die wasser. » Und got der sprach. liecht werde ge- » macht. und das licht ward gemacht. und » got der sache das liecht, das es ward » gut. und er teilt das liecht von der vin- » ster. und das liecht hies er den tag, und » die vinster die nacht, und es ward ge- » macht abent und der morgen ein tag. » &c.

Psalmus I. « Selig ist der man der » nichten gieng in dem rat der unmilten: » und nichten stund in dem weg der sün- » der, und nichten sas auf dem stul der » verwüstung. Wann. sen wille ist in der » ee dez herrn: und in seiner ee betrachte » er tags und nachtes. Und er wirt als das » holtze, das doist gephlantz bey dem ab- » lauf der wasser: das sein wucher gibt in » sein zeyt. Und sein laub zerfleust nit: » und alle ding die er tut die werdent ge- » lucksam. O ir unmilten nit also tut also: » wann alz daz gestupp daz der wind ver- » würfft von dem antlütz der erd. Do- » rumb die unmilten die erstend nit in » dem vrteyle: noch die sünder in dem rat » der gerechten. Wann der herr erkant » den weg der gerechten: und der steyg » der unmilten verdirbt.

Psalmus II. « Worumb grisgrammten „ die heyden: und die volck betrachten „ in uppig, &c.

1473 Biblia Germanica, quæ multam antiquitatem referunt, tum si chartam consideres, tum si literas initiales, easque majusculas appictas respicias. In calce Bibliorum manu antiquitatem redolente adscriptus est annus 1473. Locus editionis non indicatur. Ipse stylus loquendi & scribendi modus arguit satis diu ante finem seculi XV. hæc Biblia in linguam Germanicam translata. Discrepat hæc versio in multis à versionibus aliis Germanicis ante Lutherum concinnatis; neque enim consentit cum ea quæ reperitur in Bibliis Lubecæ 1494. neque cum alia quæ in editione Coloniensi absque anno. *Hæc ad me scripsit Claris Polycarpus Lyserus.*

Biblia Germanica, in fol. Norimber- 1477
gæ 1477. *Alia editiones Norimbergica ante Lutherum* 1483. 1490. 1518.

Eadem, in folio. Augustæ Vindelicorum, curâ & operâ Antonii Sorgii 1477. *Ad calcem hujus editionis leguntur Germanicè quæ sequuntur.* Præ omnibus aliis anteà impressis Bibliis Germanicis. *Unde colligi potest jam ab aliis anteà fuisse Biblia Germanica typis exscripta.*

Alia editiones Augustana ante Lutheri versionem publicata 1480. 1483. 1487. 1490. 1494. 1510. 1518. 1524.

Eadem, 2. vol. fol. Augustæ Vindelici, 1480
Sorgii 1480.

Eadem cum fig. ligno incisis, in folio. 1483
Norimbergæ, Ant. Koburgeri 1483. *In fine hæc leguntur:* Hoc illustrissimum opus totius sacræ Scripturæ, dictum Biblia, præ omnibus anteà impressis Germanicis; puriùs, clariùs & veriùs juxta communem dialectum Germanicam, cum summa cura & magna diligentia secundum Latinum textum examinatum & distinctè punctatum, cum inscriptionibus plerorumque capitum & Psalmorum, eorum argumentis & occasione, & cum pulchris figuris historiarum, hic finit. Impressum per Anthonium Koburger in laudabili urbe Norimbergæ, post Nativitatem Christi millesimo quadringentesimo octogesimo-tertio. Pro quo absoluto sit laus, gloria & honor excelsæ & sanctæ Trinitati in una essentia, Patri, Filio & Spiritui sancto, qui vivit & regnat Deus in æternum. Amen.

† *De hac, cæterisque versionibus Germanicis ante Lutherum editis, notat A. Pfeiferus Crit. S. c.13. p.339.* « eas pro ratione « istius sæculi exprimere Vulgatam, & à « grata linguæ vernaculæ elegantia ni- « mium quantum discedere. » *Et pag. 342. hanc cum versione Lutheri in locis aliquot confert, ut easdem ceu lucem & tenebras differre ostendat. De vitiis hujus ipsius interpretationis plura refert Jo. F. Mayerus in Hist. Vers. Germ. Luth. p. 184. & Th. Ittigius in præf. Bibl. Germ.* 1708.

Eadem, 2. vol. in fol. Argentorati
1485. Augustæ 1487. 2. vol. 4. ibidem 1485
1490. Norimbergæ 1490. Augustæ 1494. 1487
Biblia Germanica, Augustæ 1507. 1490
† Eadem, 2. vol. in fol. Augustæ Vin- 1507
delicorum, ex officina Silvani Ottmar 1518
anno 1518. *Sic incipit:* " In dem Anfang "

„ hat Gott beschaffen Himmel unde Erden, aber die Erd was eitel und lar, und die finsternüss ware auf dem antlüz des Abgrundes, und der Geist Gottes schwebet, oder ward getragen auff. den Wassern, &c. V. » *Jo. Fr. Mayerus Hist. Vers. Germ. Luth. p.* 192. Eadem, Augustæ 1524.

1524 † Eadem. « Codicibus Biblicis Germanicis ante Lutherum editis annumeranda etiam vetus translatio Germanica, cujus meminit Mich. Beringerus in Defens. Vers. Germ. Lutheri, & ex qua specimen affert, comma videlicet 1. Psalmi 1. hoc modo redditum :

Seligist der Mann, der nicht den Wegist gegangen der Unmilden; und den Weg der Sünder nicht ist gestanden, und in dem meister-sessel der Schelme nicht ist gesessen. V. » *Kortholtus de variis Scr. edit. cap.* 25. *pag.* 324. *& Mayerus loc. cit. pag.* 94.

De his Bibliorum Germanicorum versionibus hæc ait Joannes Mathesius conc. 13. *de vita Lutheri :* « Vidi in juventute mea Biblia Germanica minùs germana, haud dubiè ex Latino germanizata.

BIBLIA
JOANNIS DIETEMBERGERI.

534 Biblia ex Latina Vulgata in linguam Germanicam translata à Joanne Dietembergero, dicata Alberto II. *Joannis Electoris Brandeburgi filio*, Electori & Archiepiscopo Moguntino, in fol. Moguntiæ 1534.

« Novi Testamenti versio Dietembergiana ab Emseriana vix quidquam differt, *inquit Kortholtus, tract. de variis S. Scripl. edition. cap.* 25. §. 21. Universa Biblia transtulit Dietembergius, sed quam horridè & minus comptè, clamat inspectio. Translatio etiam illa non est facta ex fontibus, sed per omnia accommodata ad versionem Vulgatam Latinam. » *Walterus in officina Biblica, reposit. priori Theca* 4. §. 505.

Novum Testamentum ex Emseri translatione Dietembergerus ferè retinuit : *Joan. Fr. Mayerus cap.* 7. §. 8. *Hist. Vers. Lutheri.*

" In versione sua nihil aliud fecisse videtur Dietembergius linguarum Ebraicæ & Græcæ, ut ipse testatur, imperitus, quam ut Lutheri versionem idiotismis Bavaricis deturparet, & ad Vulgatæ ductum *accommodaret*, in novo fœdere per omnia ferè exprimens Emserum. „ *Jo. Frid. Mayerus cap.* 3. §. 3. *Dissert. Theol.* 4. *Francof.* 1707. † *Conf. Idem Hist. Vers. Germ. Luth. c.* 7. *p.* 84.

" Hic Vulgatæ Latinæ ductum ubique & ipse secutus, interdum etiam Wormatiensibus Bibliis usus est... Prodiit illius editio prima anno 1534. cui Epistola ad Laodicenses inserta est. „ Addit hunc interpretem idiomate Bavarico, quod ipsi fortasse pulchrum videbatur, versionem suam deturpasse. *Zeltner, cap.* 1. *de novis Bibl. Vers. German. &c. p.* 5.

Eadem, in fol. Coloniæ 1550. 1556. Moguntiæ 1561. Coloniæ 1564. 1572. 1575. 1584. 1587. 1592. 1594. 1600. In 4°. Moguntiæ 1603. In folio. Coloniæ 1604. In folio. Ibidem Arnoldi Quentel 1607. In 8°. Ibid. 1609. In fol. Ibid. 1610. In 8°. Moguntiæ 1617. In folio. Ibid. 1618. In 8°. Coloniæ, Balthaz. Lippenii 1619. In fol. Ibid. 1621. 1626. In fol. Coloniæ 1701. In 8°. Norimbergæ 1705.

BIBLIA JOANNIS ECKII.

Biblia seu Vetus Testamentum Germanicè ex Latina Vulgata, Interprete Joan. Eckio, *vulgo* Ecken. (*Veteris duntaxat Testamenti versionem memorat Gretserus sub finem capitis I. tract. de novis translat. Biblicis*) & Novum Testamentum *ex versione Joannis Emseri*, in fol. *absque nomine loci & typographi* 1537. 1537

Ex Epistola dedicata Reverendiss. Patri & Illustriss. Principi D. Matthæo S. Romanæ Ecclesiæ Cardinali Episcopo Albanensi, Archiepiscopo Salisburgensi. " Verùm in Novo Testamento quod summa cura ac diligentia perfecit honestus vir Licentiatus B. Emserus, nolui eum fraudare laude ac præmio laboris sui, ut editores Novi ejus Testamenti, qui nullam ipsius nominis fecere mentionem; quod equidem iniquum duco. Quare in ejus translatione acquievi. Tamen ubi ille verba adhibuit nobis Germanis minus usitata, vel ubicumque aliquam ex Erasmi translatione laciniam assuit, à sancta nostra Christiana Ecclesia non traditam, ego locum confixum & abrasum mutavi. Opponi mihi posset : si ita intactum esse volui Ecclesiæ Christianæ textum, cur in Bibliis Nurembergensibus, & Augustanis non idem præstiti quoad Vetus Testament. quod in Emserianis quoad Novum. Qua super re istud moneo hanc mihi etiam mentem fuisse postmodùm, sicque magno me labore libentissimè liberassem, sed comperi Interpretem non secutum esse regulas D. Hieronymi de optimo genere interpretandi. „

Eadem, in fol. Ingolstadii, apud Weissenhovios 1550. 1553.

Eadem ab authore recognita, & edita studio Erasmi Wolphii Canonici Augustani, in folio. Ibidem 1558.

Eadem ad Vulgatam Editionis Sixtinæ recensita per Tobiam Hentschelium Ord. Min. in fol. Ingolstadii, Eliæ Miller 1602. Coloniæ, Bernardi Walter 1611. Ingolstadii 1630.

BIBLIA CASPARIS ULENBERGII.

1630 Biblia ad Sixtinam editionem Vulgatæ Latinæ versionis Germanicè translata à Caspare Ulenbergio, auspiciis Ferdinandi *Ducis Bavariæ* Electoris & Archiepiscopi Coloniensis, in folio. Coloniæ, Kreps 1630.

"An. 1614. de Bibliorum versione primò actum est, quam religiosissimus Elector & Archiepiscopus Coloniensis deinceps per Itelium Fridericum Comitem Hohenzolleranum Metropolitanum præpositum, dein S. R. E. Cardinalem, Osnabrugensem in Vestphalia Episcopum constanter urgebat. In cunctis Sereniss. Archipræsuli Ulembergius obsecundans injuncto muneri manum celerem apposuit. Mox periculum sui facturus, quot brevia capita transferre per otium posset, cum sacra Biblia universim mille trecenta & sexaginta numerent; à tertia & vigesima mensis Octobris die anni 1614. usque ad decimam quartam Februarii intra dies centum & quindecim capita bis centum unum & nonaginta absolvit. Quo porro spectatit semper, & qua sinceritate in nova translatione adornanda usus fuerit testatur ipse. 1. *Religiose*, ait, *adhæresco ad textum ab Ecclesia probatum Sixtinæ editionis.* 2. *Propositum habeo nullam vocem omittere, quæ in eo textu sit.* 3. *Nec quicquam addere.* 4. *Salva tamen ea libertate, qua D. Hieronymus & probati Interpretes utuntur, ut non semper verbum verbo, sed phrasis phrasi reddatur.* 5. *Subinde etiam quæ pressè, concisè, & obscuriùs dicta sunt, pleniore sermone evolvo.* 6 *Ubique religiose observo, ut is sensus commodis & usitatis vocibus plenè exprimatur, quem SS. Patres ab Ecclesia didicerunt, Ecclesia à Spiritu S. hausit.*

"Elector veritus, ne Ulembergii vires è gravi morbo vix restituti sufficerent, consultandum censuit; num Dietembergii versionem ad Latinam, quam S. Concilium Tridentinum approbavit, revocare, quam novam facere facilius foret? Respondit Ulembergius datis ad Comitem Hohenzolleranum literis A. 1614. 8. Dec. qui se Electori principi traditurum illas promisit. *Emendare*, inquit, *Dietembergii versionem Bibliorum Germanicam, ut cum Latina Sixtina editione conveniat, impossibile est. Facilius novam adornare, ut Lovanienses fecerunt in Gallico & Belgico idiomate. Qui si fieri debeat cum fructu, necessarium erit, ut unus quidem vertendi laborem suscipiat, ut sit æqualis dictio; sed huic adjungendi erunt, qui ea, quæ verterit, diligenter examinent, expendant omnia, & interpretem, sicubi forsan hæsitaverit vel impegerit, sincerè moneant. Eos putarim duos designandos à Facultate Theologica, quos ipsa Facultas in hac Universitate idoneos ad eam rem judicarit. Quibus duos censuerim adjungendos è Societate, Patrem Rectorem Collegii Societatis, & quem ille duxerit assumendum. Ad hos recurrat, qui laborem vertendi suscipit, quoties id necessitas postulabit. Et quidquid vertit, his vel conjunctim vel separatim examinandum exhibeat, ut postea sub Universitatis attestatione Biblia prodeant. Quod ipsum definitio Romanæ congregationis A. 1608. 17. Maii in gratiam Germanicæ nationis facta requirit his verbis:* Sacra Biblia &c." *Ita Arnoldus Meshovius p. 41. vita Casparis Ulembergii 8. Coloniæ 1638. edita.*

Eadem à Theologis Moguntinis recensita & *ab idiomate Westphalico perpurgata*, auctoritate Joannis Philippi *a Schonborn* Archiepiscopi & Electoris Moguntini edita cum figuris, in folio. Moguntiæ 1662. 2. editio, in 4°. Ibidem 1666.

"Theologi Moguntini in id Casp. Ulembergio desiderant, quod idiotismi superioris Germaniæ (Westphalus nimirum erat) non satis gnarus fuerit: eoque ipso se permotos aiunt, ut commodiorem magisque Teutonicam Scripturæ traductionem molirentur, licet Ulembergianam, quoad fieri potuerit, in opere illo suo retinuerint. Pollicentur proinde interpretationem, quæ nativo minimèque coacto idiomate Germanico Vulgatæ Latinæ textum fideliter exprimat." *Kortholtus cap. 25. num. 23. pag. 335. de variis Scripturæ edition.*

"Cum Moguntini *Theologi* A. 1662. novam Joan. Philippi Archiepiscopi auctoritate molirentur nativo sermone gentis Germanicæ dulciùs expressam interpretationem, hanc (*scilicet Gasp. Ulembergii*) præcipuè à Westphalico idiomate perpurgandam sibi sumpserunt; cætera vero, quoad fieri potuit, retinnerunt; sicut ex utriusque traductionis collatione facilè innotescet." *Zeltnerus c. 1. p. 6. de novis Bibl. Vers. German.*

Biblia German. Ulembergii, in fol. Coloniæ 1670. 2. vol. in 8°. Ibid. Dehmen 1684. In fol. Ibid. 1691. In 4°. & in

8°. Ibid. 1692. In folio. Bambergæ 1701. In 8°. Ibid. 1702. In 8°. Coloniæ 1704. In 4°. Ibidem 1705.

Biblia Pentapla, id est, Libri veteris & Novi Testamenti in linguam Germanicam translati.

1. A Catholicis Romanis: per Casparum Ulembergium Th. Licent.

2. A Lutheranis: per Mart. Lutherum, Theol. Doctorem.

3. A Calvinianis: per Joannem Piscatorem Theol. Professorem.

4. Vetus Testamentum à Judæis per Josephum Athiam & novum à novatoribus (i. e. Pietistis) per Jo.Henr. Ritzicum.

5. In dialectum Hollandicam jussu ordinum generalium. Hæc omnia cum præfationibus unicuique versioni propriis cum locis parallelis, summariis & indicibus. 4. vol. in 4°. Hamburgi, Holle 1712.

Psalterium Lat. & Germ. in 4°. Basileæ 1503.

Psalt. Germ. cum postillis de Lira, in 4°. Spiræ 1504.

Psalt. Latino - Germanicum, in 4°. Argentinæ Knoblauch. 1508.

Psalterium Germanicum, in 4°. Metis 1513.

† Psalterium Germanicum, editum à Jo. Boschenstainio ex versione Caspari Amman, qui eam Joanni Boschenstainio inscripsit in 8°. Augustæ, Sigismundi Grymon, 1523. *Hujus versionis loca quadam speciminis loco adducit, & cum versione Lutheri confert A. Pfeiferus Crit. S. c. 13. p. 343. & seqq.*

Psalterium Germanico idiomate ex Vulgato Latino redditum & expositum à Joanne Pediano, Coloniæ 1532.

Psalterium cum Canticis V. & N. Testamenti, expositionibus Dion. Cartusiani illustratum, à Cartusianis Coloniensibus Germanicè redditum, Coloniæ 1535. *Utramque versionem hanc laudat Jo. Fr. Mayerus, cap. 3. §. 3. & 4. p. 81. 82. dissert. de Ecclesia Papæa, &c. in triga dissertat. Theolog. 4. Gryphisvvaldiæ 1707.*

Psalt. Germ. Ulembergii, 8°. Coloniæ 1701.

Jesus Sirach sive Ecclesiasticus, Germanicè in 12. Coloniæ, Gravenbruch 1601.

Ecclesiasticus, Ecclesiastes & Proverbia Salomonis, Germ. in 12. Ibidem, Quentel 1612.

Novum Test. Germanicum ex versione Latina Erasmi, 8. Lypsiæ 1522.

Novum Testamentum ex Vulgata editione Latina in Germanicum sermonem versum ab Hieronymo Emsero, cum suis glossis adversus Lutheri glossas, & præfatione sive diplomate Georgii Saxoniæ Ducis, *jussu & suasione Joannis Scheunizis Episcopi Merspurgensis*, in fol. Dresdæ 1527.

Ex operis Epilogo. « Fatetur Emserus, se veterem & novam translationem Germanicam contulisse, & ex textibus in Ecclesia probatis emendasse: Latinam pro norma secutum esse, sed ubi Græca differrent, id in margine notasse: Lutheri falsas glossas refutasse, eisque suas apposuisse secundum sensum Ecclesiæ, &c. „

" Cùm Nov. Testamentum à Luthero in Germanicam linguam versum, ac multis in locis depravatum, & per falsas annotationes ad confirmandas hæreses ejus adornatum, multisque millibus exemplarium per chalcographos adauctum & evulgatum, ubique circumferretur venale: & inclytus & maximè Catholicus Princeps, Dux Saxoniæ Georgius constantissimè illud non solùm rejiceret privatim, sed & publicis edictis interdiceret subditis suis, per omnem suam in Turingia, Misniaque & Saxonia ditionem... Hinc factum est, ut illi fidelis ac devotus Capellanus, Hieronymus Emserus, qui jam pridem ediderat annotationes in Lutheri Testamentum Novum, ac de multis eum palam convicerat, Novum Testamentum, ex recepta & approbata per totam Ecclesiam translatione Latina, verterit in Teutonicum quàm fidelissimè jussu & petitione prædicti Principis, qui & præfatione sua opus illud maximè commendabile bonis ac piis omnibus reddidit. „ *Jo. Cochlæus ad an. 1527. comment. de actis & scriptis Lutheri p. 161.*

† *Notandum est, hunc Cochlæi librum totum ex mendaciis esse compositum. Kortholtus versionis hujus historiam ita refert:* " Biblia Germanica Lutheri cùm prodiissent, magnoque applausu ab omnibus exciperentur, infensissimus ille Lutheri hostis, Georgius Saxoniæ Dux, publico mandato conversi ab eodem Nov. Test. lectione & emptione civibus suis interdixit... Tum etiam novam per Hieronim. Emserum Nov. Test. translationem ex Latina Vulgata procuravit, eamque prolixa præfatione ornatam, suis legendam commendavit. Prodiit primùm an. 1527. Dresdæ in fol. ejusque editionis raptim distractis exemplaribus, nova mox adornari cœpit in 8°. verum nescio à quo mutata passim & interpolata, &c. „ *c. 25. de variis S. S. editionibus, cap. 17. 18. 19. conf. Secken-*

dorf. Histor. Luther. L. 22.

De ista versione hæc habet Lutherus, tom. 3. *operum edit. Altemburgicæ, pag.* 70. " Ille (*Emserus*) Germanicam versionem meam suavem & bonam esse fatetur, quam cum emendare non posset, defamare tamen conabatur, ac Test. Novi versionem, ut erat de verbo ad verbum à me composita, nomine, præfatione & glossis meis omissis, contra nomine, præfatione & glossis suis additis hac ratione tanquam suam vendebat. „ *An hæc ita se habeant, videsint ii, quibus utriusque exemplar inter se conferendi facultas est.*

" *Hieronymus Emserus* novam versionem N. Test. maximâ tamen parte ex Lutheri versione exscriptam A. 1527. compilavit, & Dresdæ in fol. eodem anno, (quo & obiisse Emserum 8. Nov. Epitaphium ejus fidem facit) imprimi curavit, diplomate Georgii Ducis *Saxoniæ* in Lutherum & ejus asseclas contumeliosissimo munitam. Cujus exempla cùm raptim distraherentur, mox illam excepit Lipsiensis alia editio in 8°. repetita, sed multis locis mutata, & nescio quo authore interpolata, ac syllabo seu catalogo errorum Lutheri in altera illa editione A. 1527. commissorum aucta, causamque inter alias dissensus à Luthero præcipuam castitatis & pudoris ab eo neglectum stolidè prætendens. „ *Zeltnerus cap.* 1. *p.* 4. *de novis Bibl. Vers. German. &c.*

† Idem, cum summariis & glossis, *quibusdam in locis mutatum. Præmissus est Syllabus locorum, quæ Lutherus in secunda versionis suæ editione A.*1527. *mutavit, titulo:* Widereinanderstrebung Luthers Testamenten; *cum Privilegiis Georgii Ducis & Epitaphio Emseri. Accedunt Emseri* Annotationes in N. T. Lutheri *tertia vice excusæ.* In 12. Lipsiæ, Val. Schumanni 1528.

† *Ex Epilogo:* " En tibi lector, opus, quod Emserus, ingravescente ætate, corporis viribus valde debilitatus summa fide atque diligentia elaboravit, quodque jam recognitum, correctum, expurgatum & utilibus aliquot ac necessariis additionibus auctum exhibetur ... vocabula quædam interdum mutata invenies. Nam ubi voces protervæ atque scandalosæ, (quas Lutherus sæpe multumque in versione sua adhibuit, Emserus autem ex incuria quandoque reliquit) sese obtulerunt, in virginum & castarum mentium gratiam pro illis verba magis verecunda substituta sunt. „

† " Sic e. g. pro eo quod Lutherus locum Matthæi 1, 23. vertit: Eine Jungfrau wird schwanger seyn; in editione Emseriana est: Eine Junckfraw wird im leyb haben; pudica scilicet emendatione. „ *Kortholt. de variis script. editionibus, p.* 147. *fol.* 331.

" Hæc editio prioribus elegantior, cui syllabus additur locorum quæ Lutherus in secunda suæ versionis editione A. 1527. mutaverat, substitutis commodioribus vocabulis. „ *Seckendorf. hist. Lutheran. lib.* 1. *sect.* 52. §. 127. *Hic idem syllabus integer refertur à Joh. Fr. Mayero, p.* 32. *cap.* 3. *hist. Vers. Germ. Luthers.*

† Idem, cura Jo. Dietembergeri in 8°. Colon. 1529. V. *Zeltnerus de novis Bibliorum Vers. Germ. p.* 5.

Idem, in fol. Tubingæ, Petri Quentel 1532. In 8°. Friburgi 1534. In 8°. 1539.

Novum Testamentum Latino-Germanicum, in 4. Antuerpiæ 1539.

Novum Testamentum Emseri, 8°. 1551.

Nov. Test. Germanicum *ex versione ab Emseriana diversa*, in 8°. Coloniæ, Van der Meulen 1553.

Nov. Test. German. Emseri, fol. *absque loco* 1572. In 8°. Coloniæ 1583. 8°. Ib. Arnoldi Quentel 1603. In 12. Ib. Rutgeri 1605. In 8°. 1606. 1610. 1614. 1623. 1631. Parisiis 1630.

Nov. Test. Germanicum, ex versione Joan. Ulembergii, recognita jussu Joannis Philipsen Archiepisc. Moguntini, 8°. Sultbazi, Joan. Holst 1687.

Evangelium Joan. Germanicè versum à Nicolao Crumbach. Lips. 1522. *Jo. Fr. Mayer in ead. dissert. p.* 81. *ut supra in Psalterio.*

† Epistolæ & Evangelia annua, Germanicè, illustrata à Georgio Holzajo S. J. an. 1641. *Jo. Alb. Fabricius B. Gr. l.* 4. *cap.* 5.

Apocalypsis Joannis historia, Germ. typis antiquis expressa cum commentario Germanico. *Extat in Bibl. Bodleiana, cod.* 988.

SECTIO TERTIA.

BIBLIA GERMANICA

à Martino Luthero vel ab ejus asseclis edita.

BIblia Veteris Testamenti ex Hebræo, & Novi ex Græco in sermonem Germanicum *dialecto Misnicâ* à Martino Luthero conversa, *undecim annorum spatio, scilicet ab anno* 1522. *ad an.* 1532. *edita.* Pentateuchus in lucem emissus A. 1523. Libri Historici V. T. A.

Annus Editionis 1532.

1524. Eodem anno occupatus fuit in transferendo Job. Psalmos pœnitentiales ex Latina Reuchlini versione primùm Germanicè redditos edidit A. 1517. Integrum Psalterium servatis strictius Hebraismis, A. 1524. Eundem Psalmorum librum, sed liberiore & Germanismi observantiore versione exposuit, A. 1531. Proverbia, Ecclesiastes & Canticum Canticor. in lucem prodiisse videntur A. 1527. (vel potius 1524. *ut docet Jo. Melch. Krafft in Emendandis in hist. Vers. Lutheri à Mayero edita, p.* 10.) Esaias A. 1529. Reliqui Prophetæ A. 1531. 1532. Apocryphi (*ut eos vocat Lutherus*) libri circa A. 1530. Nov. Test. A. 1522. *Ita Jo. Fr. Mayerus, p. 15. hist. Vers. Germ. Luth. Hæ omnes editiones servantur in Bibl. Guelferbytana, exceptis apocryphis seu verius deutero-canonicis libris, qui quidem sunt in Bibl. Schaphusiana.*

Ex indice librorum Mart. Lutheri A. 1518. *edito, qui legitur ad calcem comment. Jo. Cochlæi de actis & scriptis Lutheri, p.* 343. "Libri in Teutonicum translati per Mart. Lutherum, Novum Testamentum primo editum: Quinque libri Moysis: Historiæ Josuæ, Judicum, Regum, Chronica, Esra: Job, Psalterium, Solomo."

"In translatione Psalmorum Lutherus adjutus est operâ Philippi Melanchthonis, Casp. Crucigeri, Joannis Forsteri, & Matthiæ Aurogalli." *Georgius Princeps Anhaltinus in brevi commonitione de translatione Psalmi 16. subjecta ejus concionibus in illum Psalmum, pag.* 361. *operum suorum.*

"In Germanicis Bibliis duo primi tantùm Macchabæorum libri ex Græca in Teutonicam linguam conversi sunt à Philippo Melanchthone, quem versionis Germanicæ authorem oratio propria, & multo simplicior & facilior quam in cæteris Bibliorum libris demonstrat." *David Chytræus in Onomastico sacro, pag.* 896.

1535 Biblia Germanica ex versione Lutheri, antea per partes edita, absoluta demum & in unum compacta corpus, secundis curis recensita, cum privilegio Joannis Friderici Electoris Saxonici, in fol. Wittebergæ, Joannis Lufft 1534-35. *Hæc editio edi cœpta est* 1534. *& absoluta* 1535.

"Anno 1534. Lutherus universa Biblia in unum corpus collecta, & passim aliquantum emendata, ac præcipuè quod ad dictionem attinet, magis subinde perspicuè reddita edidit Wittemberg. in fol. .. cum privilegio Joann. Friderici Electoris. Atque hæc fuit prima editio atque recognitio integrorum Bibliorum Germanicorum Lutheri, cui Psalmi non ex priore editione anni 1524. verum ex altera A. 1531. inserti sunt." *Joan. Frid. Mayerus pag. 14. hist. Vers. Germ. Lutheri cap. 2. §. 15.*

Joannes Melchior Krafft pag. 12. Emend. & Conring. in hist. Version. German. Lutheri hæc ait: "Cap. 11. sect. 15. *libri Jo. Fr. Mayeri* agitur de Bibliis Lutheri in unum corpus primâ vice collectis, idque anno 1534. factum esse asseritur; licet in eo plurimi assentiant, attamen dantur viri itidem celeberrimi, docentes Biblia A. 1535. primùm conjunctim esse edita & ad finem perducta."

† *Augustus Posselt, Ecclesiast. Zittaviensis, qui Codicum Bibliorum Versionis Germ. Lutheri, quos ipse magno numero possidet, notitiam edidit, in fine hanc etiam controversiam de anno, quo Biblia Lutheri integra primùm prodiere, attingit, idque an.* 1534. *ut Mayerus asserit, factum esse, ipsius editionis, cujus duo ipsi suppetunt exempla, quæque septies in titulis pariter atque in fine hunc annum expressum refert, testimonio confirmat.*

"Tandem an. 1535. (*inquit Kortholtus pag. 326. c. 24. tract. de variis Scripturæ edition.*) omnes & singuli junctim, inque unum corpus coacti libri Biblici idiomate Germanico Wittebergæ vulgati sunt; sed ita, ut reviderentur ante, ac, ubi opus esset, emendarentur. Psalterii autem in locum prioris, ut pote Hebraismum plus justo passim sapientis, plane nova substitueretur translatio."

"Sunt quædam loca, in quibus postremæ emendationes prioribus editionibus non anteferendæ videntur viris doctissimis... qui nec forte immerito priorem Lutheri interpretationem interdum fontes propius accedere, meliusque exprimere existimant quam δευτέρας illius φροντίδας. *Jo. Frid. Mayerus, ibid. p. 29. 30. Et pag.* 88. Quidam in hac versione reprehenderunt vitioque verterunt Luthero, quod boni interpretis limites ita, si illis credas, transgressus fuerit, & loco simplicis versionis, non rarò metaphrasin & commentarium ediderit." *Hæc Jo. Frid. Mayerus.*

"Est Lutheri hæc versio omnibus cæteris, quotquot extant, anteferenda, sive fidem & diligentiam, sive perspicuitatem etiam spectemus, quæ tanta est, ut multorum commentariorum vicem supplere queat." *Wagenseilius in synopsi historica universali part. 3. vol.* 4.

De hac versione non tam benignè judicat Philippus Marnix de Sainte Aldegonde, scribit enim in sua ad Jo. Drusium episto-

la : « Nullam versionem ab Ecclesia » (*Calviniana*) admissam tam longè ab » authentico textu differre quàm versio » Germanica Lutheri. „

“ In interpretatione V. & N. Testa» menti *à Luthero facta* (*inquit Melanch» thon in præfatione tomi 2. operum Luthe» ri*) tanta est perspicuitas, ut vice com» mentarii esse possit Germanica lectio. „ *Allatis his verbis Rich. Simon addit*, *cap.* 43. *hist. crit. vers. N. T.* “ At non rarò » evenit, ut, dum majori studet perpicui» tati, textumque magis intelligibilem » reddere affectat, suas opiniones atque » interpretationes potiùs quàm S. Spiritus » sensum proponat. „

« Ratione rerum & verborum, conce» dimus Lutherum multis in locis non tam » metaphrasten agere quàm paraphras» ten. „ *Balth. Raithius thesi X. vindiciarum Vers. Germ. Lutheri.*

“ Jacobus Wellerus (*alter Luthera» nus*) præf. in editionem versionis Bibli» cæ illam quæ Luneburgi A. 1663. pro» diit, affirmavit Lutherum sæpe numero » sensum potius quam verba Originarii » textus reddidisse, quod tamen est para» phrasten agere, non fidum interpretem. „ *Herm. Conringius*, *pag.* 74. *Epistolæ gratulatoria ad Augustum* Ducem Brunswicensem. *Idem ibidem refert Joannem Draconitidem*, “ voluisse aliam dare versio» nem Germanicam, & Ebræo textui ma» gis convenientem. „

† De iis, qui Lutheri versionem laudibus extulerunt pariter atque notarunt, tum etiam de iis, qui eamdem ab indigna aliorum censura vindicarunt, prolixè disserit *Jo. Frid. Mayerus in Hist. Vers. Luth. cap.* 7-10.

† Biblia Lutheri cum figuris. Argentorati, wolfg. Kophl. 1530. “ Hæc edi„ tio nequaquam omnes libros sacros, ut „ titulus falsò refert, ex Lutheri versione, „ sed magnam partem Prophetarum & li„ bros Apocryphos à Luthero illo tempo„ re nondum editos, ex alterius, fortè „ Hetzeri, translatione exhibet. „ *Posseltus l. supra cit. & T. Ittig. præfat. Bibl. Germ.* 1708.

1535. Biblia Lutheri cum annotationibus & figuris, in folio. Augustæ Vindelicorum 1535.

1536. Biblia Germanica Lutheri, in folio.
1539. Wittebergæ, Joannis Lufft 1536. 1538. 1539.

† Biblia Germanica V. T. de Anno 1539. cum Lutheri emendationibus, propria ejus manu singulis paginis adscriptis, atque N. T. de anno 1540. asservantur *in Biblioth. Jenensi Struvene introd. ad notit. rei lit.* §. 31.

Aliæ editiones Joannis Lufft ante mortem Lutheri à Christoph. Sandio visæ & recensita pag. 378. *appendicis interpretat. paradox. N. T.* An. 1535. 1538. 1540. 1541. 1542. 1543. 1544. 1545. *Hic addit* Lutherum quotannis versionem suam cum Melanchthone, Forstero, Crucigero & Aurogallo emendasse.

Eadem, jussu Henrici Saxoniæ Ducis, *juxta edit.* A. 1534. in folio, Lipsiæ, Nicolai Wolrabii 1541. 1541.

† *Hæc editio initio quidem, ipso Luthero ita volente, ferè suppressa fuit, quòd Wolrabius, Georgio superstite, multos libros contumeliosos in Lutherum typis suis evulgasset, referente Seckendorfio Hist. Luther. l. 3. s. 20. §. 77. p. 255. In Biblioth. Jenensi extant* « Biblia Germanica de anno « 1541. quibus in captivitate sua usus est « Joannes Fridericus Saxoniæ Elector, à « Luca Cranachio elegantissimè picta, at« que in membranis impressa. » *Struvius Hist. Bibl. Jenens.* §. 9. *& Introd. ad not. rei lit.* §. 31.

Eadem, secundò recognita, editaque 1542. cum privilegio Joannis Friderici Electoris Saxoniæ & hortatione Lutheri *in Bibliis hodie præmitti solita*, in fol. Wittebergæ, Joan. Lufft 1541- 42.

« Illa secunda versionis Germanicæ re« cognitio anno 1542. absoluta, edi cœpta « an. 1541. » *Mayer. pag.* 26.

Ex Mathesii concione 13. *de vita Lutheri à Jo. Frid. Mayer. Latinè reddita & edita p.* 25. *Hist. Vers. Germ. Lutheri* : « Cum « totum Bibliorum corpus Germanicè red« ditum prodiisset A. 1534. & diem à die « edoceri, intelligentiamque Scripturarum « per tentationes incrementum capere in« telligeret Lutherus, universos sacros li« bros à capite ad calcem iterum accurate « perlustrandos assumpsit, magnoque ar« dore, incredibili industria, & precibus « ferventissimis integros denuo recensuit... « singulare veluti synedrium in hanc rem “ convocavit doctissimorum ea ætate viro“ rum, qui singulis hebdomadis aliquot “ ante cœnam horis apud se convenirent, “ Joannem nempe Bugenhagium, Justum “ Jonam, Doctorem Crucigerum, Mag. “ Philippum *Melanchthonem*, Matthæum “ Aurogallum, quibus etiam Georgius Ro“ rarius, qui specimina typographi corri“ gebat, adfuit, aliis insuper & peregrinis “ subinde doctoribus, virisque eruditis ad “ tantam rem juvandam advolantibus, “ uti Doctore Bernardo Zieglero, & For“ stenio. »

» Postquam itaque Lutherus versionem « jam à se editam solus secum expendisset, “ etiam à Judæis linguarumque peritis do“ ctus significationes verborum, & senio“

res-

A „ res ex civibus suis Germanis de Germani sermonis proprietate adhibens in consilium .... ipse Doctor Martinus in consistorium illud atque doctorum hominum concilium concessit allata veteri Latina, & nova sua Germanica translatione, cum quibus Hebræum semper conjunxit textum. Melanchthon Græcam versionem attulit, Cruciger una cum textu Hebræo interpretationem Chaldæam; reliqui Professores Rabbinis secum adductis comparuerunt. *Joannes Bugenhagius* Pomeranus Latino quodam codice utebatur, qui erat ei valde B familiaris .... Anno denique 1542. hoc opus ad finem est atque ad umbilicum perductum. „

Narrat Paulus Crellius (*inquit Jo. Frid. Mayerus ib. p.* 27.) Lutherum anno „ 1539. cœpisse primam suam recognitionem denuo cum aliis viris doctis recensere, & per totum opus passim notabiliter correxisse sua manu, exceptis paucis quibusdam partibus scriptorum Propheticorum, quas per valetudinem emendare ipse non potuerit; emendatas verò ab aliis approbarit atque sub nomine suo C in lucem exire passus fuerit. „

1543 Eadem, fol. Wittebergæ, Joan. Lufft 1543.

1544 Eadem, in folio. Argentorati, Wolfii Kophelii 1542-44.

1545 Eadem, tertiò & ultimò recognita à Luthero cum glossis marginalibus & figuris, *optima editio*, in fol. Wittebergæ. Joan. Lufft 1544-45.

† " Glossæ marginales, quarum pars „ vivo Luthero in ultimis editionibus, pars paulò post ejus obitum curante Georgio D Rorario versioni Lutheri est apposita, majori jure ad Lutherum referuntur, quia si non omnes, certè pleræque ex ejus ore exceptæ, & ab ipso inspectæ approbatæque sunt, saltim ad caput usque 4. II. ad Corintbios Epistolæ in editione A. 1545. (*vel potius* 1546. *ut emendat Jo. Melch. Krafft. l.* 1. *p.* 28.) Ac reliquas quoque tametsi dubitantibus aliis, & fraudem suspicantibus, universas ex Lutheri sententia Bibliis adscriptas esse, sanctè idem Rorarius est testatus, *Mayerus Hist. Vers. Luth. p.* 47. „

" Lutherus præfat. in Biblia post annos viginti à prima editione (*sc. anno* „ 1545.) agnoscit, non se modò, sed & Santem Pagninum & Munsterum crebrò aberrasse in sua ex Hebræo translatione, quòd Rabbinorum glossis nimium crediderint. „ *Lindanus de opt. gen. Interpr. pag.* 56.

Aliæ editiones Wittembergicæ Joan. Lufftii post mortem Lutheri publicatæ, à Christ. Saudio visa & recensita ibidem ut suprà 1546. 1548. 1549. 1551. 1553. 1556. 1558. 1559. 1560. 1561. 1563. 1565. 1566. 1570. 1571. 1574. 1575.

Eadem aliquantùm mutata à Georgio 1546
Rorario, 2. vol. 4. Wittebergæ & Jenæ 1546.

" Quædam loca post Lutheri obitum à Georgio Rorero, ordinario operis hujus Biblici correctore, præscitu tamen & consilio Doctorum Wittembergensium, textui Biblico fuerunt inserta. Qua de re ipsius quoque Roreri verba legi possunt in B Consiliis Theologicis Witteberg. part. 1. p. 11. & seq. „ *Ita Kortholtus cap.* 25. § 16. *de variis Scripturæ editionibus pag.* 329.

Eadem, fol. Hamburgi 1546. Witte- 1551
bergæ 1551. Embdæ 1554. Wittebergæ 1556
1556.

Eadem, auspiciis Augusti Electoris Saxonici cum elegantissimis fig. fol. Witteb. 1558-59.

Eadem, 2. vol. fol. Francof. Feycra- 1560
bend 1560.

Eadem, in 4°. & in 8°. Wittebergæ 1563
1563. Jenæ 1564. fol. Francofurti 1565. 1565

C Biblia Latina ex Vulgata editione à Paulo Ebero interpolata, & Germanica ex versione Lutheri, jussu & expensis Augusti Electoris Saxonici adornata, cum præfatione ejusdem Eberi ad Alexandrum Saxoniæ Ducem, 10. vol. in 4°. Wittebergæ, Joannis Swertelii 1565.

" *In hac editione, ut scribit Jo. Frid. Mayerus ibid. pag.* 73. *Paulus Eberus*, Germanicæ Lutheri interpretationi ad latus posuit Latinam, Vulgatam illam, sed ubicumque à Luthero diversa esse vi- D debatur, ex Luthero correctam & interpolatam, etsi hujus instituti sui ipsum authorem subiit pœnitudo, ut apparet ex his ejus verbis, quæ in præfatione leguntur: *Fateri oportet, me sæpiùs nimiâ festinatione typographi & propriis occupationibus impeditum à verborum difficilium propriis significationibus inquirendis & super locos obscuros consulendis aliis Doctoribus supersedisse, adeò ut me nunc pudeat ac pœniteat hujus institutæ correctionis, & mutatæ versionis, & optarim supplexque rogarim, ut Clementissimus Elector ac Dominus* E *noster seriò prohiberet, ne hæc à nobis emendata versio posthac unquam aut ullibi excudatur; cùm neque sit amplius vetus illa, quæ in scholis & templis usurpata fuit hactenus in lectionibus sacris, neque nova, integra & perfecta dici mereatur; cui in locis obscurioribus tutò fidere lector possit.* „

Biblia Germanica Lutheri in 8°. Fran- 1566
cofurti 1566.

Eadem, 2. editio *à Paulo Crellio recensa, castigata, & à multis mendis purgata.* 9.

vol. 4°. Wittebergæ, typis Jo. Crato-
nis 1574. † *V. Jo. Melch. Krafft in Emend. in Mayers Hist. Vers. Luth p. 37. & seqq.*
Biblia Germanica Lutheri, fol. Fran-
1567 cof. 1567. in 4°. Heidelbergæ 1568. 4.
1568 vol. 8. Francofurti 1569. fol. ibid. 1570.
1569 Witteb. 1572. 2. vol. in 4°. Francof. 1572.
1572 fol. Ibidem 1574. Hanoviæ 1575. 4. vol.
1574 in 8°. Francof. 1575. fol. Witteb. 1576.
1575-76 Augustæ Vindelicorum 1577. Francof.
1577 1581. 8. Ibid. 1582. ex recensione Petri
1582 Patientis, fol. Francof. 1583. fol. No-
1583 rimb. 1583. 2. vol. 4. Wittebergæ 1584.
1584 fol. Francof. 1585. cum summariis Viti
1585 Dieterici. 4. Witteberg. 1589. Francof.
1589-90 1590.
1591 Eadem juxta exemplar A. 1545. cum præfatione Theologorum Wurtemburgensium, scholiis & annotationibus, pulcherrimisque figuris à Tobia Stimero ære incisis, fol. Tubingæ, Georg. Gruppenbachii. 1591.
Eadem, fol. Witteb. 1591. cum sum-
1592 mariis Petri Patientis, fol. Francof. 1592.
1594 4. Lipsiæ, Witteb. & Jenæ 1594. 8. Si-
1595 genæ 1595. cum summariis Viti Die-
1596 terici, fol. Witteb. 1596. V. *Biblia Polygl.*
1596. Cum summariis Petri Patientis,
1597-98 fol. Witteberg. 1597. fol. Francof. 1598.
Cum summariis Viti Dieterici, 2. vol.
1599 fol. Witteb. & Francof. 1599. in 4°. No-
1600 rimbergæ 1600. In fol. 4°. & 8°. Argen-
1603 torati 1603. in fol. Witteb. 1603. In 8°.
1604 Francof. 1604. cum summariis Viti Dieterici 2. vol. fol. Witteb. 1604. cum summariis Petri Patientis fol. Francofurti
1605-6 1605. † cum figuris, fol. Francof. 1606.
† Eadem cum summariis Leon. Hutteri, in 4°. & 8°. Witteb. 1606. « Hut- » terus in hac editione locum classicum 1. » Jo. V. 7. Bibliis Lutheri Germ. primus » addidit, cùm in nulla à Luthero curata » editione reperiatur, neque in ulla, quam » Wittebergenses superiore sæculo emise- » runt, ne quidem in Lat. Germ. Eberi. » *Jo. Frid. Mayerus Hist. Vers. Germ. Luth. pag. 51. Ad quæ verba notat Jo. Melch. Krafft, dictum hoc in editionibus Witteberg. de annis* 1596-97-99. 1604. 1605. *jam additum legi pag. 29.*
Eadem cum summariis Viti Dieterici,
1607 fol. Ibid. & Norimb. 1607. In 4°. Jenæ,
1608 Lipsiæ & Witteb. 1608. fol. Witteberg.
1608.
1610 Eadem cum expositionibus Lucæ Osiandri à Davide Foertero ex Latino Germanicè versis, 7. vol. fol. Stutgardiæ 1600-1610. 2. vol. fol. Luneburgi 1650. 1664.
Biblia German. Lutheri, fol. Argent.
1611-12 1611. In 4°. Goslariæ Fabirani 1612. fol.
1614-15 Francof. 1614. 8°. Witteb. 1615. fol. Ar-
A gent. 1615. 8°. Rostochii 1617. 4°. Lune- 1617
burgi, Witteb. Goslar. 1618. 8°. Hano- 1618
viæ 1618.
† Eadem cum scholiis Dan. Crameri, 1619
qui tertium quoque Macchabæorum, tertiumque & quartum Esdræ librum Germanicè transtulit, Bibliisque Lutheri adnexuit, in 4°. 3. vol. Argentorati 1619.
Eadem juxta exemplar A. 1541. cum 1620
summariis Dan. Crameri, fol. Argentorati 1620.
Eadem cum summariis Viti Dieterici, in fol. Goslariæ Stern 1620.
B † Eadem 4. vol. in 12. Lubecæ Sam. Jauch 1620.
Eadem, in fol. & 8°. Witteb. 1621. 1621
1622. in 8°. Francof. & Norimb. 1624. 1622-24
in fol. & in 12. Luneburgi 1624. † in 4°. Wittebergæ, Zach. Schüreri 1624.
Eadem cum summariis Tobiæ Steinmern, in folio. Argentorati, Zenetzeri 1624.
Eadem cum summariis Daniëlis Cra- 1625
meri, fol. & 4°. Ibidem, iisdem typis
C 1625.
Eadem, 5. vol. 12. Dantisci, Huene-
feld 1624-25. fol. Witteb. 1626. 4. vol. 1626
8°. Argentor. 1626. 8°. Luneburgi 1629. 1629
cum figuris Meriani, fol. Argent. 1630. 1630
in 12. Tubingæ, 1630. 8°. Luneburgi,
Sternen 1633. fol. Ibid. 1635. cum sum- 1633-35
mariis Jo. Sauberti *patris*, 2. vol. 4. Lei-
dæ 1636. in 8°. Norimb. 1637. in 24. Dan- 1636-37
tisci 1638. 4°. Luneburgi 1640. † in fol. 1640
Ibid. 1641. cum fig.
Biblia Germanica Lutheri per varios
D Theologos, *Joan. Gerhardum, Joan. Himmelium, Salom. Glassium, Jo. Mich. Dilherum, & alios plurimos,* brevibus notis illustrata: cum præfatione Salom. Glassii, auspiciis Ducis Ernesti Vinariensis lineæ, Saxo-Gothani, *unde Ernestina & Vinariensia dicta, (quæ à Lutheranis valdè commendantur.)* in fol. Norimbergæ. Endteri 1641. *Aliæ editiones Norimbergæ* 1643. 1649. 1652. 1662. 1670. 1691. 1697. 1703. † 1708.
« Biblia hæc ab auspice *Ernestina*: ab « oppido & sede Principum qui auspicem «
E Ernestum attingebant, *Vinariensia*: à « loco ubi typis exscripta sunt, *Norimbergensia* vocantur. *Elias Mart. Eyringius* « *cap. 16. vitæ Ernesti Pii Saxoniæ Ducii.* « *Idem ibidem.* Multo labore collegi sen- « tentias, quinam Theologorum hunc vel « illum librum sacri codicis illustraverint, « sed non omnes consentiunt designatio- « nes ... Biblia hæc jussu Domini Ernesti « Ducis Saxoniæ simplicissimo modo ad « captum vulgi, & quidem versionis Lu- « theri potius quàm fontium respectu ha- « bito explicari debuere. »

† " Biblia hæc Ernestina adversus Ermanni sugillationes defendit, commentatorumque fidem & industriam asseruit Jo. Musæus *in præf. ad tr. de Conversione, & in vindiciis Bibl. Lutheri.* » Fallitur vero R. Simon, cum L. 2. *Hist. Crit. V. T. &c* ait, reliquis versionis Lutheri editionibus præferri Vinariensem, » (*Nat. Alb. Verse in Lat. hujus libri versione ma è substituit Wismariensem:*) propterea quod plurimas contineat translationis » Lutheri emendationes absque ulla antiquæ illius mutatiune, videturque adeo » Tossani fortè editionem cum Vinariensibus Bibliis confudisse. „ *Jo. Frid. Mayerus in Hist. Vers. Lutheri, pag. 61.*

† *Th. Dassovius in Dissertatione de Sacri Codicis interpretibus Vinariensibus* §. 1. " Magni æstimatur jure meritoque labor, quem Vinarienses impenderunt sacro codici interpretes; ex veteri tamen » historia Hebræa multa erui possunt, quæ » viris doctissimis, ejusmodi discendi adminiculis carentibus, vel non observata, » vel minus videntur fuisse cognita. „ *Id quod variis allatis exemplis in sequentibus demonstrat.*

Biblia Germ. Lutheri, 4o. Luneburgi
1642 1642.
Biblia Germ. Luth. cum summariis Jo.
1644 Sauberti *patris*, 8o. Leidæ 1644. in fol.
1646 Wittebergæ 1644 8o. Luneburgi 1646.
1648 in 24 Argentorati 1648. 8. Amstelodа-
1649 50 mi 1649. fol. Luneburgi 1650. In 8o. No-
1651 rimb. 1651 Luneburgi 1653. 1659. Bre-
1653 mæ 1653.
Eadem *sine scholiis*. In 16. Luneburgi,
1654 Sternen 1654. " Hæc editio opusculum
» est admiratione dignum, quod unicu to-
» mulo omnes sacros codices comprehen-
1656 » dat. » *Joan. B. Ottins*. fol. ibid. 1656.
Eadem cum summariis Dan. Crameri,
1659 2. vol. ful. Luneburgi, Sternen 1659.
1660 Eadem, in 4o. Luneburgi 1660.

Biblia Germanica Lutheri à Theologis Wittembergensibus emendata, cum præfatione, *in qua labori suo testimonium perhibent*, in 4o. Wittebergæ 1660. V. *Mayerus Hist. Vers. Luth. pag.* 49.

« Hoc sanè inficiari non possumus, vix » mendosiorem à *Sternsis* produisse codicem, quàm qui Wittebergæ fuit editus in » 4o. majori, cui tamen cura adfuit Theologi juramento adstricti. „ *Mart. Geierus apud Jo. Frid. Mayerum, p. 59. Hist. Vers. Germ. Lutheri.*

Eadem eorumdem studio emendatiora, juxta exemplar A. 1546. cum nova
1661 præfatione, 8o. Wittebergæ 1661.

« Editores (*inquit Mayerus ibid. pag.* » 48) in præfatione testantur in editionibus, quæ pro emendatissimis habentur, se supra mille sphalmata observasse. »

Eadem 2. vol. 18. Luneburgi, Sternen
1661.. 166
Biblia Germ. Lutheri 4o. Norimber-
gæ 1662. 166.

Biblia Germ. Lutheri ex accurata recensione Jacobi Welleri, & cum ejus præfatione, auspiciis Joannis Georgii Electoris Saxoniæ, in fol. Ibidem, iis-
dem typis 1663. Hæc editio inter cor- 16
rectiores recensetur. *Alia editio*, in folio Ibidem 1679.

Biblia Germ. Lutheri cum summariis 166
Leon. Hutteri, in 4o. Wittebergæ 1664. In fol. Luneburgi 1664. 4o. Witteb. † in folio Wittebergæ 1665.

Biblia Germ. Lutheri, jussu & impensis Serenissimæ Principis Viduæ Mariæ Elizabethæ, ex recensione & cum explicationibus Adami Olearii, in 4o. Slesvici 1664. 5. vol. in folio. Lipsiæ 1678.

Biblia Germ. Lutheri ex recensione Martini Geieri & Jo. Adami Scherzeri edita, jussu & impensis Joannis Georgii II. Electoris Saxoniæ, *editio nitidissimis exscripta typis, figurisque elegantissimè ære incisis ornata; at multis propemodum mendis typographicis laborare dicitur: vocantur Biblia Dresdensia*, 4. vol. 4o. Luneburgi, ex officina Sterniorum
1670. 1670
Biblia Germ. Lutheri cum summariis 1671
Viti Dietetici, fol. (Ulmæ) 1671.
Eadem, cum figuris, in fol. Lunebur-
gi 1672. in fol. Francofurti 1672. in 4o. 1672
Ibidem 1677.
† Eadem cum expositione Jo. Olearii
5. vol. in fol. Lipsiæ 1678. 1678
Eadem. Altenburgi 1679. Rudolstadii 1679
1680. 1680

Eadem è fontibus, contextu, dictisque parallelis secundum ductum Lutheri, ipsiusque ut plurimum verbis declarata per Abrah. Calovium, monitis & benignitate Joan. Georgii II. Electoris
Saxoniæ, 3. vol. fol. Wittebergæ 1682. 1682

† *Autorbie* « tam capita quàm libros « accuratè in sua membra distinxit, verbis « singulis, si opus fuit, aut integris periodis interpretationem aptè subjecit; eamque linguis sacris, contextu & parallelismis purè hausit; ipsiusque Lutheri ore, « ubi adhuc in scriptis ejus potuit audiri, « fideliter expressit; adeo ut de litterali « sensu ubique, deque usu nunquam constare queat. » *V. Acta Erud. Lips. A.* 1682. *p.* 181.

Biblia Germ. Lutheri, 8o. Lunebur-
gi 1682. in 4o, Jenæ 1683. in 8o. Norim-
bergæ 1683. 1683

Eadem ex recensione Pretthenii cum variis lectionibus. (Præfixa sunt voca-

bula obsoleta, & olim tantùm Lutheri A ævo, vel etiam nunc solis Saxonicis usitata ac frequentata, *Zeltner in fine tract. de novis Vers. Germ.*) in fol. Schleusingæ 1684. in 4°. ibid. 1691. In fol. ibidem 1694. Eadem paucis quibusdam mutatis, fol. Lipsiæ 1694.

Ex præfatione : « Hoc egimus, quantùm licuit, diligentissimè, ut correcta, » pura, accurataque Biblia Germanica » ederemus, unde varia exemplaria vernaculo idiomate, eaque purissima & optima quæque antiqua & recentissima studio B indefesso contulimus, & ubi variæ, » neque satis inter se conspirantes lectiones, verbaque diversa quoad sensum occurrerent, ea ad Hebræos funtes in veteri, & ad Græcos in novo discussimus. » Paulus Preitthenius Pastor Numburgensis paulo majore libertate usus est in » hisce Bibliis Schleusingæ editis. » *Mayer. hist. vers. Luth. cap.* 4. §. 6. *pag.* 49.

Eadem cum glossis Leonardi Hutteri,
1686 in fol. & in 4°. Francofurti 1686.

Eadem ex recensione Jacobi Dorntrell. C in fol. Luneburgi 1686.

1688 Eadem in fol. Ulm. 1688.

Eadem, cum summariis Jo. Sauberti
1690 in 8°. Norimbergæ 1690.

Biblia German. editio mendosa, 8°. Hamburgi Henrici Wolckers 1690.

Biblia Germanica cum præfatione Jacobi Welleri, in fol. Luneburgi, Joannis Stern 1690.

Eadem ex recensione & cum præfatione Joannis Diecmanni, editio correctissima, 8°. Stadæ 1690. 1699. editio 3. cum nova præfatione, fol. Ibidem 1702. D in 12. Lipsiæ 1705. in 8°. Stadæ 1710.

« In hac editione Diecmannus multos omnino typographorum inveteratos » errores sustulit, passimque ad meliora » exemplaria veterem restituit lectionem... » ut nihil nisi ex editionibus antea receptis & probatis, nihil nisi ex ipso Luthero, » nihil denique nisi manifestò erroneum » & falsum correxerit & immutaverit. » *Jo. Frid. Mayer. pag.* 49.

Biblia Germanica Lutheri, in 8°. & in
1692 24. Luneburgi 1692. In fol. Lipsiæ 1692. E

Eadem, cum summariis Jo. Sauberti, fol. Norimbergæ, 1693. fol. Francofurt.
1693 1693.

Eadem, cum præfatione Phil. Jac. Speneri *de lectione Script. S. ritè instituenda*, fol. Lipsiæ 1694. Hæc editio inter
1694 correctiures recensetur. In 4°. Schleusin-
1695 gæ 1695.

Eadem, juxta exemplar anni 1545. in
1696 folio Francofurti & Lipsiæ 1696.

Eadem, in 8°. Wittebergæ 1696. Cum
1697 summariis Leon. Hutteri, 8°. Ibid. 1697.

Eadem, cum præfatione Wegneri, fol. Francofurti 1697. Luneburgi 1705.

Eadem, in fol. & in 4°. Francofurt. ad Mœnum, Zunneri 1698. 1698

Eadem, cum præfat. Gotlob Frider. Seligmanni 8°. Lipsiæ 1699. 1699

Eadem cum summariis Leon. Hutteri, in 4°. Wittebergæ 1700, & Francofurti 1700
1700. in 8°. Norimbergæ 1700.

Eadem, cum figuris Meriani, fol. Lipsiæ 1701. cum præfatione Seligmanni, 1701
fol. Francof. 1701.

Eadem, in 12. Halæ Saxonum 1702. 1702
in 8°. Witteberg. 1702.

Eadem cum præfat. Consistorii Wurtemburgici, 8°. Stutgardiæ 1704. 1704

† In hac editione versio Lutheri passim mutata est ac interpolata, quæque præmissæ sunt præfationes, Donatismi, Enthusiasmi & Chiliasmi vestigia præbent. *Ittigius in præfat. ad Bibl. German.* 1708.

Eadem juxta exemplar Bibliorum Stadæ 1698. impressum cum præfat. Georgii Henr. Goetsii ful. Raceburgi Sigismundi Hoffmanni 1704.

Eadem cum summariis Viti Dieterici, & cum Francisci Virlingii præfationibus in singula capita, impensis Jo. Frid. de Mut Schelnik Dn. de Diben in Silesia, & ejus affinium ad usum pauperum. 2. vol. in 4°. Brunswici 1704.

Eadem cum figuris ex antiquitate depromptis, scholiisque & explicationibus Nicolai Haasii, in 8°. Lipsiæ, Jo. Ludov. Gleditsch 1704. In folio, ibid. 1707.

† Eadem, cum summariis Hutteri, in 8°. Wittebergæ, B. C. Wustii 1706. 1706

Eadem, cum summariis Joannis Sauberti, fol. Norimbergæ 1706.

Eadem, in 8°. Norimbergæ 1706. Eadem cum scholiis Nicol. Haasii, in fol. Lipsiæ hæred. Frid. Lanckisch 1707. in 1707
8°. Luneburgi, Joh. Stern 1707.

† Eadem, ex accurata recensione Christ. Reineccii, cum doctissima præfatione Thomæ Ittigii *de variis Bibliorum Germ. editionibus*, in 4°. Lipsiæ, hæred. Frid. Lanckisch 1708. 1708

Eadem cum præf. Gotlob Frid. Seligmanni, fol. Lipsiæ 1708.

† Eadem, cum præfatione Aug. Herm. Franckii, in 8°. Halæ, typis & impensis Orphanatrophii 1708.

Eadem, cum præfatione Seb. Schmidii, in 4°. Argentorati 1708.

Eadem, cum præfatione Joh. Frid. Mayeri, in 8°. Stetini 1708.

Eadem, studio Joachimi Morgenweg edita, cum figuris, in folio. Hamburgi, Hollii 1708.

† Eadem, cum præfatione Georg.

1709 Frid. Meinharti, in 8. Sondershusæ 1709.

† Eadem cum textibus utriusque Testamenti originalibus, cura Christiani Reineccii & sumptibus hæredum Frid. Lanckisch. Lipsiæ edenda. V. *Biblia Polyglotta* 1710.

Biblia Germanica Lutheri, cura Nic. Haasii. Nova hæc editio, ab auctore magno studio denuò recensita, & pluribus scholiis ac difficiliorum Scripturæ locorum expositionibus aucta, magno hinc lectoribus sacrarum litterarum intelligentiæ cupidis emolumento futura, sumptibus Jo. Ludovici Gleditschii & Maur. Georg. Weidmanni in forma 8. jam imprimitur, & proximis, Deo volente, nundinis vernalibus a. 1710. prodibit.

Biblia Germanica Lutheri V. *Biblia Pentapla Germanica. p.* 196.

Biblia Germanica ex Hebræo, interprete Joanne Draconitide, *qua quidem versio in qualibet Pentaplorum suorum quina linea debebat reponi, ut refert Melch. Adam in ipsius vita pag.* 406. *Hanc non Lutheri, sed novam ab ipso conditam esse probant illa Herm. Conringii verba in Epist. gratulatoria ad Augustum Brunsvicensem pag.* 74. « Fuit & vivo pariter & mortuo Luthero peraddictus Joannes Draconites, & tamen ille voluit in Pentaplis suis planè aliam dare versionem Germanicam, & Ebræo textui magis convenientem: specimina Wittebergæ & Lipsiæ edita sunt in medio. »

Biblia Germanica M. Lutheri cum præfatione Aug. Hermanni Franckii in 12. Halæ typis & impensis Orphanotrophii 1719.

Sacræ Scripturæ quinque Tomi. Pars Prima Serenissimi Augusti Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis auspiciis. Ex Hebræo in Germanicum translata, Interprete Joanne Sauberto in 4°. Helmstadii 1666. *Hanc versionem Saubertus molitus est A.* 1665. *de quo molimine ad Augustum Ducem Epistolam gratulatoriam scripsit Conringius.*

De hujus versione & labore loquitur his verbis Zeltnerus pag. 16. *cap.* 1. *num.* 13. *de novis Bibl. Vers. German. &c.* « Prioribus annumeramus, quæ anno circiter 1665. in Academia Julia de instituto hoc acta sunt, ubi Philologus tum ac posteà Theologus nostras quidam (*sc. Joannes Saubertus junior*) tanto aliàs negotio non impar, sive ex imperio sive sua sponte id negotii in se recepit, sed eo successu, ut lucubrationes illæ gravissimis de causis quanquam affectæ & prælo paratæ Principis jussu tandem Bibliothecæ clarissimæ scriniis commissæ & absconditæ

A sint. De reliquo observationes si quæ fuerant meliores alio habitu inter posthuma Viri B. opera, quibus multò tutiùs frui potest Ecclesia, hodiè comparent. »

« Jussit Augustus Dux Brunsvicensis, qui Gvelferbytanam Bibliothecam primus collegit, ut nova cuderetur à Joanne Sauberto juniore Germanica sacrorum codicum translatio, cui labori suam ipse operam impendit; hæc autem non ultrà Pentateuchum impressa est obveniente
B Augusti Ducis morte, nec unquam fuit publicata. » *Hæc Clariss. Leibnitius in Epistola ad me missa* 24. *Septembris* 1708.

† *Ipse Saubertus in Dedicatione Palæstræ suæ Theologico-Philologicæ ad Sereniss. Brunsvicensium Duces, Divi Augusti filios, de hoc instituto sequentia refert:* « Commentarium in Leonis de templo Hierosolymitano libros cum jussu Divi Augusti conscribere aggressus essem; intercidit mihi inter hæc studia, quo inopinatiùs nil potuisset quicquam. Scilicet novam ex sacris fontibus Bibliorum verna-
C cula lingua translationem emittere jubebar, frustrà molestum deprecans laborem, atque causæ momenta, eique impares ingenii mei vires ponens ob oculos. Et profecto quæ in manu adhuc sunt, augustæ litteræ poterunt facere testatum, quibus adductis rationibus me à gravi isto ac invidiæ pleno instituto excusaverim. Quæ omnia Tua etiam Serenitas, *Rudolphe Auguste*, habet in numerato, planissimoque assensu poterit confirmare cum post Parentis discessum Tua Serenitas ad
D imperii succederet clavum; & ego litteris iteratis repetitisque sonticis argumentis, ut ab imperfecto opere absolverer, instarem, solita clementia Tua tandem exauditus, etsi principio aliquandiu videbaris ambigere & fluctuare... Minimè *autem* gentium translatione ista Divus Augustus intendit, vel elevare aut ex Ecclesiis prorsus eliminare D. Lutheri versionem, quam omnium, quæ exstant, esse accuratissimam ac incomparabilem, tantoque majori religione, tanquam divinitùs nobis concessum κειμήλιον as-
E servandam, ac illibatè tenendam, sensi semper, ac sentio etiamnunc, ... Iniquissimus mortalium fuerit, Augustæ pietati hoc qui impingat. Me verò aut socerum qui suspectos ageret suppeditati de ista instruenda versione consilii, ne is imperitè nimis ac petulcè, contra fas & æquum tale alterutri aut utrique nostrum improperaret. Ridiculum imò, meo adscribere instinctui, quod maturo & cum clarissimis Theologis communicato consilio animo versaverat, magnisque sum-

» tibus & incredibili industria molitus erat » Serenissimus Princeps, antequam ego vi» tali hac aura cœpissem frui. *Quippe jam* » *anno 1639. nova Bibliorum versio Germa-* » *nica, a Gustavo Seleno jussu Principis ad-* » *ornata, typis vulganda erat, cujus post-* » *quam titulum & præfationem Saubertus* » *commemorasset, tandem addit Divum Au-* » *gustum* sæpenumero calido testatum fuis» se affectu, lætiori se fata subiturum ani» mo, compotem priùs voti ipsum si red» dat jam tot retrò annis optati à se ac in» structi operis perfectio. »

» Non absolutum, sed interceptum » fuit hoc opus morte Ducis Augusti an» no 1666. & prælum quidem cessavit in » capite 17. prioris libri Samuëlis: exem» pla autem quæ impressa erant translata » Wolfenbutellium, ubi tenebris manci» pata adhuc servantur. Autor presso se» cutus est, fontem sacrum & cuique ca» piti annotatiunculas subjecit. » *Joan. Fabricius Helmstadensis part. 3. Historiæ Biblioth. Fabricianæ pag. 339.*

† *Sunt penes me* (inquit cl. Boernerus qui secundam editionem quibusdam additamentis auxit) XXV. priora Geneseos capita *hujus versionis missa, quæ* Divus Augustus *speciminis loco avo materno*, Martino Geiero *transmisit, ut, iisdem ad severiorem amussim exactis, suam de hoc instituto sententiam sibi indicaret, una cum* Geieri & Conringii *hac de re epistolis mutuis, aliisque nonnullis quæ ad historiam illius versionis pertinent. Unde adeo quædam hactenus dictis addere liceat. Ac primo quidem de ipsa translatione notandum est, illam sæpe quidem à verbis atque sententia Lutheri recedere, sæpius autem Lutherum pressè sequi, ut adeo non nova hæc, sed versio Lutheri mutata passim atque interpolata esse videatur. In iis autem locis, quâ à Lutheri versione discrepant, interpretum Rabbinorum expositionibus plus nimium favere, literamque textus Hebraici contra indolem*

A *lingua Germanica superstitiosè exprimere, Theologus quidam Vitembergensis, cujus censura speciminis supra memoratum transmissum fuit, notavit. Singulis capitibus nova summaria præfixa sunt, loca parallela in margine addita, & loco glossarum Lutheri marginalium in fine cujusque capitis nova scholia subjiciuntur, quæ quidem Theologi modo memorati judicio partim sunt inutilia, partim Judaizantia, &c. Hæc ut eò meliùs intelligantur, integrum caput cum annotat. hic subjiciam, sperans*
B *lectori id ipsum haud fore ingratum. En igitur Caput IV. Geneseos, præ cæteris observatione dignum:*

DAS IV. CAPITEL.

VON ADAMS KINDERN UND Nachkommen: insonderheit von Cain, dessen Bruder-mord, und darauff ergangenen Urtheil.

1. Und der Mensch erkante Hevam sein Weib, und sie ward
C schwanger, und gebar den (a) Cain, und sprach: Ich habe bekommen einen Mann (b) durch den *HERRN*.

2. Und sie fuhr fort, und gebar (c) Habel seinen Bruder: und Habel ward ein Schæfer, Cain aber ward ein Ackermann.

3. Es begab sich aber (d) nach etlichen Tagen, dass Cain dem *HERRN* Opffer brachte, von den Früchten des Feldes.

4. Und Habel bracht auch von Erstlingen seiner Heerde, und von ihren
D fetten. Und der *HERR* sahe an Habel und sein Opffer.

5. Aber Cain und sein Opffer sahe er nicht an, da ergrimmete Cain sehr, und sein (e) Angesicht verfiehl.

6. Da sprach der *HERR* zu Cain: Warum ergrimmestu? und warum verfællt dein Angesicht?

7. Ists nicht so? (f) du mægest gleich

(a) Ebr. *Kajin*, ein Erworbener und zuwege gebrachtes.

(b) Oder: Mit dem *Herrn*. Als wolte sie sagen: Ich habe mit Gottes Hulff ein artiges Sohnigen erlanget. Oder ich habe durch Gottes Seegen nunmehr meinen Erstgebornen bekommen. Etliche meinen, sie ziele auf den versprochenen Weibes-Samen, und wolle so viel andeuten: Durch Gottes Gnade habe ich nun den verheissenen Mann, meinen Træster und Nothhelffer, den Messiam. Dass das Ebr. Wœrtlein *et*. hier nicht sey ein *Articulus accusativi casus*, sondern heisse, durch, mit, oder von, ist anderswo bewiesen worden.

(c) Ebr: *Hæbel* Eitelkeit, oder Nichtigkeit.

(d) Ebr. Von End der Tagen.

(e) Wie es nach der Grundsprach lautet. das ist: Er ergrimmete so sehr, dass sich auch die farbe in dem Angesicht verlohr &c. oder dass seine gewœhnliche Gestalt sich verænderte, wegen der zornigen und scheuslichen Minen.

(f) Dieser Text ist schwer, und wird unterschiedlicher Weise ausgeleget. In dem Lateinischen lautet er von Wort zu Wort also: *Si benefeceris ferendo, & si non benefeceris: ad ostium peccati cubans*, da dann erstlich zu mercken, wan das Wœrtlein *si* in dem Ebræischen in einem Text zweimalen gelesen wird, dass es manchmal musse erklæret werden: *sive, sive, tam, quam*. Zum andern: Wann das Ebr. Wort *benefacere* mit einem andern *verbo infiniti temporis* construirt wird, so wird jenes *adverbialiter* gegeben, dieses aber *infinito tempore*. Zom Exempel. 1. *Sam. XVI. 17. Virum benefacientem pulsando, h. e. pulsantem benè. Jer. I, 13. Benefecisti videndo h. e. vidisti benè. Prov. XXX, 29 benefacientia eundo h. e. euntia benè Prov. XV, 2. Benefaciet sciendo, h. e. sciet benè.* Zum dritten, so wird das Ebraische Wort *ferre, elevare*, offters gebraucht von den Geschenken, Zehenden, Opffern und Gaben. *Ezech. XLV, 13. Deut. XII, 26. Ps. XCVI, 8 &c.* So ist nun diese Dolmetschung nach Art der Ebr. Sprache einfaltig, hell und klar, und hat diese meinung: Wann du so ein rachgieriges, vergalltes und boshafftiges Gemuth hast, so ist dein Gottesdienst, es verhalte sich derselbe insübrigen wie es wolle, umsonst, und durchaus vergebens, und du bist ein Knecht und Unterthan der Sunden, den ich nicht ansehen noch erhœren mag.

was gutes opffern oder nicht, so liegestu A an der Thür der Sünde? (g) wiewohl jenes seine Begierde zu dir stehet, so willstu doch über ihn herrschen.

Sap X. 1. Matth. XXIII, 35. Joh. III, 12. Judæ v. 11. Ebr. XII, 24.

8. Da redete Cain mit seinem Brudet Habel. Und es begab sich, da sie auff dem Felde waren, erhub sich Cain wieder seinen Bruder Habel, und tœdtet ihn.

9. Da sprach der *HERR* zu Cain: VVo ist Habel dein Bruder? Er aber sprach: ich weiss nicht, soll ich meines Bruders Hütter seyn?

10. Und er sprach: VVas hastu gethan? Es ist eine Stimme deines Bruders (h) Bluts, welches schreyet zu mir aus der Erden. B

11. Und nun verflucht seiest du (i) von der Erden, die ihr Maul hat auffgethan, um deines Bruders Blut von deinen Hænden zu empfangen.

12. VVann du die Erde bearbeiten wirst, soll sie dir hinfort ihr Vermægen nicht mehr geben, unstet und flüchtig soltu seyn auff Erden.

13. Cain aber sprach zu dem *HERRN*: C (x) Meine Sünde ist grosser, denn dass sie mir vergeben werden moge.

14. Siehe, du treibest mich heute aus diesem Lande, und muss mich vor deinen Angesicht verbergen, und muss unstet und flüchtig seyn auff Erden: So wird geschehen, dass mich todtschlage, wer mich findet.

15. Aber der *HERR* sprach zu ihm: Wer nun Cain todtschlagt, das soll siebenfaltig gerochen werden. Und der HERR machte ein Zeichen an Cain, dass ihn niemand erschlüge, wer ihn fünde.

16. Also gieng Cain von dem Angesichte des *HERRN* und wohnete im Lande (m) Nod, vor Eden gegen dem Morgen.

17. Und Cain erkante sein VVeib, die ward schwanger, und gebar den (n) Hanoch. Und er bauete eine Stadt, die nennete er nach seines Sohns Nahmen Hanoch.

18. Hanoch aber zeugete (o) Irad, Irad zeugete (p) Mahujael Mahujael zeugete (q) Methusael, Methusael zeugete (r) Lamech.

19. Lamech aber nam sich zwey VVeiber, eine hiess (s) Ada, die andere (t) Zilla.

20. Und Ada gebar (u) Jabal: derselbige war ein (x) Vater derer die in Hutten wohneten, (y) und Vieh zogen.

21. Und sein Bruder hies Jubal, (z) der war ein Vater (aa) aller Geiger und Harffenisten.

22. Die Zilla aber gebar auch, nemlich den (bb) Tubalkain, den Lehrmeister aller Erzu. Eisenschmiede: und die Schwester des Tubalkain war (cc) Naema.

23. Und Lamech sprach zu seinen VVeibern: (dd) Ada und Zilla, horet meine Rede, ihr VVeiber Lamech, mercket doch was ich sage, (ee) Ich habe einen Mann erschlagen mir zur VVun-

(g) Das ist: Wiewohl Habel dir mit ehrerbietigen Gemüth gutwillich sich unterwirfft, so willstu doch gewaltthætiger Weise ihn unter die füsse treten.

(h) Im Ebr. stehet der *Pluralis*, *Sanguinum*, daraus etliche schiessen wollen, dass Habel viel Blut musse von sich gegeben haben, als er getœdtet worden. Wiewohl die Art des Todtes oben v. 8 nicht angedrückt wird. Es pfleget aber die heilige Schrifft in erzehlung der Todtschlæge gemeiniglich in plurali das Wort Blut zu setzen.

(i) Das ist: Die Erde selbst soll dich verfluchen, und dich meinen fluch empfinden lassen, wie solches v. 12. weiter ausgeführet wird.

(x) Etliche Rabbinen verstehen es als wann Cain diese Wort nur fragsweisse zu Gott geredt hatte. Nach dem Ebr. kœnten sie auch gegeben werden: Meine straffe ist grosser, denn dass ich sie ertragen kan.

(l) Was das für ein zeichen gewesen sey, welches Gott an Cain gemacht, hat der heilige Geist nicht kund gethan. Und ist also unnœthig darnach zu fragen. Wiewohl etliche fürgeben, es sey stetiges Zittern der Hande und des Kopffes gewesen. Von denen Rabbinen schreiben etlige, Gott habe ihm einen Hund zugesellet, der ihn für Gewalt behütete. Andere sagen, Gott habe ihme aus der Stirne wachsen lassen ein horn, als einen Ochsen. Andere halten dafür, Gott habe ihm an die Stirn geschrieben einen Buchstaben aus seinem heiligen Nahmen J E H O V A. Nach dem Ebr. lautet er auch also: Der *HERR* setzt dem Cain ein Zeichen, das ihn keiner, der ihn fünde, erschlagen würde.

(m) Ebr. *Nodh*, eine herumbschweiffung, flucht, bewegung.

(n) *Chanoch*, ein Eingeweiheter, zugeeigneter. Es waren auch andere dieses Namens. *Gen. V*, 18. *VI*, 9. X. 1. XXV. 4.

(o) Ebr: *Iradh*, die Bedeutung dieses Namens ist ungewiss.

(p) Ebr. *Mechüjael*, oder *Mechhiael*, einer der die Krafft vergnimbt.

(q) *Metuschael*, der den Tod, oder der Menschen sucher.

(r) *Lamech*, der Ursprung des Namens ist fast unbekant.

(s) *Adha*, eine, die sich schmücket oder zieret. So war auch geheisen Esaus Frau. *Gen. XXXVI*, 2.

(t) *Zilla*, eine die klinget oder klappert. Item ein Schatten, oder eine Eingetauchte.

(u) *Jabal*, der bringet

(x) Das ist ein Urheber, Anfanger, Erfinder.

(y) Ebr. und des Viehes oder der Viehe-Zucht.

(z) *Jubal* der wiederbracht ist

(aa) Nach dem Ebr. eines iedwedern, der da begreifft die Cithern und Harffen. Wiewohl man nicht wissen kan, was für Musicalische Instrumenten diese bey den alten Ebræern gewesen. Etliche verdeutschen es: Orgeln; andere: Geigen, Lauten, Leiern &c

(bb) *Tubal Kajin*, du wirst wieder gebracht werden, ô Kain.

(cc) *Naama*, die schœne, liebliche, annehmliche. So hiess auch die Mutter des Kœniges Rehabeam, 1. *Reg XIV*, 21 wie ingleichen eine stadt. *Jos. XV*, 41.

(dd) Es scheinet, diese Namen der zweien Weiber Lamech seien der Anfang der Rede Lamech, weil kurz vorher gehet der *Accentus Resia*.

(ee) Etliche erklæren diesen Text, als wenn Lamech warhafftig iemand umbgebracht hatte: Und zwar wie die Rabbinen wollen, den Cain. Und wære also die Meinung diese: Ihr meine Weiber (was bekummert ihr euch viel darum, dass ich einen ertodtet) und was gehet es euch an. Last mich für den schaden sorgen, die darauf erfolgende Straffe gieng ja mich und nicht euch an. Trotz aber dem, der sich an mich machen wolte, Cain soll nur sieben mahl gerochen werden Ich aber

den, und einen Jüngling mir zur Beulen.

24. Cain soll siebenmahl gerochen werden, aber Lamech sieben und siebenzig mahl.

25. Adam aber erkante nochmalen sein VVeib, und sie gebar einen Sohn, den hies sie (ff) Seth, denn Gott hat mir (sprach sie) einen andern Saamen gesezt für Habel, den Cain erwürget hat.

26. Und dem Seth wurde auch ein Sohn gebohren, welchen er hieß (gg) Enos. Dazumahl fieng man an (hh) anzuruffen des *HERRN* Nahmen.

Theologus Wittembergensis in Censura, cujus supra mentionem feci, in hoc capite sequentia imprimis notat, & quidem verba ultima commatis 1: Ich habe bekommen einen Mann durch den Herren; *contrariari dicit textui Hebraico, ideoque Lutherum ipsum hunc locum ita emendasse:* Ich habe den Mann den Herren. *Porrò commate 5. ubi legitur:* Und sein Angesicht verfiel; *ostendit Lutherum multò clarius dixisse:* Und sein geberd vestellet sich. *Commate 7. textum planè corrumpi, & glossam distortam addi, itemque scholion commati 15. subjunctum ridiculum esse affirmat. Denique comm. 21. pro vocabulo:* Pfeifer, *quod est apud Lutherum, malè substitui:* Harffenisten. *Cæterum idem ille Theologus (nempe Abr. Calovius,) non modo hanc Sauberti versionem ibi notat, verùm etiam in genere novam Biblior. Versionem Germanicam haud vulgandam esse multis argumentis asserit, qualia ferè leguntur apud Gust. Ge. Zeltnerum in Dissert. de novis Bibliorum Versionibus Germanicis non temerè vulgandis. Et hæc ipsa quoque sententia fuit Martini Geieri, unde tam in litteris ad Hermannum Couringium proprio nomine scriptis, quàm in illis, quas jussu atque nomine Jo. Georgii II. Saxoniæ Electoris ad Augustum Principem a. 1665. & 1666. exaravit, gravissimis rationibus adductis nova versionis Brunsvicensis consilium avertere conatus est. At verò Princeps licet Geieri judicio multum tribueret, ingenuumque ejus animi candorem valdè probaret, ab instituto tamen opere nullis rationibus dimoveri se passus est, ejusdemque adeo jussu & auspiciis nova versio typis a. 1665. excudi cœpit. Verum anno sequenti 1666. cum ad Caput usque XVII. libri I. Samuelis deventum esset, interveniente Augusti morte, labor iste penitus abruptus est, atque exemplaria quotquot impressa fuerant omnia in Bibliotheca abscondita sunt. Memini ejusmodi exemplar me vidisse Helmstadii apud Reverendum Abbatem, Jo. Fabricium, qui illud dono Antonii Ulrici obtinuerat. Titulus hic erat:* Erster Theil der Bibel, Welche auch befehl Herzogs Augusti nach der Ebræischen Grundsprache übersezt Worden. h. e. Pars prima Bibliorum jussu Ducis Augusti ex Hebraica lingua originali translatorum.

Nova Bibliorum Germanicorum versio adornata. « Sparsus non ita pridem (*inquit Zeltnerus, cap. 1. de novis Bibl. versionibus Germanicis*) rumor est, simile quidpiam circa Scripturæ sacræ versionem novam molitum esse nonneminem Luthero acutius, suâ sententiâ, cernentem, suosque labores illustris cujusdam civitatis ministerio censuræ tradidisse; sed cum incerta adhuc fama illud ferat, neque liquidò satis pateat atque constet, utrùm nova hæc editio diversa sit ab ea, cujus Joan. Frid. Mayerus, *lib. German. contra Pietistas* quæst. 6. in fine nuper meminit tanquam Jacobi Bohmii explicationibus instructæ, & cum imprimi jam cœpta esset Magistratûs atque Ministerii Hamburg. auctoritate oppressæ, rem in ancipiti relinquimus. » *Hæc ille.*

Pentateuchus Germanicè ex versione Lutheri fol. Witteberg. & Basileæ 1523. & 1526. 8°. Ibid. 1524. Erfurti 1544.

† Libri Historici à Josua usque ad Esther, ex eadem versione, *cum figuris.* Augustæ Vind. Silv. Ottmar 1524.

Libri Historici & Poëtici, ex eadem versione, fol. Witteb. 1524. Poëtici 8. Erfurti 1525.

Liber Job, interprete Godofredo Oleario, 4. Lipsiæ 1665.

† Psalmus CXVIII. Germanicè, interprete Mart. Luthero. V. *Ejus tractatus de Confessione, &c.* in 4°. Witteb. 1521.

Psalmi septem Pœnitentiales ex Vulgata Latina, interprete Mart. Luthero, *qui novam Reuchlini ex Hebræo versionem adhibuit*, A. 1517. V. *Tom. I. Oper. Germ. Lutheri pag. 23. & sequent.*

Psalmi omnes Germanicè juxta He-

habe in meinem Geschlecht so viel Nachkommen und Leute, darzu hat mein Sohn Tubalkain samt seinen Gesellen ein so grosse Anzahl von Schwerdtern, Spiessen, Harnisch und Schilden im Vorrath, dess der jenige viel übler zukurz kommen solte, der mich angreiffen wolte. Andere verdolmetschen es ein wenig anders: Ich solte wohl einen Mann erschlagen wegen meiner Wunden und einen Jüngling wegen meiner Beulen &c. Der Verstand ist dieser: Schlüge mir einer eine Wunden oder nur eine Beule, wär er gleich jung und starck, er solte mir dem Leben nicht davon kommen. Ich wolte mich weit besser rächen, als Cain soll gerochen werden. Ich habe eine weitleufftige Familie, daran ist mein Sohn ein Meister aller Waffen-Schmiede &c. und waren also diese reden Lamechs recht tyrannische, trotzige und hoffärtige Worte.

(ff) Ebr. *Schet*, ein besizender oder gesetzter. weil von ihme die Welt ist besezet worden.

(gg) Ebr. *Aenosch*, ein Mensch der mit Gefahr, Trübsal und Schmerzen umgeben ist.

(hh) Oder: sich zu nennen nach des *HERREN* Name, welche beide Meinungen der Grund-Text auch zulässet.

braicam

braicam veritatem ex versione Lutheri, 8o. Witteb. 1524. Norimbergæ, in folio majori, *magno charactere*, Jo. Petreii 1525.

« Hæc prima Psalmorum versio à Lu- » thero concinnata multis in locis ad fon- » tes Hebræos accedit propiùs, & à Ger- » manico idiomate distat longius. » *Luther. in præfatione secundæ Psalmorum editionis.*

† « Prima Psalterii versio de a. 1524 » & à Jo. Dicmanno in Bibliis Germ. Sta- » densibus in fol. & in 8o. excusis, » (*ubi sc. lectiones ejusdem à posteriori versione, quæ Bibliorum operi inserta fuit, diversæ singulis versibus alio charactere subjiciuntur*,) & à Jo. Gottfr. Zeidlero in Hallensi Tomo scriptorum Lutheri exhibetur, quæ tamen editiones inter se distant. *Jo. Melch. Krafft in Exam. Histor. Vers. Germ. Lutheri p. 21. & 22.*

† *Novam quoque prima hujus Psalterii versionis à multis ob raritatem desideratæ editionem moliti sunt FRANZIUS, ut patet ex præf. ejus ad librum de Interpr. Scr p 53.* Jo. Frid. Mayerus, *qui in Hist. Vers. Luth. pag.* 11 primæ illius versionis exemplum è Bibliotheca Rud. Augusti Luneburg. Ducis sibi concessum, suaque opera brevi recudendum esse refert; & Jac. Frid. Reimmannus, qui ante editionem à Dicmanno & Zeidlero nuper curatam idem se propositum tenuisse fatetur *in Introd. ad hist. litt. pag. 35 ubi simul codicem suum, qui editionem Norimbergensem continet, describit.*

Iidem, editio altera (Germanico idiomati accommodatior, & ab Hebræis longiùs distans, *ut scribit in sua præf. Lutherus*,) in 8o. Lipsiæ 1531. 1533. 1537. 4o. Lipsiæ 1574. 1587. 1591. 12. Halæ Saxonum 1593. 1603. Cum summariis & explicationibus Dan. Crameri, 4o. Lipsiæ 1618.

Psalmi Lat. & Germ. ex versione Lutheri, fol. Lipsiæ 1566.

Iidem ex Hebræo versi ab Adamo Reissnero. 8o. Francof. 1568. 1608. Vesaliæ, Duysburgi 1685.

Iidem ex Hebræo, interprete Martino Opitio, 12. Luneburgi. Sternen 1641.

Iidem ex versione Georgii Schmalking, in 8o. Lipsiæ, Ernesti Vogelini, *absque anno.*

† Liber Jobi, ex Hebraico textu originali in Germ. sermonem de novo translatus, cum paraphrasi notisque brevioribus, auctore Renato Andrea Kortüm Eccles. Ascherfleb. 4o. Lips. apud Th. Fritsch 1708.

Proverbia ex versione Lutheri cum explicatione Melanchthonis, 4o. Francofurti 1525.

Proverbia, Ecclesiastes & Canticum

A Cant. ex ejus versione anno 1527. edita *Mayerus p g 15.*

† Ecclesiastes Germanicè ex versione Christophori Seebachii, 8o. Halæ 1705.

Hæc versio notatur à Th. Ittigio in præf. Bibl. Germ. à 1708. conf. Zeltnerus de nov. Bibl. Vers. Germ. p. 18.

Canticum Canticorum German. ex versione Christoph. Wellhameri, 4o. Norimbergæ 1636.

B Idem ex versione Ernesti Mulleri, 8o. Francofurti 1656. Giessæ 1658.

Prophetæ omnes Germ. ex versione Lutheri, fol. Witteb. Lufft 1532. 8o. Ibid. 1537. fol. Francofurti 1562. 8o. Luneburgi 1626.

Isaias & Zacharias Germ. ex ejus versione, 4o. Wittebergæ 1528. 1529.

† Prophetiæ Isaiæ, ex Hebraico textu originali in Germanicam linguam de novo translatæ, cum paraphrasi, notulis, tabula geographica, & appendice, quo
C nomina peregrina hominum, regionum, &c. quæ in hoc Propheta occurrunt, explicantur. Autore Renato Andrea Kortüm, 4o. Lipsiæ, apud Thomam Fritsch, 1709.

† *Ex præfatione:* « Hæc libri præstantia me movit, ut eundem ad textum originalem accuratiùs investigare, & more, quem in librò Hiobi jam observavi, paraphrasi quadam simul enarrare fuerim aggressus.... Neque verò laborem inutilem vel quo alii jam defuncti fuerint, me suscepisse spero. Librum sacrum hic ad veritatis fundamentum exquiro. Metaphrasi paraphrasin adjungo, ut quan-
D tum illæ inter se conveniant, statim dijudicari queat; in illa litteram textus Hebraici simpliciter sequor, in hac omnibus circumstantiis probè invicem collatis rem expono, simulque stylo utor tam conciso tamque perspicuo, ut etiam infans difficillima dicta intelligere possit. Ac in eo quidem institutum meum planè diversum est à more illorum, qui commentarios atque homilias vel breviores expositiones in S. Scripturam scripserunt, &c. « *Hic autor, ut fertur, plures ejusmodi novas librorum sacrorum versiones*
E *Germanicas in posterum luci publicæ dabit.*

Daniel ex Lutheri versione, 4o. Ibid. 1530.

Jonas & Habacuc, in 4o. Ibid. 1526.

Libri Apocryphi German. ex eadem versione, 8o. Augustæ Vindelicorum 1529. 1530.

† Sapientia Salomonis ex eadem versione, in 4o. Witteb. 1529.

Libri Sapientiæ & Ecclesiastici, Germ. ex versione, *uti nonnullis videtur*, Go-

dofr. Arnoldi, 8o. cum notis criticis Halæ 1705. & 1706.

Liber Jesu Sirach sive Ecclesiasticus, Germ. 8°. *absque loco* 1570. In 24. Argentorati 1607.

Idem, Proverbia Salomonis, liber Sapientiæ & liber Tobiæ, German. in 18. Lubecæ 1603.

Novum Testamentum ex Græco in Germanicum idioma conversum à Mart. Luthero, *studio atque censura Philippi Melanchthonis* (opus trium mensium & dierum aliquot, *ut facilè est colligere ex his quæ a Joh. Frid. Mayero pag. 5. 6. 7. referuntur.*) in folio. Wittebergæ Mich. Rolther, 1522.

« Non solum (*inquit Lutherus in Epist. ad Spalatinum circa 5. Aprilis* 1522.) Joannis Evangelium, sed totum Testamentum Novum in Pathmo mea verteram: verum omnia nunc climare cœpimus Philippus *Melanchthon* & ego. »

« Novum Testamentum *ex versione German. Lutheri* primò prodiit mense Septembri A. 1522. circa diem Matthæi. Cumque Wittebergæ prima editio in lucem exisset, certatim variis in locis recusa, atque intra paucorum annorum spatium Augustæ Grimæ, Argentorati, & iterùm Wittebergæ ejusdem anni 1522. mense Decembri impressa prodiit, » *Mayerus ibid. pag.* 7.

« Quis satis enarrare queat (*ait Jo. Cochlæus pag. 54. comment. de actis & scriptis Lutheri*) quantus dissidiorum, turbationumque & ruinarum fomes & occasio fuerit Novi Testamenti translatio (*a Luthero facta?*) in qua vir jurgiorum, datâ operâ, contra veterem & probatam Ecclesiæ lectionem multa immutavit, multa decerpsit, multa addidit & in alium sensum detorsit, multas adjecit in marginibus passim glossas erroneas, atque cavillosas, & in præfationibus nihil malignitatis omisit, ut in partes suas traheret lectorem. Inventi sunt igitur ex Germanis, qui ex ea translatione admissos ab eo passim errores & mutationes collegerunt alii supra mille, alii pauciores. Inter quos sanè Hieronymus Emser præcipuam laudem promeruit. » *Idem ibid. pag.* 60. « Optimis quibusque videbatur Lutherus nimis malitiosè grassari in sacras literas Novi Testamenti, è quorum canone, audaci censurâ, rejiciebat Epistolam ad Hebræos, Epistolam Jacobi, Epistolam Judæ & Apocalypsim Joannis .... Et datâ operâ, ipse (*Lutherus*) pleraque loca Scripturæ aliter vertebat, in aliumque sensum trahebat, quàm habebat Ecclesia, præsertim verò in his locis quæ notissima cunctis vulgò erant; (*plurima hic allegantur.*) & pag. 61. Hæc exempli gratiâ commemorata sint: Ex quibus facilè cognoscitur, Lutherum pessimâ intentione Novum Testamentum eo tempore in linguam vertisse Germanicam, scilicet ut convinceret aut saltem persuaderet populo, Ecclesiam in textu sacro sæpe errasse, & Germanos hactenus usque ad prædicationem suam nunquam anteà verum & germanum audiisse Evangelium. Ipse tamen post aliquot annos priorem suam *Novi Testamenti* editionem in plerisque locis notavit; adeo sanè ut ex solo Matthæi Evangelio adnotaverint quidam locos 33. in quibus aliter habet secunda editio ejus quàm prima, quæ posteriorem quinque annis præcesserat. Nec his versionibus contentus, Latinam quoque editionem, à propria sua Teutonica in multis diversam adjecit anno post primam editionem septimo, (*A.* 1529.) scilicet ut non solùm Germanos, verùm etiam Latinos quoslibet in sacra Evangelii lectione perturbaret. *Hactenus Joan. Cochlæus.*

« Inter omnia jejunissimum est (*inquit Vitus Lud. a Seckendorf l. 1. comment. de Lutheranismo sect. 52. §. 127. ad a.* 1522) quod hìc tantopere commendatur, in quo *Cochlæus* errores in versione Novi Test. à Luthero commissos demonstrandos sibi sumit. Nam totius propemodum reprehensionis fundamentum, discrepantiæ Lutheranæ versionis à Vulgata Latina, aut variæ quorumdam exemplarium lectioni innititur; cum tamen Lutherus apertè professus sit, se Græcum textum Latino prætulisse, quod & alii interpretes fecerunt, in primis Erasmus. *Idem pag. seq.* Verum est ex diversis Bibliorum exemplaribus diversitati versionis aliquam multis locis causam extitisse, & Lutherum in editionibus posterioribus, cùm codices plures & correctiores nactus esset, ipsum non pauca, de quibus in notis suis litigat Emserus, mutasse, omissa supplevisse, aut quæ per errorem irrepserant, sustulisse. » *Ita hic Lutheranus.*

Novum Testam. Latinè ex versione Erasmi; & Germanicum ex versione Lutheri, Lipsiæ 1522.

Novum Testamentum Germanicum ex versione Lutheri, fol. Augustæ, Silvani Ottmari 1523. die undecima Junii, Witteb. 1523. fol. & 8o. Ibid. 1524. fol. Augustæ & Norimb. 1524. Argent. 1525. fol. Witteb. 1526. Argent. 1527. In 4°. Witteb. 1528. fol. Argentor. Wolfg. Kopphi 1530. Francof. 1534. 8°. Augustæ 1535. 4°. Lipsiæ 1540. 4°. & 8°. Wit-

teb. 1540. 4°. Ibid. 1542. 8°. Norimb. 1555. 16. Argentorati 1561.

Novum Testamentum Latinè ex versione Erasmi, & Germanicè ex versione Lutheri, in 8°. Francof. 1561. 4°. Ibidem 1563. Wittebergæ 1565. Francof. 1570.

Idem German. Lutheri, 40. Magdeb. 1563. 12. Ibid. 1570. 16. Antuerp. 1570. 8°. Francof. 1580. 1581. 12. Ibid. 1582. 8°. Argent. 1588. Francof. 1589. Witteb. 1593. Norimb. 1598. V. *idem Polygl.* 1599. 4°. Wittebergæ, 1605. 12. Hanoviæ 1605. 4°. Ambergæ 1606. 4°. Witteb. 1609. in 8°. & in 24. Hanoviæ 1611. 8°. Witteb. 1612. Gall. & Germ. 8°. Hanoviæ 1612. Germ. 12. Francof. 1614. 4°. Rostochii 1617. 8°. Argent. 1617. Norimb. & Argent. 1618. 12. Francof. 1619. in 4°. Goslariæ 1619. in 12. Luneburgi 1626. in 24. Francof. 1631. 8°. Norimbergæ 1647. Francofurti 1649. Hanoviæ 1664. Wittebergæ 1680. 1682. Luneburgi 1683. in 12. Ibid. 1690. in 24. Ibid. 1691. in 12. Lipsiæ 1691. Græcè & German. ex recensione Jo. Leusden, 12. Luneburgi 1693. Germ. in 8°. Lipsiæ 1694. 1696. in 12. Slevici 1698. Lipsiæ 1699. 8°. Stutgard. 1699. 1704. Idem Gr. & Germ. cum præfatione Winkleri, 8°. Luneburgi 1702. Idem ex recensione Jo. Henrici Maii cum præfatione Winkleri, 8°. Gies. Hassorum 1705. German. 8°. Bremæ 1707. Idem V. Biblia Polyglotta 1712.

† Novum Testamentum, Germanicè, ex versione Mart. Lutheri, cum summariis, locis parallelis, & locorum difficiliorum expositionibus, è Glossis Lutheri aliorumque Doctorum annotationibus desumtis, addita quoque singulorum capitum praxi, ad optimorum exemplorum fidem correctum atque emendatum à Jo. Reinh. Hedingero. 8°. Bremæ, Phil. Gottfr. Saurmanni, 1703. 2. editio 1707. *Præmissa est præfatio, in quâ hujus editionis institutum prolixius enarratur.* 8°. *Stutgardiæ* 1704. 3. *editio* 1711.

† *Ex præfatione:* Textus Germanicus ad textum originalem, antiquissimum versionis Lutheri exemplar, optimasque editiones recensitus est, defectus connexionum, particularum, &c. imò integrarum linearum, phrasium & dictionum suppleti; interpunctionesque ad mentem Scripturæ reformatæ sunt: *Glossas Hedingers notat Th. Ittigius in præf. ad Bibl. Germ. a.* 1708.

Novum Testamentum Germanicum ex versione Silvani-Otmar 8°. editum a. d. 1535. *ut refert Index libr. Bibl. Barberinæ, Tom. 2. pag.* 146.

Novum Testamentum German. ex versione Jo. Adami Loniceri, 8°. Francofurti 1590.

N. Testamenti nova & cum textu originali magis consonans translatio à Gaspare Ernesto Triller concinnata. 8°. Amstelodami 1703.

† *De novis Trilleri atque Reizii N. T. translationibus Germanicis ubi dicendi initium facit G. G. Zeltnerus in Diss. de novis Bibl. Vers. Germ. &c.* §. 14. *p.* 17 « Utraque, *inquit*, affectatum à Lutheri versione recedendi studium & verbis apertis « & re ipsa quoque, in illis præsertim locis, « ubi nihil quicquam causæ erat ullius mutationis, præ se fert atque prodit. Altera interpretatio, quæ C. E. Trilleri nomen in fronte exhibet, auctorem Scholæ Ilfeld. in finibus Hercyniis Rectorem « agnoscit, ... *qui* jam paullo antehac dubiis quibusdam circa versionem Lutheri « motis, quid machinaretur, significavit, « quæ dubia *Indagationum in loca quædam N. T.* nomine Amstelod. 1699. & 1702. « minuta chartæ formâ impressa prostant, « & examini à nonnullis accurato jam dum « sunt subjecta ... *Versionis Trillerianæ editio* Amstelodamum mentitur, typis, ut « cuilibet patet, Germanicis clam excusa » *Utrinsque jam Trilleri nimirum atque Reizii rationes, quibus in præfationibus, versionibus suis præfixit, institutum suum munire laborarunt, Zeltnerus sub examen revocat atque refellit.*

† *Gottfridus Olearius in Observat. ad Matth. c. IV*, 14. 15. §. 9. *data occasione indolem hujus versionis ita delineat:* « In « genere animadvertendum, totum istud « quod Trillerus sequitur vertendi institutum, nullum penitùs usum habere. « Nempè ipsas litteras & apices ferè Græci textus, ut quondam Aquilas Hebraici, « Germanicis verbis exprimere conatus « fuit. Cui verò quæso versio hujusmodi « profuerit? non plebi certè Christianæ, « quæ versioni hujusmodi intelligendæ planè est impar .... Multò minus eruditis « ista profuerit versio, quibus si vera vis « atque emphasis vocum à Trillero demùm est discenda, malè profecto cum « illis agitur. ... §. 10. Impuritas verò illa « linguæ, quæ est ex affectata ista literam « ipsam Græci textus exhibendi diligentia, « primò non potest non turbare patientissimum etiam lectorem, ut vel pereat « ipsius ad res attentio, vel attentum etiam « sensus fugiat. ... » *Docet inde* §. 1. 18. *& exemplis confirmat interpretem Hebraicarum N. T. phrasium nullam prorsus habere rationem: vocum etiam quarumdam usum haud planè accurateque esse: imprimis in particulis aberrare; superstitiosè etymolo-*

gias sectari, numerum, formas temporum, participia, infinitivos, &c. morosè plerumque reddere nostra quoque lingua, ubi minimè ejus indoles id fert; in articulis præter rem sæpe emphasin quærere; & quæ sunt ejus generis vitia alia, quibus ubique scatet hæc versio.

† *Sed & Thomas Jetsgius in præf. Bibl. Germ. an.* 1708. *Trilleri versionem ex alia ratione reprehendit, eamdemque erroneam auctoris sententiam, circa doctrinam de Satisfactione Christi & Justificatione per solam fidem in locis, quæ huc pertinent, satis superque prodere docet.*

Novum Testamentum Germanicum cum Psalterio, libello precationum atque canticorum & aliis nonnullis, sumptibus perillustris Matronæ Annæ Mariæ Viduæ de Sack in Lubcben, natæ de Schweinitz in Erain, in usum pauperum excusum (quodlibet exemplum incompactum nonnisi sex grossis Misnicis constat) 8°. Javoriæ Silesiorum 1710.

Quatuor Evangelia Germ. Lutheri 8°. Augustæ Vindelicorum, Sigismundi Grim. 1522.

Quatuor Evangelia, Acta Apostolorum, Epistolæ Pauli ad Romanos & ad Hebræos Germanicè, *characteribus Rabbinicis*, ex versione Eliæ Schadæi, 8°. Argentorati 1592.

« Elias Schadæus characteribus Rabbinicis Evangelium Lucæ & Joannis cum Actis Apostolorum & Epistolis ad Romanos & ad Hebræos ex versione Mart. Lutberi edidit. » *Acta Lipsiensia Septemb.* 1710. *pag.* 404.

Epistolæ Apostolorum, German. Lutheri. 8°. Wittebergæ 1537.

Epistola ad Romanos, German. Lutheri. Grimæ 1523.

Apocalypsis Joannis cum introductione, Germ. in 4°. Boeslaviæ 1612.

SECTIO QUARTA.

BIBLIA GERMANICA Lutheri,

A Calvinianis, aut cum illorum notis vulgata.

Annus editionis.

Biblia Germanica Lutheri cum icone Administratoris Joannis Casimiri Palatini Electoratûs, in fol. Neostadii, Matthæi Hardewischi 1579. 1579

« Quatuor hujusmodi (*i. e. a Calvinianis procurata*) Bibliorum Lutheri editiones memorabiliores notæ sunt, in quibus tamen nonnisi tres lucem publicam aspexerunt: quarta, dum sudarent in excudenda eadem typothetæ, oppressa. Inter publicatas antiquissimas, Neostadiensium in Palatinatu inferiori typis impressa claret, quippe quæ an. 1588. à Davide Pareo Heidelbergensi Professore, operam imprimis navante & conferente suam, novis præfationibus, summariis, & notis marginalibus aucta prodiit, postquam & sine hisce argumentis anno 1579. excusa ibidem jam ante prælo exierat. Posterioris editionis eò major à nostris habita fuit ratio, quò majus Ecclesiæ nostræ (*sc. Lutheranæ*) ex ea metuendum fuit periculum; unde etiam à Jacobo Andreæ sub censuram vocata, idemque Theologus non multo post Jo. Georg. Siegwartum Hyperaspistem nactus est. » *Ita Gustavus Georg. Zeltner pag. 9. cap. 1. de novis Bibliorum versionibus Germanicis, &c.*

Eadem, accurante Davide Pareo, cum novis præfationibus, summariis & notis marginalibus, in 4°. Neostadii ad Hartam, Matth. Harnisch 1587-88.

Biblia Germanica Lutheri cum summariis ejusdem Parei, 4°. Ibid. 1591.

Biblia Germanica Lutheri à Crypto-Calvinianis Saxonicis, *scilicet Joanne Salmuth concionatore aulico Christiani I. Electoris Saxonici, Urbano Pierio, Davide Steinbachio & Gaspare Rudelio, industriâ Nicolai Crellii Cancellarii edi cœpta anno 1589. & non ultrà ultimum librum Paralipomenon producta fuit.* In 4°. edita anno 1593.

« Dicuntur sub finem seculi superioris in Saxonia Crypto-Calviniani ejusmodi editionem Bibliorum Lutheri Calviniano infectam fermento sub prælo habuisse, sed quam, tametsi fermè ad dimidiam partem jam perducta esset, supprimi intercipique contigit. Vide prolixiùs hujus versionis fata recensentem Christ. Schlegelium in vita Theophili Glaseri Superintendentis Dresdensis pag. 49. & seq. » *Jo. Frid. Mayerus pag. 63. hist. versionis German. Lutheri.*

Zeltnerus ibidem ut supra pag. 10. 11. 12. *de hac versione ita scribit:* « Licentiati Joannis Salmuth in eo constitit labor, ut præter tabulas quasdam novè concinnatas, Lutheri præfationes in vetus Testamentum omitteret, earumque loco dicta Patrum collocaret de Mose & præstantia librorum Mosaicorum agentia, adjectis insuper argumentis ex Tremellio petitis, & glossis ex authoribus XII. depromptis, in quibus Calviniana, ut vocant, dogmata variis modis incrustata fuere. Procurata fuit hæc editio industriâ singulari Nicolai Crellii Cancellarii, & recognita ab Urbano Pierio, Davide Steinbachio, & Caspare Rudelio. Mor-

» tuo Christiano I. Electore, omnia exem- » pla luci publicæ subtracta sunt. Ita quæ » imprimi cœpta sunt Biblia Crypto-Cal- » viniana anno 1589. & ultra Pentateu- » chum non longe, ut videtur, producta » anno 1591. otium typographis iterum fe- » cerunt. »

« Exemplar Bibliorum illorum quod » possideo (inquit Claris. Lyserus in suis » animadversionibus ad me missis) conti- » net non tantùm Pentateuchum, sed & » plurimos libros Historicos Josuem, Ju- » dices, Ruth, Libros Regum & Parali- » pomenon. De his Bibliis, & erroribus » eorum quod ad glossas attinet; legi pos- » sunt Francisci Constantii de Bibliis Li- » centiati Salmuthi, &c. edita 1593. 4°. » Narratio brevis & vera de Christiana » vita & obitu Christiani Electoris Saxo- » nici, evulgata, Dresdæ 1695. in 4°.

Biblia Germanica Lutheri cum sum- mariis Davidis Parei, & figuris, fol.
1594 Neostadii, & Francofurti 1594. *Exem- plaria, quæ annos 1594. 1607. 1613. præ- ferunt, ejusdem sunt editionis, sc. anni 1594.*

Eadem à Theologis Herbornensibus recognita juxta editionem Francofurta- nam, in 8°. Herbornæ 1595. *Editio an-*
1595 *norum* 1595. 1601. 1608. *eadem est.*

« Altera id genus ἔκδοσις *ut scribit Zel-* » *tnerus ibidem p. 9.*) apud Herbornenses » Nassovicos in lucem emissa Biblia quo- » que Lutheri exhibet, sed ex impressione » non Wittembergensi, verum Francofur- » tana desumta. Isti omissis præfationibus » Lutheri, & marginalibus ejusdem glossis, » nova pariter argumenta & indicem do- » ctrinarum ad palatum suum facientem » adjecerunt, multisque aliis pro incru- » standa doctrina sua facientibus Faculta- » ti Theologicæ Witteb. ansam dederunt, » ut & ab hac Bibliorum impressione Ec- » clesias Evangelicas præmonendas esse pe- » culiari scripto (a. 1598. *edito*) censeret. »

1596 Eadem, in fol. Neostadii 1596. In 8°.
Herbornæ 1601.

Eadem cum locis communibus per Gregorium Schonfeldium, in folio, Cas-
1601 sellis 1601.

Eadem cum summariis Davidis Parei,
1607 in fol. Heidelbergæ 1607. In 8°. Her-
1608 bornæ 1608.

Eadem, in fol. Hanoviæ & Neosta-
1613 dii 1613. *Ad calcem hujus editionis nota- tur annus* 1594.

1616 Eadem, in 8°. Herbornæ 1616.

Eadem cum annotationibus Pauli Tos-
1617 sani, in folio. Heidelbergæ 1617.

A « Tertium in eadem Ecclesia (*sc. Cal- viniana*) & prioribus non dissimile Bi- « bliorum opus Heidelbergenses typogra- « phorum officinas exercuit primùm, po- « stea verò & Francofurtensium curis se- « mel iterumque ac nuperrimè (*anno* 1693.) « demùm recusum & Falckeisianorum Bi- « bliorum nomine sæpiùs celebratur glos- « sis, ut vocant, aliisque additamentis in- « structum non inutilibus ac ineruditis, « sed passim ad dogmata Reformatorum « attemperatis. Auctorem agnoscunt ea « B omnia Paulum Tossanum Danielis filium « Heidelbergæ Professorem, à quo in con- « finio annorum 1617. & 1618. hæc prima « vice prælo subjecta sunt, exinde verò « multorum applausum meruere; ita ta- « men, ut neque à nostris errores intacti « sint prætermissi, inter quos præter alio- « rum observationes hinc inde sparsas, « Winckelman. Giess. Theologi. (*Disput.* « *Giess. t. 8.*) studium eminet. » *Zeltnerus pag. 10. ibid. ut supra. conf. Thom. Ittigius præf. Bibl. Germ. a.* 1708.

Biblia Germanica Lutheri in 8° Her-
C bornæ 1621. In 4°. Ibid. 1622. In 4° 1621-22
Leidæ 1631. In 8°. Herbornæ 1635. In 1631-35
fol Basileæ 1644. In 8°. Amstelodami 1644
1649. in 12. Ibid. 1649. 1649

Eadem cum glossis Pauli Tossani, ad- ditis notis ex Belgicis Bibliis anni 1637. & Joannis Diodati, aliisque, in fol. Ba-
sileæ 1663. 1665. 1667. 1678. Franco- 1663
furti 1668. 1693. Marpurgi 1679. 1694. 1668

Eadem *sine glossis*, in 12. Amsteloda-
mi 1672. 1686. In 8°. Genevæ & Fran- 1672
cofurti 1679. 4°. Altemburgi 1679. Bre- 1679
D mæ 1681. fol. Basileæ 1682. 8°. Bremæ 1681-2
1682.

Eadem ex optimis editionibus recog- nita cum summariis & locis parallelis,
4°. Francofurti, Knochii 1707. Lipsiæ 1707
1707.

Pentateuchus Germanicè ex versione Lutheri, in 8°. Basileæ 1523.

Psalmi Germanicè ex prima versione Lutheri, in 8°. Ibid. 1524. Iidem ex se- cunda versione, in 12. Ibid. 1674.

Novum Testamentum ex ejusdem ver- sione, in fol. & in 4°. Basileæ 1523. Idem E *charactere Latino*, in 8°. Ibidem 1523. In fol. Ibid. 1524. Idem Latino-Ger- manicum litteris Latinis in 8°. Basileæ 1556. Idem ex recensione Parei, in 12. Neostadii 1606. In 24. Amstelodami 1632 Idem 8°. Leidæ 1646. In 24. Amstelodami 1659. In 8°. Haganoæ 1664. In 12. Amstelodami 1669. 1686. 1696.

SECTIO QUINTA.

BIBLIA SAXONICA,

seu dialecto inferioris Saxoniæ expressa.

Cum omnia Bibliorum Saxonicorum exemplaria, quæ hic recensentur, videre non contigerit, quædam etiam non fuerint ad manum, nobis vitio non vertetur, si Bibliis dialecto inferioris Saxoniæ exaratis quædam idiomate Misnico conscripta per errorem adjunxerimus.

Biblia Saxonica cum postillis Nicolai de Lira, Coloniæ, *atsque anno. At postquam plures jam tum editiones fuerant juris publici, id quod innuit præfatio, differt facta non parùm à Lubecensi editione sequenti.*

De hac editione sic loquitur Kortholtus cap. 25. n. 34 tract. de variis Script. edition. pag. 346. « Hanc translationem » Coloniæ editam esse, præfatio indicat; » tempus autem impressionis ibi non desi- » gnatur, nec aliunde etiam, quòd titulo » carent quæ nobis quidem innotuerunt » tria hujus editionis exemplaria, certò « haberi potest. Exhibet verò is ipse co- « dex textum Biblicum hinc inde glossa- » tum, & ita quidem ut glossæ ex Nicolao » de Lira petitæ, non, ut fieri solet, seor- » sum Scripturæ verbis, vel in margine, » vel circa finem adjectæ, sed continuâ serie illis permixtæ sint, uncisque duntaxat & asteriscis ab iisdem distinctæ. «

» *Idem pag. seq. post laudata quadam verba Germanica subdit:* « Ex quibus & hoc » apparet non tam novam versionem ex- » hibere Coloniensia hæc Biblia, quàm » versionis cujusdam Germanicæ jam an- » tea publicatæ textum recognitum, & » emendatum; quam quidem vetustissi- » mam fuisse oportet. Codicem enim, de » quo hic agimus, Coloniensem Lubecen- » si, (*dialecto inferioris Saxoniæ exarato*) » antiquiorem esse, hinc conjicio, quòd » glossatum Lirani ita in præfatione me- » minit Editor, ut facilè appareat primum » fuisse ipsum, qui Germanicè quidem hoc » modo textum Biblicum illustrare fategerit. „ *Hæc ille.*

Biblia dialecto inferioris Saxoniæ cum postillis Nic. de Lyra. Coloniæ absque anno.

Biblia dialecto inferioris Saxoniæ cum Nicolai de Lyra aliorumque glossis, in fol. *In quorum fine sic legitur:* Omni cœlesti militiæ dicimus gratias, cujus cum auxilio & intercessione hoc sanctum opus in aliquem usum sanctæ Ecclesiæ Catholicæ cum magna cura & diligentia emendatum & fundamentaliter revisum, & his æneis literis impressum & feliciter absolutum per Stephanum Arndes in Im-

A periali urbe Lubeca, anno nostri Domini M. CCCC. XCIII, ipsa die sanctæ Viduæ Elisabeth, quæ erat dies 19. mensis Novembris.

† *Glossæ in hac editione textui ipsi continua ferè permixtæ sunt, nec nisi lineolis quibusdam & asteriscis ab eo distinctæ. Caput Geneseos III. sic incipit:* Den de Schlanghe was sneydigher wen alle de Derte der Erden de Ghod der Herre macket hadde. &c. *E glossis celebris præ cæteris illa, qua verba Gen.* 3. 16. Under

B der macht des Mannes werstu wesende, unn he schall aver dy herschoppen; *hoc modo exponuntur:* dy vakene to pyneghende un to slaende. *Plura de hoc codice refert Jo. Fr. Mayerus Hist. vers. Germ. Luth. p.* 190. 191.

Biblia Saxonica ex eadem versione, sed multis locorum millibus variè translata, *Malin Krot pag.* 83. *dissert. de origin. Typogr.* 2. vol. in fol. Halberstadii 1522.

« Est & Lubecensis Bibliorum editio « plebeja Saxonicâ dialecto, itidem cum «

C suis glossis, ex qua, florente jam Luthe- « ro, Halberstadiensis alia est expressa. » *Hæc Conringius loquens de Bibliotheca Guelferbytana in epistola gratulatoria ad Principem Augustum pag.* 59. 60.

Sequentes Bibliorum Saxonic. editiones sunt ad versionem Germanicam Lutheri conformatæ.

Biblia in idioma inferioris Saxoniæ juxta versionem Lutheri translata à Joanne Bugenhagio, cum ejus summariis, 4. vol. in 8°. Argentorati 1524-30.

D Eadem, in 8°. Wittebergæ 1532.

Eadem in folio, Lubecæ, Ludovici Dieft 1533. Argentorati, Vindelii Rihelii 1535. Magdeburgi, Mich. Lotheri 1536. Wittebergæ 1541. 2. vol. fol. Magdeburgi, Seelisch 1545. Ibidem 1554. Wittebergæ 1558. 1561. 1565. Francof. 1566. Magdeburgi 1578. 2. vol. 4°. Rostochii, Jacobi Lucii 1580. in fol. Witteb. 1595.

Eadem recognita, emendata & elegantiori stylo reddita à Davide Wolde-

E ro, fol. Hamburgi 1596.

Ex scripto Dav. Wolderi Latinè reddito: « In Bibliis nostris Saxonicis non sine « gemitu & dolore observavi, quod ea- « dem pluribus in locis partim D. Lutheri « Bibliis non consentiant, partim etiam « contra veræ Saxonicæ linguæ naturam « & stylum non nunquam coactè & stupen- « dè in omnium prudentum Saxonum au- « ribus sonent.... Statui me officii mei « limites impleturum, si Saxonicorum Bi- « bliorum partes susciperem, & eò allaborarem, ut à mendis, erroribusque « emendarentur, & in debitum ordinem «

» rursùs restituerentur.... In omni labore » meo, quem horum Bibliorum causâ in » me suscepi, illuc semper collimavi, ut » Doctoris Lutheri Biblia non solùm appel- » larentur, sed etiam essent, manerentque, » & ut veram & puram, Saxonicam lin- » guam (à Misnensi, antiquo-Franconi- » ca, & Ukerwendica linguis permixtam) » in illis habere ac legere possent. »

« Anno 1596. David Wolderus me- » taphrasin illam Saxonicam emendatam » & passim non modo ad Lutheri sensum » propius accedentem, sed etiam elegan- » tiorem, civiliusque suis intelligibiliorem » vulgavit Hamburgi. » *Jo. Frid. Mayerus pag. 65. hist. versionis Germ. Lutheri.*

Eadem, in fol. Wittebergæ, Laur. Seuberlisch 1597. Hamburgi 1597.

Eadem usque ad librum I. Regum. V. *Biblia Polyglotta Eliæ Hutteri* 1599.

Eadem, in 4°. Wittebergæ, Francof. 1599. in fol. Goslariæ, Voigt 1613. 8°. Hamburgi 1619. 1620.

Mystica & Prophetica Biblia Saxonicè ex versione Lutheri translata à N. Hoechio in 4°. Marpurgi 1712.

Biblia in Pomeranicum idioma (*quod est quædam dialectus inferioris Saxoniæ*) translata ex versione Germanica Lutheri juxta exemplar anno 1545. vulgatum, & edita jussu Bugslavi XIII. Pomeraniæ & Stetini Ducis, cum figuris, in 4°. Baedi in Pomerania, typis Joan. Wittenii 1588.

« A. 1528. Bugslavus Pomeraniæ Dux » Biblia ad exemplar versionis Lutheri » ann. 1545. vulgatum in Pomeranicum » idioma transfundi, elegantissimèque » cum figuris eximiis chartâ nitidâ typis » exscribi jussit formâ, quam quartam vul- » gò appellant. Effigies Principis præfixa » Hexastichon adscriptum habet. » *Jo. Frid. Mayerus cap. 6. §. 2. pag. 65. hist. version. Bibl. Lutheri.*

Vetus Testamentum Saxonicum, fol. Wittebergæ 1523.

Pentateuchus Saxonicè, in fol. Wittebergæ, Mich. Lother. 1528.

Psalterium Saxonicum, 4°. Lubecæ 1493.

Psalterium Saxonicè ex versione Lutheri; 4°. Wittebergæ 1525. Magdeburgi 1541.

Liber Sapientiæ Saxon. 8°. Wittebergæ 1537.

Ultima pars Vet. Test. Saxonicè, in 4°. Magdeburgi 1533.

Libri apocryphi, Saxonicè, in 8°. Magdeburgi 1535.

Novum Testamentum Saxonicè ex versione Jo. Bugenhagii. Wittebergæ 1523, in 8°. 1526. folio. Ibid. 1528. Magdeburgi 1539. 8°. 1553. 2. vol. 4°. Ibid. 1562. 1 63. 1569.

In 8°. Hamburgi 1595. in 12. Ibid. 1597.

Idem, V. *Nov. Test. Polyglotton Hutteri* 1599.

Idem, 8°. Hamburgi 1605. in 16. Ibid. 1617.

Idem ex recognitione Davidis Wolderi, in. Ibid. 1626.

SECTIO SEXTA.

BIBLIA DIALECTO HELVETICA,

Et alia Germanica à Calvinianis translata.

ANnotationes hujus sectionis ut plurimùm excerpta sunt ex dissertatione msc. Joannis Bapt. Ottii sacrarum litterarum Professoris Tigurini, quàm manu suâ exaratam mecum perofficiosè communicavit.

Biblia in linguam superioris Germaniæ seu Helveticam conversa juxta Hebraicam & Græcam fidem, *partim ex versione Lutheri, partim ex Ministrorum Tigurinorum, & præcipuè Leonis Judæ translatione, variis temporibus, scilicet* prior Veteris Testamenti *pars quæ sic inscribitur*: Vetus Testamentum Germanicè juxta originalem Hebraicam veritatem fidelissimè versum; secunda, tertiave anno 1525. quarta, *quæ Prophetas complectitur, cui titulus:* Omnes Prophetæ ex Hebraica lingua bonâ fide, summâque diligentiâ per Ministros Tigurinos in Germanicum translati; & apocrypha (*sic Protestantes vocant libros deutero-canonicos*) *quorum titulus ita Latinè sonat:* Hi sunt libri qui à veteribus inter canonicos non recensentur, neque Hebraicè reperiuntur, recèns iterùm per Leonem Judæ in Germanicum translati, additâ brevi præfatiunculâ anno 1529. Novum verò Testamentum *jam excusum fuerat anno* 1524. Hæc omnia cum variis præfationibus & glossulis, 3. vol. in folio. Tiguri, Froschoueri 1525-29.

Annus editionis 1529

Ex vita Leonis Judæ manuscripta stylo veteri Germanico, cujus auctor filius ejus esse putatur; hanc habet Joan. Jacobus Hottingerus Henr. filius; pag. 27. hæc verba extant hic Latinè reddita. Biblia in Ger- « maniæ superioris linguam nitidè conver- « tit *Leo Juda*, idque summo labore atque « industriâ, persuasitque Froschouerum ut « in hujus finem majoris formæ characte- « res fundi curaret... prout jam prius pa- « taphrases (videlicet Erasmi quas Jude « (*sic*) noster in Germanicum converte- « rat prodierant) Edita sunt postea Biblia « minore formâ.

« De auctore versionis hoc nunc lu- « bet addere, (*inquit Joh. Bapt. Ottius in* «

» *differt. sua*) Leonem Judæ non fuisse solum, sed tum à Theologis aliis, tum à Judæo adjutum, nam ita de eo Gesnerus in Biblioth. sua edita an. 1545. *Antea quoque* Leo Judæ *tota Biblia Germanicè reddiderat & ad Hebraicam veritatem cum Judæo quodam contulerat, quæ itidem hic edita sunt.* Bonam scilicet partem de novo verterunt *Ministri Tigurini*, alios autem libros ita ut Lutheri versionem ad manus haberent mutarentque, quæ vel minus cum dialecto Helvetica congruerent, vel à textu originali aliquid recedere viderentur... Alios autem ex Theologis Tigurinis in hoc ipso opere non fuisse otiosos docet interior titulus editionis 1525-29. quartæ scilicet partis, quæ eos solos translatores agnoscit, ubi hæc verba habentur : *Per Theologos Tigurinos in Germanicum translati...* Præterea ipse Zwinglius in tractatu Germanico cui titulus : *Pastor* ad ann. 1524. scribit : *Quum invitus mihi proposuerim ad tempus nihil scribere, sed dimidium hunc annum totum in conferendo Hebræo, Græco & Latino textu consumere, &c.* De eodem Zwinglio Bullingerus testatur illum adjuvante Leone Judæ & Felice Manzio (qui postea ad Anabaptistas deflexit) magnam sacræ Scripturæ partem ex textu originali collatis 70. Interpretibus & Hieronymi versione, traduxisse. »

Ex præfatione Ministrorum Tigurinorum quæ ante Prophetas extat. « Cum aliquot jam annis, libros Veteris Testamenti summa fide studioque conferentes linguas publicè perlegissemus, multæ devotæ animæ nos instanter orarunt, ut versionem nostram in Prophetas præ aliis desideratam ederemus in lucem, quod utut grave nobis videretur, annuimus tamen, &c.

1530, &c. *Aliæ editiones*, 2ª. absque anno 1530. 1531. 1534. 1536. 1538. 1540. 1542. 1545. 1548. 1551. 1552. 1555. 1556. 1560. 1565. 1571. 1580. 1589 1596. 1597. 1598. 1618. 1636.

Biblia Germanica ex eadem versione *litteris minutioribus & Latinis*, 6. vol. in 12. Tiguri, *absque anno.*

Eadem absque glossulis *charactere Latino, cum præfatione quæ continet informationem de numero editionum. Tertia Editio*, in 8°. Tiguri, Froschoueri 1530.

Ex præfatione. « Quia anteà universa Biblia Germanica primùm formâ majore in folio, deinde minutissimis litteris & formis impressimus, ubi præfationes cum glossulis quibusdam extant, illa autem ligaturis pluribus opus habent; Christianæ quædam & piæ animæ nos exorarunt, ut Biblia universa uno volumine & ligaturâ in lucem daremus; iis gratificaturi, curavimus codicem rursus legi & castigari, nudo textu absque præfationibus & glossis hac forma excuso, &c.

« Observatum est, *ait Ottius*, inter hanc editionem & præcedentes nullum pene esse discrimen.

« *Tigurini Theologi Germanicam Bibliorum* versionem, quæ inde Tigurina dicitur, adornarunt; quanquam, uti in Latina interpretatione, ita Leonis Judæ in illis Germanicis præcipuam quoque industriam omnes prope fateantur positam fuisse. Edita autem est hæc translatio Lutheri quoque versionem, quantum ad eas partes attinet, quæ tum quidem in lucem prodierant, plerumque secuta inde ab ann. 1525. usque 1530. tribus vicibus & diversis quoque formis; sequenti vero annorum serie iterum iterumque recusa, & subiode emendatior typis subjecta est, ut sextam A. 1538. jam fuisse evulgatam affirmet Hottingerus in Biblioth. quadrip. l. 1. cap. 3. J. vero Melch. Krafftius p. 22. Emend. & Conrig. in hist Vers. Germ. Luth. à Mayero edita §. 9. septimam illam fuisse existimet (*quæ quidem sententia ex sequentibus editionibus confirmatur:* Omnium autem castissima & verba, quave sensum pluribus in locis castigata, substitutis insuper aliis augmentis prælo, illa exiit Tigurino A. 1552. » *Zeltnerus pag. 7. de novis Bibl. Version. German. &c.*

Eadem cum nova præfatione & figuris, *caractere majori, cum hoc titulo :* Tota Biblia ex originalis Hebraicæ Græcæ veritatis, imitatione fidelissimè Germanizata, fol. Tiguri, Christoph. Froschoueri 1531.

Ex brevi admonitione ad lectorem. « Quid nocet, à Ministris Wittembergensibus Vetus & Novum Testamentum ex Hebræo & Græco nuper translatum fuisse, quam versionem (*Mart. Lutheri*) & nos in Pentateucho Josue, libris Judicum, Regum & Chronicorum hîc adhibemus; præterquam quòd cùm apud nos denuo excuderentur, quædam vocabula ad superioris nostræ Germanicæ linguæ dialectum rogatu quorumdam inflecteremus, & quibusdam in locis sensum clarius promeremus... Quòd vicissim in Prophetis, Jobo, Psalmis, Proverbiis, Ecclesiaste, Hymnis singulari & propriâ versione hoc in loco utimur, nihil inde timendum est periculi ?

Addit deinde (inquit Ottius) *in hac translatione punctorum atque commentariorum Rabbinicorum nullam habitam fuisse rationem, versionem LXX. ut pote ante tempora Christi prodeuntem magni æstimari ;*

ri; præponderare autem semper contextum A
Hebræum.

« In hujus operis gratiam typos fundi
» curavimus novos, formæ majoris, qui
» senioribus etiam conveniant, figuris or-
» navimus, ut lectorem delectent, argu-
» menta capitum brevissima præfiximus,
» in margine concordantias addidimus,
» quæ singula in præcedentibus non ita
comparent. »

Lubet & hoc notare (inquit Ottius) *quod fortè non omnibus notum est, editionem Tigurinam A* 1531. *& Froschouerianas in genere Anabaptistas modernos etiam atque etiam maximoperè deperire, tum quòd stylo veteri delectentur, tum quòd loca quædam in ea habeantur quæ ipsi sinistrè ad suas opiniones trahunt. Itaque rejectâ versione novâ A.* 1667. *& aliis, ubique locorum Froschouerianos codices magno pretio emunt, & N. Test. Froschouerianum anni* 1531. *anno* 1687. *Basileæ recudi clam curaverunt.* B

Biblia Germanica ex eadem versione,
in 4. Tiguri, Froschoueri 1534.

« Quum ergo quinque editiones Bi- C
» bliorum Tigurinorum (*inquit in dissert.*
» *sua Cl. viss. Ottius*) lucem aspexerunt,
» antequam ad nos perveniret integer iste
» Lutheri labor, manifestum est Biblia illa
» nostrorum non esse propriè versionem
» Lutheri: ex jugi collatione autem sequen-
» tia problemata eduxi. I. Quinque illas
» Tigurinas editiones & à Lutheri ver-
» sione differre & inter se ipsas aliquo gra-
» du. II. Integros libros à Theologis no-
» stris esse conversos, nullo omnino in iis
» præeunte Lutheri adjumento. III. Tra- D
» duxisse eos etiam reliquos V. & N. Testa-
» menti libros, sed Lutheri versione velu-
» ti face ipsis eximiè prælucente. IV. Ne-
» que tamen ullo modo plagii crimen in-
» currisse. V. Dialecti Helveticæ rationem
» ab iis præcipuè fuisse habitam. VI. Man-
» sisse tamen in illis editionibus quando-
» que vocabula, phrasesque minus in pa-
» tria usitatas. VII. Denique hanc Biblio-
» rum Tigurinorum Germanicorum ope-
» ram Theologis quidem nostris in gene-
» re, sed cum primis Leoni Judæ ut ἰσχυ-
» δωκτῳ deberi æquè ac Biblia Latina » E

Hæc septem problemata tota sua dissertatione Ottius demonstrat, jam sunt ex præmissis sat clarè exposita.

1536 *Biblia Germanica sive* Tota Biblia,
hoc est omnes libri V. & N. T. ad ori-
ginalium linguarum præscriptum fidelis-
simè in Germanicum versi. Accessit nunc
pulcher & plenus index in tota Biblia
cum quibusdam concordantiis, argumen-
tis, numeris & fig. fol. Tiguri, Fros-
choueri 1536.

Eadem denuo recognita, in 4. & in 8°.
Ibidem, Froschoueri 1538. in fol. Ibidem 1538
1539-40. 1540

Eadem nitidè & eleganter impressa, in
4°. Ibidem, ex officina Froschoueriana
1542. 1542

Eadem *caractere magno* cum prologo
Bullingeri, multis figuris ornata, in fol.
Ibid. 1545. 1545

Hanc editionem Gesnerus citat in pandectis de Theologia tit. 2. pag. 14. his verbis: « Biblia Tiguri excusa 1545. & prius «
etiam aliquoties, in magno folio, per Mi- «
nistros Ecclesiæ Tigurinæ ad Hebraicam «
veritatem Germanico sermone reddita «
ac impressa elegantissimè, magnis cha- «
racteribus, cum figuris sive picturis pas- «
sim adjectis, & concordantiis per mar- «
gines, & novis capitum argumentis. Ac- «
cedit ab initio Prologus Heinrychi Bul- «
lingeri de omnibus S. Scripturæ libris, «
eorumque præstantia & dignitate & ar- «
gumentis, &c. »

Eadem *charta Basiliea*, in 4°. Ibid. 1545.

Eadem, nova cura, in 4. Ibidem 1548. 1548-50
1550.

Eadem cum nova præfatione, in 4°. Ti-
guri Froschoueri 1652. 1552

Ex præfatione. « Non tantum quæ in
præcedentibus Bibliis contenta sunt, hic «
extant, sed & resarta, quæ in illis defi- «
ciebant. Itaque nunc Germanicum He- «
braico exactiùs respondet... nec offen- «
datur lector, si hanc multis in locis in «
melius immutatam deprehenderit, quæ «
immutatio non temerario instituto, sed «
consulto facta est.... hoc omni adhibita «
diligentia fideque præstitimus. »

† « Editionum Tigurinarum castiga-
tissima & qua verba quave sensum plu- «
ribus in locis castigata, » substitutis in-
super aliis augmentis, prelo exiit a. 1552.
G. G. Zeltnerus de novis Bibl. vers. p. 7.

Eadem, in folio. Basilæ 1552. in folio. 1553
Tiguri 1553. absque versibus. Tiguri, apud
Adream Gesnerum 1554. 1555. 1554-55

Eadem, figuris ornata, in folio. Tigu-
ri, Froschoueri 1556. 1565. 1571. 2. vol. 1556
in 4°. Ibid, iisdem typis 1561. *absque an.* 1561
Hæc editio respondet editioni A. 1548.

Biblia Germanica Tigurina cum novis
præfationibus & multis figuris, in folio.
Tiguri, Froschoueri filii 1580. 1580

Eadem cum chronologia, summario
Scripturæ, versibus distinctis & aliquot
fig. 2. vol. in 4°. Ibidem 1589. 1589

« Quidquid mutationis hic apparet, ma- «
ximam partem ex Parei laboribus sump- «
tum, ut docet Præfatio. » *Ottius.*

Biblia Germanica Tigurina cum ver-
sibus & figuris, in folio & in 4°. Tiguri,
Joannis. Wolphii 1596. 1596

Præfatio ferè arguit, novam translationem esse, quadam certè mutata sunt, Ottius.

1598 Eadem denuo recensita cum figuris. Accessit omnium capitum ordinata dispositio cum summariis, necessariis concordantiis, chronicis, tabulis Geographicis, novis figuris, plenis indicibus, in folio. Tiguri, Joannis Wolfii 1597-1598.

« Notarunt non indocti ex nostris (*ait » Ottius*) circa hæc tempora interdum ali» quid in Bibliis, cum primis quod ad sty» lum attinet, immutatum fuisse, at non » semper in melius, quod & in quibusdam » reliquis 1598. 1618. perinde accidit. »

1602-3 Biblia Germanica ex Hebræo reddita, interprete Joanne Piscatore, cum ejus notis 4. vol. in 4°. Herbornæ 1602-3. jussu Joannis Comitis senioris Nassoviensis edita.

« Joannes Piscator Theologus Her» bornensis, circa seculi hujus initium, » aliam dedit Germanicam translationem, » qua (*inquit Kortholtus tract. de variis » Scrip. edit. cap.* 25 §. 25. *pag.* 336) Latina » Tremellio-Juniana interpretatio sic ferè » per omnia exprimitur, ut stylus ipsius » Germanicis auribus ingratior accidat. » Videri possunt de his & aliis, quæ in edi» tione illa desiderantur, Paulus Roderus » & Petrus Piscator Theologus Jenensis, » in scriptis peculiariter de hoc argumen» to editis; Menzerus *Tom.* 3. *Giess. Disp. XV.* 6. 7. Himmelius *Harmon. Calvino-Papist. P.* 1. *p.* 18.

« Magis sinistrum, *quàm Tygurinorum*, » de Lutheri versione judicium fuit Joan» nis Piscatoris, qui longè accuratiorem » se dare, & fontes longè exactiùs expri» mere professus est, etsi ille merum ferè » lectoribus suis exhibeat Junium & Tre» mellium, neque Germanismum ita soleat » observare, ut aures puræ dictioni assue» tas non passim graviter offendat. » *Joan. Frid. Mayerus cap.* 8. §. 11. *Hist. Vers. Lutheri.*

« Post Tigurinorum conatus celebrior » est Joannis Piscatoris Interpretatio Ger» man quam an. 1604. ex fontibus, uti » perhibet, derivatam excudi curavit, La» tinismos, ut eruditi queruntur, adeo lar» giter immiscens ac retinens, ut totam ex » Junio-Tremelliana inter Latinas præstan» tiore illam potiùs confectam esse suspicentur. « *Zeltner pag.* 7. *de novis Bibl. version. Germanicis, &c.*

Aliæ editiones versionis Piscatoris 1604. 6. 1608. 1610. 1612. 1614. 1617. 1624. 1652. 1666. 1684.

1608 Eadem, secunda editio, 3. vol. in 4°.
1612 Herbornæ 1604-6. 1608. 1610. 1612. 2.
1617 vol. in 4°. Herbornæ 1617.

1618 Biblia Germanica Tigurina juxta editionem A. 1597. in folio Tiguri, ex Wolfiana Tipogr. 1618.

1624 Biblia Germanica Piscatoris, 3. vol. in 4°. Herbornæ 1623-24.

1638 Biblia Germanica Tigurina denuo revisa ex decreto amplissimi Magistratûs, figuris ornata, (*mutationes anni* 1597. *pene servata, stylus ad dialectum Germanicam superiorem quadantenus accommodatus, Ottius*) in folio, Tiguri, ex typographia Bodmeriana 1638.

Biblia Germanica ex textu originali, interprete Ludovico Lucio, *qui obiit* 1642. 6. vol. in 4°. *Extant in Bibl. Scaphusiana, Ottius.*

Biblia Germanica ex Hebræo, interprete Philippo Hassiæ Landgravio. *De hac versione ita scribit Hallervordius in Biblioth. curiosa.* « Philippus Hassiæ Landgravius obiit Butzbacii. An. 1643. Sacræ « Scripturæ libri ex Hebræo Germanicè « ab eo translati, hodieque in Bibliotheca « Butzbaciana reperiuntur, teste Zellero « tom. 6. Epist. 66. »

1652 Biblia Germanica Piscatoris, in 4°. Herbornæ 1652. in 4°. Ibidem 1666. 1666

1665-67 Biblia Germanica, *Tigurina nova dicta.* (Vet. Testam. ex Hebræo, interpretibus Joan. Henrico Hottingero, Joanne Mullero, Henrico Zellero, Caspare Wasero, Joanne Rodolpho Hoffmeistero, Guillel. Freigio, & Guill. Simlero, cum notis exegeticis Hottingeri, Mulleri & Hoffmeisteri. Novum Test. & libri (*quos Protestantes vocant apochyphos*) interpretibus Caspare Wasero, Casp. Suizero, Casp. Wolphio, Joan. Henr. Ottio, Joan. Lavatero, Guillelmo Freigio, Petro Fuslino, cum notis exegeticis Wolphii, Lavateri, & Ottii, &c. revisore Casparo Suizero.) *Hæc omnia* jussu amplissimi Magistratûs edita, *ut docet præfatio*, (Initium operis anno 1662. factum est, & anno 1666. in auxilium additi sunt Joan. Henr. Heideggerus & Jacobus Mullerus) in folio & 2. vol. in 4. Tiguri 1665-67.

Aliæ editiones 1683. 1691. 1707.

Ex dissertatione historica Joannis Bapt. Ottii. « Constituti translatores, leges « fixæ, locus, tempus, alia præscripta: « Initium anno 1662. factum. In ipso cur- « su observatum est, Prophetas cum pri- « mis maximo labore opus habere, & « sæpe, ut originali textui versio conveniat, « ab omnibus aliis discedendum. Ordo « hîc observatus: Domi quisque seu Vul- « gatam seu quantamcumque aliam ver- « sionem exoticam consulebat. In conven- « tibus Hottingerus pro collegio V. Test. « (duo enim Collegia, unum pro Veteri, «

» pro Novo Testamento alterum consti-
» tuebantur,) coram se textum Origina-
» lem Hebraicum habebat, ut & Joannes
» Mullerus: Zellerus versionem Latinam
» Tigurinam: Waserus Biblia Italica Jo.
» Diodati & Parei Germanica cum Lu-
» theri vers. Hoffmeisterus Biblia Græca
» LXX. Interpretum & Latina Junii &
» Tremellii: Freigius Belgica & Piscato-
» ris. Coram his inspector Guill. Simlerus
» perlegit exemplar in orthographiam &
» stylum redactum; notas exegeticas Hot-
» tingerus, Mullerus, Hoffmeisterus ador-
» narunt. Pro Collegio Novi Testamenti
» & librorum apocryphorum constituti,
» Waserus, qui etiam omnibus V. & N.
» Test. capitibus summaria addidit, is ut
» & Suizerus contextum Græcum ad ma-
» nus habebant: Wolphius Tigurinam La-
» tinam versionem: Ottius versionem Bezæ
» cum Vulgata: Lavaterus Belgicam &
» Gualtheri: Freigius Polani Germanicam:
» Fuslinus Piscatorem contulit. Notæ exe-
» geticæ à Wolphio, Lavatero & Ottio
» adscripræ. Marginalia per Felicem Wys-
» sium, Joan. Huldricum & Conr. Burchar-
» dum conficiebantur. Index Casp. Brunne-
» ro, Casp. Zieglero & Hoffmeistero con-
» ficiendus tradebatur. Concordantias
» Vet. Test. cum Hulderico Schædlerus,
» Novi Orellius cum Fuslino assignarunt:
» observatione atque examine toti Colle-
» gio reservato. Tandem eò perventum est,
» ut accedente authoritate & mandato
» amplissimi nostri Magistratus, hæc ver-
» sio in universa ditione ipsorum introdu-
» ceretur atque usurparetur. Anno 1666.
» in auxilium additi sunt Joan. Henr. Hei-
deggerus, & Joan. Jacobus Mullerus. »

Ex vita Joan. Henr. Hottingeri à Joan. Henr. Heideggero scripta, signatura E. 2.

« Sed & Bibliorum Germanicorum se-
» cundis quodammodo curis juxta authen-
» ticum codicum exemplar, sicubi à fonti-
» bus versio usitata longè abierit, liman-
» dorum negotium circa idem tempus Mi-
» nistris datum est. Distributis operis ille
» (*Hottingerus*) præfuit ei collegio, quo
» ipsa revisio tentata est, nactus Collegas
» viros clarissimos, Jo. Gaspar. Waserum,
» Jo. Henr. Zellerum, Guill. Simlerum,
» Jo. Rodolphum Hoffmeisterum, Jo.
» Henricum Ottonem *seu Ottium*, Guill.
» Ereigium, Jo. Jac. Schædlerum; cujus
» Collegii extremum etiam me (*Heidegge-*
» *rum*) factum Steeinfurto reducem, par-
» tem esse placuit. Duravit quinque con-
» tinuos annos & quod excurrit. *Hæc ille.* »

Biblia Germanica juxta versionem Belgicam anni 1637. cum annotationibus Joannis Diodati, & approbatione Doctorum Facultatis Theologicæ Hei-
A delbergensis, fol. Francof. ad M. 1668. 1668

Hæc laudatur versio à Rich. Simon tanquam nova, licet ea ipsa sit Lutheri annotationibus ex edit. Belgica anni 1637. excerptis illustrata.

Biblia Germanica nova Tigurina, in 8°. Tiguri, typis Schauffelbergs 1683. 1683

Biblia Germanica Piscatoris cum ejus explicationibus, in folio. Bernæ & Francofurti 1684. 3. vol. 8°. Norimberg. Jo. Hoffman 1684. 8°. Duisburgi 1684. 1684

Biblia Germanica, in 4°. Casellis 1690. 1690

B Biblia Germanica *nova Tigurina*, i. e. Tota S. Scriptura, in qua continentur omnes libri V. & N. T. ex linguis originalibus fideliter & feliciter Germanicè redditi, denuò magna cum cura recogniti, unà cum aptis præfationibus, compendiosis capitum divisionibus, necessariis concordantiis atque utili indice, in folio, Tiguri, Davidis Gesneri 1691. 1691

« Hæc est ipsa translatio anni 1667. «
quam reviderunt aliqui Originalium lin- «
guarum periti; aliquid in quibusdam «
locis mutationis passa est hæc editio. «
C *Ottius.*

Eadem *minutissimi characteris & elegantis typi*, in 12. Tiguri, apud Hæredes Davidis Gesneri 1707. 1707

« Helvetii in cantone Bernensi Bibliis «
ex versione Joannis Piscatoris utuntur: «
Tiguri versione singulari: Basileæ & Sca- «
phusii Lutheri translatione. » *Hæc ad me scripsit Clariss. Ottius.*

Biblia Germanica Piscatoris. *V. Biblia Pentapl. Germanica p.* 196.

Pentateuchus, German. ex versione
D Rodolphi Gualtheri, cum singulorum librorum & capitum argumentis, dispositionibus & explicationibus. 8°. Tiguri. 1593. *Joan. Frisius in Bibliotheca sua pag.* 734.

« Veteris Testamenti suo jam tempore «
cum notis aliam dare constituerat ver- «
sionem Rodolph. Gualtherus, cujus spe- «
cimen editum habemus in Genesim: «
Anecdoton in Jesaiam. Tersa est & ele- «
gans ista versio. » *Jo. Henr. Hottingerus in Bibliothecario cap. 3. pag.* 155.

Psalmi Germanicè cum annot. Joan.
E Bugenhagii Pomerani, translati à Martino Bucero, in fol. Norimbergæ 1524.

Iidem *omisso nomine Buceri.* Norimbergæ 1564.

Psalmi Germanicè ex versione Rod. Gualtheri, in 8°. Tiguri 1593. 1628. 1658.

Psalmi Germanicè ex nova versione Tigurina, in 12. Tiguri Bodmeren 1682.

Libri Machabæorum German. 4°. Basileæ 1612.

Novum Testamentum Germ. ex ver-

ſione Leonis Judæ & aliorum Miniſtrorum Tigurinorum, in folio. Tiguri, Froſchoueri 1525. In 4°. Ibidem 1530. 1535.

Novum Teſtamentum German. cum Eraſmi Roterodami paraphraſibus per Leonem Judæ tranſlatis, in fol. Tiguri 1542.

Aliæ editiones 1557. 1581. 1592. 1593. 1614.

Idem *ſine paraphraſibus*, in 16. Tiguri 1542.

Novum Teſtamentum Latino-Germanicum ex Græco, *literis Latinis*, in 8°. Baſileæ, Brylingeri 1556.

N. Teſtam. Germ. ſolidè verſum 8°. Tiguri 1557.

N. Teſtamentum German. 8°. Embdæ 1567.

Novum Teſtamentum è Græco Germanicè transferebat Guillelmus Xylander, anno 1574. *juxta Simlerum in Epitome Bibliothecæ Geſnerianæ, in qua hæc leguntur:* « At nunc (id eſt anno Dom. » 1574.) Xylander ſacros novi Teſtamen- » ti libros transfert & annotat. adjungit. » *Rem factam narrat Melch. Adam in vita Xylandri.*

Novum Teſtam. Germ. Tigurinum cum ſummariis & concordantiis, 4°. Tiguri, Froſchoueri 1581.

Idem 8°. ibid. 1592. 4°. Ibid. Wolphii 1593.

Novum Teſtamentum Gallicè & Germanicè, in 12. Genevæ Stoer 1594.

Novum Teſtamentum German. in 12. Baſileæ 1598. In 12. Montiſpelgardiæ 1599.

Novi Teſtamenti Germ. verſio nova Amandi Polani à Polanſdorf, in 8°. Baſileæ 1603.

† « Amandus Polanus à Polanſdorf, » Oppavia-Sileſius & Theologiæ D. Baſi- » leenſis tranſlationem N. T. Germani- » cam circà initium ſec. 17. edidit, perrarò » hodiè obviam; in qua ſtudioſè phraſes » Græci textus retinuit. Chronologia, & » controverſiarum inter Piſcatorem atque » hunc aliosque Theologos ventilatarum » hiſtoria, Polanum verſionem hanc pu- » blicando adverſarium ſuum fuiſſe æmu- » latum, ſuſpicandi cauſam præbent. » *G. G. Zeltenerus de novis Bibl. verſ. German. p.* 8.

N. Teſtamentum Tigurinum, in 8°. Tiguri 1614.

N. Teſtam. German. verſio Joannis Jacobi Breitingeri exactè ad Græcum contextum elaborata, cum ejus præfatione, in 4°. Tiguri, Bodmeri 1629. In 12. Ibid. 1642. In 8°. Ibidem 1656.

N. Teſtam. German. 8°. Baſileæ 1630.

A N. Teſtam. ex verſione Lutheri dialecto Helvetica, Baſileæ 1634.

N. Teſt. German. Heidelb. 1655. 4°. Amſtelod. 1660. Baſileæ 1661. 8°. Amſtelodami 1680.

N. Teſtam. German. ex Tigurina r va verſione, 12. Tiguri, Simleri 1670. 1674. 1676. 1688. 1690. 1699 Idem *charactere magno*, in 8°. Tiguri, typis Bodmerianis 1705

N. Teſtam German. ex verſione Tigurina juxta editionem Froſchouerianam anni 1531. ab Anabaptiſtis recuſum, Baſileæ 1684.

B « Anabaptiſtæ clancularii ditionis Bernenſis hanc verſionem Baſileæ recudi « curaverunt, quod quererentur, Biblia « Bernenſia ex verſione Piſcatoris hoc an- « no 1684. impreſſa, eſſe ſubleſtæ fidei « & falſificata, &c. *Ottius in ſua diſſertatione.*

N. Teſtam. Gall. & Germanicè, 8°. Francof. 1697.

Novum Teſtam. Germanicè ex verſione Jo. Henrici Reizii, cum notulis, adjectis variis lectionibus ex Græco, 8°. C. Offenbaci 1703. † 2. *editio* emendata, Erlangi 1706.

Idem V. *Biblia Pentapla Germanica pag.* 196.

Ut ex ſpecimine impreſſo patet, quinque diverſas N. T. tranſlationes Germanicas per totidem columnas diſpoſitas, 1. Catholicam, 2. Lutheranam, 3. Calvinianam, 4 Novam, *&* 5. Belgicam *hoc opus complectitur, quod adeò Origenis exemplo adornatum propria ſua appellatione Pentapla vocaveris. Ex his verò, quæ Nova titulo* D *inſignitur, verſio ipſa eſt Reiziana, ut ex ejus cum ſpecimine iſto collatione manifeſtum eſt. Cæterum & Vetus Teſtamentum, Novo abſoluto, ſimili prorſus ratione typis ſuis Hollius evulgabit.*

† *De Reizii verſione quid ſtatuendum ſit; ex iis, quæ ſuprà de tranſlatione Trilleriana G. G. Zeltneri verbis dicta ſunt, jam ſatis conſtat. Hic ea, quæ de ipſo autore Zeltnerus loco ſuprà citato refert, commemoranda reſtant:* « Hæc verò, *inquit*, autorem agnoſcit Jo. Heinr. Reizium, « Bremenſem, Reformatæ Eccleſiæ alum- « E num, quive poſt ſtudia in Belgio & Hei- « delbergæ culta Eccleſiæ aliquandiù Mi- « niſtrum in Comitatu Saynenſi Berlem- « burgico egit ... Poſt officium publicum « deſertum Dippelio familiariter uſus eſt, « atque ingentem ab Eccleſiæ Proteſtan- « tium doctrina diſſenſus ſuſpicionem du- « dum movit libello de Juſtitia D E I; (in « 8° 1701. edito) ... Ejus opella Offen- « baci ad Mœnum (an. 1703.) typis ex- « preſſa, & nuperrimè (1706.) Erlangi « recuſa eſt. »

† *Stylum sordidum, & ex affectata ipsam Græci textus literam exhibendi diligentia parum intelligibilem, in hac quoque versione notat simulque ipsis Lutheri verbis reprehendit Thomas Ittigius in præf. Bibl. Germ.* 1708.

SECTIO SEPTIMA.

BIBLIA GERMANICA.

Ab Anabaptistis & Socinianis edita.

BIblia Germanica ex versione Ludovici Hetzeri, juvante Joanne Denkio populari suo, fol. Wormatiæ Vangionum 1529. *Extat rara hæc editio in Bibliotheca Regiomontana Electoris Brandeburgici.*

« Quod ad Anabaptistas quidem attinet, eorum non tantùm studiis accepta ferenda est Prophetarum V. T. translatio Germanica, nominatim à Ludovico Hetzero gente Bavaro elucubrata & anno 1527. Wormatiæ Vangionum 8°. (item A. 1528. August. Vindel. fol.) typis impressa, sed etiam integra Biblia quæ vulgò Wormatiensia ab impressionis loco audiunt, A. 1529. ibid. in publicam lucem sunt emissa, ad quæ procuranda eundem Hetzerum cum Joanne itidem Denkio populati suo ..... plurimum operæ attulisse & consilii non paucis creditur. » *Zeltnerus cap.* 1. *num.* 10. *pag.* 13. *de novis Bibl. Vers. Germ. &c.*

« De reliquo, utrum Hetzerus & Joan. Denkius, non ineruditi Anabaptistæ, Bibliorum Wormatiensium auctores editoresque utique fuerint, uti quidem Val. E. Loscherus tanquam sibi exploratum affirmat, necne, penès Criticos & Chronologos esto judicium, quorum his forsasse scrupulum movebunt historiarum monumenta, quibus Hetzerus jam die IV. Februarii ejusdem anni (1529) Constantiæ propter adulteria frequentia & Anabaptismum decollatus, seu, ut Seckendorfus habet, combustus perhibetur; Denckius verò, ut ex ejus Epistola, quæ inter Zwinglianas & Oecolampadianas extat, refert Hornbeckius summa Controv. lib. 5. pag. 341. in viam reductus anno præcedenti 1528. piè mortuus traditur; quæ conciliari vix possunt, nisi ab his opus istud Bibliorum impressorum inchoatum, à sociis verò pluribus ad colophonem denique non multò post utriusque fata perductum fuisse suspiceris; utrumque enim nec probabilitate in se caret, nec ab istius ævi Anabaptistarum colluvie satis numerosa ac mutuo auxilio abhorret. » *Idem ibidem pag.* 51. *cap.* 3. *num.* 3.

† *Editionem Bibl. German. Wormatiensem nec autores habuisse Hetzerum atque Denckium, ut multi viri docti existimarunt, nec Catholicam esse quæ versionem ad Vulgatam expressam & ante Lutherum conditam exhibeat, ut V V. E. Tenzelius Dial. menstr.* 1692. *contendit, nec denique ipsius Lutheri esse fætum, ut Felgenhauerus impudenter calumniatus est, præclaris argumentis docet summè Rev. Ittig. in præf. Bibl. German. a.* 1708. *Felgenhaueri calumniam quoque solidè destruxit Jo. Dieemannus in præf. Bibl. German. Stad.* 1702.

« Hæc versio difficiles & salebrosos Helvetiorum idiotismos clarissimè repræsentat. Ex styli forma & phraseologia hic ubique obvia colligitur, ex Helvetic. seu Tigurinis, quorum altera tunc temporis prodierat editio, hæc Wormatiensia Biblia esse desumpta, idque ulterius apocryphorum convenientia & conditio præcipuè commonstrat. Si quæ verò mutationes occurrunt, quales non paucæ reperiuntur, ab editione Tigurina saltim anno 1530. recusa discrepantes, has à novis editoribus corrigendo Helvetiorum idiotismo operam impendentibus esse profectas conjicitur. » *Hæc Dieemannus (in præf. Bibl. German. Stadens.* 1702.*) apud Zeltnerum ibidem pag.* 49. 50.

Biblia Germanica veteris & novi Testamenti. Præmittitur præfatio Lutheri ad utriusque Testamentum, fol. Argentorati & Durlaci, Wolphii Cauphalæi, V. Test. an. 1529. & 1530. N. Test. 1532.

« Cum Lutherus anno 1529. & 1530. nondum omnes veteris Testamenti libros in vernaculam linguam convertisset, facilè apparet horum versionem aliunde desumptam esse, nempè ex illa versione quam Ludov. Hetzerus & Joan. Denckius evulgaverant. *Polyc. Lyserus in suis ad me datis animadversionibus.*

Prophetæ majores & minores ex Hebræo Germanicè translati à Ludovico Hetzero (*Anabaptista & à Sandio in Bibliotheca Antitrinitariorum recensito*) operâ Joannis Denken adjuto, in 8°. Wormatiæ, Petri Schaefferi 1527. fol. Augustæ Vindelicorum 1528.

† *Ex editione Augustana supra nominatus Posseltus, qui eam ipse possidet, hunc Esaiæ locum profert:* Ich habe Sün erzogen und auffbracht, sie aber seynd zu Schelmen an mir worden.

« Prophetas vernaculâ donatos (*inquit Lutherus in Epist. ad Wenccsl. Linckium tom.* 2. *Epist. pag.* 332.) Wormatiæ non contemno, nisi quod Germanismus obscurior est; fortè pro natura illius regio-

» nis fecerunt diligentiam » † V. *Zeltnerus ibidem pag.* 13. *Et Ministri Tigurini in præfat. sua ad Prophetas:* « Quamvis » prius jam prodierat Prophetarum versio, » fideles tamen eam ut potè ab Anabaptistis exaratam abominati sunt, utut multis in locis textum fideliter expressum » observaverimus. » *Ottius.*

A

Novum Testamentum German. ex Græco, interprete Joanne Crellio, adjuvante Joachimo Stegmanno seniore, & Christophoro Ostorodo cum præfatione Crellii, in 8°. Racoviæ 1630.

B

« Versioni Nov. Testam. Germanicæ » ipse Stegmannus una cum Joanne Crellio insudavit. » *Sandius pag.* 133. *Bibl. Antitrinitariorum.*

» Nec desunt (*inquit Joan. Mollerus Isagoge ad Hist. Chersonesi Cimbria part.* 3. *pag.* 107.) qui versionem novi Testamenti Germanicam Racoviensem A. » 1630. excusam ei (*Martino Ruaro*) tribuant quos falli mihi constat, tum ex » Sandio illam Joanni Crellio & Joachimo Stegmanno seniori vindicante, tum » ex indicio filii quem noster (*Ruarus*) » religit cognominis, Amstelodami viventis, à quo adornatam eam credi à Christophoro Ostorodo ac *συνέργου* aliquot, » revisam autem esse à tota societate, & » in hac Parenre suo, ac Præfationem » tandem à Crellio adjectam An. 1684. » edoctus sum. *Ita Mollerus.*

C

† « Lutheri versione rejecta, placitis » suis aptiorem N. T. interpretationem » concinnarunt Sociniani, imprimis Jo. » Crellius & Joach. Stegmannus & post » vulgatum jam diù ante Catechismum » Racoviensem, publici juris fecerunt eandem an. 1630. in 8°. Racoviæ typis impressam. Præfatio eidem addita est, cujus vulgò Ge. Enjedinus perhibetur fuisse auctor, (de quo tamen jure dubitat » Christoph. Sandius Bibl. Antitrin pag. » 84.) quæque totum istius versionis studium scopumque luculenter prodit, &c. *Zeltnerus ibidem pag.* 15. *conf. Kortholtus de variis Scripturæ editionibus c. XXV. p.* 337. *& Ittigius in Præf. Bibl. Germau. a.* 1708. *qui & luculentum textus Græci, cui præ cæteris interpretibus inhæsisse Socinani isti videri voluere, pessimè a. iisdem depravati exemplum profert.*

D

Novum Testamentum Germanicè ex Græco translatum à Jeremia Felbingero, *seu* Felwingero, (*qui è novo Testam. Græco curâ Stephani Curcellæi edito suas & concordantias & varias lectiones deprompsit*) in 8°. Amstelodami 1660.

E

« *Felbingerus* novam inter Batavos » versionem N. T. *privato ausu* aggressus » est Embdæ conscriptam & an. 1660. in 8°. Amstelodami typis exscriptam. At « enim infelicior mihi videtur fuisse aliis « plerisque quòd in eo operæ suscepto non « modo præjudicatis itidem sententiis ex « vicina patriæ suæ Polonia haustis plenam attulit mentem, sed etiam Stephani Curcellæi lectiones varias, quas ille « undique corrasit, quasdam etiam ex ingenio suo excogitasse suspectus, & censurâ dudum notatus fuit, præ oculis, « quod nec ipse diffitetur interpres, habuit ad institutum suum aptiores visas... « Ex iisdem corruptelarum fontibus non « unum errorem in ipsam versionem intulit, quod ex variis locis Rom. præsertim « c.9. 5. & Lucæ 23. 43. solis interpunctionibus loco motis miseréque detortis intelligere possumus, &c. » *Zeltner ibid. pag.* 15. *cap.* 1. *num.* 12. † *conf. Kortholtus ibid p.* 338. *& seq. & Ittigius l. c.*

SECTIO OCTAVA.

BIBLIA GERMANICA

à Judæis versa & litteris Hebraicis excusa.

« Pingunt Judæi linguam Germanicam certo genere Hebræarum litterarum à dextra ad sinistram, omissis « punctis vocalibus phrasi sæpe impuriore, intermixtis subinde vocabulis & terminis Hæbræis. » *Jo. Bapt. Ottius in comment. suis mss.* »

Adsunt (ex dono Joannis Reuchlini « *in Bibliotheca Phorcensi, ut scribit Joan. Henr. Maius in illius vita pag.* 537. « 538.) duo tomi Biblici, in quibus secundùm seriem librorum Biblicorum difficiliora vocabula Germanicè redduntur, sed Hebraicis litteris scribitur « versio. Prior codex plenior est quàm « posterior, quippe qui ab Exôdo incipit; & in quo quamplurima subinde « desunt. Ad hanc quoque classem pertinet volumen satis vastum in 4°. continens aliquot librorum Biblicorum versionem Germanicam Hebraicis characteribus scriptam, truncatum verò est « initio Proverbiorum. «

Biblia German. ex versione R. Hbaiim filii Nathan indultu Matthiæ Ferdinandi Archiepiscopi Pragensis excusa in 4°. Pragæ 434. (1674.)

Hoc volumen non complectitur omnes vet. Testamenti libros, sed historicos tantùm; incipit à Josue & desinit in libro Nehemiæ. Paraphrasis potiùs mihi videtur quàm interpretatio, inquit Christoph. Theoph. Unger in litteris ad me scriptis, 1711.

Eadem in 4°. Dyrenfurti. 1704.

Biblia Germanica ex versione R. Jekutiel, F. Isaaci Blitz, sumptibus & impulsu typographi Amstelodamensis

haud incelebris Uri Peibſch F. Aaronis Levitæ, Germani cum diplomate Joannis III. Sobieski Poloniæ Regis, & cenſuris Synagogarum Polonicarum (Prophetæ priores impreſſi ſunt anno ſupputationis minoris 436. (*Chriſti* 1676.) Poſteriores 437. (1677.) Hagiographa 439. (1679.) in fol. minori, Amſtelodami. Cœpta fuit editio ab Uria Peibſch, & continuata ſumptibus Guillelmi Blavii, Exſcabini Amſtelodamenſis & Laurentii Backii I. U. L.

Ex Epiſtola ad me ſcripta à Clariſſ. viro Chriſt. Theophilo Unger Sileſio. « Typographus ut huic verſioni conciliaret auctoritatem cenſuras ad rem neceſſarias à Synagogarum Polonicarum Magiſtris impetrarat, unà cum privilegio Regis, quo per totam Poloniam exempla liberè diſtrahi poſſent. Priùs autem quàm opus abſolveretur, cum æmulis (& nominatim Joſepho Athia, qui tunc geminæ verſionis editionem moliebatur) in lites acerbiſſimas incidit, quibus bis mille Imperialium & amplius damnum fecit, quo factum, ut opus inchoatum Guillelmi Blavii, & Laurenrii Backij ſumptibus perficiendum fuerit. Criminabantur autem ejus æmuli cenſuras quas à Magiſtris Poloniæ obtinuiſſe dicebat, eſſe confictas atque ſuppoſititias. Quoquo modo ſe res habeat, in lucem tandem prodüt opus, & quidem à Synagoga Amſtelodamenſi adprobatum non minus quàm R. Joſephi Joſel Wytſenhuſii verſio, quam R. Joſeph Athias annò 1679. evulgavit, & anno 1687. Friderico Wilhelmo Electori Brandeburgico inſcriptam typis ſuis & Immanuelis filii repetiit. Utraque, ſi dictionem Germanicam reſpicias, in locis non paucis eſt ſcabra, nec linguæ noſtræ genium ſatis obſervat; & R. Jekutiel illud quoque ſibi nonnunquam indulget, ut interpretationi ſuæ vocabula Rabbinica quædam admiſceat, codicis tamen Hebraici ſenſum genuinum utraque verſio nunc Blitzii, nunc Witzenhuſii paſſim feliciter attigit. » Hæc Jekuthielis verſio multorum errorum poſtulatur. *Joan. Fabricius.*

« Hæc verſio non eſt in eodem apud Judæos vel Chriſtianos pretio quo altera illa, Joſ. Athiæ juſſu & ſumptibus excuſa valet, ob varios nævos quibus laborat. » *Jo. Chriſt. Wolfius pag. 698. Bibl. Hebr.*

Biblia Germanica, Interprete R. Joſeph Joſel fil. Alexandri, cognomine Witzenhauſen (reviſoribus R. Meir Archiſynagogo Germanorum Judæorum Amſtelodamenſi, & R. Subtai) cum diplomate ordinum Hollandiæ; in folio, Amſtelodami Joſ. Athias 439. (1679.)

Biblia ex eadem verſione dicata Frederico Wilhelmo Electori Brandenburgico, in fol. Ibidem apud Immanuelem Athiam 447. (1687.)

« Noſtro tempore, geminam, quantum mihi quidem conſtat, integri V. T. Germanicam verſionem Judæi publicarunt: utramque ſcabro, inepto, barbaroque ſtylo: utramque ad Judaicam perfidiam paſſim accomodatam. » *Korthoitus de variis Script. edit. c. 25. n. 31. p. 342.*

« Cùm Hebraicè Græcèque locuti ſint ſancti Dei homines, ridiculum foret verba verbis reddere, quod ex magna ſuperſtitione in Bibliis ſuis Germanicis fecere Judæi. » *Joan. Feckius disput. 11. de præcipuis Oratoris Eccleſiaſtici virtutibus, Aphoriſmo 12. pag. 29.*

Biblia Germanica ex editione Joſephi Athiæ litteris Germanicis. V. *Biblia Pentapl. Germanica pag. 196.*

Pentateuchus & quinque Meghilloth German. cum comment. Raſi, omnia litteris Hebraicis, in fol. Cremonæ 1542.

Hic Pentateuchus qui in Bibliotheca Bodleiana ſervatur, fortè eſt ex verſione Elia Levita; inveterata enim apud Judæos Germanicos opinio invaluit, verſionem Germanicam Pentateuchi ſequentis Conſtantiæ editam auctorem agnoſcere Eliam Levitam, quo præjudicio ſine dubio Sabbathaus deceptus eſt; ſed Elia Levita potius tribuenda eſt verſio Cremonæ excuſa, ſi quidem hoc ipſo anno 1542. jam in Italiam reverſus fuerat.

Pentateuchus & quinque Meghilloth; item Judæorum Evangelia quæ Haphtaroth vocant, & ſingulis Sabbathis in ſuis ſcholis legunt ex Hebraica lingua more judaico de verbo ad verbum in linguam Germanicam traducti ac Hebraicis litteris, quibus Judæi etiam in Germanicis litteris utuntur, cum præfatione Pauli Fagii (interprete Michaële Adamo) 4°. Conſtantiæ Helvetiorum שד 304. (1544. Iidem in folio. *Hæc ultima editio extat in Bibl. Regia & in Sorbonica.*

« Michaël Adam Judæus ad Chriſtum converſus, civis Tigurinus, ſex libros Joſephi de Bellis Judaicis capitibus 97. diſtinctos, Germanicè vertit ſed characteribus Hebraicis. Et eundem in modum Pentateuchum Moſis, & libros hiſtoriales veteris Teſtamenti (ſeu potiùs quinque parva volumina) interpretatus eſt. » Excuſa ſunt Conſtantiæ anno 1544. claruit an. d. 1550. *Friſius pag. 604. editionis Bibliotheca Geſneriana an.* 1583.

« Michaël Adam, Judæus converſus Biblia vertit in linguam Germanicam & in uſum Judæorum caracteribus Hebrai-

cis expressit *Sixtus Senensis lib.* 4. *Bibliotheca sanctæ.*

R. Sekabtai in Bibl. Rabbinica Littera ת *num.* 61. *versionem hanc R. Elia Babhur, vulgò Levitæ, tribuit. At fides magis est adhibenda Conrado Gesnero qui in Pandectis suis anno* 1548. *editis lib.* 1. *p.* 92. *Hæc ait.* » Pentateuchus & quinque » parvi libri canonici lingua Germanica, » characteribus autem Hebraicis, Michaele Adamo, Judæo converso interprete » nuper excusus est. Idem reliqua etiam » Biblia transponere pergit, & magna ex » parte jam transtulit : omnia planè ad » verbum pro Judæis (qui nisi ad verbum » utcumque ridiculè translata non admitterent) & illis qui primùm huic linguæ » initiantur, ut facile conferre possint. »

« Hæc ignorare Gesnerum non sinebat » eadem in urbe Tigurina cum Michaële Adamo commoratio : ideo verò Michaël Adam in sua editione nomen suum » reticuit, ne Judæi versionem suam fastidirent ; nam panis mercandi causâ laborem illum suscepisse videtur. » *Hæc Th.oph. Unger in commentariis suis mss. ad me datis.*

Pentateuchus ex eadem versione, in folio. Pragæ 1583. 1603. Augustæ Vindelicorum *absque anno.*

Hæc ultima editio servatur Parisiis in Bibl. Regia & in Sorbonica.

Pentateuchus German. cum glossis excerptis ex variis libris à R. Isaac filio Simeonis, fol. Pragæ 368. (1608.

Pentateuchus Germanicus V. Pent. Hebraicus fol. Pragæ *absque anno.*

Iidem Germanicè *sine commentario*, in fol. Venetiis, Bragadini 1619.

Iidem cum comment. *Rasi* & Midrasim & quinque Meghilloth fol. Pragæ 370. (1630.

Iidem, V. *Iidem Hebr.* 1702.

Quatuor priora capita Geneseos German. juxta usitatam Judæorum interpretationem per Paulum Fagium, in 4°. Constantiæ 1543.

Liber Exodi Germanicè, litteris Hebræo-Germanicis. Item Josue, Ezechiel, Canticum Canticorum, in 4°. Pragæ 313. (1553.

Versio Germanica Paraphrasis Chaldaicæ quinque Meghilloth, interprete R. Jacob. F. Bounam cognomento R. Jacob Cappelman, unà cum explicatione Hebraica difficiliorum vocum Chaldaicarum, 4°. Friburgi Brisgoiæ, apud Frobenium, *absque anno.*

Prophetæ priores & posteriores, & Chetuvim. Germanicè (ex versione Scabra prorsus & inficeta) R. Jacob filii Isaac Cohen & cum ejus commentario quem inscripsit ם מבגיר i. e. Liber enarrans fol. Lublini 383. (1623. Pragæ 436. (1676. 465. (1705.

Liber Samuelis German. cum punctis per Nathan. F. Eliezer Michol, in 4°. Cracoviæ 1593. Basileæ 372. (1612.

Volumen Esther cum præfatione allegorica in historiis distincta & doctrinis moralibus referta, Germanicè, in 8°. Cracoviæ 350. 1590. Amstelodami 423. (1663. Francofurti ad Mœnum.

Duplex Targum in volumen Esther Germanicé, in 4°. Amstelod. 409. (1649.

Psalmi Germanicè, V. *Iidem Hebraicè* 1562. 1705. 1707.

Iidem Germanicè, in 4°. Pragæ *absque anno.*

Job Germanicè cum comment. R. Mardochæi, 4°. Pragæ 357. (1597.

Proverbia Salomonis Germanicè cum commentario R. Mardochæi F. Jacob, in 4°. Cracoviæ 1582.

Eadem Germanicè. V. *Eadem Hebraicè* 1705.

Daniel German. 4°. Pragæ 434. (1674.

Ecclesiastes Germanicè insertis expositionibus moralibus, auctore R. David filio R. Aharonis Mechockech 4°. Pragæ, 465. (1705.

Ecclesiasticus Germanicè ex versione R. Salomonis F. Jacob Kets, in 4°. Amstelodami 420. (1660.

Ecclesiasticus seu siracides Germanicè redditus à R. Mose Witmunt 8°. Amstelod. 421. (Christi 1661.

Libri Machabæorum Germanicè characteribus Rabbinicis, 8°. Basileæ 372. (1612.

† Novum Testamentum Hebræo-Teutonicum sive Germanicum litteris Rabbinico Germanicis expressum, studio & operâ Joannis Harzuge Judæi baptizati (omnes libri Novi Testamenti in eo reperiuntur, excepta Apocalypsi) in fol. Cracoviæ, Pauli Helie 1540.

Novum Testamentum è Lutheri versione in Judæorum gratiam litteris Hebraicis editum à Christiano Mullero, Past. Eccl. Sandoviensis, Judæis ipsis obstetricantibus, 4°. Francofurti ad Viadrum Michaëlis Gedschalkii 1700. *Jo. Alb. Fabricius Bibl. Gr. lib.* 4. *cap.* 5.

Novum Testamentum Judæo-Germanicum à Radulpho Bernardo versum, sed cum nulli apud nos (*inquit Ottius in Epist. quam ad me scripsit.* (« ejusmodi chara- « cteres reperiantur, nec emptorem facilè « inveniret hæc versio, ipse suum scriptum « Berolinum tulit anno 1706. num fortè « illic reperturus sit, qui illudluci det. » «

† IV. Evangelia, Acta Apost. Epistolæ Pauli ad Romanos & ad Hebræos Germanicè,

Germanicè, *characteribus Rabbinicis, ex versione Elia Schadæi*, 8°. *Argentorati* 1592. *V. supra pag.* 241.

SECTIO NONA.

BIBLIA BELGICA

à Catholicis vulgata.

CODICES MANUSCRIPTI.

» Auditum est à Germano quodam fide » digno, olim Belgam, cui nomen » erat Jacobus Merland, integram Bi- » bliam Belgicè vertisse. » *Jac. Usserius ex fragmento Bibl. Wigorniensis circa annum* 1410. *scripto pag.* 195. *hist. dogmat. de sacris & script. Vernac.*

Pentateuchus, Josue, Judices, Libri IV. Regum, Tobias, Daniel, Judith, Esdras, Esther, Maccabæi, Belgicè msc. in folio, *Bibl. Colbertina cod.* 2854.

Quatuor Evangelia scripta anno 1471. *Bibl. Bodleiana cod.* 5281.

Epistolæ Pauli, Acta Apostolorum & Apocalypsis. *Ibidem codd.* 5258. 8641.

Apocalypsis Joannis lingua Brabantica. *Bibl. Basiliensis pag.* 38. *cathalogi a Spizelio editi in Arcanis Bibliothecarum retectis.*

LIBRI EDITI.

Annus Editionis.

1475 Biblia Belgica 2. vol. in fol. Coloniæ 1475. 2. vol. in folio. Delphis, Jakopsf.

1477 1477. In 4°. Ibid. 1477. Eadem cum

1479 figuris. In fol. Goudæ 1479.

† *Iac. Tolstius in Ep. Itiner. III. p.* 68. « Bibliorum editionem antiquissimam, » *figuris* illustratam, apud Batavos in Gou- » dana Bibliotheca meis manibus me tra- » ctasse legisseque memini, in quibus enor- » mes adeo fabulæ veris narrationibus in- » termistæ sunt, ut mereri videatur, quæ » diligentiùs ceteris custodiatur. » *Fuit autem hæc, ut Heumius in Annot. ad h. l. p.* 84. *putat, editio Gouda facta an.* 1479. *cujus titulus portentoso ausu promittit Biblia auctiora & correcta, quæque cum figuris prodiit.*

Eadem Antuerpiæ, de Grave 1518. Lovanii 1518. *Eadem est editio* 4. vol. in 12. Antuerpiæ 1525. In fol. Ibidem, Jacobi à Liesvelt 1526.

« Inde quidem errores maximè proflu- » xerunt, quòd prima Bibliorum exempla- » ria Antuerpiæ typis Jacobi Liesvelt im- » pressa, non ex Latino textu, sed ex Bi- » bliis extraneis in Germania à Mart. Lu- » thero, aliisque ejus asseclis translata & » sumpta fuerunt. » *Nic. van Vinghe cap.* 13. *Summariorum præfix. edit. Bibliorum anni* 1548.

Biblia, universum vetus & novum Testamentum secundum Latinum textum summa diligentia correctum, atque ad libri marginem ipsa Hebraicæ narrationis oratio..... Summarium quoque capitulorum ante ipsa capita positum, pulchris cum figuris impressum & accuratè revisum, in fol. Antuerpiæ, Guill. Vorsterman, vetus Test. 1528. novum 1531. 1533. 1528-33

« Hæc editio interdum à Lutherana ipsa « versione recedit, aliàs eam sequitur. »

Eadem accessit utilissimus index fol. Ibidem, Jacobi à Liesvelt 1533. 1534. 1534

Eadem Lat. & Belgicè in fol. Antuerpiæ 1540. Eadem Belgicè, in folio. Ibi- 1540

dem per Henricum Peeter 1541. In fol. 1541

Ibidem, Jacobi à Liesvelt 1542. 1542

Biblia Belgica, in folio, Antuerpiæ, Vorsterman 1544. 1545. 1544-45

Biblia Belgica recognita à Nicolao van Wingh ex aliis quibusdam versionibus cum ejus præfatione, *in qua fatetur, se ope* Petri de Corte D. Petri Ecclesiæ Lovaniensis Parochi, & Dn. Godevaertii Stryrodii Conventus studii PP. Prædicatorum Regentis, amborum Theol. facultatis Lovaniensis Doctorum *fuisse adjutum*, in folio. Lovanii Barthol. van Grave 1548. Coloniæ van Blakue 1548.

Hac versio correcta, examinata & approbata fuit à quibusdam peritis Theologiæ Facultatis Lovaniensis per Carolum V. Imperatorem deputatis, ut fert privilegium. « Bartholomæus Gravius (*inquit Nicolaus van Wingh in præfatione*) a me « requisivit, ut Biblia Belgica, secundùm « communem Latinum textum Lovanii « nuper emendatum corrigere vellem; « quod quidem opus varias ob rationes « non lubens suscepi.... Universa Biblia « transtuli, ac vulgari Brabantino idio- « mate exaravi, prout illo Lovanii utimur, « ubi ego natus sum ac modò residens. »

« *Nicolaus de Wingh* (*inquit Valerius Andreas in Biblioth. Belgica*) eâdem linguâ « *sc. Belgicâ* dedit Biblia sacra, fidelis & « probatus eorum interpres, Lovanii apud « Gravium fol. 1548. »

Eadem, in fol. Antuerpiæ Gravii 1553. 1553

Eadem in fol. Antuerpiæ, typis Joan. de Laet 1560.

« Hæc editio non est prorsùs eadem ac « editiones sequentes ann. 1560. & 1565. « nec adeò accuratè collata cum versione « vulgata sicut illæ. *Cherubinus à Sancto Joseph. tom.* 4. *Bibl. critica sacra pag.* 175.

Eadem, in fol. Ibid. Christoph. Plantin. 1565. in fol. Ibid. Philippi Nutii 1565

1566. In fol. 1568. 1568

Eadem, modò summa cum diligentia denuò revisa, atque secundùm ultimum

Romanum textum (*sc. Clementis VIII.* A *jussu recognitum anno* 1592.) à Sacræ Theologiæ almæ Universitatis Lovaniensis Doctoribus emendata, fol. Antuerpiæ in Officina Plantiniana, typis
1599 Joan. Moret 1599.
1604 Eadem, in fol. Coloniæ, Merentof
1626 1604. In fol. Antuerpiæ 1626.

Eadem, studio quorumdam Theolog. Lovaniens. recognita & figuris illustrata, in fol. Antuerpiæ, Petri Paets
1657 88 1657. in 8°. 1688. Eadem secundùm emendatissimum Plantinianæ editionis exemplar anni 1599. denuò reimpres- B sa, iterumque revisa & emendata, fol.
1690 Antuerpiæ 1690.

Alias editiones recenset Henricus de Bukentop Recollectus in præf. libri, quem inscripsit Lux de luce, *scilicet ann.* 1556. 1598. 1653.

Biblia Belgica cum brevibus notis in loca difficiliora [interprete Ægidio de Wit, Gandensi Theologo, Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ Machliniensis Pastore] 2. vol. in fol. Bruxellæ 1717. Vul- C gatam ut plurimùm sequitur versionem Latinam, sed textum originalem cum elucidior est aliquando exprimit. Libros Sacræ Scripturæ jam ante à se translatos & editos recognovit in hac editione, appositis ad calcem notis in quibus rationem reddit versionis suæ quibusdam in locis. Hæc versio si dialectum spectes, Flandriæ & Brabantiæ Provinciis apprime congruit.

Biblia Belgica [interprete Andrea Schurrio, Gorcomiensi, S. Th. Lova- D niensis Licentiato] 2. vol. in 8°. Leodii, (Ultrajecti) 1715. 1717.

[Hæc versio, quæ vulgatam exprimit, imperfecta remansit, nec ultra quartum Librum Regum progressa est obveniente Interpretis morte an. 1719. Purissima dialecto reddita est.]

Libri Tobiæ, Judith, Esther & Job, Belgicè [Interprete Ægidio de Wit, Theologo Lovaniensi, in 12. Bruxellæ 1706.

Psalmi Belgicè in 8°. Delphis 1480. in 4°. Ibidem 1487. in 8°. Zuvolæ 1491. E

Psalmi Belgice per Guillelmum van Haccht, in 8°. Antuerpiæ 1579.

Psalmi quinquaginta priores Belgicè cum brevibus notis [Interprete Andræa Schurrio, Gorcomiensi, Theologo Lovaniensi] in 12. Leodii, Hoioux (ultrajecti) 1692.

Liber 150. Psalmorum Belgicè: eodem Interprete, in 12. Ib. 1702.

Psalmi cum notis brevibus: [Interprete Ægidio de Wit Theologo Lovaniensi] in 12. *quater edita est hæc versio.*

Libri quinque Sapientiales Belgicè, eodem interprete, in 12. Bruxellæ 1702.

Novum Testamentum Belgicè 8°. absque loco 1523.

Novum Testam. Belgicè ex versione Corn. Hendrickz, in 8°. Delphis 1524.

Novum Testamentum Belgicè. Antuerpiæ, per Joannem Cornelii 1528. apud Christophorum van Ruremonde 1528. Ibidem, per Adrianum van Bergen 1533. Ibid. per Martinum Cæsarem 1531. 1535. Ibid. per Matthæum Crom 1538. 1541. Ibid. per Stephanum Mirdmans. Ibidem, per Antonium Brech 1541. Ibidem, per Godefridum van der Haghen *absque anno impressionis.* Ibid. per Joannem Batman 1542. Ibid. per Jacobum Liesvelt 1542. 1543. 1544. Ibid. per Joannem Loo 1545. Leidæ, per Petrum Janssen. Ibid. per Petrum Claes 1554. Idem, *absque nomine loci & impressoris* 1541. *Hæ omnes editiones memorantur in appendice ad catalogum librorum prohibitorum an.* 1569. *Leodii jussu Ducis Albani editum.*

Novum Testamentum Belgicè, in 12. Antuerpiæ 1531. In 8°. Ibid. 1538. 1553. 1563. 1566. In 16. Ibid. Tavernier 1570. In 8°. Antuerpiæ, Plantini 1571. 1577. In 8°. Ibid. 1604. Ibid. Keerberg 1610.

Novum Testamentum Belgicum ab Henrico Lemput, revisum atque recognitum, in fol. Antuerpiæ Cornelii Verschuren absque anno. Idem fol. Ibidem Petri Jacobi Paets 1646.

Novum Testamentum Belgicum juxta versionem Gallicam Montensem (Interprete Andræa Vander Schuren, charactere Latino 8°. Embricæ 1689 - 90. Idem litteris Belgicis, A. Ibid. 1697. 2. vol. in 12. Antuerpiæ 1702. In 12. Embricæ 1709.

Ex præfatione Henrici de Bukentop qua legitur initio examinis versionis Flandricæ N. T. 8°. *Lovanii* 1698. « Cum superiori anno divulgaretur nova quædam « novi Testamenti versio Flandrica quæ « Embricæ impressa notatur, multis subiit timor.... ne Embricensis hæc ver- « sio Flandrica eosdem haberet defectus, « propter quos Gallica Montensis meritò « proscripta fuit, imò ne ipsa esset forsan « Montensis in Flandricum idioma con- « versa.» *Hæc Bukentop, qui integrum caput IV. ad id tantùm suadendum impendit. Adversùs hujusmodi translationem, sententiam tulerunt Serenissimus Princeps Clemens, Elector Episcopus Leodiensis & Archiepiscopus Mechliniensis.*

Novum Testamentum Belgicè translatum ex versione Latina vulgata in 12. Antuerpiæ 1717.

Novi Testamenti nova translatio Belgica litteris Belgicis 2. vol. in 12. Ultrajecti 1718.

SECTIO DECIMA.

BIBLIA BELGICA

à Calvinianis edita.

Annus editionis. Biblia Belgica juxta versionem Germanicam Lutheri, (*nullâ additâ præfatione, nec Interpretis nomine usquam*
1527 *comparente*) in 8°. Amstelod. 1527.

Hanc editionem vidisse se asserit Boetius, in indice auct. citat. in animadv. sacris, at non integram; nondum enim prodierat integra Lutheri versio.

Biblia Belgica, in 4°. Embdæ, per Stephanum Mierman & Joan. Gaillard
1556 1556.

« Calvinianæ Ecclesiæ ut plurimùm » usæ fuerant usque ad annum 1556. versio» ne impressa apud Jacobum à Liesvelt. » *Leusden dissert. X. Philologi Hebræo-mixti pag.* 71.

« In hac editione à libro Genesis us» que ad Jobum impressores secuti sunt » editionem Jac. à Liesvelt correctam se» cundùm editionem Helveticam & à » Jobo usque ad finem secuti fuerunt in » totum versionem Tiguri impressam anno » 1548. & 1549. » *Idem ibidem.*

Biblia Belgica ex versione Germani-
1560 ca Lutheri Typis Nicolai Bieskens 1560. *recusa an.* 1563. « Hac sola versione utuntur Anabaptistæ » *Jo. Heur. Alting Theol. historica pag.* 164.

« Hæc autem versio (*inquit Rich. Si» mon. tract. de Inspir. Libr. Sacr. pag.* » 11.) variis in locis Lutheri translationem » emendat; verùm Liesveltanam editio» nem ut plurimùm sequitur.

De hac versione ita loquitur Gisbertus Voetius lib. I. *Bibliothecæ studii Theologici cap.* 14. *pag.* 111. « Ex nostratibus Abra» ham Costerus peculiari libello censu» ram exercuit in translationem Belgicam » Anabaptisticam, quæ tamen usui tan» tùm ipsorum est, quippe ex Germanica » Lutheri maximam partem expressa. »

Jo. Frid. Mayerus cap. 6. pag. 65. & 66. hist. versionis Lutheri hæc ait. « Belgæ » Protestantes tametsi non Lutheri sed » Calvini dogmata sequerentur, Scriptu» ram tamen diu non aliam, nisi ex Luthe» ri versione derivatam, licet quandoque » interpolatam in idiomate suo habuerunt. » Quis vero auctor, vel quinam auctores il» lius Belgicæ versionis fuerint Sixtinus » Amama ipse ignorare se fatetur. Editio» nes recenset Joannes Leusdenius p. 72.

A *Philologi Hebræo-mixti.* Fallitur autem « Hottingerus, cùm *pag.* 244. *fasciculi* « *dissert. Theologico-Philolog.* Versionem « Belgicam Nicolai Bieskens à translatio « ne ex Luthero fusa distinguendam esse « putat. Nam quæ circa annum 1560. à « Nicolao illo impressa fuit, illa ipsa est, « quæ, ut ait Leusdenius, planè formata « fuit secundùm versionem Germanicam « Lutheri. Ante Bieskium Jacobus Lies« veltius Belgica quoque Biblia excude« rat, in quibus à Luthero interdum re« B ceditur....... Anno 1581. Lugduni Bata« vorum Belgica versio V. Test. secundùm « translationem emendatam à Joanne Vi« tenhoue prodiit munita privilegio Or« dinum Hollandiæ in folio, quæ ἐκδοσις « repetita an. 1591. & fortasse sæpius, ad« junctas habens notas ex Genevensibus « Bibliis, & commentariis Marlorati. « Anabaptistæ autem rejectis Vitenhovii « correctionibus, Bieskianum prætulere « Novum Testamentum Lutheri versioni « pressiùs insistens. »

« Antiqua nostra versio Belgica (*in-* « C *quit Leusdenius ibidem*) non fuit trans« lata ex ipsis fontibus, sed ex versione « Germanica Lutheri, quæ quum tumul« tuario tempore fuerit composita, mul« tis scatuit vitiis, quæ pleraque in no« stram antiquam versionem, additis ad« huc multis aliis ex oscitantia auctoris « versionis Belgicæ natis, irrepserunt. *Ad-* « *dit idem*, authorem hunc planè esse igno« tum, & Sixtinus Amama ait, se ex mul« tis senioribus pastoribus illud expiscatum « fuisse, qui tamen omnes illud nescire « aiebant. »

D *Ex epist. Phil. Marnixii Aldegondii ad Drusium in vita Drusii relatâ.* « De Bi« bliorum versione quæ est sententia, etsi « video te gravibus commotum rationibus « non possum tamen assentiri. Ego enim « nostram hanc, quæ vulgò manibus te« ritur, versionem ejusmodi esse existimo, « quæ planè novas lucubrationes, novum« que penitus opus requirat. Inter omnes « autem omnium versiones ego ingenuè « fatebor, mihi visam esse nullam tanto « abesse ab Heb. veritate intervallo atque « sit Lutheri versio, è qua manavit no« E stra, ex vitiosa Germanica facta vitiosior « Belgico-Teutonica. » *Ita ille.*

Eadem, 4. apud Leonardi filios 1563. 1563
Biblia Belgica, Vetus Testamentum ex versione Germanica Lutheri, Novum secundùm translationem factam à Joanne Vitenhoue, *juvantibus Joanne a Lasco, Martino Micron, Petro & Gualthero Delheno. Leusden ibidem*, in folio. Embdæ, apud Gillis van der Erven 1565. 1565
« Deinceps, *inquit Leusdenius ibidem*, «

» ſacra Scriptura Belgicè eſt impreſſa jux-
» ta hanc duplicem verſionem, »
1571 Eadem, in 4°. Dordraci 1571. In fol.
1579 Delphis 1579. In 4°. 1579. In fol. Dor-
1580 draci 1580.
Eadem munita privilegio Ordinum
Hollandiæ cum notis ex Genevenſibus
Bibliis & commentariis Auguſtini Mar-
1581 lorati, in folio. Leidæ 1581. In 8°. Del-
phis 1581. In folio Ibidem 1583. In 4°.
1583 Amſtelodami 1583. In folio. Hagæ Co-
1585 mitis 1585. In folio. Amſtelod. 1590. In
1590 4°. Leidæ 1590.
Biblia Belgica cum annotationibus Ge-
nevenſibus, ex verſione Petri Hackii,
1596 in 4°. Leidæ, Paets 1596.
1598 Biblia Belgica, in folio. Dordraci 1596.
1599 1598. In 8°. & in 12. Leidæ 1599.
1603 Biblia Belgica per Petrum Plancium,
1604 in folio. Amſtelodami, Joan. Cloppen-
burgii 1603. In fol. Leidæ 1604.
1606 Biblia Belgica, in fol. Dordraci 1606.
1609 Biblia Belgica, in folio. Leidæ 1609.
1610 In 8°. Dordraci 1609. In 8°. Leidæ 1610.
in 4°. Amſtelodami 1610. in folio. Am-
1611 ſtelodami 1611 In 8° Leidæ 1611. In
1612 folio, Dordraci & Hagæ Comitis 1612.
1613 In 4°. Delphis 1612. Dordraci 1613. In
1614 8°. Leidæ 1614.
Biblia Belgica cum annotationibus
Tremelli, Junii, Bezæ & Piſcatoris per
Abrahamum Doreſlaer collectis, in fol.
Amſtelodam. & Arnhemii 1614.
Biblia Belgica, in 12. Leidæ 1615. In
1615 folio. Amſtelodami 1617. In 8°. Dor-
1617 draci 1617. In 12. Amſtelodami 1621.
1621-23 In folio. Leidæ 1623. in folio. Harlemii,
& Amſtelodami 1624. 1625.
1624-25 Biblia Belgica juxta editionem Ger-
manicam Lutheri Magdeburgicam A.
1554. in folio. Harlemii 1627.
Biblia Belgica in 8°. Amſtelodami
1627 1628. In 12. Leidæ 1629. In folio Amſte-
1628 lod. 1629. Eadem ex recenſione Sixtini
1629 Amama, in folio. Roterodami 1632. In
folio. Amſtelodami 1632. In 8°. Leidæ
1632 1633. in fol. in 4°. Amſtelodami, Francke-
1633 lii 1633. cum annotationibus, 2. vol. in
1636 fol. Leidæ. 1636.
1637 Biblia ſacra juſſu D. D. Generalium
Ordinum fœderati Belgii juxta decre-
tum Synodi Dordracenæ an. 1618. 1619.
ex idiomate originali in linguam Belgi-
cam fideliſſimè tranſlata, cum novis ad-
junctis declarationibus in margine poſi-
tis & locis parallelis, in folio. Leidæ
apud Paulum Aerrium de Raveſtein &
ſocios 1636. *(Annus hic annotatur in fine
Veteris Teſtamenti)* & Hagæ Comitis
apud Jacobum de Wouw. *Privilegium
Ordinum Hollandiæ conceſſum fuit anno.*
1637. *quo tantùm publicata fuit hæc editio.*

A *Hiſtoria hujus verſionis maximè ex Sy-
nodo Dordracena petenda eſt. In ſeſſione* 6.
« De nova & accuratiore tranſlatione Bi «
bliorum ex linguis originalibus in Belgi «
cam inſtituenda cœpit agere *Synodus*. «
Philippus Marnixius, Arnoldus Corne- «
lii, & Wernerus Heſmichius diverſis «
temporibus ab Eccleſiis Belgicis ad no- «
vam ex ipſis fontibus verſionem ador- «
nandam deputati fuerant; *ſed* eo ope- «
re vixdum inchoato, jamdudum è vi- «
vis exceſſerant. *Ex ſeſſione* 8. Fuit judi- «
B catum verſionem ſacrorum Bibliorum «
accuratiorem ex ipſis fontibus in lin- «
guam Belgicam planè *eſſe* neceſſariam... «
Conſultiùs etiam ſuffragiis Synodi judi- «
catum fuit, novam verſionem de inte- «
gro inſtituere, quàm veterem Belgicam «
recenſere aut interpolare; ita tamen, ut «
ad evitandam offenſionem ex nimia mu- «
tatione, ex veteri verſione omnia illa re- «
tineantur, quæcumque ſalvâ veritate & «
ſermonis Belgici puritate ac proprietate «
ſervari poſſint; in libris præſertim hiſto- «
C ricis Veteris Teſtamenti, omnibuſque «
Novi, in quorum verſione pauciora re- «
periuntur animadverſione digna. Viſum «
præterea fuit, novam hanc verſionem «
ex ipſis fontibus ſeu originalibus ſacræ «
Scripturæ linguis, Hebræa & Græca, «
inſtituendam eſſe; adhibitis tamen in «
ſubſidium & collatis optimis verſioni- «
bus, commentariis & ſcholiis, docto- «
rum denique virorum in difficilioribus «
locis judicio. Placuit poſtremò, has ſe- «
quentes leges interpretibus deſignandis «
eſſe præſcribendas: «
D *I. Ut Originali textui ſemper religiosè «
inhæreant, atque ipſas originalium lin- «
guarum phraſes, quantùm orationis perſ- «
picuitas, & ſermonis Belgici proprietas «
permittunt, ſollicitè retineant. Si verò du- «
rior alicubi occurrat Hebraiſmus aut Hel- «
leniſmus, quàm ut in textu poſſit ſervari, «
eum paſſim in margine diligenter annotent.* «
*II. Ut ad ſupplendum hiantis textûs ſen- «
ſum quàm pauciſſima adjungant verba, «
eaque in textu alio charactere exprimant, «
& uncinulis includant, ut à verbis contex- «
tûs dignoſci poſſint.* «
E *III. Ut ſingulis libris & capitibus ſuc- «
cincta & accurata argumenta præfigant; «
paſſimque in margine locos S. Scripturæ pa- «
rallelos annotent.* «
*IV. Ut adjungant brevia quædam ſcho- «
lia, quibus verſionis ratio in obſcurioribus «
locis reddatur: obſervationes autem do- «
ctrinarum addere, nec neceſſarium, nec «
conſultum fuit judicatum.* «
In Seſſione 9. *actum eſt de libris quos
Proteſtantes vocant apocryphos. Ex ſeſſio-
ne* 10. « Perficiendo huic novæ verſio- «

» nis operi, sex Theologorum Belgicorum opera... adhiberi placuit, quorum terni versionem Veteris, terni autem Nov. Testamenti & Apocryphorum adornent. *In sessione* 13. ad interpretationem Veteris Testamenti designati sunt Joannes Bogermannus, Guill. Baudartius & Gerson Bucerus, ad quos proximè accesserunt Antonius Thysius, Jac. Rolandus, Hermannus Faukelius. Ad Novi Testamenti & librorum Apocryphorum versionem potioribus suffragiis delegati sunt Jacobus Rolandus, Hermannus Faukelius, & Petrus Cornelii, quibus proximè accesserunt Festus Hommius, Antonius Walæus, Jodocus Hoingius. Sed mortuo Hermanno Faukelio & Petro Cornelii successerunt Festus Hommius & Antonius Walæus, *juxta Leusdenum pag.* 80. *Dissert. XI. Philol. Hebræo-mixti.*

« Decretum de nova versione adornanda factum est: consentientibus omnibus suffragiis, in Synodo Dordracena sessione 8. anno 1618. 20. Novemb. die Martis post meridiem. Attamen Interpretes veteris Testam. propter nonnullas rationes demùm decennio post, scilicet anno 1628. se Leidam contulerunt, atque initium interpretationis fecerunt... anno sequenti scilicet 1629. secuti fuerunt Interpretes Novi Testamenti & librorum Apocryphorum. Hi omnes Interpretes opus interpretationis tam Veteris quàm Novi Testamenti absolverunt anno 1632. Ergo spatio quatuor ferè annorum tam præstantissimum opus ad umbilicum fuit perductum..... Opere absoluto, Interpretes vocarunt designatos revisores qui illud simul Leidæ examinarunt.... Revisores Veteris Testamenti pridie Kal. Julii anni 1633. Leidam appulerunt, eodemque die una cum Interpretibus convenerunt in ædibus D. Bogermanni Præsidis, tandemque revisionem Veteris Testamenti mense Septembri anno Christi 1634. absolverunt. Tunc vocati sunt Interpretes & Revisores Novi Testamenti, & tuti operi fidem imposuerunt mense Octobri anno 1635. Tandem nova hæc versio Belgica auctoritate Illustr. & Præpot. DD. Ordinum Generalium, quorum auctoritate & sumptibus erat composita, anno 1637. primum in lucem prodiit. » *Joan Leusden. Ibidem pag.* 78. 79.

Anonymus in vita Antonii Walai quem cum aliis edidit Batesius: p. 649. *& seqq. ita rem narrat.* « Anno 1628. Leydam Veteris Testamenti Interpretes commigravere, Joan. *Bogermannus*, Wilhelmus *Baudartius*, Gerson *Bucerus*. Emicuit autem inter eos Hebraicè linguæ peritiâ Bucerus, judicio & dexteritate Bogermannus, diligentiâ in conferendis aliis versionibus Baudartius. In sequenti anno convenere Novi Testamenti, librorumque apochryphorum Versores, Ant. *Walæus* noster: Festus *Hommius*, Jacobus *Rolandus*. De judicio Walæus & Rolandus contendebant: ille promptior, hic tardior, sed Græcæ linguæ & Theologiæ peritior Walæus apparebat; at Hommius insignis quoque in scribendo distinguendoque accuratior erat. Hi magno animo, indefesso studio Bibliorum versionem aggressi fuere. Egerunt autem hoc, ut ex ipsis fontibus novam planè versionem darent, accuratam, & quantùm permittere linguæ genius posset, de verbo ad verbum, imò ubi in fonte vox aliqua variam admittere significationem videretur, Belgicam illi similem conati sont sobstituere.... Si quid verò obscurum occurreret, marginalibus notis conati sunt elucidare. Si quid dubium, ibidem dissolvere; in quibus non raró quoque versionis suæ rationem dedêre... Ea peracturi omnes, non eandem prorsòs viam ingressi fuêre. Veteris Testamenti Versores Mosis libros, Historicos, Agiographos, Prophetas in partes æquas divisêre: primam cujusque partem Bogermannus, alteram Baudartius, tertiam Bucerus vertit, commentatus est & loca adjecit parallela. Verùm Versores Novi Testamenti versionem commentationemque totius novi Testamenti, domi privato studio omnes conscripsere... Presserunt opus Novi Testamenti interpretes ad acta usque Apostolorum, quando Jacobus Rolandus supremum diem obiit: presserunt quoque Veteris ad prima capita Ezechielis, & Gerson Bucerus fatis cessit.... *successit.* Bucero Antonius Thysius.... Veteris Testamenti Interpretes quod Buceri reliquum erat, itidem partiti fuêre. Primam maximamque partem Bogermannus, alteram Baudartius absolvit; sed Walæus, Hommiusque urgentibus continuò Ordinibus & Ecclesiis ut opus procederet, solam commentationem Novi Testamenti in partes divisêre... Diviserunt quoque versionem librorum Apocryphorum. Vertit Walæus librum tertium & quartum Esdræ, Tobiam, Judith, librum Sapientiæ, dimidiam & postremam partem Jesu Sirach, Baruch, Esther, & librum primum & secundum Machabæorum; reliqua Apocrypha Hommius in linguam Belgicam transtulit. Sed quò compensaretur labor, loca parallela Novo Testamento adjecit »

Fff iij

» Hommius, & in Nov. Teſtamentum indicem confecit. Omnia tamen Walæus recenſuit & ſua quoque Hommio exhibuit : ſed is non rarò ne ea quidem inſpexit ..... Tantùm collegæ, Hommiuſque præſertim, eruditiuni Walæi & judicio fidebant, ut verè dici poſſit, verſionem commentationemque Veteris Teſtamenti maxima ex parte Bogermanni, Novi Teſtamenti ferè Walæi eſſe .... Peracta omni verſione commentationeque ſtatim & ad primum Julii anni 1634. Veteris Teſtamenti Reviſores Leidam convocati fuêre .... Sequenti trimeſtri Leydam quoque commigravere. Nov. Teſt. reviſores... Ita ingens hoc abſolverunt opus V. Teſt. Verſores, Reviſoreſque ad 18. Seprembris anni 1637. Novi verò Teſtamenti Verſores Reviſoreſque, ad ejuſdem anni Octobris finem ... Abſoluto opere Reviſores domum & ad conſuera regreſſi fuere; Verſores verò prælo ſubmiſerunt Pauli Raveſteinii, Typographorum Belgarum accuratiſſimi, qui ob id opus Amſtelodamo Leidam commigravit. Impreſſionis ſpecimina quas *p obas* appellant priores Baudartius & Hommius, ultimas Bogermannus in Vetori Teſtamento, Walæus in Novo revidit. Excuderunt autem ſimul duplici formâ in folio, cum & ſine notis; & N. Teſtamentum quoque in octavo, ut loquuntur, cum omnibus commentariis. Peractum id fuit ad menſem Junium anni 1637. Quando id Præpotentibus fœderati Belgii ordinibus umnes verſores obrulere; quibus mirè perplacuit, decreveruntque ſtatim ut ea verſio in omnibus Eccleſiis, in omnibus ſcholis reciperetur, nec aliâ amplius uti liceret : quod nullo repugnante ſtatim quoque in uſum traductum eſt. » *Ita iste Anonymus.*

« Hæc verſio *juxta Mitthaum Polum in præfat. Synopſis Criticorum* Hebræo » textui non mediocriter reſpondet, ſenſum autem pleriſque in locis perſpicuè, » fideliter & ſolidè exhibet.

« Julius Sterringa *Animadverſiones Philologico-Sacras in Pentateuchum Leovardia anno* 1695. editas ſpecimen eſſe » voluit emendationum, quas nova Belgica ſacrorum oraculorum verſio, quam » cum nulla non recentiorum de palma contendere poſſe novimus, adhuc admittere videbatur. » *Act. Erud. Lipſ. a.* 1696. *pag.* 12.

Biblia Belgica novæ verſionis, in 8°.
1637 Amſtelodami 1637. In 12. Leidæ 1637.
1639 in folio Leidæ 1639. In 8°. Amſtelodami 1639. In 8°. Leidæ 1640. In folio.
1640 Ibidem 1641. In folio. Amſtelodami & 1641
Leidæ 1642. 1643. cum notis Joannis 1642
Cloppenburgii. in 4°. Amſtelodami 1643
1644. In foliu. Leidæ & Dordraci 1645. 16.4.45
Leidæ Goudæ 1647. in folio. Goudæ,
Petri Rammazein 1647. In folio. Ha- 1647
gæ-Comitis 1649. 1649

Biblia Belgica cum notis van Bieskens, in folio, Amſtelodami 1646. 1661. 1661.

Biblia Belgica novæ verſionis, in fol.
Amſtelodami 1654. In fol. & in 8°. Ibid. 1654
1656. In fol. ibid 1659. In fol. Ibidem, 1656
1660. *charactere Latino*, in folio. Leidæ 1659
& Amſtelodami Elzevirii 1663. In 12. 1663
Amſteludami, Raveſtein 1664. In fol: 1664
Hagæ-Comitis 1673. in 8°. Dordraci 1673
1675. In 4°. Amſtelodami 1677. In 8°. 1675
Dordraci 1677. In 8°. Amſtelodami 1677
1677. In 12. Groningæ 1678. in 8°. Am- 1678
ſtelodami 1682. In 4°. Amſtelodami 1683
1684. in 8°. Dordraci 1692. 1696. in 1692-96
fol. ibid. 1700. in 8°. Amſtelod. 1706. 1700-6

Eadem. V. *Biblia Pentapla Germanica pag.* 196

Veteris Teſtamenti maxima pars Belgicè ex Hebræo, interprete Benedicto de Spinoſa, *ut refert Joannes Colerus in ejus vita ſcripta Belgicè ab ipſo & Gallicè verſa à Th. Johnſon pag.* 131. 132. «Pentateuchum jam diù perfecerat; at « omnia paucis ante mortem diebus igne « cremavit.»

Pſalmi Belgicè in 8°. Leidæ 1566. 12. Heidelbergæ Chiractii 1567.

Pſalmi Belgicè ex verſione Theodori Raphaelis Camphuyſen & Joachimi Oudaen Frontz Memnonitarum Galeni, Amſtelodami 1684.

Novum Teſtamentum Belgicè ex editione Niculai Bieskens, in 12. Leidæ 1579.

Idem ex verſione Joan. Vitenhoue, 8°. Delphis 1589. Middelburgi 1591. In fol. V. *Faem Polyglotton* 599. In 8°. Leidæ. 1602. Belgicè & Gallicè, in 12. Leidæ 1602. Cum annotation. Marlorati, 8°. Hagæ-Comitis 1603. In 8°. Leidæ 1604. In 8°. Middelburgi 1607. In 4°. Alcmariæ 1608. In 12. Leidæ 1608. In 4°. Amſtelod. 1611. In 8°. Dordraci 1611. Gall. & Belgicè, 12. Leidæ 1611. Cum notis Faukelii, 8°. Leidæ 1611. In 24. Amſtelodam. Michaëlis Colin 1614. 8°. Middelburgi 1617. In 24. Amſtelod. 1622. In 16. Hoorniæ 1623. In 12. Amſtelod. 1627. Leidæ 1629. Cum annot. Faukelii, In 8°. Amſtelod. 1631. In 16. Amſtelod. 1631. In 8°. Ibid. 1632. In 4°. Harlemii 1633. Cum notis Marlorati, 4. Leovardiæ 1634. In 8°. Hagæ-Comitis 1634. In 24. Amſtelod. 1635.

Idem ex nova versione, cum declarationibus, 8°. Leidæ 1637. In 12. Ibid. 1640. In 8°. Amstelod. 1640. Cum annotat. 8°. Leidæ 1641. In 24. Leidæ 1642. In 8°. Amstelod. & Middelburgi 1642. In 8°. Goudæ & Roterod. 1644. In 12. Leidæ 1646. Gall. & Belgicè, 8°. Roterod. 1647. 1649. In 12. Ultrajecti 1648. In 24. Roderod. & Amstel. 1650. in 12. Amstel. 1651. Ibidem, 1654. 1659. Gall. & Belg. 8°. Amstelod. 1660. Idem Belg. 12. Ibid 1661. cum argumentis, 8°. Ibid. 1662. *Charactere Latino*, in 4°. Amstelod. 1662. In 16. Ibid. 1665. In 12. Sylvæ-Ducis 1669. In 8°. Amstelod. 1677. In 4°. Ibid. 1680. In 12. Amstelod. 1695. 1697.

Novum Testamentum Belgicè ex Græco, interprete Christiano Hartsoecker cum brevibus notis in 12. Amstelodami 1680.

« Belgicæ editioni Christianus Hartsoecker Minister Arminianus Roterodamensis inseruit quasdam variantes lectiones & notulas: versio, paucissimis exceptis, aliàs non rejicienda, plerumque sequitur versionem statuum Fœderati Belgii. » *Auctor Prolegom. in N. Test. Gr. anni* 1711. *pag.* 28.

« Novum Testamentum Belgicum, interprete Carolo Catz Sociniano, qui inseruit quasdam varias lectiones etiam Belgice versas, in qua crassissimè socinianizat; addidit quibusdam exemplaribus notas in quibus rationem suæ versionis adferre voluit. » *Idem Auctor Prolegom. pag.* 28.

De Carolo Catz cujus versio Novi Testamenti jam circumfertur hæc refert Joannes Fleeg in concione Germanica Lubecæ edita ann. 1705. « Est ille Catz, natione Belga-Hispanus propè Trajectum ad Mosam è nobili prosapia ut in religione Pontificia natus & educatus, à Patre verò exhæredatus, vel ut ipse dicebat deserens patrimonium propter Christum; domi enim cùm duriter propter enthusiasmos & alia tractaretur, aufugit... Latebat meo tempore hinc illinc, crebriusque cum illo sermones babui. Homo facie totus melancholicus, cæterum rudis, Latina parumper doctus, Græca nec intelligere, Hebraica nec scribere rectè nec legere poterat. Unde nec ipse auctor est versionis Novi Testamenti, sed pleraque opera Wilhelmi Hommæ, concionatoris quondam Memnonistarum Amstelodami, aliorumque secundùm editionem Christiani Hartsoecker Ministri Ecclesiæ Remonstrantium apud Roterodamenses prodiere. » *Nova litteraria Martii Baltbici an.* 1705. *p. g.* 254.

Evangelium Matthæi & Epistola S. Pauli ad Romanos, Belgicè infra textum Græcum de verbo ad verbum per Adam Boreel. V. *Idem Græcè* 1693.



CAPITIS V. PARS II.

BIBLIA ALIIS EXARATA Linguis, scilicet Danicâ, Suecicâ & Anglicâ, quæ suam ex idiomate Teutonico ducunt originem.

SECTIO PRIMA.

BIBLIA DANICA.

Biblia Danica ad ductum versionis Lutheri Germanicæ prioris, Interpretibus Petro Palladio, Olao Chrysostomo, Joanne Synningio, & Joanne Machabæo, hortante Joan. Bugenhagio Pomerano, *Jo. Wandalini epist. apud Jo. Frid. Mayerum de Vers. Lutheri pag.* 69. cum indice marginali, locis quibusdam parallelis & iconibus, ex mandato Christiani III. Daniæ Regis, in folio. Hafniæ, Ludovici Diest 1550. 1550

Biblia Danica, secunda editio recensita à Theologis Hafniensibus, cum proœmiis Lutheri ejusque notis marginalibus & Viti Theodori summariis Danicè versis, jussu Friderici II. Regis, in fol. Hafniæ 1589. 1589

« In hac editione accuranda ex mandato Regis qui obiit anno 1588. per sesqui-annum desudarunt Theologi Universitatis Hafniensis tunc temporis Paulus Matthiæ Seelandiæ Episcopus, Andreas Laurentii & Joannes Slangendorfius præter Hebrææ & Græcæ linguæ Professores.... In textu ipso nihil ferè mutatum præter Archaismos Danicos prioris editionis. » *Joannes Wandalinus ibid. pag.* 69.

« Hæc editio omnium nitidissima est, typis majoribus impressa figurisque ornata; in exprimendis vernaculæ linguæ elegantiis præ reliquis quoque eminet. » *D. Wilkens in comment. suis mss.*

Biblia Danica translata ex Hebræo & Græco (à Joanne Paulo Resenio,) nonnullis notis marginalibus locisque parallelis instructa, mandato Christiani IV. Regis & privilegio promulgata, in 8°. majore, Hafniæ 1605-7. 1607

« Sub hujus sæculi initium alia denuò Biblia *Danica* vulgavit Jo. Paulus Resenius, Seelandiæ Episcopus, quæ ut proximè ad fontes accedunt, ita cultum & nitorem dictionis parùm curant atque Hebraismorum retinendorum studio valdè reddita sunt obscura, sic ut ser-

„ mo, quo utuntur, Danicis auribus ferè „ peregrinus sit. Huic proindè malo ut „ medela afferretur, anno 1633. jussu Christiani IV. stylo Danico omnium purissimo, & quantùm translationis ratio permittit, elegantissimo, Biblia prodierunt; „ cætera penè eadem quæ Frederici II. „ &c. „ *Kortholtus cap. 28. tract. de variis Script. edition. num. 6. & 7. pag. 358.*

« Ea pars, quæ Novum Testamentum „ continet Anno 1605. cum Censura Facultatis Theologicæ prodierat. *Cujus Interpretis* quàm in ea versione ex ipsis „ fontibus efformanda infatigabilis labor „ fuit, ipsum edocet exemplar msc. æternæ memoriæ in palatio Bibliothecæ Academicæ asservatum, edocet quoque „ ipsa inspectio, quæ vix latum unguem „ à fontibus discessisse invenitur, vernaculæ tamen nitore & consuetudine loquendi politiore non posthabitâ „ *Jo. Wandalinus ibid. pag. 70.*

Biblia Danica ex versione Germanica Lutheri, jussu Christiani IV. Regis publicata, 2. vol. in fol. Hafniæ Martzan 1633.

1633 « Hæc non aliter excepta est quàm ut „ nova editio prioris; ita vix ulla mutatio facta est *nisi ubi hanc sensus litteralis requirebat, ad doctrinæ Christianæ propagationem*, sunt verba præfationis huic „ editioni præmissæ. Arque hæc tum cura „ demandata fuit Theologis p. t. Hafniensibus, Joanni Resenio seniori, Casparo „ Brochmando, Nicolao Petræo & Joanni Brochmando. Mater fuit hæc editio „ aliarum minorum in 8°. quas ex eo tempore venum exposuere Typographi. „ *Jo. Wandalinus ibid. pag. 70.*

Biblia Danica secundis curis Joannis Pauli Resenii, ex recensione Joannis Swaningii, typis & formâ elegantiori, cum notis marginalibus & summariis:

1647 2. vol. in 4°. 4. vol. in 8°. Hafniæ 1647.

« Cum nec *præcedens* editio Joanni „ Swaningio satisfaceret, aliud is opus Biblicum adornavit, quod ad textum attinet, Reseniano per omnia ferè respondens, nonnullis duntaxat locis aliquantum mutatis, nitoremque pariter & „ elegantiam sermonis Danici respuens, „ æque item, propter Hebraismorum studium, obscuritate laborans. In hoc autem discrimen est, quod Swaningiana „ editio loca in margine parallela, notasque additas habet doctissimas. Vitiis interim textus ipse passim laborat. „ *Kortholtus ibid. ut supra pag. 358.*

« Certum est hanc editionem secundis Joan. Resenii curis deberi, licet „ demùm biennio post ejus obitum typis „ descriptam; hinc eadem Textûs versio, „ nisi quod in hac posteriore Grammaticæ Danicæ cura major fuerit: eædem in « margine annotationes, sed auctiores; « parallelographia in hac quoque diligentior & elenchi singulorum capitum ordinatissimi utilissimique, qui priori editioni defuerant. Jo. Swaningii verò hîc « partes nullæ, nisi quæ recensioni operis « ex chartis Resenianis, ipsique licentiæ « typographicæ castigandæ impendebantur, quasque in se Facultatis Theolog. « rogatu susceperat. Interea quæ de vitiis « hujus editionis (soli fortè typographo « imputandis) memorat Kortholtus, vera « esse non diffiteor. „ *Hæc Wandalinus ibid. pag. 71.*

« Teruntur manibus præcipuè Doctorum, hæ duæ versiones fontibus ut « pote quàm proximæ; earum ultima uti « propior linguæ vernaculæ puritati, ita « longiùs à puritate recedit. „ *D. Wilkin. in comment. suis msf.*

Biblia Danica ex versione Germanicæ Martini Lutheri, in 8°. Hafniæ, Henrici Gøede 1670. 2. vol. in 8°. Ibid. 1670

Bockenhoffer 1690. 1699. 1690-99

« Certa sunt, quæ Kortholtus *pag.* « 359. tradit de nova emendatioris versionis cura, Friderico III. glor. mem. jubente à Theologis suscepta, sed interrupta; quam cum Augustissimus hodiè « imperans Monarcha Christianus V. denuo ante hos 16. annos (*sc. anno* 1680.) « nobis injunxisset, intra primos ramen « conatus, suscepta opera substitit. Quæ « causæ fuerint, mihi quidem notum optimè, sed non evulgandum. Id tamen « non dissimulandum, quod si opus processisset, ad versionem *Lutheri* tanquam « prototypum ex Regio rescripto institutum fuisset. „ *Ita Wandalinus ibid. p. 71.*

Biblia Danica ex editione 1647. 8°. Hafniæ, è Typographia Regia (1715.) 1715

Eadem, 8°. Hafniæ, ex Typographia Collegii Missionum 1717. 1718. 1717-18

Pentateuchus Danicè ex versione Joan. Tausani, in 8°. Magdeburgi 1537.

Liber Judicum ex versione Petri Tidemanni, in 8°. *absque loco* 1532.

Duo capita libri Job ex versione Ivari Stubæi, Hafniæ 1609.

Psalmi ex versione Francisci Vormundi Carmelitæ, in 8°. Rostochii, in Monasterio Michaëlitano, 1528.

Iidem Danicè juxta versionem German. Lutheri. Malmogiæ in Scania 1528. *Aslacus in Hist. reformationis in Dania.*

Iidem ex versione Christiani Petri in 8°. Antuerpiæ 1528. 1531.

Iidem Germanicè & Danicè, in 8°. 1599.

Iidem Danicè sumptibus Helenæ Marsuin cum summariis Psalmorum juxta versionem Lutheri, cum præfatione Nicolai

Nicolai Michaelis, fol. Hafniæ Tycho-A nis Nicolai 1632.

« Helena Marsuin Domina de Ellansborg, Ludovici Munckic uxor, propriis sumptibus in usum ram privatum quàm publicum stylo grandiori & eleganti emisit Psalterium Davidis Danicum cum summariis Psalmorum juxra versionem Lutheri in Bibliis magnis Danicis, cui editioni præfationem Nicolaus Michael Pastor adjecit. Hujus editionis triginta saltem exemplaria typis sunt excusa. » *Nova Litteraria Maris Balthici* B *an.* 1700. *pag.* 217.

Psalterium Danicum interprete Oligero Rosenkrantz in 8°. & in 12. Hafniæ 1643.

Cantica Biblica ex versione Erici Andreæ Bredalini, in 8°. 1665.

Jesus Sirach & sapientia Salomonis ex versione Joannis Tausani, in 8°. Magdeburgi 1541.

Novum Testamentum Danicè versum ex Vulgata Latina, interprete Joanne Michaëlis, jussu Christiani II. Regis, C in 8°. Lipsiæ, apud Melchiorem Lottherum 1524. 8°. Antuerpiæ 1529.

« Prima nostra versio quam civitate Danicâ donavit Joannes Michaëlis & edendam curavit Lipsiæ anno 1524. sic habet, &c. » *Thomas Bangtus in Calo Orientis pag.* 207. « Sed & Novum Testamentum quod Canonicus Lundensis Christianus Petri Antuerpianis typis exscribendum curavit 1531. &c. *Idem ibid.* Prior versio *juxta Kortholtum in tract. de variis Scrip. edition. cap.* 28. *pag.* 357. incompta, secunda culrior, tertia Wit- D tebergæ an. 1558. accuratior. »

Novum testamentum Danicè ex versione Christiani Petri, jussu Christiani II. Daniæ Regis, jam regno expulsi, in 8°. Antuerpiæ 1531.

Idem Danicè, Joannis Michaëlis, Wittebergæ 1551.

Novum Testamentum Danicè, in 8°. Wittebergæ 1558.

Idem ex versione Jonæ Turonis *qui vixit anno* 1584. *Bartholinus de scriptis Danorum pag.* 225.

Novum Testamentum Danicè, V. E *Idem Polyglotton* 1599.

Idem jussu Christiani IV Regis Daniæ, in 12. Hafniæ 1601. In 4°. Ibid. 1604.

Idem ex versione Jo. Pauli Resenii cum censura Facultatis Theologicæ Hafniensis, 2. vol. in 12. Hafniæ, 1605. In 12. Ibid. Melchioris Markant 1644. in 8°. Hafniæ (1713.) in 12. Ibidem 1717.

« Hæ binæ postremæ Editiones continent versionem Resenio - Swarangicam an. 1647. ab erroribus crassioribus purgatam servato tamen Danico idiomate » *D. W'i.ckius.*

Novum Testam. Danicè interprete Joanne Stienbukto in 12. Hafniæ 1715.

SECTIO SECUNDA.

BIBLIA SUECICA.

Notæ hujus sectionis ut plurimum exscripta sunt ex Bibliorum Suecanorum anno 1703. *editorum præfatione, quam conscripsit vir Illustrissimus ac Doctissimus Erricus Benzelius Upsaliensis Archiepiscopus, ut referunt Acta Erudit. Lipsiensia an.* 1704 *pag.* 342.

Suecica Bibliorum versio jussu sanctæ Brigittæ concinnata. « S. Brigitta, Suecica sacra Biblia, quæ Gothico idiomate sibi scribenda curaverat, egebat. » *Hæc auctor ipsius vitæ anonymus, qui refertur apud Surium tom.* 4. *Julii* 23. *quoque lectorem summi judicii postulat, ut monet Adrianus Baillet in notis criticis ad diem* 8. *Octobris.* « S. Brigitta, Princeps Nericiæ, seculo XIV. injunxit Confessori suo Matthiæ Canonico Lincopensi, ut inregra Biblia transferret in linguam vernaculam. » *Illud asserit Clariss. Auctor præfationis novissima Bibl. Suecicorum anno* 1703. *editorum, utinam authores antiquos hujus rei testes produxisset.*

Biblia Suecica ex versione Germanica 1541 Lutheri anni 1534. interpretibus Olao & Laurentio Petri Fratribus Nericiis.

Novum Testamentum ex versione Laurentii Andreæ, jussu Gustavi I. Suecorum Regis, in folio. Holmiæ, Georgii Kicholf 1541.

« Biblia sacra (*ut scribit Joannes Baazius, Suecus, in Inventario Ecclesia Sueco-Gothorum lib.* 2. *cap.* 3.) in Suecicum idioma translata voluit Rex *Gustavus Erici* inter patriotas esse distribuenda. Translationem horum incepit Laurentius Andreæ facto initio à Novo Testamento. » *Et capite* 23. « Translationem Bibliorum in maternam linguam procuravit Laurentius Petri Archiepiscopus Upsaliensis perficiendam. » *Et postea.* « Huic Archiepiscopo fratri suo in hoc genere fidelem operam contulit Olaus Petri Pastor Holmensis, » *Lutheri versionem anni* 1545. *præcipuè secuti sunt.*

Eadem, in fol. Upsaliæ 1576.

« In Concilio Upsaliensi. A. 1593. & aliàs semel iterumque nova editio desiderata est, quæ proximè accederet ad posteriorem Lutheri; verum nihil effectum est, donec initio seculi superioris, regnante Carolo IX. Jonæ Petri Stregnensi Episcopo aliisque viris doctis injunctum est, ut collatis ambabus editionibus *sc. anni* 1534. & 1545. eas quæ ma-

loris momenti ipsis viderentur, discrepantias annotarent, qui labores postmodum nuncupati sunt *Observationes Stregnenses*.

« Anno 1601. in Comitiis Stockholmiæ celebratis decretum est, ut eædem mutationes in novam, quæ tunc parabatur, editionem reciperentur, sed variis de causis dilata est ad an. 1615. » *Acta Lips. anni* 1704. *pag.* 343. *ubi Præfatio Benzelii recensetur.*

1618 Biblia Suecica juxta Germanicam Lutheri editionem an. 1535. jussu & sumptibus Gustavi Adolphi Regis edita, *unde Biblia Gustavi Adolphi nuncupantur*, ex recognitione Joannis Rudbeckii & Joannis Lenæi, Jona & Joanne Buræis curatoribus & correctoribus, cum brevibus notis, summariis capitum, versuum distinctione, locis parallelis & figuris, in folio. Holmiæ, per Olavum Olavi 1617-18.

« Electus Rex Sueciæ Gustavus Adolphus denuo recudenda esse Biblia Suecica ordinavit, dato quibusdam Theologis stipendio, qui summaria capitum & notas adderent. Voluerunt autem hi retinere antiquam versiunem Bibliorum, ex Lutheri versione Germanica plerumque desumptam, addito copioso indice..... Totum Vetus Testamentum vidit Rex publicatum ante suam coronationem anno 1617. postea prodiit Novum Testamentum » *Baazius ibid. lib.* 6. *cap.* 13.

« Quamvis nonnullorum consilia essent (*inquiunt Acta Erudit. Lipsiensia p.* 343.) ut novæ revisionis curam plures diœceses inter se partirentur, tamen veritus Rex Gustavus Adolphus, ne qua differentia hinc oriretur, duobus viris doctissimis, Joanni Rudbeckio, & Joanni Lenæo totius rei cura demandata est.... Ipsa *hæc* editio insignem in modum ab erroribus typograpbicis emendata est, & aucta integrorum versuum additione, qui priùs omissi fuerant, summariis capitum..... Hanc editionem Gustavo-Adolphianam, tamquam exemplar, aliæ postmodum secutæ sunt, annis & formis, ut loquuntur, diversis. ». *Ibid. pag.* 344.

Eadem, in 4o. Lubecæ, Samuelis Jau-
1622 chen, 1622.

» *Hæc editio* innumeris scatet erroribus typographicis & transpositionibus, quamobrem etiam Gustavus Adolphus diplomate suo Regio eamdem prohibuit. *Ibidem pag.* 344.

1635-36 Eadem, omissis summariis & notis, *cum privilegio Christinæ Reginæ. in* 8°. Leidæ, apud Jacobum Marci 1634.

« Iterumque anno 1635. & 1636. imò alia ibidem A. 1637. ut nonnulli volunt, sed cujus omnia exemplaria in naufragio
A perierint. Jusserat paulo ante gloriosam mortem suam forma hac portatili sacrum codicem typis prodire Gustavus Adolphus, quo & domi civibus & in castris præcipuè militibus usui foret. Interim dolendum, quod hæ ipsæ editiones multis scateant erroribus typothetarum. » *Ibidem pag.* 344.

Eadem cum figuris, jussu Christinæ Reginæ, *unde vocantur Biblia Christinæ Reginæ*, in folio. Holmiæ, Henrici Keyser senioris 1646. 1646

B Eadem, curante Joanne Matthia Stregnensi Episcopo, in 4°. Stregnesiæ, Zachariæ Brockerii 1650. 1650

« Quæ editio etsi præ reliquis hisce minoribus palmam obtineat, interdum tamen operariorum oscitantia integros versus omisit. » *Ibid. pag.* 344.

Eadem juxta editionem anni 1618. cum præfatione Consistorii Holmiensis, in fol. Holmiæ, typis Ignatii Meurer 1655. 1655

« Nonnulla hujus *editionis* exemplaria annum præferunt 1666. sed malè: ad calcem enim tam Veteris quàm Novi
C Testamenti verus annus agnoscitur. » *Ibid. p.* 344.

Eadem, in 4°. Holmiæ, Henrici Keyser senioris 1657. 1657

« Hæc editio reliquis suo jure præferenda, ab erroribus tamen non immunis. *Ibid. p.* 345. »

Eadem sub Rege Carolo XI. in 4°. Stockolmiæ, Henrici Keyser junioris 1672. 1672

Eadem, *editio perquam emendata*, in 8°. Ibidem, Nicolai Wankiiff 1674. & 1684. *Hæc ultima cum priori non comparanda, Ibid. p.* 345. 1674 1684 D

Eadem, in 8°. Holmiæ, Nicolai Wankiiff 1688. 1688

Eadem, in 8°. Amstelodami, Henrici Keyser junioris 1688. *Hæc editio prioribus omnibus longè pejor. Ibid. pag.* 345.

« Omnes harum editionum tituli pollicentur, retineri textum editionis an. 1618. multas nihilominus admissas esse variationes, diligentiori collatione & examine evinci potest. *Ibid.* » *p.* 345.

Biblia Suecica jussu Regis Caroli XII. cum editionibus prioribus collata, summariis & marginalibus notis revisis, concordantiis & annotationibus auctis, aliisque quæ Præfatio *Erici Benzelii Archiepiscopi Upsaliensis*, prolixiùs docet, additis, cum figuris æri nitidissimè incisis, cura & studio in primis ejusdem Benzelii, Nicolai Bergii & aliorum, in folio, Holmiæ, ex typogr. Henrici Keyseri 1703. 1703 E

Ex præfatione. « Textûs semel recepti variationes perexiguæ admissæ sunt; ubi verò quædam in prioribus occurre-

» rent, illæ retentæ sunt, quæ cum textu originario & versione Lutheri Germanica convenirent: versus nonnulli, qui in prioribus omissi fuerant, nunc additi: voces, si quæ præter textus originarios irrepserant, exclusæ. Capitum summaria & divisiones ita sunt adornatæ, ut textus cohærentiam magis illustrent. Loca parallela magno numero addita sunt, & huic editioni adplicata. Capita & versus secundùm textus originarios divisa. Annotationes breviores ad singula capita, ex editione Gustavo-Adolphiana huc revocatæ, sed passim auctæ, imò, ubi res id requirebat, mutatæ sunt, &c. »

« Præstantior editio quàm unquam visa est Biblia illa Suecana, quorum mense Januario anni superioris (1699.) mentionem fecimus, non Upsaliæ, sed Holmiæ in folio regali imprimuntur, insignis hujus operis curam gerente D. Errico Benzelio Stregnesiensi Episcopo (*deinde Archiepiscopo Upsaliensi*,) necnon Nicol. Bergio, aliisque duobus collateralibus, quibus accedit Secretarii Gustavi Peringeri Liliebla correctoris insuper industria. » *Nova literaria Maris Balthici anni* 1700. *pag.* 12.

Biblia Suecica, in 4°. Holmiæ, typis
1709 Viduæ Henrici Keyseri 1709.

« Hæc editio binas priores in hac officina vulgatas annis 1657. & 1672. multis paransagis superat » *D. Wilkins.*

« Biblia Suecica ex nova versione nondum edita Joannis Gezelii patris & filii, qui hanc junctâ operâ elaborarunt, notisque illustrarunt. » *Schefferus de Script. Suecicis pag.* 399.

« Joannes Gezelius senior, Episcopus Finlandiæ Aboensis, vir diligentissimus, commenrarium scripsit in sacra Biblia, linguâ vernaculâ, vulgatam editionem eorumdem nostram cum ipsis fontibus Ebræa & Græca committens, & quoties emendatione egere ei visa est, in commentario illo admonens; sed morte præventus anno 1690. affectum opus filio ὁ ωνυμω & in sede successori perficiendum reliquit. Is verò omni curâ ac solicitudine absolvit, communibus Cleri Suecici censuris nunc approbatum. Specimen solum huc usque prodiit, sub finem hujus anni vel sequenti ineunte typis committetur. Itaque non integra nova versio est, sed vulgatæ emendatio scholiis sive commentario inserenda. » *Hæc exscripta sunt ex Epistola Clarissimi Benzelii 7. Idus Augusti 1708. ad me missa. Ea de re confert Nova litteraria Maris Balthici anni* 1706. *pag.* 146.

A Novum Testamentum ex hac versione jam anno 1711. editum erat, vetus Testamentum typis excudebatur anno 1718.

Biblia Suecica in 8°. Holmiæ 1711. 1711
Biblia Suecica in 8°. Holmiæ 1706- 1715
1715. *Editio apprimè splendida & nitida.*

Liber Job, Psalterium, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Esaias, Liber Sapientiæ & Ecclesiasticus, Suecicè ex secunda re-
B cognitione Laurentii Petri, libri ad posteriorem Lutheri editionem conformati, separatim & formâ minori editi. *Acta Lipsiensia anni* 1704. *pag.* 343.

Psalmi Suecicè ex versione Jacobi Ulphonis, in 4°. *Absque loco* 1510. *Baasius lib.* 1. *Hist. Eccles. cap.* 12. *pag.* 147. *Non est Suecicum Psalterium, sed Latinum, Benzelius in præfatione Bibl. Suecanorum.*

Psalmi Suecicè redditi jussu Gustavi I. Regis Sueciæ, cum agendis Ecclesiasticis, 4°. Holmiæ 1554. 1557. *Baasius*
C *ibid lib.* 2. *pag.* 163.

Iidem, cum explicatione Spangenbergeri ex Germanico translata, ex versione Petri Michaëlis, 8°. Rostochii 1574.

Iidem, 8°. Holmiæ 1589.

Iidem Petri Jo. Gothi cum glossa, 8°. Rostochii 1597.

Psalterium in sermonem Suecicum à Jacobo Erici Skinnero conversum, & emendatum per Laurentium Petri Nericium, editum studio Amundi Olai,
D 8°. Upsaliæ 1604.

Psalmi VII. Pœnitentiales ex versione Ægidii Aurelii, 8°. Holmiæ 1610.

Novum Testamentum Suecicè translatum juxta Germanicam Lutheri versionem, à Laurentio Andrea an. 1523. incœptum, & jussu Gustavi I. Regis editum, in folio. Holmiæ 1526. *Hæc versio aliis postmodum formis repetita est.* Acta Lipsiensia pag. 342.

« Joanni Magno Archiepiscopo Upsaliensi à Gustavo I. in mandatis datum est, ut totius S. Scripturæ translationem
E in linguam vernaculam procuraret; verùm is, ex quo rem totam commendasset diversis Canonicorum collegiis, Novi Testamenti libros inter ipsa partitus, maluit, &c. » *Ibidem pag.* 342.

Hanc rem ipse Joannes Magnus ita memorat in Hist. Eccl. Upsaliensis lib. 6. p. 134. ad an. 1534. Joan. Magnus « effecit ut magnæ pietatis & eruditionis vir Petrus Benedictus Canonicus Lincopensis, quo in re divina usus est Sacerdote, totum Novi Testamenti codicem, qui ab »

» hæreticis (*Laurentium Petri & Laurentium Andreæ intelligit: de quorum versionibus dictum est suprà*) in linguam patriam translatus & plusquam in mille locis corruptus erat, doctè & fideliter restituerit, petitâ ex sanctis Doctoribus omnium scriptorum suorum probatione fidelissimâ & constanti; fuisset volumen illud magno usui... si Archiepiscopo per suas tenuissimas fortunas illud edere & promulgare licuisset. » *Hæc ille.*

Novum Testamentum Suecicum ex versione Amundi Laurentii, in 4°. B Holmiæ 1550. 1605. 1621. in 4°. Leidæ 1633.

Novum Testamentum ex versione Joannis Gezelii, patris & filii: in fol. Aboæ 1711.

Quatuor Evangelia Sueco-Gothica (*Suetica versio vulgaris est*) edita studio Georgii Stiernhielmii, V. *Eadem Polyglotta* 1671.

SECTIO TERTIA.

BIBLIA ANGLO-SAXONICA. C

Codices Manuscripti.

Anglo-Saxonica Psalterii versio ab Aldelmo Episcopo Shireburnensi, *qui claruit anno Chr.* 709. *Baleus cent.* 1. *Script. Britann. c.* 83. *ait* « eum transtulisse Psalterium in linguam Anglo-Saxonicam, » *hæc, inquam, ait absque ullo veterum testimonio.*

Anglo-Saxonica plurium S. Scripturæ librorum versio concinnata ab Eadfrido *qui florebat anno* 718. « Eadfridus D sive Egbertus Episcopus Lindisfarnensis (*juxta Baleum ibid. cent.* 2. *cap.* 4.) ex Latino sermone in Anglo-Saxonicam linguam vertit plures Bibliorum libros, ut habet Guillelmus Butler in suo libello contra translationem vulgarem. » *Idem de hoc ac de præcedenti esto judicium.*

Anglo-Saxonica Bibliorum versio à Venerabili Beda confecta, *claruit anno* 734. *Joannes Foxus præfat. in Evangelia Anglo-Saxonica anno* 1571. *edita asserit* E *eum* « universa Biblia in linguam Saxonicam convertisse. » *Idem asserit Joan. Cajus lib.* 1. *de antiq. Academiæ Cantabrig. pag.* 150. *& Baleus cent.* 2. *cap.* 1. *At magis fides est habenda Cuthberto Bedæ discipulo, qui omnia ejus opera recensens, nullam nisi Evangelii secundùm Joannem translationem memorat in epistola quam de ipsius obitu exaravit, quæque legitur sæculo* 3. *Actor Ordinis S. Benedicti part.* 1. *pag.* 537.

Anglo-Saxonica plurimorum sacræ A Scripturæ librorum versio ab Alfredo, *qui regnabat an.* 890. conscripta. *De Alfredo rege qui & Ælfredus & Alvredus dicitur, hoc eradidit Polydorus Virgilius, Angl. Hist. lib.* 5. *ad an.* 893. « Alvredus Psalmos David ex Latino in patrium sermonem vertit, quo à cunctis facilè intelligerentur.... At Psalmos morte intercedente non omnes omnino interpretatus est. » *Eadem dicit Guillel. Malmesburiensis, lib.* 2. *de gestis Regum Angl. cap.* 2. « Psalterium transferre aggressus *Alfredus*, vix primâ parte explicatâ vivendi finem fecit. » *Asserus Episcopus Shireburnensis, qui claruit anno* 890. *libro de Alfredi rebus gestis pag.* 16. *edit. Francofurtanæ hæc ait:* « Eodem quoque anno *sc.* 887. sæpè memoratus Alfred. Anglo-Saxonum Rex divino instinctu legere & interpretari *Psalterium* (*de quo hic agitur*) simul uno eodemque die inchoavit, *& pag.* 17. Hic aut aliter quamvis dissimili modo in Regia potestate sacræ rudimenta Scripturæ divinitùs institutus præsumpsit incipere in venerabili Martini solemnitate. » *Quid ex his tribus locis elici potest, nisi pussimum hunc regem studio sacræ Scripturæ deditum Psalterium transferre aggressum fuisse, nec perfecisse, nec altum librum morte ejus obveniente transtulisse.*

Legitur tamen in historia Eliensi lib. 1. *sub finem prout citatur in præfatione præfixa Assero de rebus Alfredi.* « Alvredus acerrimi ingenii Princeps per Grimbaldum & Joannem doctissimos Monachos tantum instructus est, ut in brevi librorum omnium notitiam habuerit, totumque Novum & Vetus Testamentum in eulogiam Angliæ gentis transmutaverit. » *Quæ quibus auctor fontibus hauserit, nihil ab eo nobis indicatum. Et sanè Guillelmo Malmesburiensi & Assero potius est habenda fides quam scriptori anonymo, qui cujus fidei & auctoritatis fuerit, vel quo tempore vixerit, mihi ignotum est.*

Ethelredus Abbas Rievallensis de Alfredi labore hæc tantum habet. « In diebus pacis non otio torpuit...... sed legere & scribere & sacros apices in linguam Anglicam vertere laborabat. »

Tandem Bostonus Buriensis in suo scriptorum catalogo quem laudat Usserius hist. dogmat. de sacris & script. vernac. p. 124. *de Ælfredo hæc quidem refert.* « Totum ferè Testamentum in linguam Anglicam transtulit. » *Sed id affirmat Bostonus, qui scribebat anno* 1410. *absque ullo antiquitatis testimonio.*

De hac totius sacri codicis translatione ita divinando loquitur Henricus Spelmannus, lib. 3. *vitæ Ælfredi Magni p.* 167.

« Neque verò Malmesburiensis ita multum adversatur historiæ Eliensi: cum ex ipso verborum ordine colligatur, Regem ab ultima, adeoque præcipua sacræ paginæ parte, exorsum, Novum Testamentum priori loco vertisse. Deinde hoc absoluto, Vetus Testamentum aggressum, quod per negotia licuit; processisse verò, donec in ipso cursu per Psalmos satisfacto morte præreptus decesserit. » *Hæc ille.*

Anglo-Saxonica sacri codicis versio sub Æthelstano *qui imperavit an.* 930.

« Æthelstanus Anglorum Rex Scripturam divinam, teste Malmesburio, verti fecit in Anglo-Saxonicum idioma ex purissimis Hebræorum fontibus per quosdam Hebræos ad Christianismum, ut credere par est, in suo regno conversos. » *Baleus cent.* 2. *script. Britan. cap.* 27. sed in Malmesburio de gestis Regum Angliæ non invenitur, *inquit Usserius, pag.* 125. *Hist. dogmat.* fortè est in libro de Pontificibus. *Testis sanè locuples qui ducentos post annos hæc scripsit, obiit enim Malmesburius anno Christi* 1142.

Pentateuchus, liber Josue, pars libri Regum, Esther, Judith, libri Machabæorum, Saxonicè ab Ælfrico Abbate, V. *Compendium V. & N. Testamenti ab ipso scriptum, & à Guill. Lisle editum,* 4. Londini 1638.

Pentateuchus, liber Josue & Regum, ex eadem versione, cum ejus præfatione ad Æthelwardum Aldermannum. *Bibl. Bodleiana cod.* 542.

Juxta hunc codicem, suam adornavit editionem Edmundus Thwaytes.

« Minimè accurata versio censenda est: neque ipsimet Interpretes ejusmodi versionem in animo habuisse, sed utiliora atque insigniora duntaxat loca selegisse videntur. » *Warthon pag.* 387. *Append. ad histor. dogmat. de sacris & script. vernaculis.*

Pentateuchus Moysis, liber Josue & Judicum Anglo-Saxonicè. Codex vetus, erat olim in Bibliotheca Abbatiæ Glastoniensis an. 1248. extat nunc *in Bibl. Collegii Trinitatis Cantabrigiæ. Vanley in catalogo libr. Anglo-Saxonum.*

Liber Geneseos cæteræque historiæ sacræ de gestis Mosis & Josue excerptæ, partim ex libris Mosaicis & libro Josue, partim ex Josepho, Anglo-Saxonicè cum brevibus scholiis & annotationibus, interprete Ælfrico Abbate Malmesburiensi, *juxta Thomam Smith in hist. Bibliotheca Cottoniana pag.* 36. *in qua extat hic codex p.* 39. Falsò tribui Cædmoni, *ait ibidem Th. Smith.* Præfatio libri Geneseos reperitur Saxonicè & Latinè in auctuario Th. Warthon de sacris & script. vernaculis pag. 380.

Liber Geneseos hoc est à 37. capite ad finem Saxonicè, fragmentum continens historiam Josephi Patriarchæ ex Ælfrici versione. *Eadem Bibl. Cottoniana pag.* 71.

Libri Geneseos capita 24. priora, quibus præmittitur Epistola nuncupatoria Ælfrici translatoris ad Æthelwardum. Codex membranaceus in 4°. longè post conquisitionem Angliæ scriptus literis Normanno-Saxonicis. *Cantabrigiæ, Bibl. publica cod.* 2438. *Vanley ibidem ut supra.*

Quædam capita Geneseos, Saxonicè, *Biblioth. Collegii S. Benedicti. Cantabrigiæ cod.* 374. *num.* 1641.

Psalterium Anglo-Saxonicum. *Bibl. Bodleiana cod.* 852.

Psalterium S. Hieronymi Romanum cum versione interlineari Saxonica, sequuntur Cantica Veteris & Novi Testamenti. Codex membranaceus, paulò ante victoriam Normannorum, ut videtur, exaratus. *Vanley. Bibl. publica Cantabrigiensis cod.* 256. *num.* 2436.

Psalterium S. Hieronymi Gallicum cum versione interlineari Saxonica & orationibus Latinis singulis Psalmis præmissis. Codex membranaceus in folio minori paulò ante conquisitam Angliam egregiè scriptus. *Vanley, Bibliotheca Cottoniana pag.* 25.

Psalterium Latino-Saxonicum. *Bibl. Ecclesiæ Sarisburiensis cod.* 141. *n.* 1067.

Idem cum calendario. *Ibid. cod.* 142. *num.* 1068.

Psalterium S. Hieronymi Romanum cum versione interlineari Saxonica, unà cum Canticis Veteris & Novi Testamenti, liber elegantissimè literis capitalibus in Anglia annis abhinc circiter mille, ut videtur, scriptus & illuminatus. Codex membranaceus in 4°. *Vanley ibid. ut supra p.* 162. *Bibl. Cottoniana pag.* 104.

Psalterium S. Hieronymi Gallicum cum interlineari versione Saxonica. In margine usque ad Psalmum 51. apponitur declaratio contentorum in iisdem Saxonicè. Præmittuntur Calendarium & quædam Computistica. Ad finem adduntur Cantica Veteris & Novi Testamenti, &c. omnia cum versione Saxonica interlineari. Codex in 4°. anno, ut videtur, 1031. manu scriptus. *Vanley ibid. pag.* 222. *Bibl. Cottoniana p.* 101.

Idem asteriscis & obelis, punctisque musicis subjectis notatum unà cum interlineari versione Saxonica. Codex membranaceus, Eadgari Regis Anglo-Sa-

xonum temporibus, aut paulò ante, ut videtur, exaratus. *Vanley pag. 268. Biblioth. Lambethana prope Londinum.*

Idem cum versione interlineari Saxonica. Codex membranaceus in folio minori, regnante, ut videtur, Edwardo Anglorum Rege & Confessore eleganter exaratus. *Vanley pag. 291. Bibl. Norfolci na. Idem.*

Psalterium S. Hieronymi Romanum cum interlineari versione Saxonica & notis marginalibus Latinis eadem manu exaratis. Hic Codex olim peculium fuit Thomæ Cranmeri Cantuariensis Archiepiscopi. *Vanley pag 182. Bibl. Cantabrig. publica cod. 256. num. 2436.*

Idem cum versione interlineari Saxonica minutissimis quidem litteris, at optimè formatis exaratum. Codex membrânaceus in 4°. circa tempora Æthelstani Regis, ut videtur, egregiè scriptus principihus dictis litteris, iisdemque diversicoloribus ornatus. Hunc codicem Isaaco Vossio acceptum retulit Franciscus Junius, à quo postea appellatus est *codex Vossianus*, de quo sic disserit Thom. Mareschallus *in observat. in version. Anglo-Saxonicam Novi Testamenti pag.* 488. « Psalmorum librum plures habuisse Interpretes Saxonicos constabit vel intuenri variantes quatuor codicum msc. lectiones quas exhibet margo interlineati Psalterii à Joanne Spelmanno in lucem emissi A. 1640. quibus addi potest & alius oprimæ notæ msc. penes Clar. Junium. Psalmos itidem complectens Latino-Saxonicos tam eleganter versos, tam nitidè exaratos; sed hic quoque ab aliis omnibus discrepat, & tam in hoc quàm in iis, quibus usus est Joan. Spelmannus, altum est silentium de versionum auctoribus. » *Hæc ille.* Deest in initio folium 1. in fine quoque mutilum, desinit enim in medio Psalmi 142. *Vanley p.76. Bibl. Bodleiana cod.* 5139.

Tripartitum S. Hieronymi Psalterium, Eduini cum versione tam Normanno-Saxonica quàm Normanno-Gallica interlineari & glossis Latinis. *Vanley. Bibl. Collegii S. Trinitatis, Cantabrigia cod.* 35. *num.* 253.

Psalterium & Cantica varia ex Scripturis, cum Saxonica verborum interpretatione interlineari. *Extat in Anglia in ædibus Jacobæis cod.* 24. *num.* 7746. *Catalogi editi.*

Parabolæ (i. e. Proverbia) Salomonis Latinè charactere Saxonico admodum antiquo cum expositione interlineari Saxonica quorumdam vocabulorum. *Bibl. Cottoniana p. 111. catalogi editi.*

Quatuor Evangelia Latinè ex translatione S. Hieronymi cum versione interlineari Saxonica. In fine narrationes breviculæ de tempore, quando & quorum opere completum fuit hoc opus, Saxonicè, post Latinè: *Eadfrid, Oethilvald, Billfrith, Aldred hoc Evangelium Deo & Guthberto construxerunt & ornaverunt.* Liber præclarissimus elegantissimis characteribus & curiosissimis picturis & delineationihus ornatus, scriptus ab Eadfrido Episcopo Lindisfarniensi, qui floruit circa annum Christi 680. juxta Seldeni calculum in præfat. ad x. scriptores Hist. Anglicæ. *De hoc codice fusius egit Th. Smith in historia Bibliothecæ Cottoniana pag. 33. & 34. Bibl. Cottoniana pag. 57.*

Codex Evangeliorum Saxonicè. Exemplar nitidum & anriquum, sed capite, i. e. ad com. 6. cap. 27. Evangelii secundum Matthæum, mutilum, omnia autem reliqua, integrum, *Vanley. Bibl. Cottoniana pag. 71.*

IV. Evangelia Latinè secundum editionem S. Hieronymi cum interlineari versione Dano-Saxonica. Codex membranaceus in 4°. grandiori in pixide inclusus, & scriptus litteris majorihus Saxonicis. In postrema pagina librarius eadem manu, quâ textum Latinum exaravit, sic de se scribit: *Mac regol depinxit hoc Evangelium. Quicumque legerit & intellexerit istam narrationem, oret pro Mac regisel scriptore.* Ex quibus intelligere est, quòd ille Mac regol scriptor librorum textum integrum codicis scripserit, & deinde illum imaginibus Evangelistarum, diversicolorihusque litteris uncialibus decoratum, tantum non inluminaverit. Versionem Dano-Saxonicam compilarunt duo homines devoti, Færmannus Presbyter & Owvenus, qui exeunte, ut videtur, seculo nono aut ineunte decimo floruerunt. Hic codex vetustior videtur codice Cottoniano qui scriptus fuit circa ann. D. 749. dicitur *Rushworthianus*: quia fuit Joan. Rushworthii J.C. *Vanley Bibl. Bodleiana cod.* 3946.

IV. Evangelia idiomate & charactere Anglo-Saxonico, seu potius Normanno-Saxonico. Codex membranaceus qui dicitur *Hattonianus*, *in* 4°. circa tempora Henrici II. Angliæ Regis scriptus. *Hunc codicem msc. Thomas Mareschallus pag. 490. Observat.* « in Version. Anglo-Saxonicam IV. Evangel. cum *Cantabrigiensi* ut plurimùm conspirare adfirmat, & ab *Oxoniensi & Benedictini* codd. sæpissime variare dialecto, manuque planè recentiori ac stylo noviratem spirante conscriptum. » *Vanley pag. 76. Bibl. Bodleiana cod.* 4090.

Eadem Saxonicè versa. Codex membranaceus in folio ante conquestum Angliæ scriptus. *Ad hunc codicem instituta fuit prima editio Evangeliorum Anglo-Saxonicorum cum versione Anglica per Joannem Foxum sub auspiciis Matth. Parkeri. Vanley. Bibl. Bodleiana cod.* 2382.

Eadem Saxonicè: *de quibus sic dicit Th. Mareschallus ibid.* « Hunc codicem & » Oxoniensem rarius reperiri ab invicem » dissentientes, superioremque eo vetu- » statem spirare existimo. » Codex msc. in folio minori ante conquisitionem Angliæ ex vetustiori codice, ut videtur, descriptus, *Vanley pag.* 116. *Cantabrigiæ, Bibl. Collegii S. Benedicti Cantabrigiensis cod.* 275. *num.* 1542.

B

Eadem Saxonicè. Codex membranaceus in folio minori circa tempus, conquisitionis Angliæ scriptus, *de quo sic habet Thomas Mareschallus ibidem ut supra.* « Cantabrigiensis & Hattonianus » ut plurimum inter se conspirant, sed ab » aliis duobus (Oxon. & Benedict.) sæ- » pissime variant dialecto: Horum autem » inferius, ut opinor, seculum redolen- » tium, Cantabrigiensem habui politissimum. » *In fronte codicis habentur quæ sequuntur inscriptiones:* Hunc textum Evangeliorum dedit Leofricus Episc. Ecclesiæ S. Petri Apostoli in Exonia ad utilitatem successorum suorum, &c. *Vanley Bibl. Cantabrigiensis publica cod.* 255. *n.* 2435.

C

Eadem Saxonicè, vel potius Normanno-Saxonicè. Codex membranaceus in 4°. minori vel potius in 8°. circa tempora, ut videtur, Henrici II. Anglorum Regis exaratus. Fuit olim Abbatiæ S. Augustini Cantuariensis, deinde devenit ad manus Thomæ Cranmeri Cantuariensis Archiepiscopi; illo sicut præcedenti, usi sunt Fr. Junius & Th. Mareschallus. *Vanley p.* 181. *Bibl. S. Jacobi Westmonasteriensis.*

D

LIBRI SAXONICI
Typis editi.

HEptateuchus, scilicet Genesis, Exodus, Leviticus, Liber Numerorum, Deuteronomium, Josue, liber Judicum & Job. Anglo-Saxonicè, Interprete Ælfrico. Historiæ Judith fragmentum *paraphrastico-poeticum* Dano-Saxonicè. Omnia edita studio Edmundi Thwaites, in 4°. Oxoniæ è Theatro Sheldoniano typis Junianis 1699.

E

« Lectori. Libellus iste tibi in manus » dat insequentes tractatus. 1. Heptateu- » chum seu libros quinque Mosis, & libros » Josue & Judicum quos sub seculi X. fi- » nem in linguam suam patriam seu Anglo-Saxonicam transfudit Ælfricus Mo- » nachus. Hujus unicum habemus msc. » exemplar vetustissimum in Bibliotheca » nostra publica, ad cujus fidem hæc ex- » pressimus 2. Librum Job, ejusdem Æl- » frici versionis partem aliam, ad apo- » graphum, quod Guill. Lisle ex Cotto- » nianæ Bibliothecæ msc. codice descrip- » sit, excusum. 3. Evangelium Nicodemi ad » exemplar D. Junii, &c. 4. Agmen clau- » dit historiæ Judith fragmentum scrip- » tum quo tempore Dani apud nos grassarentur. » *Ita Edm. Thwaites.*

A

Fragmenta Biblica ex Veteri & Novo Testamento, Saxonicè à Guillelmo Lisle edita in 4°. Londini 1638.

Psalterium Davidis Latino-Saxonicum vetus, à Joanne Spelmanno editum è vetustissimo exemplari, & cum tribus aliis non multo minus vetustis collatum, in 4°. Londini R. Radger 1640.

Ex admonitione ad Lectorem. « Psal- » terium Saxonicum ad verbum quodli- » bet Latinum interlineare juxta vetus » exemplar *Oxoniense* tibi exhibemus. Nec » nostrum tibi solum commune facimus, » sed quas etiam ab ejusmodi exemplari- » bus (è Bibliothecis Academiæ Canta- » brigiensis Collegii S. Benedicti, & Tho- » mæ Comitis Arundelliæ) versas annota- » vimus versiones Saxonicas, nos in-tui » commodum hîc unà publicamus..... mo- » nendus es Lector, non hîc reperiri in- » tegrum aut genuinum sermonis Saxo- » nici contextum, sed ad singula verba » Latina verbales tantummodo versiones, » in quibus à linguæ proprietate necessa- » riò sæpè disceditur. »

Joannes Spelmannus « edidit Psalmos » Saxonicè: sed si nihil aliud sunt quàm » interlinearis Vulgatæ Latinæ, verbum- » que verbo correspondens interpretatio, » quem interpretandi morem glossam vo- » carunt. » *Ita autores annotationum in vitam Ælfredi Magni Anglorum Regis ab ipso Spelmanno conscriptam pag.* 167.

Evangelia quatuor Saxonicè & Anglicè à Matthæo Parkero edita cum præfatione Joan. Foxi, dicata Elizabethæ Reginæ, in 4°. Londini, typis Joannis Daye 1571.

« Saxonica seu Anglo-Saxonica IV. » Evangeliorum translatio (*inquit Joan. Sanbertus in proleg. ad variantes lectiones S. Matthæi pag.* 45.) primùm prodiit » Londini curâ Joan. Foxi, seu potius » Matthæi Parkeri Archiepisc. Cantua- » riensis: deinde anno 1665. recusa Dor- » drechti typis Junianis, collata cum qua- » tuor msc. Oxoniensi, Benedictino, Can- » tabrigiensi & Hattoniano, nec non cum »

» glossis Saxonicis quas Junius Cottonia-
» nas & Rushworthianas nuncupat. In-
» certum verò cujus sit authoris ; non
» unius manu fuisse elaboratam, quin vel
» unum S. Matthæi Evangelium duos vi-
» deri habuisse interpretes conjicit doctiss.
» Mareschallus, Observat. in version. An-
» glo-Saxonicam pag. 490. »

« Quatuor Evangelia eadem linguâ
» (*Saxonica*) atque iisdem litterarum for-
» mis excudi curavimus (*inquit Matthæus*
» *Parker in præfatione sua ad Asseri Me-*
» *nuensis historiam de vita Ælfredi Regis*,
» *editam Londini* 1574) & quò faci-
» liùs ejus cognitionem intelligentiamque
» comprehenderes, Anglica cum Saxoni-
» cis in margine conjunximus. »

Evangelia quatuor Anglo-Saxonica, charactere Anglo-Saxonico cum antiqua versione Gothica, & observationibus Thomæ Mareschalli, edita studio Francisci Junii, in 4°. Dordrecbti 1665. in 4°. Amstelodami 1684. *Eadem est editio.*

« Evangelicum codicem Anglo-Sa-
» xonicum Londini olim excusum anno
» 1571. nunc recudi curavit Thomas Ma-
» reschallus. Sunt & alii duo perantiqui
» codices Evangelici glossis interlineari-
» bus illustrati, Cottonianus & Rushwor-
» thianus... de tribus hisce codicibus mul-
» ta lectu dignissima habent eruditæ ejus-
» dem Mareschalli observationes in Evan-
» gelia Anglo-Saxonica. » *Franciscus Ju-*
nius F. F. in præfatione Glossaris Gothici.

« Adjecit *Thomas Mareschallus* (*in-*
» *quit Joannes Millius pag.* 151. *prolegom.*
» *in Novum Testamentum Græcum*) obser-
» vationes in hanc versionem, ac specia-
» tim in loca quædam, quæ ab hodierna
» Vulgata discrepantia, cum Cantabri-
» giensi Bezæ consentiunt ; nempè com-
» posita erat hæc translatio ad exemplar
» veteris Italicæ, qualia passim in Occi-
» dente ferebantur, ante castigationem
» Hieronymi. »

SECTIO QUARTA.

BIBLIA ANGLICA.

ANTIQUI CODICES MSC.

» FActa ante Wiclefum creditur An-
» glica totius Scripturæ versio, quam
» Clar. Usserius *Thomæ* Jamesii auctoritate
» ductus ad annum 1290. refert. Idem
» præfationem docti imprimis viri in Ve-
» tus Testamentum Anglicè ante annum
» 1300. conscriptum ex Joan. Caio sæpius
» citavit. Præfationem vidi msc. in Bibl.
» publica Academiæ Cantabrigiensis, nul-
» li authori inscriptam. Prodiit autem
» typis excusa sub Wiclefi nomine Lon-
A dini 1550. 12. . . . . Author passim dicit, «
se totam Scripturam Anglicè transtulis- «
se : adeò ut pronum sit credere Typo- «
graphos Londinenses in apponendo «
Wiclefi nomine hallucinatos esse . . . . «
(Hanc præfationem Wiclefo deberi cer- «
tissimè scio : in ea sum versatissimus, & »
nunc iterum in lucem editurus sum. *Ita* «
Dn. J. Russell Episcopi Petroburgensis in «
Anglia Capellanus a quo hanc & sequentes «
in Warthonem observationes cum gratiarum «
actione accepi.) *Addit deinde H Warthon.* «
B Capite ultimo versionis suæ rationem «
reddit & Apologiam texit. Summa ar- «
gumenti hùc redit : Cum Christus Evan- «
gelium suum in omni mundo prædican- «
dum esse edixerit ; & Scripturæ popu- «
lorum esse à Psalmista dicantur ; & ob «
instructionem populi primitùs conscrip- «
tæ sint : *Ob has aliasque rationes pro salu-* «
te omnium in hoc regno electorum, simplex «
homo Bibliam ex Latino in Anglicum ser- «
monem transtulit. Quam ob rem se jun- «
ctâ cum plurimis amicis operâ varios «
codices congessisse dicit ; lectiones opti- «
C mas selegisse, & in versione secutum esse «
Patrum expositiones, & eruditorum «
(præsertim Lyrani) glossas adhibuisse, «
& in vertendo non tam verba quàm sen- «
sum spectasse . . . . »

« Imprimis itaque id constat eidem au- «
thori deberi istam præfationem ac ver- «
sionem integram S. Scripturæ Anglicam «
quæ in Bibliothecis nostratibus Wicle- «
fo inscripta passim extat. Quæcumque «
enim de translatione sua præfatur ille, «
huic versioni ad amussim conveniunt. »
Hæc Henr. Warthon, qui hujusce rei ra-
tiones quasdam refert in Auctuario histor.
D *dogmat. de scripturis & sacris vernaculis*
pag. 424. 425.

Deinde pergit pag. 426. « Versionem «
istam Codices omnes quos vidi (& sanè «
quam plurimos vidi) Wiclefo unâ voce «
tribuunt. . . . Quæ autem apud nos vul- «
gò extant Biblia msc. Anglica, Wicle- «
fo minimè deberi censeo. Neque ut ali- «
ter censeam, unanimes codicum msc. «
inscriptiones movent. Cunctæ enim re- «
center sunt additæ, ab incautis puto «
E lectoribus, (Hac in re errat auctor «
doctissimus ; hanc enim versionem Wi- «
clefo omnes rectè tribuunt, tum Cleri- «
ci, tum Doctores, tum Episcopi, inter «
quos non pauci numerantur, qui annis «
non multis post Wiclefum floruerunt. «
Hæc D. Russell.) qui anonymâ versione «
repertâ, cum inter Interpretes antiquos «
Anglicanos Wiclefi nomen sit celeber- «
rimum, illud apposuerunt. Ex adverso «
autem præsto sunt rationes fortissimæ. «
Primò enim eundem fuisse versionis «
istius

» istius ac præfationis supradictæ authorem, neque tamen præfationem Wiclefo deberi supra ostensum est. Dein alia prorsus versione utitur Wiclefus in commentario suo vernaculo in Psalmos. (Hujus commentarii auctor est, non Wiclefus, sed Richardus Rolle Eremita de Hampole, qui obiit anno 1349. quapropter versio Psalmorum quæ in eo continetur, facilè abhorret à Wiclefi versione ut pote magis antiqua & obsoleta.) *Id D. Roussell.* Postremò ab indubia Wiclefi translatione ista est diversissima. Me quidem integram Wiclefi versionem nunquam vidisse fateor. Vidi tamen partem ejus non contemnendam in Bibl. Norfolciana, cod. msc. 254. in 4°. sc. Quatuor Evangeliorum harmoniam, septem Epistolas Canonicas, & lectiones Dominicales, &c.... Codicem istum Wiclefo deberi probat præmissa præfatio. Quæ in isthoc autem codice habentur versiones, à vulgatis codicibus msc. sunt planè diversissimæ; quantum tamen ex sedula dialecti collatione conjectari poteram, eàdem prorsus ætate confectæ. Si quis indicium petat, cujus ope utriusque Authorem agnoscat; scio Wiclefo solemne esse in interpretatione sua sacræ Scripturæ voces difficiliores additis Synonymis dilucidioribus explicare....

» Rejecto itaque Wiclefo, restat ut alium Authorem quæramus. Duo solummodo, quod sciam, media ætare fuerunt Interpretes *integræ* S. Scripturæ Anglicani; Wiclefus & Joannes Trevisa; de quo plura ad annum 1387. Huic itaque dictam versionem libenter abscriberem. Optimè certè illius ætas versioni convenit. (Cum autem priorem partem legeret, nempe versionem ante Wiclefum factam, aiebat: *in ipsamet versione nonnulla reperiuntur quæ sæculum Trevisa anterius prima fronte demonstrare possent.*) *Id D. Russell.* Quum in præfatione enim Richardi Armachani summa adversus Armenos citetur; illam post medium sæculum XIV. scribi necesse est. Obstat equidem. (Ratio hujusce contradictionis (ut mihi videtur) hæc est; Henricus Warthonus in ædibus Lambethanis vixit cùm hæc de Wiclefo nostro edidit. Ibi asservatur codex ex utraque versione compositus; prior enim pars ad Josuam est, secundùm translationem ante Wiclefum factam; de Josua autem ad finem Novi Testamenti versio à Wiclefo concinnata est. Warthonus itaque, hujus rei ignarus, in posteriori parte medirans; ibi enim Richardus Armachanus nominatur, dicit: *Optime illius* (nempe Trevisæ pariter ac Wiclefi) ætas huic versioni convenit) *Id D. Russell.* quod... in ipsamet versione non nulla reperiantur, quæ sæculum Trevisâ anterius prima fronte demonstrare possent. » *Huc usque Henricus Warthon*, in cujus contextu notas D. Russell illius testimonium elevantes inseruimus.

Biblia Anglicè versa per Joannem Trevisa ad petitionem Domini sui Thomæ de Barkeley, cum præfatione, *cujus initium*: Ego Joannes Trevisa Sacerdos, &c. « Hic autor qui Polychronicon continuavit usque ad annum 1397. in fine hujus libri tempus, quo scripsit, his verbis proponit: *Versio ista finita est die Jovis* (lege potius die Martis) *die 18. Aprilis anno Domini 1357. anno autem 35. ætatis Patroni mei Domini de Barkeley qui me versionem istam adornare fecit, atque anno 31. regni Regis Eduardi post conquestum Angliæ 3.* » *Hæc Jacobus Usserius in histor. dogm. t. de sacris & script. vernac. pag. 157. De eo sic loquitur Antonius à Wood lib. 2. antiq. Oxon. p. 95.* « Vir multâ eruditione atque eloquentiâ clarus, ex primis unus erat, qui patrium sermonem polire, atque ab eo barbariem auferre tentabat. Biblia sacra in linguam vernaculam injussus transfudit, quod quidem opus ut periculi illa tempestate plenum, sic temerarium potius quam utile fuit. »

BIBLIA ANGLICA

Quæ ante Wiclefum translata sunt, vel quæ Wiclefi nomen gerunt.

Biblia Anglicè versa ante Wiclefum. « Duo sunt apud me (inquit Dn. Russell Illustrissimi ac Doctissimi Dn. Kennet Episcopi Petroburgensis Capellanus, in commentariis mss. ad me à Jo. Bapt. Ottio missis hoc anno 1720.) « exemplaria hujusce versionis: unum accepi à Bibliotheca ædis Christi quod mihi mutuum dedit Rev. Georgius Smaldridge nuperrimè Episcopus Bristoliensis & istius Collegii Decanus: alterum mihi utendum concederunt Præsides & socii Collegii Corporis Christi. Hunc grandi volumine nitidissimè exaratum, illum autem charactere vetustiorem & versione magis obsoletum; ita ut codex Collegii Corporis Christi videatur esse nova & accuratior editio ejusdem versionis: præter hos duos codices nondum alios inveni. »

Biblia sacra Anglicè ex versione Joannis Wickliff cum annotationibus marginalibus. Liber mutilus ab initio, incipit enim ab ultima parte capitis noni li-

bri Geneſeos. Liber ſatis benè & accuratè ſcriptus. *Bibl. Cottoniana pag.* 44.

Biblia Anglica ex verſione Joan. Wiclefi, *vel potius quæ nomen Wiclefi in fronte gerunt. Bibl. Bodleiana cod.* 2124. Oxonii. *Bibl. Collegii Exonienſis cod.* 23. *num.* 947. In fol. membran. Oxonii *Biblioth. Collegii Corporis Chriſti cod.* 4. *n.* 1471. 2. vol. in fol. « Huic Bibliothecæ Collegii Corporis Chriſti duos debeo codices, ambo in meo muſæo nunc ſunt; prior continet utrumque Teſtamentum cum Prolegomenis Hieronymi cuique libro affixis. Hæc verſio, ut ſuperiùs annotavi, longè ante Wiclefi tempora fuit concinnata; alter codex Wiclefo tribuendus, continet tantùm partem Vet. Teſtamenti, nempe de primo libro Eſdræ ad finem II. libri Machabæorum. Hic codex ſatis eſt vetuſtus & eleganter ſcriptus...... » *J. Ruſſell. Bibl. Eccleſiæ Cathedralis Weſtmonaſterienſis codd.* 177-8. *num.* 1267-8. 2. vol. in folio, exemplar omnium pulcherrimum. *Warthon pag.* 436. *Bibl. Norfolcianæ cod.* 103. *num.* 3002. In folio grandi, codex membranaceus pulcher. *Bibl. Joannis Mori Epiſc. Norwicenſis cod.* 155. *num.* 9341. Anglica totius S. Scripturæ verſio ex Hieronymi Latina verſione à Joan. Wiclefo concinnata anno 1383. prout notatur in fronte codicis hujus longè pulcherrimi. Cantabrigiæ, *Bibl. Collegii Emmanuelis cod.* 2. *num.* 2. *Bibliotheca Lambethana. Warthon in auctario pag.* 435. « Hoc volumen ex utraque conſtat verſione; prior enim pars uſque ad librum Joſuæ Wiclefo longè vetuſtior; de Joſua autem ad finem Apocalypſeos, eſt verſio Wicleſiana, ut dictum eſt ſuprà. » *Id D. Ruſſel.* Vetus Teſtamentum ex ejuſdem verſione, Oxonii. *Bibl. Collegii S. Joannis Baptiſtæ cod.* 94. *num.* 1832. « Hoc volumen, ut ait vetus traditio, per proprias Wiclefi manus eſt conſcriptus. » *Id D. Ruſſel.* Londini, *Bibl. Collegii Sionenſis cod.* 18. *num.* 4082. Vetus Teſtamentum uſque ad Proverbia Salomonis, *Bibliothec. Bodleiana cod.* 2467.

Biblia Anglica abſque nomine Interpretis, 2. vol. in 8°. *Ibidem codd.* 3698-99. Eadem cum Calendario. Cantabrigiæ, *Bibl. Collegii S. Benedicti cod.* 156. *num.* 1433. *Biblioth. Eccleſiæ Herefordienſis cod.* 206. *num.* 1798. Eadem tranſlata 1408. in folio. *Bibl. Bodleiana cod.* 3882. Vetus Teſtamentum uſque ad Jeremiam. *Ibidem cod.* 3093.

Vetus Teſtamentum uſque ad Proverbia Salomonis Anglicè. *Bibl. Collegii novi Oxon. cod.* 66. *num.* 1030.

Vetus Teſtamentum uſque ad librum Job Anglicè ex verſione Wiclefi. *Bibl. Caroli Theyers in Comitatu Gloceſtrienſi cod.* 27. *num.* 6397. *Dublini in Collegio SS. Trinitatis cod.* 102. *num.* 242.

Pentateuchus, Joſue, liber Judicum & Ruth, Anglicè. *Bibl. Samuelis Pepyſii Angli cod.* 33. *num.* 6752.

Pentateuchus, Joſue, liber Judicum, &c. Anglicè ex verſione Anglo-Saxonica Ælfrici, Interprete Guillelmo Liſle. *Bibliotheca Bodleiana cod.* 956.

Pentateuchus Anglicè. *Bibl. Collegii S. Trinitatis, Cantabrig. cod.* 27. *num.* 205.

Tobias, Ruth, Judith, Eſter & 5. libri Sapientiales. *Bibl. Bodleiana cod.* 2084.

Pars Veteris Teſtamenti Anglicè à lib. 2. Paralipom. uſque ad Nov. Teſtament. *Bibl. Joannis Mori Epiſc. Norwicenſis cod.* 162. *num.* 9384.

Pars Veteris Teſtamenti à libro 1. Eſdræ uſque ad Nov. Teſtam. Oxonii, *Bibl. Collegii Corporis Chriſti cod.* 20. *n.* 1487.

Pars Veteris Teſtamenti Anglicè à libro I. Eſdræ uſque ad Prophetas. *Bibl. Bodleiana cod.* 1599.

Pſalmi Davidis cum comment. antiquo, Anglicè. *Bibl. Bodleiana cod.* 1195. Iidem cum comment. Joann. Wiclefi. *Ibid. cod.* 2438. 3085. 3089. ſine comment. *Ibid. cod.* 2326.

Pſalterium Anglicè. *Bibliot. Collegii novi Oxonienſis cod.* 320. *num.* 1284.

Pſalmi Latinè & Anglicè cum paraphraſi Anglica, in fol. *Bibl. Collegii Sidney. Suſſex, Cantabrig. cod. K. V.* 3. *num.* 752.

Pſalmi Anglicè cum eorum expoſitione. *Biblioth. Collegii S. Benedicti Cantabrigiæ cod.* 305. *num.* 1572. (Hos Pſalmos cum eorum expoſitione Richardo de Hampole referendos eſſe ſatis certè ſcio. *J. Ruſſell.*)

Pſalterium Latinè & Anglicè cum gloſſa Anglicana. *Bibl. Eccleſiæ Cathedralis Wigornienſis cod.* 158. *num* 833.

Pſalterium Anglicè ex verſione Joan. Wiclefi. *Bibl. Norfolciana cod.* 155. *num.* 3054. (Hunc codicem poſt diligens ſcrutinium non potui reperire; hunc autem quem ſervat Bibl. Lambethana non à Wiclefo, ſed à Richardo de Hampole compoſitum fuiſſe mihi exploratiſſimum eſt. *J. Ruſſell.*) *Bibl. Lambethana, Warthon. p.* 426. *Auctarii.*

Pſalmi Anglicè ex verſione Richardi Rolle alias Hampoli, de qua mentionem facit Interpres Anglicus ſpeculi B. Virginis, qui claruit 1407. In prologo

sic scribit. « Paucos admodum Psalmos dedi : ideo quòd vobis præsto sint ex Richardi Hampoli versione aut ex Bibliis Anglicanis. » *Hæc refert Henr. Warthon p.* 428. *Auctuarii de script. & sacris vernaculis.*

Psalterium Davidis & Apocalypsis S. Joannis Anglicè ex versione Joannis de Hyde. (Character hujus codicis Saxonicum refert, vetustasque ipse codex complectitur locutiones. *Jo. Icard.*) *Bibl. Hiberniæ cod.* 500.

Pars Veteris Testamenti à Proverbiis Salomonis usque ad finem Nov. Testament. Anglicè. *Dublini in Collegio SS. Trinitatis cod.* 96. *num.* 236.

Novum Testamentum Anglicè. *Bibl. Bodleiana cod.* 1346. 2084. 2315. 2998. 3052. 3439. 4050.

Novum Testamentum Anglicè ex versione Jo. Wiclefi. *Bibl. Bodleiana cod.* 3552. 3891. 5141. 7169.

Novum Testamentum Anglicè. *Bibl. Collegii novi Oxoniensis cod.* 67. *n.* 1031. *Bibl. Collegii S. Trinitatis Cantabr. cod.* 34. *num.* 624. *Bibl. Collegii Caio-Gonvilleusis Cantabr. cod. A.* 2. *num.* 1066. *ibid. Bibl. Collegii S. Benedicti cod.* 162. *num.* 1439. *Bibl. Ecclesiæ S. Petri apud Eboracum cod.* 11. *num.* 11. *cod.* 51. *n.* 51. *Bibl. Ecclesiæ Westmonasteriensis cod.* 85. *num.* 1175. 1176. *Londini, Bibl. Collegii Sioneusis cod.* 20. *num.* 4084. *Bibl. Collegii B. Mariæ propè Wintoniam cod.* 2. *num.* 1339. *Bibl. Caroli Theyeri in comitatu Glocestriensi codd.* 103. 171. *num.* 6473. 6541. *Bibl. Joannis Mori Episc. Norwicensis cod.* 121. *num.* 9307. *Bibl. Symondi d'Ewes Baronetti Angli cod.* 104. *n.* 9964.

Novum Testamentum Anglicè ex versione Wiclefi. Codex optimè scriptus in membranis an. 1381. *Bibl. Ecclesiæ Cathedralis Wigorniensis cod.* 82. *num.* 926. 2. vol. in 16. *Bibl. Samuelis Pepysii Angli cod.* 31. *num.* 6750. Idem in 4°. Codex pergam. originalis Wilhelmi Weston Prioris S. Joannis Hierosolymitani in Anglia. *Ibid. cod.* 32. *num.* 6751. Idem bellâ manu scriptum me judice (*inquit Humpredus Vanley auctor catalogi hujus Bibliothecæ*) tempore Richardi II. aut circiter, in 8°. *Bibl. Joan. Ayres Londinensis cod.* 5. *num.* 7136. Ejusdem bina Exemplaria extant *in Bibl. Lambethana, Warthon pag.* 426. *Auctuarii, &c.*

IV. Evangelia Anglicè. *Bibl. Bodleiana cod.* 659. 676. 3437. *Bibl. Norfolciana cod.* 245. *num.* 3144.

Omnes Epistolæ Apostolorum necnon comment. in Apocalypsin per Jo. Wiclefum. *Bibl. Bodleiana cod.* 661.

Epistolæ S. Pauli Anglicè. *Ibid.* 3701. 6534.

Epistolæ Apostolorum & Acta & Apocalypsis, Anglicè. *Bibl. Symondi d'Ewes Baronetti cod.* 118. *num.* 9978.

« Jacobus Usserius nos plura de Reginaldo Peacok Episcopo Cestriensi scituros, ad Stoum, Chronici de rebus Angliæ vernaculi authorem remittit. Et refert quidem Stous pag 402. Peacocum in vertendis Anglice S. Scripturæ libris multis annis insudasse. Mihi tamen res parum comperta, imò error manifestus videtur. Neque enim Peacocus, cui in omnibus suis scriptis, singulos quos ediderat, quosque edendos meditabatur, libros recensere solemne est, ejusmodi versionem ullibi memoravit. » *Henr. Warthon pag.* 444. *Auctuarii de script. & sacris vernaculis.*

Biblia Anglica ex versione Joannis Pervie *vel* Purvie. *In Hibernia, Bibl. Collegii S. Trinitatis cod.* 97. *num.* 237.

Biblia Anglica ex versione Ambrosii Usserii completa ante ann. 1612. 3. vol. *Ibid. codd.* 99-101. *num.* 239-41.

Psalterium ex Latino Felicis Pratensis, Interprete Georgio Joye, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Isaias & Jeremias, *Baleus cent.* 9. *cap.* 60. *Script. Britan. ait :* « eum multos Bibliorum libros in patrium sermonem transtulisse. » *Isaias editus est an.* 1531.

Psalterium Scoticum & Gallicum. *Cantabrigiæ Bibl. Collegii S. Benedicti cod.* 1477.

BIBLIA ANGLICA

A Catholicis translata & excusa.

Biblia sacra in Anglicanum sermonem fideliter translata de Latino authentico diligentèr collata cum Hebraicis, Græcis, aliisque editionibus diversis linguis, cum argumentis librorum & capitum, & annotationibus, tabulis, aliisque adjumentis ad meliùs intelligendum textum, ad inveniendas corruptiones & ad determinandas controversias in religione, cum Præfatione Lectore Anglicano de hac versione per Collegium Anglicanum 2. vol. in 4°. Duaci, Laurentii Kellam 1609-1610. in 4°. (Parisiis) typis Joan. Cousturier 1635

Annus editionis. 1609-10 1635

Annotationes sunt imprimis Th. Worthingtoni. *Alegambe pag.* 439. & 483. *Bibl. script. S. J.*

Psalmorum nova versio Anglica Domini Carrel ex vulgata in 12. S. Germani in Laya prope Parisios 1700.

Novum Testamentum ex Latino au-

thentico cum annotationibus, à Collegio Rhemensi translatum, in 4°. Rhemis, Foigni 1582.

« Anglice versa sunt Biblia à Guillel. Alano Anglo, qui postea Cardinalis fuit, à Gregorio Martino, & à Richardo Bristoo Anglis Theologis, quæ & Rhemis sunt edita. » (*Novum Testamentum duntaxat Rhemis prodiit*) *Ant. Possevinus in Apparatu sacro, titulo Biblia.*

« Novi Testamentti versio Anglica Rhemensis 1582. potissimum Guillelmi Raynoldi Pontificis docetur esse » *a Withakero in respons. ad Raynoldum p. 365.*

Idem, Antuerpiæ, Danielis Vervliet 1600.

Idem ex duplici versione, altera Collegii Rhemensis, altera Ecclesiæ Anglicanæ cum notis Gillelmi Fulke, in folio Londini 1602.

Idem ex versione Collegii Rhemensis cum multis additionibus editum anno 1617 *J. Russel.*

Idem ex versione Collegii Rhemensis, editio quarta in 4°. (*Parisiis*) typis Joannis Cousturier 1633.

SECTIO QUINTA.

BIBLIA ANGLICA

Ab Anglicanis edita.

Annus Editionis 1535 Biblia in Anglicum sermonem conversa, per Milesium Coverdale, *seu potius Biblia Tyndaliano-Coverdaliana*, (nam Guill. Tyndall. transtulit duntaxat Vetus Testamentum à libro Geneseos usque ad Nehemiam, & Novum Testamentum, *Th. Fuller lib. 5. hist. Eccl. Angl. pag. 224*) adjectis libris apocryphis, *ut eos vocant Angli*, ex versione Joannis Rohers. *Joan. Durellius pag. 305. Vindiciarum Eccl. Anglic.* Reliqui libri nempe Esther, libri Poetici & Prophetæ sunt ex versione Milesii Coverdale cum ejus præfatione ad Regem Henricum VIII. in fol. Londini 1535.

« Wilhelmus Tyndal, auxiliantibus Joy & Constantino, Novum primò Testamentum transtulerat, & Hamburgi vel Antuerpiæ imprimi curaverat. Sed Wolseius cum Episcopis ejus prohibitionem in regno procuravit..... Anno 1530. Tyndal interpretationem suam & correctam quidem denuo imprimi fecit, necnon fratri suo & Thomæ Patmoro mercatoribus misit Londinum; sed à Tonstalo Episc. Londinensi accusati, in ignem Novum illud Testamentum conjicere coacti sunt. An. 1531. Episc. questi sunt, interpretationem illam erroneam esse, &c. Ideo eandem Rex prohibens, jussit ut conquisitis viris doctissimis adornaretur alia. Sed hîc nihil præstiterunt Episcopi. Tyndallus in Belgio exustus Bibliorum versionem ulteriorem reliquit Jo. Roger, qui de novo conferens cum Hebræo textu, Græcam, Latinam, Germanicam versiones, perfecit Anglicanam atque sub ficto Thomæ Matthæi nomine delitescens, sumptibus Graftoni mercatoris imprimi curavit 1500. exemplaria, quæ publicè venum exposita non solùm cum gaudio excepta sunt, verùm etiam Regis mandato in quacumque parochia haberi legique debuerunt, &c. Aliam posthac editionem in forma majori curaturus Grafton, impetravit à Rege Galliæ, mediante Cromvello, ut Parisiis id fieri liceret ob minores ibi faciendos sumptus; sed Matthæus Ory Generalis Inquisitor prohibuit opus, & quod jam absolutum erat, exemplaria omnia vel igne combusta sunt, vel pro schedis sparsim divendita. Coverdale verò corrector operis, cum typographo aufugiens, typos reliquit in Parisiorum urbe, quos tamen paulò post cum prelo ipso & operariis adduxerunt in Angliam, majoraque hæc procurarunt Biblia. » *Acta Erudit. Lipsiensia anni 1694. p. 319. ex vita Th. Craumeri Archiepiscopi Cantuariensis Anglicè scripta à Joan. Strype.*

« Hanc provinciam (*scilicet sacros codices in Anglicum sermonem convertendi*) primus omnium apud nos (*inquit Joan. Durellius cap. 27. Vindic. Eccl. Angl. pag. 305.*) eâ tempestate suscepit Guil. Tyndalius..... quanquam Nov. Testam. absolvit, in vetere non ultra Pentateuchum progressus est, prout videre est in vita ipsius operibus præfixa. Huic in cœpto opere adjutor fuerat Miles Coverdale, qui illud recensuit ac tandem absolvit, publicique juris fecit circa annum 1536..... sunt qui eam (*Psalmorum sc. versionem*) tribuunt cuidam Thomæ Matthæo, aut ei, quisquis fuit, (nam nomen suppositium esse volunt nonnulli) qui circa idem tempus, anno scilicet 1537. Matthæi nomine sacrorum Bibliorum versionem Anglicam à Tyndalliano-Coverdaliana vix quicquam discrepantem edidit. *Ita Durellius.*

« Anno 1535. multi libri impressi & per vulgus dispersi sunt (de his primò censuit Synodus *Cantuariensis sub Thoma Cranmero*, decrevitque Regiam Majestatem à tota Synodo interpellandam, ut sacra Biblia in Anglicum sermonem verti atque transferri mandaret..... clarissimæ Reginæ *Anna Bullenta* gratiâ & intercessione à Rege tandem impetratum est, ut Biblia sacra Anglicana imprimeren-

» tur, & per singula templa in loco, quo
» legendi populo potestas fiat, locaren-
« tur. Quæ tamen Regis *Henrici VIII.*
» concessio anno 1536. nondum effectum
» sortita est, quia hæc clariss. Regina ca-
» pite paulo post mulctata est. » *Liber de antiquitate Ecclesiæ Britannicæ* §. 68. *editus Londini* 1572. *pag.* 329. *editionis Hanovianæ.*

Biblia Anglica translata per Tyndalum, Rogerum, Frishum, &c. & dedicata per Thomam Matthew Regi Henrico VIII. Hæc Biblia vulgariter nominantur Biblia Tyndali, etsi ultra mare primò fuerint impressa, anno circiter 1530. *ut ait D. Stow pag.* 553. *Annalium Regni Angliæ Col.* 2.

« Guillelmus Tyndallus anno 1527.
» in Germaniam profugus *Pentateuchum*
» *Mosaicum & Novi Testamenti libros* An-
» glicè reddere aggressus est....... Co-
» verdalium συνεργὸν nactus, totum scrip-
» torum θεοπνεύστων systema Anglicâ civi-
» tate donat. Prodiit tandem versio illa
» sub ficto *Thomæ Matthæi* nomine, Apo-
» crypha adjiciente Joanne Rogerio. No-
» vam deinde editionem, Henrici VIII.
» indultu, Cromwelli auspiciis, Grafto-
» nus & Whitchurchius Parisiis adorna-
» runt. Verùm cum ad umbilicum penè
» perducta esset, Regio jussu universa
» exempla combusta sunt, exceptis tamen
» non paucis quæ executioni illi præfectus
» Pileoni cuidam vendidit, quæque Lon-
» dinum missa, typis illic iterum exscripta
» sunt. » *Hæc ex Actis, Erudit. Lipsiensium tom.* 1. *Supplem. p.* 184. *ex Matthæi Poli Annotationibus Anglicis in sacra Biblia an.* 1688.

De ista Biliorum Anglicorum Parisiensi editione, earumque suppressione mentio fit in Epistola Castellionei Oratoris Galliarum Regis in Anglia ad Comitem stabuli, Londini die ultima Decembris 1538. *scripta & ejusdem Comitis stabuli responsione ad Castellioneum missa die* 15. *Febr. pag.* 350. & 388. *lib.* 3. *vol.* 1. *Epistolarum & commentariorum Polstie. Guill. Ribier Gallici, fol. Parisiis* 1666.

Biblia Anglica ex versione Thomæ Matthæi (*i. e. Joannis Rogers, Frisius.*) *Hæc versio vix à præcedenti discrepat, Durellius ibid. pag.* 306.) folio. Londini 1537.

Biblia Anglica Francisci I. indultu edi cœpta Parisiis, & in Anglia absoluta, in fol. Londini, Grafton, & Whitchurchii 1538.

Præterea quæ jam de hac editione dicta sunt, hic add. ex testimonium Joan. Sleidani. « Excudebantur hoc tempore (*sc.*
» *anno* 1538.) Lutetiæ Biblia Sermone Anglico, ut per Britanniam distribuerentur «
in templa, jussu Regis; sed ubi rescitum «
est, interdictum fuit, nec erat in nullo «
discrimine typographus. » *Joan. Sleidanus lib.* XII. *Comment. de statu Relig. & Reip. Eadem ferè, sed prolixiùs enarrat Guill. Burnet lib.* 3. *Hist. Reformat. Anglicanæ ad an.* 1538.

Biblia Anglica recognita per Richardum Taverner, (cum quibusdam annotationibus marginalibus in commate 1. Epist. S. Joannis cap. 5. v. 7 diverso caractere impressis. *J. Russell.*) folio. Londini, Biddel 1539.

« Versio illa palam in Ecclesiis lege- «
batur, factâ eam in rem ab Henrico «
Rege potestate » *Antonius à Wood. lib.* «
2. *Antiq. Oxoniens. pag.* 264.

Biblia Anglica auctoritate Regis Henrici VIII. edita, ipsiusque jussu recognita à Cuthberto Tunstallo & Nicolao Heatho Episcopis, cum præfatione Thomæ Cranmeri (sine divisione aut distinctione versuum) in folio. Londini, R. Grafton 1641. mense Novembri.

« Cùm neque Coverdalii neque Mat- «
thæi, neque aliæ cujuscumque (nam aliæ «
etiam fuerunt) *Bibliorum* versio ullâ au- «
ctoritate publicâ niteretur, cumque in «
iis omnibus nonnulla displicerent, anno «
1540. Regiâ authoritate decretum est, «
ut recenseretur, & denuo recuderetur «
S. Bibliorum versio, in usum non pri- «
vatum modò, sed quodammodo publi- «
cum... Prodiit igitur anno 1541. nova «
S. Bibliorum editio Anglica accuranti- «
bus Cuthberto Tunstallo Dunelmensi «
& Nicolao Heatho Roffensi Episcopis, «
viris doctissimis, quibus ea provincia à «
Rege (*Henrico VIII.*) demandata fue- «
rat, prout fert prima pagina...... Paulo «
post tempore, anno scilicet 1542. Ordi- «
num decreto Regiâ authoritate sancito, «
cum Rex..... à Scripturis sacris, si vulgò «
legerentur, non parùm metueret, earum «
versiones, non modò eæ quæ à Co- «
verdalio aliisque qui Protestantium re- «
formationi favere putabantur, sed ex «
æquo (ne exceptâ quidem Episc. Du- «
nelmensis ac Roffensis editione) prohi- «
bitæ sunt: nec cuiquam exinde ad usque «
Eduardi Regis sexti regnum, nisi ex spe- «
ciali Regis Ordinariique indultu Scrip- «
turam sacram vulgari idiomate legere «
impunè licuit. Cùm autem Henrico mor- «
tuo Eduardus filius successisset, illud de- «
cretum statim rescissum est: novaque «
Tunstalli Heathique versionis procurata «
à Cranmero editio est, cui etiam egre- «
giam præfationem præfixit. » *It: fo. Durellius cap.* 27. *Vindiciarum Ecclesiæ Angliæ. pag.* 306.

1549 Biblia Anglica cum præfatione Guill. A Tyndall & notis, in folio. *Absque nomine loci & typographi* 1549.

Biblia Anglica ex recognitione Tunstalli & Heathi cum præfatione Thomæ Cranmeri & epist. nuncupata Eduardo VI. in folio. Londini 1549.

1550 Biblia Anglica per Milesium Coverdale, Eduardo VI. Regi dicata, in 4°. typis Andreæ Hester 1550.

Eadem, sub nomine Thomæ Matthæi, in 4°. Tiguri 1550.

« Cum aliquot Episcopi atque Angli B
» illustres, Maria regnante in Anglia, apud
» nos (inquit Jo. Bapt. Ottius in Comment.
» suis mss.) in exilio degerent, hæc Biblia
» in folio minore vel in 4°. magno Tiguri
» in Helvetia impressa sunt. Editio est raris-
» sima, cujus nullum unquam exemplar
» vidi nisi in Bibliotheca civica Tigu-
» rina. »

Biblia Anglica purè & fideliter translata, magnâ industriâ & diligentiâ recognita, ex translatione Thomæ Matthæi, una cum prologis & annotationibus. Præfatio Wilh. Tyndall initio Novi Te- C stamenti adjecta est, in folio. Londini, typis Nicolai Hyl pro Abrahamo Vele, cum gratia & privilegio Regis ad imprimendum solùm 1551.

1553 Biblia Anglicana per Milesium Coverdale 4°. Londini, Richardi Grafton 1553. In folio. Ibid. E. Whitchnoch 1553.

1561 Biblia Anglica, 8°. Londini 1561.

1562 Biblia Anglica ex Hebræo & Græco translata & collata cum plurimis variarum linguarum translationibus. Adjectæ D sunt annotationes marginales & Epistola Elizabethæ Anglorum Reginæ nuncupata anno 1561. In fol. & 4°. Genevæ, *Novum Testamentum* 1561. *&* *Vetus* 1562.

« Mox inde sacrorum Bibliorum trans-
» lationem, *Genevensem* postmodo dictam,
» auspicati sunt Milesius Coverdale, Chri-
» stophorus Goodman, Antonius Gilby,
» Thomas Sampson, Guill. Cole, & Guil-
» lelmus Whittinghamus cum aliis qui-
» busdam: cæterùm fatis concedente Ma-
» riâ Reginâ, cum maxima operis pars E
» absoluta nondum esset, patriæ deside-
» rio adducti exules plerique, tam Fran-
» cofurti quam Genevæ degentes in An-
» gliam prope diem remearunt, pergenti-
» bus interea Whittinghamo & sociorum
» uno vel altero, qui Genevæ sesquien-
» nio, postquam summa rerum ad Eliza-
» betham devenisset, commorati, id ab-
» solvere animis obstinabant. » *Cujus Auctoris hæc sint verba, in memoriam revocare non potuit.*

« Hæc versio fuit adornata Genevæ «
(unde & nomen accepit), ab Anglis «
ibi tempore Reginæ Mariæ exulanti- «
bus, è quorum numero tres præcipui «
ac doctissimi Miles Coverdale, William «
Whittingham & Antonius Gilby, to- «
tum biennium insumpserunt huic operi, «
ac sacræ Scripturæ in linguam patriam «
transfundendæ gnaviter admodum in- «
vigilaverunt, & versionem suam ad um- «
bilicum perductam typis vulgarunt anno «
1560. suppressis nominibus: quæ versio «
deinceps sæpius in Anglia recusa est. »
Arn. Bootius in indice authorum laudatorum in animadvers. ad textum Vet. Testamenti.

« Ab Anglis *Genevæ* exulibus (*ut scri-* «
bit Joannes Durellus sub finem cap. 9. Vin-
dic. Ecclesiæ Anglic. pag. 72.) editæ sunt «
notæ in sacra Biblia Anglico idiomate, «
in quibus cùm multa occurrant admo- «
dum fanatica & Ecclesiæ Anglicanæ in- «
juriosa, inde factum est, ut tam malè au- «
diant apud nos notæ Genevenses & Bi- «
blia Genevensia, sic enim vulgò dicuntur «
non ab Ecclesia, sed à civitate Geneven- «
si in qua edita sunt, non à Genevensibus «
Reformatis, sed ab Anglis Puritanis tum «
Genevæ commorantibus. »

Editiones aliæ versionis Genev. 1568. 1568
1570. 1572. 1598. 1606. 1610. *bis*, 1627.
1642. 1657. 1677. 1689.

Eadem, in fol. Londini 1568. 2. vol. in
fol. Genevæ 1570. in fol. & 4°. Lon- 1570
dini 1572. 1572

Biblia Anglica à Matthæo Parkero
& ab aliis contexta jussu Reginæ Eliza-
bethæ, *dicitur vulgo versio Episcoporum*,
in fol. Londini 1573. In 4°. Ibid. 1576. 1573-76
Ibid 1577 Eadem cum annotationibus. 1577
In fol. & 8°. Ibid. 1578. In 8°. Londini 1578
1581. In fol. Ibid. 1585. In 8°. Londini 1581-85
1586. 1592. In 8°. Londini 1593. Eadem 1586
nigro charactere cum annotationibus in
loca difficiliora in 4°. Londini 1595. 1592-95

« Hæc editio, (*inquit Bootius ibidem*) «
dicta vulgo *Biblia Episcopalia*, initio re- «
gni Elisabethæ condita fuerat ab Ar- «
chiepiscopo Cantuariensi Parkero, qui «
aliquot præterea alios viros doctos atque «
Hebraicè peritos sibi adjutores adsci- «
verat. »

De hac versione sic loquitur Kempius pag. 2. Bibliotheca Theologica Anglorum.

« Episcopalis versio, sub imperio Regi- «
næ Elizabethæ ab Archipræsule Can- «
tuariensi Parkero, ac aliis contexta nec «
tamen satis exacta: quia enim textu He- «
bræo posthabito, Græco nimium insiste- «
bat, diversis erroribus contaminabatur. «

« Elizabethâ rerum potitâ, *ejus* jussu «

„ adornata est à Parkero Archiepiscopo „ Cantuariensi aliisque eruditis Episcopis „ nova sacri codicis versio, quæ quandiù „ illa regnavit publicè usurpata est, quæ- „ que Episcoporum ab authoribus versio „ dicta fuit. » *Jo. Durellius cap. 27. Vindic. Eccl. Anglic. pag.* 307.

1597 Biblia Anglica, fol. Londini, Barker
1597.
1598 Biblia Anglica Genevensia, in folio.
Londini 1598.
1599 Biblia Anglica cum notis marginali-
bus, in 4°. Londini 1599. In folio, 4°. &
1601 8°. Ibidem 1601. In folio, 8°. & 12. Ibid.
1602 1602. In 4°. Londini 1603. In fol. & 4°.
1603 Ibid. 1607. In 4°. Ibid. 1609. In folio.
Ibidem 1610. in 4°. Londini 1610.
1606 Biblia Anglica Genevensia, 4°. Lon-
1608 dini 1606. cum notis Junii, 8°. Ibidem
1610 1608. fol. Londini & Amstelod. 1610.

Biblia Anglica collata cum textu Hebræo & Græco & duplici versione Latina cum notis & argumentis Bezæ & Junii, in folio. Edimburgi 1610.

1611 Biblia Anglica, in folio. Londini
1612 1611. Cum notis, 4°. Ibidem 1612.

Biblia ex Hebræo & Græco in Anglicum conversa sermonem jussu & auspiciis Jacobi I. Magnæ Britanniæ Regis. *unde versio Regia nuncupata*, in fol. & 12. Londini 1612. *Hæc editio absoluta est anno 1612. juxta Joannem Durellium.*

« Interpretati sunt *Pentateuchum &* » *cæteros libros usque ad I. Chronicorum in-* » *clusivè*, Andrews Episcopus Wintonien- » sis, Owerall Episcopus Norwicensis, » Sarravia, Clarke, Laisfield, Leigh, Bur- » gley, King, Thompson, Bedwel: *Binos* » *libros Chronicorum, Job, Psalmos, Pro-* » *verbia, Canticum Canticorum & Eccle-* » *siastem*, Liveleius, Richardson, Cha- » derton, Dillingham, Andrews, Harri- » son, Spalding & Bink: *Prophetas majo-* » *res & minores*, Harding, Raynold, Hol- » land, Kilbye, Smith, Brett, Faireclo- » we: *Libros (quos Anglicani vocant) apo-* » *cryphos*, Duport, Brainthwait, Rad- » clyffe, Ward Eman, Downes, Boyse, » Ward: *Quatuor Evangelia, Actus A-* » *postolorum & Apocalypsin*, Ravius Epis- » copus Londinensis, Abbot Archiepis- » copus Cantuariensis, Eedes, Thompson, » Savill, Perin, Ravens, Harmar, (*loco* » *Eedes & Ravens duos alios sc. Aglionbie* » *& Hutten nominat Ant. à Wood libr. 2.* » *Antiq. Oxon. pag.* 311.) *Epistolas Pauli* » *& Canonicas*, Barlowe Episcopus Lin- » colniensis, Hutchenson, Spencer, Fen- » ton, Rabbet, Sanderson, Dakins. » *Hæc omnia refert Th. Fuller lib. 10. Hist. Eccles. Anglicanæ p.* 46.

« Hanc versionem adornare cœperunt
A ab anno 1604. numero XLVII. viri ad « hoc deputati & variis classibus distributi, « & absolverunt saltem qui superstites « fuerunt anno 1611. typisque mandarunt « 1612. à versione Episcoporum quâ fieri « potuit non recesserunt. » *Horum verborum scriptoris memoriam perdidi.*

« Modus quem Theologi Angli in ver- « sione Bibliorum sunt secuti. »

« Theologi magnæ Britanniæ officii « sui esse judicarunt, quandoquidem facta « esset honorifica accuratissimæ transla- « tionis Anglicanæ mentio, à Serenissimo «
B Rege Jacobo magna cum cura, magnis- « que sumptibus nuper editæ, notum fa- « cere huic Synodo *Dordracenæ*, quo con- « silio quâque ratione hoc negotium à « Serenissima ejus Majestate præstitum « fuerit. »

« Primò in opere distribuendo hanc ra- « tionem observari voluit: totum corpus « Bibliorum in sex partes fuit distributum: « cuilibet parti transferendæ destinati sunt « septem vel octo viri primarii, linguarum « peritissimi. Duæ partes assignatæ fue- « runt Theologis quibusdam Londinen- «
C sibus: quatuor verò partes reliquæ di- « visæ fuerunt æqualiter inter utriusque « Academiæ Theologos. Post peractum à « singulis pensum ex hisce omnibus duo- « decim selecti viri in unum locum con- « vocati, integrum opus recognoverunt « ac recensuerunt. Postremò, Reveren- « dissimus Episcopus Wintoniensis, Bil- « sonus, una cum Doctore Smitho, nunc « Episcopo Dunelmensi, viro eximio, & « ab initio in toto hoc opere versatissimo, « omnibus maturè pensitatis & examina- « tis, extremam manum huic versioni im- «
D posuerunt. »

« Leges Interpretibus præscriptæ fue- « runt hujusmodi. I. Cautum est, ut sim- « pliciter nova versio non adornaretur, « sed vetus & ab Ecclesia diù recepta ab « omnibus nævis & vitiis purgaretur, id- « que hunc in finem, ne recederetur ab « antiqua translatione, nisi originalis tex- « tùs veritas vel emphasis postularet. II. « Ut nullæ annotationes margini appone- « rentur: sed tantùm loca parallela nota- « rentur. III. Ut ubi vox Hebræa vel «
E Græca geminum idoneum sensum ad- « mittit, alter in ipso contextu, alter in « margine exprimeretur. Quod itidem « factum, ubi varia lectio in exemplari- « bus probatis reperta est. IV. Hebrais- « mi & Græcismi difficiliores in margine « repositi sunt. V. In translatione Tobiæ « & Judithæ, quandoquidem magna dis- « crepantia inter Græcum contextum & « veterem Vulgatam Latinam editionem « reperiatur, Græcum potiùs contextum «

» fecuti funt. VI. Ut quæ ad fenfum fup-
» p'endum ubivis neceſſariò fuerunt con-
» textui interſerenda, alio, ſcilicet mi-
» nuſculo, charactere diſtinguerentur.
» VII. Ut nova argumenta ſingulis libris
» & novæ periochæ ſingulis capitibus præ-
» figerentur. Denique abſolutiſſima Ge-
» nealogia & deſcriptio Terræ ſanctæ huic
» operi conjungeretur. » *Hæc ex ſcripta ſunt ex ſeſſione VII. Synodi Dordracenæ.*

« Hanc *Epiſcoporum* editionem (*inquit*
» *Bootius ibidem ut ſupra*) ob id, quia non
» ſemper Hebraicam veritatem ſtrictè ſe-
» quitur, nonnulliſque in locis dedita ope-
» ra ad Græcam verſionem ſe attemperat,
» loco movendam quum cenſuiſſet Rex
» Jacobus, neque tamen Genevenſem ad-
» mittere vellet..... novam de integro
» verſionem fieri curavit ope diverſorum
» virorum doctorum, quorum cuique ſuum
» penſum attributum erat. Hæc tranſla-
» tio (*pergit idem Auctor Puritanus*) Regia
» à nobis dicta, quia juſſu Regis Jacobi
» facta, licet in templa ſit recepta, & in
» populi manibus verſetur, Genevenſem
» tamen abolere prorſus non potuit, quip-
» pe quâ adhuc plurimi paſſim utantur:
» quum editio Epiſcopalis omninò exole-
» verit, atque obliterata ſit, adeo ut ra-
» riſſimè, & ferè nonniſi in inſtructiore
» aliqua Bibliotheca conſpiciatur. »

« In celebri noſtra verſione Anglicana
» (*inquit Humphredus Hody lib. 2. de Bi-*
» *bliorum text. Origin. cap.* 10. *pag.* 201.)
» auſpiciis Regis Jacobi I. facta, in qua
» plurimi per totum Regnum delecti viri
» doctiſſimi ſudarunt, tale quid obſerva-
» tum fuit. Primò inter ſe regulas quaſ-
» dam obſervandas in verſione formarunt;
» deinde tota Biblia in partes diviſerunt
» tot pro unaquaque parte deſignatis,
» qui etiam inter ſe penſum ſuum ſubdi-
» viſerunt, donec tandem totum opus
» omnium calculis approbatum, omnium
» nomine in lucem prodiit. »

† « Inter omnes Europeas tranſla-
» tiones eminet Anglicana, Jacobi Regis
» auſpiciis, collatis multorum virorum
» doctorum ſtudiis, elaborata. » *Walton. Appar. Bibl. prolegom.* 5. *ſub f.*

† *Polus præf. in Synopſin Critic. teſtatur*
« in hac verſione Regia plurima occur-
» rere magnæ eruditionis, peritiæque in
» linguis originariis, acuminis & judicii
» pluſquam vulgaris, ſpecimina. »

« Utuntur hodiè tranſlatione iſta in
» cultu publico Angli Epiſcopales, præter
» Pſalterium, quod ex veteri ſub Eduar-
» do VI. condita verſione legunt. » *Kortholtus de variis ſcript. edit. cap.* 27. *p.* 355.

1613-15 Biblia Regia, in 4°. & 8°. Londini
1613. In 4°. Ibidem 1615. In fol. & 4°.
A Ibid. 1616. In fol. 1617. In 8°. Londini 1616-17
1618. In fol. & in 4°. Cantabr. 1619. 1618, &c.
In 8°. Ibid. 1624. In 4°. Ibid. 1625. fol.
Ibid. 1626. In 8°. Ibid. 1628. In fol. &
in 8°. Ibid. 1629 in 4°. Cantabrig. 1629.
In 4°. & in 8°. Londini 1630. In 8°. Ibi-
dem 1631. In fol. Ibid. 1633. 1634. Biblia
ex verſione Mileſii Coverdale, in 4°.
Londini 1635. Biblia Regia in 4°. Canta-
brig. 1635. In fol. Londini 1636. In 8°.
Ibid. 1636.

Biblia Genevenſia in 12. Edimburgi
B 1637.

Biblia Regia, 4°. Cantabr. & Londi-
ni 1637. In fol. & in 4°. Cantabrigiæ 1637
1638. In 8°. in 12. & in 24. Londini 1638. 1638
In folio. Ibidem 1639. 1639

Biblia cum notis Henrici Ainſworth,
in ſolio. Londini 1639.

Biblia Regia, in folio. Amſtelodami
1640. In 4°. & in 8° Londini 1640. In 1640
folio, in 4°. in 8°. & in 12. Londini
1641. In 12. & 24. Londini 1642. 1641-42

Biblia Genevenſia, in 8°. Edimburgi
C 1642.

Biblia Regia, in 8°. Londini 1643. 1643
1645. in 12. Amſtelodami 1645. In 8°. 1645
Cantabr. 1647. In 4°. & in 12. Lond.
1648. In 16. Cantab. 1648. In 4°. Lond. 1648
1649. In 8°. Ibid. 1651. In 12. Ibid. 1652. 1649
Charactere minutiſſimo *Biblia Cromwelli* 1651 52
vulgò dicta, 24. Ibid. 1653. In 12. Ibid. 1653
1654. 1654

Biblia Genevenſia Olivario Crom-
wello nuncupata cum notis ex Bibliis
Belgicis à Theodoro Haken in Angli-
cum idioma transfuſis anni 1637. In fol.
Londini, Henrici Hils 1657. 1657

D Biblia Regia, 16. Londini 1658. Ea- 1658
dem Carolo II. Magnæ Britanniæ Regi
dicata cum picturis hiſtoricis edita per
Joannem Ogilby. *Præclariſſima editio.*
In fol. Cantabrigiæ 1660. cum figuris 1660,
æneis, in 8°. *Ibid.* 1660. In 8°. Lon- &c.
dini 1660. In 4°. Ibidem, 1661. In 8°.
Cantabrig. 1661. In 12. Londini 1662.
In 8°. Amſtelod. 1662. In 4°. Londi-
ni 1663. in 4°. Cantabrigiæ 1666. In fol.
in 12. in 24. Londini 1668. In 4°. Canta-
brigiæ 1668. In 8°. & 12. Londini 1669.
E In 4°. Cantabrigiæ 1670. In fol. Ibid.
1672. In 4°. Cantabrigiæ 1673. In 12.
Londini Rob. Barker 1673. In fol. Can-
tabr. 1674. In 4°. Oxonii è theatro
Scheldoniano 1675. In 8°. Londini 1676.
Cantabrigiæ 1676. In 4°. Ibid. 1677.

Biblia Genevenſia, in 12. Edimburgi
1677.

Biblia Regia multis locis parallelis lo-
cupletata per Anton. Scatergood. Can-
tabrigiæ 1678. In 8°. Londini 1679. In
fol. Oxonii 1680. Cum chronologia
Uſſerii,

Usserii, in fol. 4°. & 8°. Oxonii 1682. A In 8°. Londini 1683. In 4°. Cantabrig. 1683. In fol. Oxonii 1684. In 12. Londini 1684. Oxonii 1686. In 12. Londini 1687. in folio Oxonii, 1688.

Eadem cum annotationibus Matthæi Poli, 2. vol. in folio. Londini . 688.

Bibl. Regia in 8°. Londini 1690. 12. Ibid. 1691.

Biblia Regia in 12. Londini, Caroli Bill 1694.

Biblia Genevensia cum notis, 4°. *absque nomine loci* 1689.

Biblia Regia in 12. Oxonii 1695. B

Biblia Regia. Accessit novum auctarium parallelorum locorum à Thoma Tenison Archiepiscopo Cantuariensi & Guill. Lloyd Episc. Wigorniensi collectorum, 4°. Londini 1699. *Hæc editio inde aliquoties tam in 4°. quam in folio majori recusa.*

Biblia Regia in 16. Londini, 1699.

Biblia Regia, in 8°. Londini 1704.

Eadem 2. vol. in folio, Londini 1701. in 8°. Ibid. 1705. in 12. Londini 1706. C in 8°. Ibid. 1711.

Biblia cum figuris & locis parallelis, in fol. Londini, Richardi Jugge *absque anno.*

« Athias Judæus Typographus Am- » stelodamensis Biblia Anglica impressit » sumptibus ingentibus, non enim per sin- » gulas schedas, ut solent Typographi, » litteras æneas in loculamenta restituit, » sed omnes typorum formas, ut aiunt, » integras servavit, ut jam non amplius » poni typi debeant, sed solum imprimi. » D *Hæc se accepisse à Typographo Tigurino ad me scripsit Cl. Ottius: quo anno vel quâ formâ hæc edita fuerint, non indicavit.*

Idem addidit in sequente epistola. « Bi- » blia Anglica Amstelodami ab Athia Ju- » dæo impressa esse audivi, quo anno, & » quâ formâ, certè ignoro. Typographus » noster David Gesnerus, qui paucis ab » hinc mensibus diem suum obiit, id mihi » retulit, retulit autem ut oculatus illius » rei testis, qui formas vidit in multis ar- » mariis seu cistis servatas. »

« De formis integris Bibliorum An- E » glicanorum à Josepho Athia Typogra- » pho Amstelodamensi adservatis R. Sab- » tai velut testis αὐτόπτης adfirmat. Idem » tamen haud diffitetur Athiæ rationes » pecuniarias eo tempore quo sumptus » tam immensos erogaret, admodum fuisse » perturbatas. » *Ita ad me scripsit Clariss. Unger Silesius.*

« Ipse quoque (*ait Jo. Christophorus Wolfius pag. 584. Bibl. Hebr. Rabbinicæ*) ex amici literis intellexi ipsummet » Athiam de horum Bibliorum exempla- » ribus 1000000. & amplius à se diven- » ditis gloriatum esse, quod certè fidem » omnem superare videtur. Ego saltem » frustrà huc dum quæsivi aliquem cui » exemplum illius editionis oculis usurpa- » tum fuerit »

Specimen novæ Bibliorum versionis Anglicæ, auctore Cidder Ministro Ecclesiæ Anglicanæ, 8°. Londini 1703.

Pentateuchus & Novum Testamentum Anglicè ex versione Guillelmi Tyndall, Hamburgi 1527. *Hollandus in Herоologia Anglicana.*

Pentateuchus, Liber Psalmorum & Canticum Canticorum Anglicè ex Hebræo, Interprete Henrico Ainsworth, cum ejus annotationibus, in fol. Londini, M. Parson 1634.

Liber Job Anglicè ex versione Hugonis Broughton. Londini 1610.

Psalmi Anglicè ex magnis Bibliis excerpti, 8°. Londini Richardi Jugge 1574.

Psalmi cum paraphrasi Theod. Bezæ Anglicè versi per Antonium Gilbie, 12. Londini 1581.

Psalmi solutâ & ligatâ oratione per Henricum Ainsworth, in 4°. Londini 1612.

Psalmi Anglicè 8° Edimburgi 1614. Iidem per J. King, 8°. Londini 1651. Hebraicè & Anglicè, studio Joannis Leusden, in 12. Amstelodami 1688.

Psalmorum versio nova ex Hebræo cum argumentis & præfatione quæ regulas generales ad sacr. librorum interpretationem continet, per Theologum (Cidder) Ecclesiæ Anglicanæ, 8°. Londini, Taylor 1701.

Canticum Canticorum Salomonis & Psalmus 45. Anglicè, Interprete Josepho Stennet Londini 1700.

Translatio Anglica Isaiæ Prophetæ, Interprete Georgio Joye 8°. Argentorati, Bachnet 1531.

Daniëlis versiones Anglicè ex Hebræo & Chaldæo, Interprete Hugone Broughtono, 4°. Londini 1596. 1607.

Novum Testamentum ex Germanica versione Lutheri in Anglicum sermonem à duobus Anglis traductum, & editum Coloniæ usque ad litteram K. impensis Mercatorum Anglicorum. *Jodocus Cochlæus in Actis Martini Lutheri ad an. 1526. pag. 132. cujus hæc sunt verba.* «Duo » Angli Apostatæ, qui aliquandiu fuerant » Wittenbergæ... cunctos Angliæ popu- » los, volente nolente Rege, brevi per » Novum Lutheri Testamentum, quod in » Anglicanam traduxerant linguam, Lu- » theranos fore sperabant. Venerant jam » Coloniam Agrippinam ut Testamentum » sic traductum, per Typographos in mul- »

» ta millia multiplicatum, occulte sub A
» aliis mercibus devcherent inde in An-
» gliam. *Et pag 134. addit:* Vocatis (*ab*
» *ipso Cochlæo*) in hospitium suum quibus-
» dam Typographis, posteaquam mero
» incaluissent, unus eorum in secretiore
» colloquio revelavit illi arcanum, quo
» ad Lutheri partes trahenda esset Anglia.
» Nempe versari sub prælo tria millia
» exemplarium Novi Testamenti Luthe-
» rani, in Anglicam linguam translati,
» ac processum esse jam usque ad literam
» alphabethi K. in ordine Quaternionum.
» Impensas abundè suppeti à Mercatoribus B
» Anglicanis, qui opus excusum clam in-
» vecturi per totam Angliam latenter dis-
» pergere vellent, antequam Rex aut Car-
» dinalis rescire aut prohibere possit.
» Cochlæus intra se metu & admiratione
» varie affectus.... abiit clam ad Her-
» mannum Rinck Patricium Colonien-
» sem, ac Militem auratum .... eique rem
» omnem, ut acceperat vini beneficio, in-
» dicavit. Ille ut certiùs omnia consta-
» rent, alium misit exploratum in eam
» domum, ubi opus excudebatur juxta in- C
» dicium Cochlæi. Cumque ab illo acce-
» pisset, rem ita se habere, & ingentem
» papyri copiam ibi existere: adiit Sena-
» tum, atque effecit ut Typographis in-
» terdiceretur, ne ultrà progrederentur
» in eo opere. Duo Apostatæ Angli, ar-
» reptis secum Quaternionibus impressis
» aufugerunt, navigio per Rhenum ascen-
» dentes Wormatiam ... ut ibi per alium
» Typographum perficerent opus cœp-
» tum.... Ferunt Cuthebertum Tunstal-
» lum, Episcopum tunc Londinensem, D
» cum adeptus fuisset unum ex illis exem-
» plaribus, in maxima concione ad popu-
» lum Londini publicè affirmasse, supra
» duo millia depravationum atque perver-
» sitatum se in uno opere illo deprehen-
» disse. » *Hæc ille.*

Novum Testamentum ex Græco, Interprete Guillelmo Tyndall cum notis. Antuerpiæ 1526. *Thomas Fullerus lib. 5. Hist. Ecclesiæ Anglicanæ pag. 244.*

Idem. Hamburgi 1527. V. *supra Pentateuchus.*

Alium primæ hujus editionis annum indicat Joannes Foxus auctor coævus p. 138. Commentar. Rerum in Ecclesia gestarum E
his verbis: « Quum primum Tyndallus
» anno 1530. Novum Testamentum in
» vernaculam linguam appararet, ex quo
» magna copia repentè eorum librorum
» fieri cœpit: Episcopus Londinensis Cut-
» bertus Tunstallus, non vulgariter ea de
» re sollicitus, consilium captat cum mer-
» catorum quodam Augustino Pakingto-
» no de abolendis his Novi Testamenti

A libris. Ille quum Tyndallo clam fave- «
ret, Episcopo hoc dabat consiliũ: nem- «
pè si exponeretur tanta pecuniarum «
summa, quanta sat esset coemendis om- «
nibus ejus impressionis exemplaribus, «
facile futurum, ut hujusmodi libri ad «
unum omnes tollerentur. Nec mora, «
arrepto mox consilio, pecuniam exposuit «
Episcopus. Mercator acceptam Tyndal- «
lo mox exulanti ad assem protinus uni- «
versam tradidit. Ex quo factum est, ut «
Tyndallo suppeteret non solùm quod «
sibi cæterisque ad victum sufficeret, sed «
B quo majori etiam diligentiâ & librorum «
copiâ secundam posset editionem ador- «
nare. «

Hanc provinciam (*sc. sacras litteras* «
in sermonem vernaculum vertendi) pri- «
mus omnium apud nos ea tempestate «
suscepit, eaque feliciter ex parte saltem «
defunctus est anno 1530. Guillelmus «
Tyndallus... Dixi ex parte, nam quan- «
quam Novum Testamentum absolvit, «
in vetere non ultrà Pentateuchum pro- «
gressus est, prout videre est in Tyndalli «
C vita ipsis operibus præfixa. » *Joan. Durellus c. 27. Vindiciarum Ecclesiæ Anglicanæ pag.* 305.

Idem Anglicè & Latinè ex editione Vulgata, in 4°. Londini 1538. 8°. Ibidem Grafton 1539.

Idem Anglicè & Latinè ex versione Erasmi. 4°. Londini 1538.

Idem Anglicè denuò versum jussu Parlamenti Anglicani anno 1540. V. *Biblia Anglica* 1541.

« Nomina eorum qui Novum Testa- «
D mentum Anglicè verterunt. *Matthæum* «
vertit Thomas Cranmer Archiepisco- «
pus Cantuariensis, *Marcum* Joannes «
Longland Episcopus Lincolniensis, *Lu-* «
cam Stephanus Gardiner Episc. Winto- «
niensis, *Joannem* Thomas Goodrick E- «
piscopus Eliensis, *Acta Apostolorum* Ni- «
colaus Heat Episcopus Roffensis, *Episto-* «
lam ad Romanos Richardus Sampson «
Episcopus Cestriensis, 1. *&* 2. *ad Corin-* «
thios Joan. Capon Episc. Sarisburiensis, «
Epistolas ad Galatas, Ephesios, Philippen- «
ses & Colossenses Guillelmus Barlow «
E Episc. sancti Davidis, 1. *&* 2. *ad Thessa-* «
lonicenses Joannes Ball Episcopus Vigor- «
niensis, *Epistolas ad Titum, Timotheum* «
& Philemonem Robertus Parfew Episco- «
pus S. Asaphi, 1. *&* 2. *S. Petri* Robertus «
Holgate Episcopus Landavensis, *Episto-* «
lam ad Hebræos Joannes Skip Episcopus «
Herefordiensis, *Epistolas* 1. *sancti Ja-* «
cobi, tres S. Joannis & 1. *S. Judæ* Tho- «
mas Tyrlby Episcopus Westmonaste- «
riensis, *Apocalypsin* Joannes Wakeman «
Episcopus Glocestriensis & Joannes «

„ Chumbers Episcopus Petroburgensis. „ *Thom. Fuller ibidem ut supra lib. 5. pag.* 137.

Novum Testamentum Anglicum ex duplici versione, una Milesii Coverdal, altera Guillelmi Tyndall, in 8°. Londini Wolf 1550.

Novum Testam Anglicum ex versione Episcoporum in 4°. Londini 1569. In 24. *absque loco* 1569. In 8°. & in 16. Londini 1574. In fol. Edimburgi 1576. In 12. Londini 1578. 1598. Idem, V. *Idem Polyglotton* 1599.

Novum Testamentum Anglicum juxta versionem Latinam Bezæ cum ejus notis per Joan. Tanikis, 8°. Londini 1589.

Novum Testamentum Anglicè, Interprete Joanne Cheeke Anglo Equite 4°. Londini. *Reperitur in catalogo libr. Anglicorum Andrea Maunsel edito anno* 1595.

Novum Testamentum Anglicè redditum ex Latina Vulgata ab Anglis Seminarii Remensis, cum argumentis & annotationibus; cui è regione adjecta est versio *Anglica* ex Græco ad usum Ecclesiarum Britannicarum cum responsionibus ad argumenta & ad annotationes, &c. per Wilhelmum Fulke, in folio. Londini, Roberti Barker 1601.

Idem Angl. in 24. Dort. Isaaci Cannin 1601. In 12. Londini 1603. Idem ex versione Latina Theod. Bezæ, in 8°. Dordraci 1603. Cum notis in 8°. Londini 1607. In 12. Londini 1611. Cum notis Wilhelmi Fulke, in folio Londini 1617.

Novi Testamenti versio Anglica ad originalem textum, & confutatio argumentorum, glossarum & annotationum versionis alterius editæ per Sacerdotes Seminarii Remensis; itemque novæ additiones, ac defensio prioris translationis adversùs Gregorium Martinum, 4°. editio, fol. Londini 1633.

Novum Testamentum Anglic. in 12. Londini 1618. In 24. Londini, Joannem Bill. 1616. In 24. Ibidem, 1631.

Idem Lat. & Angl. per C. Hoole, in 12. Londini 1659.

Idem Angl. in 8°. Londini 1671. 1677. In 4°. Londini 1679. In 8°. V. *idem Polyglotton* 1684.

Idem Anglic. cum Paraphrasi Richardi Baxteri; in 4°, Londini 1685.

A

ARTICULUS VI.

BIBLIA SLAVICA

Sive quæ ab idiomate Slavo habent originem.

SECTIO PRIMA.

De hac Lingua (Slavonica) ceu de « fonte irriguo, tot alias profluxisse « linguas, videlicet Polonicam, Bohemi- « cam, Serbicam (Servianam) Bolgari- «
B cam, Lithuanicam, Russiacam (Rutheni- « cam) cæterasque permultas, nemo est « qui ignoret. » *Præfatio Dictionaris trilinguis*, hoc est dictionum Slavonicarum, Græcarum & Latinarum Thesauri, 4°. Moscuæ 1704.

Dalmatica Bibliorum versio à S. Hieronymo Dalmatâ confecta quibusdam videtur.

« Bohemi veteres, quorum opinio- « nem Dubravius (*Lib. 1. hist. Bohemica*) « & Weleslavinus (*in Calendario hist.* 30. « *Sept.*) sequuntur, omninò sibi persua- «
C ferant, sacras litteras à S. Hieronymo, « Dalmata in Slavicam linguam fuisse « translatas; Idem sensit Carolus IV. Im- « perator & Bohemiæ Rex qui cœnobium, « quod in honorem linguæ Slavicæ Pragæ « regali prorsus magnificentia condebat, « Sancto Hieronymo, velut è Slavis orto « & Slavicè loquenti, dedicavit. Dubra- « vius insuper eam interpretationem Hie- « ronymianam extare, eaque Dalmatas « cæterosque Illyrios suo tempore in sa- « cris usos esse prodidit. Contra Crome- « rus (*lib. 1. de rebus Polon. cap.* 15.) Bu- «
D choltzerus (*in indice histor.*) & Christan- « nus (*in vita S. Ludmilla*) SS. Cyrillum « & Methodium Biblia sacra Slavicè inter- « pretatos scripserunt. Quid ipse potissi- « mum sequar, nescio: in Christanni tamen & Cromeri sententiam inclino, « præsertim cùm non satis constet, an « S. Hieronymi temporibus (anno post « Christum natum 400.) Slavi Illyricum « eaque loca tenuerint. » *Ita Bohuslaus Balbinus in epitome rerum Bohemicarum edita an.* 1677. *lib. 1. cap. X. in notis ad*
E *Christannum pag.* 77. 78. *Jam pag.* 69. *idem author retulerat ex Cromero lib. 1. cap. 4. de rebus Polonicis.* « Slavos non « esse veteres Dalmatas neque Illyrios, « sed Justiniani tempore aut paulò priùs « occupasse paulatim Dalmatiam & Illy- « ricum. »

Hic referre juvat Dubravii verba & ea quæ adversùs illum scripsit Cromerus.

« Ex hac gente Slavorum D. Hierony- « mus prognatus (suis popularibus Vetus «

» Novumque Testamentum sermone ver- » naculo interpretatus est, Gratiano & » Theodosio imperium administrantibus; » illaque interpretatione in hanc usque » diem Illyrici tum in hymnis divinis tum » in sacrificiis utuntur. » *Joan. Dubravius lib. 1. hist. Bohemicæ pag. 4. Martinus vero Cromerus lib. 1. de rebus Polon. cap. 15. postquam contendit Illyricum & Dalmatiam Slavos infestasse quidem, at non occupasse tempore S. Hieronymi, addit:* « Quamvis » contrarium asseveret Dubravius, id- » que levi argumento, nempe quod sa- » cra utriusque Testamenti Scriptura à » D. Hieronymo Dalmata traducta in lin- » guam Dalmaticam, quam eandem ipse » vult esse Slavicam, extet etiam nunc » apud Dalmatas. In quo quem auctorem » secutus sit, præter vulgi opinionem, non » invenio. Quid autem si translationem » illam Cyrillo & Methodio, primis (ni » fallor) Slavicæ nationis Apostolis, non » modo D. Hieronymo, sed etiam Mau- » ritio Imperatore longè posterioribus ad- » scribamus. » *Hæc ille.*

Aliam hujus rei solutionem & quidem optimam affert Nicolaus Serrarius cap. 20. quæst. 2. Proleg. Biblicorum, explicant verba D. Hieronymi ex quibus nata esse videtur hæc adversariorum opinio, sic scribit: « Erasmus, Sixtus Senensis & » recentiorum alii D. Hieronymo quan- » doque tribuunt versionem Bibliorum » Dalmaticam; neque tamen S. Hiero- » nymus, qui suas versiones non indiligen- » ter notavit, ejus unquam meminit, ne- » que Veterum ullus. Nam quod ex Epi- » stola ad Sophronium arguatur Francis- » cus Junius lib. 2. cap. 16. eum *suæ lin- » guæ hominibus* translationem dedisse; id » verum est de linguæ Latinæ, non Dal- » maticæ hominibus; quia non de Dal- » matica, sed Latina Psalterii emenda- » tione agebat, ut patet ex ejus epist. ad » Paulam & Eustochium » & *ex ejus præfatione in Josue.*

Slavica totius sacræ Scripturæ versio à S. Cyrillo circa annum 880. concinnata. *Præter ea quæ supra de hac versione allata sunt, duos antiquissimos auctores illam memorantes, scilicet Christianum Boleslai II. Ducis Bohemiæ fratrem & S. Benedicti monachum qui floruit 993. & Diocleatem Presbyterum qui ante annum 1200. suum scripsit historiam, Regnum Slavorum dictam, adduco.*

Christianus de Skala in vita sanctæ Ludmillæ apud Bohuslaum Balbinum in Epitome rerum Bohemicarum pag. 42. hæc ait: « Quirillus quidam natione Græcus tam » Latinis quàm ipsis Græcorum apicibus » instructus.... etiam apices & characteres novos comperit, & Vetus Novumque « Testamentum pluraque alia de Græco « seu Latino sermone Slavonicam in linguam transtulit. »

Diocleas Presbyter in historia, Regnum Slavorum dicta, apud Joan. Lucium de regno Dalmatiæ p. 288. « Constantinus « vir sanctissimus ordinavit Presbyteros, « & literam linguâ Sclavonicâ componens, « commutavit Evangelium Christi atque « Psalterium, & omnes divinos libros Ve- « teris & Novi Testam. de Greca lingua « in Sclavonicam linguam... Tunc vir Dei « Constantinus cui nomen postea Kyrillus « à Papa Stephano impositum est, &c. »

LIBRI MANUSCRIPTI.

Biblia Slavonica. Codex in pergameno scriptus, extabat *in Bibl. Nicolai Heinsii pag. 1. catalogi.*

Biblia Slavica. Codex msc. in fol. *In Lotharingia, Bibl. S. Michaëlis ad Mosam Ord. S. Benedicti.*

Vetus Testamentum linguâ Slavonicâ charactere Cyrilliano. *Bibl. Segueriana pag. 35. catalogi.*

Psalmi & Hymni eâdem linguâ, 4°. *Bibl. Narcissi Archiepiscopi Dublinensis cod. 271. num. 1944.*

Iidem, codex non spernendæ vetustatis *Bononiæ, Bibl. Canon. Regular. S. Salvat. de Montfaucon pag. 407. Diarii Italici.*

IV. Evangelia cum annotat. charactere antiquissimo & elegantissimo. *Bibl. Segueriana pag. 34.*

Eadem cum notis & canonibus Eusebianis. *Bibl. Colbertina cod. 6453.*

Eadem, in 4°. *Bibl. Vindobonensis cod. 98. de Nessel.*

Acta & Epistolæ Apostolorum. *Bibl. Lambethana, Warthon pag. 372. Auctarii de sacris & scripturis vernaculis.*

Acta Apostolorum & Epistolæ Pauli, in 4°. *Bibl. Vindobonensis cod. 101. de Nessel.*

LIBRI EDITI.

Plurimi S. Bibliorum libri Sclavonicè, Interprete Joan. Glogoviensi, *qui obiit 1507.* editi Cracoviæ impensis Joannis Halleri *juxta hæc verba Starovolscii in Elogiis illustrium Poloniæ virorum pag. 102.* « Multos quoque in Mos- « chovia sacræ scripturæ libros in Scla- « vonicam ab illo (*Joanne scilicet Glo- « goviensi*) linguam translatos vidimus, « impressos vero Cracoviæ sumptibus « Joannis Haller civis Pragensis. »

Psalterium linguâ Slavicâ, charactere Illyrico sive Serviano. V. *Breviarium Slavicum*, 8°. Venetiis apud filios Joan. Francisci Turresani, mense Martio 1561.

Idem, in 4° Romæ, è typographia A sacræ Congregationis de propaganda fide 1621. In 8°. Ibidem 1629.

Idem jussu Innocentii decimi editum *& reformatum juxta Breviarium Latinum à Raphaële Levacovich*, 8°. Romæ, iisdem typis 1648.

Ex decreto Innocentii X. huic postremæ editioni præfixo: « Cum Illyricarum gen-
» tium libros sacros jam inde à D. Hiero-
» nymi temporibus, ut pervetusta ad nos
» detulit traditio, (*ex prius allatis omnino*
» *falsa*) vel certè à Pontificatu fel. rec. B
» Joannis Papæ VIII. Prædecessoris no-
» stri, ut ex ejusdem data super ea re epi-
» stola constat, ritu quidem Romano, sed
» idiomate Sclavonico, & charactere S.
» Hieronymi vulgò nuncupato conscriptos
» opportunâ recognitione indigere com-
» pertum sit, Nos rec. memor. Urbani
» Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri,
» qui Missale Illyricum emendatum juxta
» nuperrimas illius Reformationes cha-
» ractere Hieronymiano, ac linguâ Scla-
» vonicâ typis vulgari mandavit, vestigiis
» inhærentes... Venerabili Fratri Raphaëli C
» Archiepiscopo Acridæ, seu primæ Ju-
» stinianæ mandavimus, ut Breviarium
» Illyricum ante annos centum impres-
» sum recognosceret & ad formam Bre-
» viarii Romani Latini reformati in præ-
» dictam linguam Sclavonicam redige-
» ret, quod cum idem Raphaël Archiepis-
» copus diligenter præstiterit, dictumque
» Novum Breviarium Illyricum à peritis
» viris comprobatum fuerit; Nos idcir-
» co, &c. »

Ex attestatione eidem præfixa « Ego Me-
» thodius Terlecki, Episcopus Chelmensis D
» & Belcensis anno 1643. pro gravissimis
» negotiis totius Russiæ..... cùm apud Se-
» dem Apostolicam summo studio labo-
» rarem: Emin. & Rever. DD. Cardi-
» nales S. Congr. de propag. fide instan-
» tiam apud me fecerunt, ut vocato R.
» P. Raphaële *Levacovich*, Croato, Ord.
» Min. de Observantia, ad impressionem
» Breviarii Illyrici deputato, Psalterium in
» eodem Breviario imprimendum, cum
» memorato R. P. Raphaële ad Vulga-
» tam translationem, quantùm phrasis
» Illyricæ linguæ pateretur, de verbo ad E
» verbum accommodarem. Itaque.... ac-
» cersire curavi illico præfatum R. P. Ra-
» phaëlem, afferreque plura vetustorum
» Illyricæ linguæ Breviariorum manuscri-
» pta & impressa exemplaria, atque au-
» tographum, quod idem R. P. Raphaël
» ad Vulgatæ editionis sensum paraverat,
» adhibitis etiam antiquissimis, quibus ab
» ipso suo exordio Ruthena & cuncta Scla-
» vonica usa est & utitur Ecclesia, codici-
bus: post divinum imploratum auxi- «
lium, diligentissimè insimul contulimus «
ipsius R. P. Raphaëlis autographum su- «
pradictum cum antiquis Breviarii Illyri- «
ci Psalteriis, Latinâ Vulgatâ semper præ «
oculis existente, atque an conformis «
esset, examinavimus. Ita factum est, ut «
sollicita adhibitâ curâ, tale redditum «
sit Psalterium, quale à supradicta sacra «
Congregatione expeteretur, hoc est, «
ad amussim Vulgatæ translationi con- «
cordans. Nam explosis nonnullis vul- «
garis sermonis Dalmatici vocabulis, quæ «
scriptorum licentia, in vetusta Illyrica «
Breviaria intrusa fuerant, quæque R. P. «
Raphaël suæ translationi inseruerat, pu- «
ra, quæ in incorruptis apud me habe- «
bantur, Sclavonica eorum loco reposui- «
mus; punctationemque & periodos at- «
que initia versuum singulorum, quæ «
longè aliter in Illyricis leguntur, ubique «
juxta Vulgatam accommodavimus, ita «
ut divina opitulante gratia Psalterium «
ipsum, per nos revisum atque ut dictum «
est à peregrinis Dalmaticis vocibus pur- «
gatum, concordet in præsens in omni- «
bus & per omnia cum desiderato Psalte- «
rio, &c. »

Psalmi quinquaginta in linguam Illyricam à Bartholomæo Cassio translati. *Alegambe in Bibl. Script. S. J.*

Epistolæ & Evangelia per annum lingua Illyrica sive Serviana. V. *Misal Hrvatski sive liturgia eâdem linguâ* 4°. edita. *Extat in Bibliotheca Bodleiana.*

Eadem Slavicè, V. *Missale Romanum linguâ Sclavonicâ, charactere Illyrico jussu Urbani VIII. editum*, 4°. Romæ, typis Sacræ Congregationis de propaganda fide 1631.

Epistolæ & Evangelia per annum linguâ Illyricâ, ex versione Bartholomæi Cassii, 4°. Romæ 1640.

Evangelia per annum Carneolicè, Interprete Joanne Tsandeck. Græcii 1612.

Pericopæ Evangeliorum & Epistolarum Dominicalium Dialecto Slaveno-Carneolana. 12. Græcii 1672.

Oratio Dominica tredecim dialectis diversis linguæ Slavonicæ, scilicet *Cyrillica, Bulgarica, Dalmatica, Croatica, Sclavonica, Polonica, Vandalica, Lusatica, Moscovitica, Carniolica, Nova-Zemblica & Walachica* expressa & relata *ab Adriano Relando ad calcem partis III. dissert. Miscell.* 8°. *Trajecti* 1708. *& excerpta ex tomo 2. operis Germanici. Jo. Weichardi Walvasoris editi, in fol. 4. vol. Æmonæ Pannoniorum* 1689.

SECTIO SECUNDA.

BIBLIA BOHEMICA.

LIBRI MANUSCRIPTI.

Biblia Bohemica. Codex in fol. antiquus & pulchrè scriptus. *Scaphusiæ in Bibl. publica. Arbitratur Jo. Bapt. Ottius, sicut ad me scripsit, hæc Bibl. mss. illa ipsa esse, quæ infra referuntur ab Exule quodam illuc esse transvecta.*

Biblia Bohemica. *Bibl. Reginæ Sueciæ cod. 2. in Vaticana.*

† « Novum Testamentum idiomate » Bohemico jam suo tempore extitisse, » indicium facit Jo. Hussus in Replica » contra Jo. Stokes, tom. 1. operum f. 108. *Koeth lt. pag.* 373.

Novum Testamentum Bohemicum. *Bibl. Bodleian. cod.* 1083.

IV. Evangelia Bohemica. V. *Eadem Polyglotta msc. cod. G.*

LIBRI EDITI.

Biblia Bohemica à Thaboritis translata & edita, Venetiis Petri Lichtenstein A. D. 1506.

« Johannis Hussi versio Bohemica » perstringitur à Melchiore Inchoffer in » opere de sacra latinitate pag. 264. in » 4°. Messanæ 1635.

« Thaboritæ Scripturam sacram in » linguam Bohemicam transtulerant, quæ » diligenter & crebrò transcribebatur, & » passim in ædibus legebatur, donec tandem decennio, antequam Lutherus » contra Indulgentias disputare inciperet, in urbe Veneta typis edita est, ut » clausula finalis testatur, quæ ita se habet: *Perfectum est illud opus Biblicum* » *Venetiis in Italia anno Domini* 1506. » *Sabbato post Barbaræ*, (*supple diem festum*) *excusum in officina Petri Lichtenstein Coloniensis: affuerunt operarum Inspectores, mendorumque Correctores Joannes Henrici Zatecia & Thomas cognomento patrio Molek ex Reginæ Hradecia ad Albim urbibus* (*sic*) *viri pii juxta atque eruditi.* Ejus operis exemplum reperi in urbe Tauff apud Molitorem, qui » fuit frater, (religiosus,) & inde hæc » descripsi; quantum autem potui intelligere, & ab aliis mihi est explicatum, » Interpres nimis adhæsit versioni Vulgatæ. » *Zacharias Theobaldus in bello Hussitico Germanicè scripto & Normbergæ anno* 1623. *edito, parte* 2. *ad annum* 1444. *hæc habet de versione prima Bohemica pag.* 138. 139.

A Biblia Bohemica, in fol. Pragæ 1549.

Biblia Bohemica per Georgium Melantrich & Bartholomæum Netholick, fol. Pragæ 1555.

Eadem, in folio. 1557.

Biblia Bohemica cum privilegio Cæsareæ Majestatis 1561. Eadem in fol. Pragæ 1577.

Biblia Bohemica è fontibus Hebraicis & Græcis, Interpretibus Alberto Nicolai, Luca Helicæo, Joanne Ænea, Georgio Wettero, Esaia Cæpolla, Joan. B Ephraimo, Paulo Jessenio, Joanne Capitone, *Calvinianis*, sumptibus Baronis Joannis Zerotinii, 6. vol. in 4°. In Castello Kralitz in Moravia 1579-93.

« Prodierat interim anno 1572. Antuerpiæ præclarum *opus Biblicum* quadrilingue *Benedicti Ariæ Montani*, & mox Latina nova Bibliorum versio *Francisci Junii & Immanuelis Tremellii* Heidelbergæ. Quo excitati Fratres (*Bohemi*) ad novam quoque adornandam suâ linguâ versionem fontibus conformem (quia omnes eatenus Latinæ tan- C tum versionis versio erant) animum applicaverunt, emissis eo fine ad Academias (Wittenbergensem & Basileensem) Theologiæ aliquot candidatis, qui linguis sanctis à fundamento edis- cendis darent operam. Quibus accessit Judæus natus *Lucas Helitz Posnaniensis* & doctus & pius vir, Evangelii quoque apud nos Minister factus. Hi ergo ut sacro huic operi vacare possent quietè, assignatus illis fuit in meditullio Moraviæ cohabitandi locus, Castellum *Kra- D litz*, erectaque ibidem officina Typographica sub parrocinio Magnifici D. Joannis *Baronis de Zerotin* in arce proxima *Nameſt* residentis, omnesque hos magnificentia sua liberaliter sustentantis. Prosperavitque DEUS adeò ut Prophetas & Apostolos ore nostro germanissimè loquentes habeamus, si ulli Europæorum. Fuerunt autem in opere hoc (pura versione adornando, commentariis illustrando, typisque sex tomis exscribendo) toti quatuordecim anni in- E sumpti. Prima siquidem pars, Pentateuchus prodiit anno 1579. » *Ita Joannes Amos Comenius pag.* 55. *libri cui titulus:* De bono unitatis & ordinis, &c. Ecclesiæ Bohemicæ ad Anglicanam parænesis, in 8°. Genevæ 1661.

« Anno 1579. Fratres (*Bohemi*) ad sacra Biblia è fontibus Hebraicis & Græcis Bohemicè vertenda & annotationibus illustranda animum curamque intenderunt. Delecti aliquot, qui, partitis inter se operis, rei diù exoptatæ incumberent: sumptus liberaliter suppeditante Joanne «

» Zerotinio Barone à Nametz. Quos inter primas tenuerunt partes, Hebraicæ » linguæ periti, Mag. Albertus Nicolaus » Silesius, & Lucas Helicæus Posnaniensis, patre Judæo baptizato natus; Joan. » Ænea seniore, Esaia Cæpolla, Georgio Stregicio sive Wettero consenioribus: Joanne Ephraimo, Paulo Jessenio, » Joanne Capitone, Ministris litteratis » eos juvantibus. Prima pars, sive Pentateuchus 29. Maii absolutus, eodemque anno (1579.) in quarto editus est... » Secunda pars, anno 1580. in lucem prodiit. Tertia, anno 1582. Quarta, anno » 1587. Quinta, anno 1588. Sexta, Novum Testamentum cum annotationibus, prioris editionis, operâ potissimum » Joannis Niemchanii senioris 1593. posterioris editionis, correctius & locupletioribus annotatis illustrius; studio Zachariæ Astonis senioris anno 1601. » *Regenvolscius lib. 1. Historia Ecclesiarum Slavonicarum cap. XI. pag. 64.*

Biblia Bohemica ejusdem versionis, in 8°. *absque loco* 1595.

Eadem, in 4°. 1596. In folio Pragæ 1613. in 8°. Amstelod. 1658.

Novum Testamentum Bohemicè, in 8°. *absque loco* 1564. In 4°. 1568. Idem in 8°. 1596. Idem, V. *Idem Polyglotton* 1599.

Idem cum annotationibus locupletioribus, studio Zachariæ Astonis, in 4°. *absque loco* 1601.

SECTIO TERTIA.

BIBLIA POLONICA

à Catholicis edita.

» IN linguam Polonicam sacrum codicem prima transferre curavit Regina Hedwigis, Ludovici (*Hungariæ » & Poloniæ Regis*) filia, uxor Jagellonis, » Ducis Lithuaniæ, qui Christianismum » amplexus est præcipitante seculo XIV. » (anno 1390.) Poloniæque potitus imperio, Uladislaus IV. dictus est. Testis » è msc. Joannes Lasicius de Gentis Francicæ gestis libro 1. cujus exemplar, inquit, eleganter manuscriptum vidi. » *Hæc Christ. Kortholtus tract. de variis Script. edit. cap. 30. §. 1. pag. 367.*

« Ultimæ quoque Regis Jagellonis » uxoris Sophiæ exemplar Biblicum in » membrana descriptum extat, ad cujus » calcem hæc sunt adscripta: *Absoluta » sunt hæc Biblia in Castro novæ urbis Corczin, ad mandatum & voluntatem Serenissimæ Reginæ Sophiæ, translata per » Andream de Jassowits: scripta per Petrum » de Cadofzitz 18. Aug. anno 1455. superstite adhuc vidua Sophia Regina, regnante « jam filio ejus Casimiro Jagellonide.* Fuerunt hæc Biblia in Bibliotheca cujusdam Patroni. » *Regenvolscius lib. 1 syst. hist. Chron. Ecclesiarum Polonic. cap. 7. pag. 23.*

Biblia ex Latino in linguam Polonicam conversa, auspiciis Stanislai Karnlovii Archiepiscopi Gnesnensis, mandato Gregorii XIII. Pont. Max. atque in lucem edita concessu Clementis VIII. Hæc quidem recognita ab hominibus ejusdem gentis valdè peritis atque Theologis, præsertim à Jacobo Wuieko, in folio. Cracoviæ apud Lazarum 1599.

Possevinus in Apparatu sacro, titulo Biblia. « Cùm in eam Catholicam versionem diligentissimè insudasset Jacobus « Viecus, Theologus Societatis nostræ. *Et « titulo Jacobus Viecus:* Vetus & Novum « Testamentum è Vulgata Latina editione Polonica fecit, mandante Gregorio « XIII. Pont. Max. & approbante Clemente VIII. »

Biblia Polonica ex versione Hieronymi Leopolitani, (*Hunc vocat Joannem Leopolitensem Sixtus Senensis lib. 4. Bibl. sancta.*) in 8°. Hanoviæ 1608.

Biblia Polonica, in folio. Cracoviæ 1619.

Eadem ex versione Justi Rabi S. J. 1657. *Sotuel in Bibliotheca Scriptorum S. J.*

Psalmi Polonicè ex versione Jacobi Wuicki, in 4°. Cracoviæ 1594.

Novum Testamentum Polonicè, 4°. Cracoviæ 1606. In 8°. Ibidem 1621.

BIBLIA POLONICA

à Protestantibus vulgata.

Biblia Polonica ex Hebraicis, Græcisque fontibus versa edere animo « conceperat Henricus Strobrandus (*Thorunensis, Consiliarius Brandeburgicus, « qui obiit an. D. 1609.*) & rationem sumptus ad hoc conficiendum tam pro Interpretibus quàm pro Typographis necessarios comparandi jam propè assecutus « fuerat, nisi mors immatura huic Christiano instituto moram injecisset; quæ « tanto magis Polonis est lugenda quod « etiamnum Bibliis Orthodoxis carere illos (*Calvinianæ Sectæ addictos*) vulgò « oporteat, postquam illa quæ Illustris « Princeps Nic. Radzvil magnis sumptibus Polonis dederat, malitiâ adversariorum coempta & Vulcano sunt tradita; quam sortem etiam Novum Testamentum Henrici Strobrandi impensis, « in Ecclesiarum Polonicarum usum, secundùm Vilnense exemplar impressum, «

» expertum est. » *Melchior Adam in vita Henrici Strobrandi f. C.*

Biblia Polonica translata à Martino Janicio *qui obiit* 1596. at in lucem nondum edita. *Adrianus Regenvolscius pag.* 413. *systematis historico Chronolog. Ecclesiarum Polonicarum, in 4°. Trajecti ad Rhenum* 1652. vel sub anagrammate & alio titulo: *Andrea Wengerscio lib. Slavonia Reformatæ continentis histor. Ecclesiarum Slavonicarum, in 4°. Amstelodami* 1674. *Eadem est editio.*

Biblia Polonica ex Lutheri translatione Germanica *forsan à Mart. Janscio*, in 8°. *absque loco* 1596.

Eadem Uladislao IV. Poloniæ Regi dicata & oblata, in usum Ecclesiarum Confessionis Augustanæ hâc linguâ utentium, cum Epistola Christophori Radzivil ad Uladislaum IV. 4. Decembris 1632. & ad eundem epistola Pastorum Zbarawiensium, Thorunii 18. Novembris 1632. (studio & curâ Pauli Paliuri. *Wengerscius hist. Eccles. Sclavonic. p. g.* 391.) in 8°. Gedani Andreæ Hunefeldii 1632. 1635. In 12. Amstelod. 1658. In 8°. ibidem 1660.

Psalmi Polonicè, in 12. *absque loco* 1588.

Novum Testamentum Polonicè, in fol Thorunii 1585. Idem, V. *Idem Polygotton* 1599. In 4°. 1601. In 8°. Dantisci 1606 1632.

Idem ex editione anni 1632. In 12. Dresdæ 1707.

Idem ex eadem editione sumptibus & cura Ephraimi Breskotti Ministri Trebnicensis, qui præter loca parallela, præcationes quoque atque catecheticas institutiones addidit. in 12. Bregæ Silesiorum typis Godofredi Grunder 1708.

BIBLIA POLONICA

à Socinianis publicata.

Biblia Polonica à Pinczovianis translata ex Hebraicis & Græcis fontibus, curâ & sumptu Nicolai Radzvilii Palatini Vilnensis, cum ejus epistola nuncupata Sigismundo Augusto Poloniæ Regi. In folio. Brestiæ, urbis in Lithuania 1563. *Extat rarissimæ hujus editionis exemplum Parisiis in Bibliotheca Archiepiscopi Viennensis, & Viennæ in Bibliotheca Cæsarea.*

David Chytræus, qui vivebat his temporibus, in Saxonia illustrata ad annum 1540. *hæc refert*: Biblia ex Ebraicis & Græcis fontibus in linguam Polonicam versa *Nicolaus Radzvilius* primus Sarmatis dedit *anno* 1562. « in Interpretes & Typographos circiter decem millibus aureorum impensis. »

« *Nicolaus Radzvil* his diebus impensis in Interpretes ac Typographos decem plus minus florenorum millibus, primus Sarmatis sacro-sancta Biblia ex Hebraicis atque Græcis fontibus, lingua Polonica dedit in folio Brestæ Lithuanorum excusa A. 1563. Bibliorum interpretes fuerunt inter alios: Simon Zacius, Petrus Statorius Tonvillanus, Gregorius Orsacius, Andreas Tricesius, Jacobus Lubelius sive Lublinius » *Regenvolscius lib. 1. hist. Ecclesiar. Slavonicarum cap. 16. pag. 142.*

« Ibidem (*Pinczoviæ*) à nonnullis Reformatis (*vel potius Unitariis*) Bibliorum versio Polonica est concinnata; postea curâ & sumptu Nicolai Radzvilii, Ducis in Olika & Nesvez, Palatini Vilnensis, in urbe Lithuaniæ Brestia, cujus is Præfectum agebat, typis expressa. » *Andreas Wissowatius in narratione sua apud Regenvolscium pag.* 505.

Biblia Polonica, ad fontes Hebræos & Græcos examinata à Simone Budnæo, in 4°. Zaslavii, oppidi Lithuaniæ, apud Danielem Lezyca 1572.

Liber Psalmorum Davidis & Hymnorum seu Cantilenarum, quo Fratres Poloni in Ecclesiis suis utuntur, Polonicè translatus, à Valentino Smalcio potissimùm concinnatus, in 12. Racoviæ 1610. 1625.

Novum Testamentum Polonicè ex versione Simonis Budnæi, in 8°. *absque loco* 1572.

Idem è Græco in Polonicum translatum & Jano Kiskæ dicatum cum nonnullis annotationibus per Martinum Czechovicium, (*cum præfatione Georgii Enjedini. Sandius hanc præfationem memorat in Bibl. Antitrinit. pag. 94. at illam præponit versioni N. Test. Germanica à Crellio scriptæ. Huic editioni potius præfigenda est.*) in 4°. (*Racoviæ*) Alexii Rodecki 1577.

Idem ibidem, *absque anno.*

Novum Testam. Polonicè è Græco versum à Valentino Smalcio, in 12. Racoviæ 1620.

SECTIO QUARTA.

BIBLIA RUTHENICA

seu MOSCOVITICA.

Biblia Ruthenica, *quorum meminit Petrus Paulus Vergerius in libro vulgari anno* 1559. *edito cui titulus*: A gl' Inquisitori che sono per l' Italia del catalogo de libri eretici pag. 46. *Hoc est Inquisitoribus Italiæ de Catalogo librorum hæreticorum.*

hæreticorum. « Sed Biblia nunc versa » sunt & excusa jam à quibusdam annis » in lingua Ruthena. Illa Vilnæ in Lithua- » nia conspexi. Recensite nunc hanc trans- » lationem in catalogo vestro. Deinde S. » Matthæi Evangelium convertere feci in » eandem linguam, quâ utuntur quoque » populi in Carinthia & Carniola. Deni- » que traducta est sacra Scriptura in lin- » guam elegantiorem & in usum plurium » gentium, quæ brevi tempore typis sub- » jicietur. » *Ita ille.*

Biblia Veteris & Novi Testamenti Slaveno-Russica, seu ex Græco sermone in linguam Slavam vel Illyricam translata (*à Constantino, Cyrillo dicto Slavorum Apostolo,*) dialecto Moscoviticâ, & characteribus Cyrillianis, jussu & impensis Ducis Ostrogensis *Constantini Basilii*, cum ejus admonitione Slavicè & Græcè & oratione Interpretis ad Deum item Slavicè & Græcè, in fol. Ostroviæ, typis Joannis Theodori filii ex Magna Russia, anno Mundi 7089. Christi 1581.

Admonitio Latinè reddita. « Ego Con- » stantinus dictus, & in sancto baptismate » vocatus Basilius, gratia Dei Salvatoris » nostri Dux Ostroviæ, Vaivoda Kioviæ, » Palatinus Volhiniæ, electis in Christo » & dilectis Fratribus non solum secundùm » carnem, sed & in Spiritu sancto, omni- » bus linguam Slavam scientibus & viven- » tibus in Ecclesia Apostolica & Catholi- » ca magno studio pronuntio, versionem » istam Bibliaque legenda commendo, » Deoque gratias ago, quòd benedictione » & misericordia sua atque erga homines » amore dignatus sit Deus qui me in hunc » finem principem constituit, ut hoc opus » absolutum viderem, quod nunc ubique » videtis, nempè Vetus & Novum Testa- » mentum typis impressum in civitate à » Deo custodita & in primaria sede nostra, » Ostroviæ in Volhinia, à creatione mun- » di septies millesimo octingentesimo pri- » mo, & anno Nativitatis Christi mille- » simo quingentesimo octogesimo primo.»

Ad calcem voluminis. « Joannes Theo- » dori filius ex Magna Russia, qui Biblia » ista Basilii jussu typis excuderat, gratias » Deo reddit quòd dignus esset habitus, » qui omnibus divinas Scripturas typis » impressas publicaret. »

Biblia Russica ex Græco, regnante Alexio Michailowitz, editio præcedenti longè splendidior, fol. Moscuæ 1663.

Biblia Russica ex versione Ernesti Glück. Amstelodami in Typographia Russorum Imperatoris auspiciis anno 1698. ab Elia Kopiewicz erecta. *Laudatur hac editio in catalogo librorum Russorum in hac Typographia editorum Fanco- A furti Germanicè publici juris facto, in 8°. anno 1710.*

« Biblia Russica transferebantur an- " no 1698. ex idiomate authentico in lin- " guam Russicam, curâ & studio Ernesti " Glück Livonii. *Nova litteraria Maris Balthici* 1701. *pag.* 94. Obiit Ern. Glück " anno 1705. » Hæc versio perficitur jussu Petri Alexiovits Magni Ducis Moscoviæ, *ut referunt Memoriæ Trevoltianæ, Junii* 1706. *pag.* 1068.

« Ernestus Glück, Præpositus Livo- " B niensis, qui post Narvam à Russis ex- " pugnatam captivus Moscuam abductus " est ... dolet, quod Rutheni nondum " fruantur accurata satis SS. Bibliorum " versione Slavonica, cùm ea, quæ hacte- " nus utuntur, vitio seculi, quo à Metho- " dio Illyrico (*vel potius à Cyrillo Constantinopolitano*) confecta est, magna obscu- " ritate laboret, ut vix periodum inte- " gram laicus Ruthenus ad amussim possit " intelligere. Cui malo nonnullum adhi- " bitum est remedium edito Dictionario " C trilingui, h. e. dictionum Slavonicarum, " Græcarum & Latinarum Thesauro in " 4°. hoc anno 1705. ita ut vocibus obs- " curioribus in versione illa Slavonica, " obviis lux jam aliqua sit accensa. Sed " illud remedium nondum sufficere Glüc- " kius existimat, cum haud pauca in ver- " sionem irrepserint menda alia, & cum " ipsa analogia fidei pugnantia : ut jam à " longo tempore publico S. Czareæ Ma- " jestatis mandato interdictum sit, ne à " quoquam imprimeretur denuò ac in " lucem emitteretur. † Itaque novam " D planè versionem adornari, optandum " fuerit, neque ad rem eam quisquam ipso " Glückio magis futurus est idoneus, qui " talem jam olim ex fontibus perfecerat, " sed in direptione hostili Bibliothecæ " ipsius universæ, cum Narva prædæ mi- " litum furibundorum pateret, amissam, " & jam nunc versionem Nov. Testam. " Græci iterùm se aggressum profitetur. » *Acta erudit. Lipsiens. anni* 1705. *p.* 240.

« Ut sacræ litteræ in lingua Ruthena " emendatiùs legerentur, supremus Mos- " E corum Monarcha curam novæ atque " accuratæ versionis Theologis aliquot " insignioribus demandavit. » *Ibid. p.* 383.

Psalterium Russicum seu Moscoviticum. *Bibl. Bodleiana cod.* 3594. 3771.

Psalterium Ruthenicum in 8°. Vilnæ 1581. in 32. 1629.

Idem cum Novo Testamento editum, in folio, *absque anno & loco. Sanbertus in prolegomenis ad varias lectiones S. Matthæi pag.* 48. *V. infra Novum Testamentum.*

Psalmi eo ordine quo canuntur ab Ec-

clesia editi; 8°. *Extant in Bibl. Bodleiana inter mss. codices cod.* 344.

Iidem cum Novo Testamento excusi, in 8°. Vilnæ 1623.

Psalterium Ruthenicum cum Breviario & canone Paschali, in 4°. Venetiis 1658.

Novum Testamentum ex Græco, linguâ & literis Moscoviticis impressum, ruditer ac sine ulla arte formis ligneis incisis imaginibus insignitum, præterea singulis Novi Testamenti libris præfatio ex Theophylacto aliisque Patribus Græcis ab initio adjuncta est, una cum Psalterio Davidis, in folio. *Absque anno & loco. Extat in Bibliothecâ Basileensi.*

« Tametsi verò Olearius *in itinere* » *Moscovit. c.9* (fide forsan aliorum) scri- » bat, Novum Testamentum Moscovitis » legi solitum, ex Latina Vulgata interpre- » tatione in sermonem Slavicum ac Russi- » cum translatum extare scriptum atque » typis impressum; versionem tamen in » nostris versatam manibus à Vulgata illa » multum abscedere pluribus observavi » locis, ut dubium mihi non sit, Græcum » Nov. Testam. textum à Græcis Chri- » stianis acceptum vernaculâ suâ, Sclavo- » nicâ, cujus dialectus est Moscovitica, » transtulisse Russos. » *Ita Sanbertus ibid. ut supra pag.* 49.

Novum Testamentum ex lingua Græca de novo translatum in idioma Rutheno-Slavonicum dialecto Moscoviticâ, studio Monachorum sanctæ Universitatis in cœnobio adventus SS. & vivifici Spiritûs, fraternitatis spiritualis Vilnensis, religionis Orthodoxæ Græcæ, *à quibus Theodorico. Sapieha Subcamerario Witpsceso ac Præfecto Ostriensi nuncupatum est. Præmittitur Psalterium Davidis & Cantica Veteris & Novi Testamenti, & ad calcem legitur Calendarium & lectiones Evangeliorum & Epistolarum juxta usum Græcorum*, 8°. Vilnæ 1623.

Novum Testamentum Russicum, Interprete Ernesto Glück, 8°. Moscuæ 1702.

« Non dubito (*inquit Clariss. Unger* » *in suis Epistolis*) quin versio sit Ernesti » Glückii Præpositi Livoniensis, qui post » expugnatam Narvam captivus Mos- » cuum deductus paulò post Russorum Im- » peratori 6000. Imperialium annuo sa- » lario, suam addixit operam, ut illustrem » juventutem Russicam in bonis artibus » institueret, & libros nonnullos eximios » veteres atque recentiores in linguam » Russicam ex aliis idiomatibus converte- » ret. Initium hujus laboris à Novi Te- » stamenti translatione factum est. »

Quatuor Evangelia linguâ & litteris

A Moscoviticis cum Præfatione Theophylacti Archiepiscopi *in folio impressa. Extant in Biblioth. Bodleiana cod.* 2043. *catalogi mss. codd. & in Bibl. Colbertina.*

Eadem cum præfatione ejusdem. *Cujus exemplaris hæc est inscriptio* : Ad gloriam Dei Patris, Filii & Spiritûs sancti, impressum est hoc Evangelium in Typographia Imperiali magnæ Urbis Moscuæ, jussu Christianissimi magni Domini nostri Imperatoris, magnique Ducis Petri Alexiovits, totius Russiæ magnæ,
B parvæ, albæque Monarchæ : Benedicente in statu spirituali Patre ejus, rogante tam pro eo quàm pro populo Salvatorem nostrum, Magno, Domino, sanctissimo Kyr Andriani Archiepiscopo Moschoviensi totius Russiæ & omnium Australium partium Patriarcha : vivente Generosissimo Domino nostro Principe & Magno Duce Alexio Petrovits. Anno creationis Mundi 7207. hoc est Incarnationis Verbi Dei 1698. Indictione 7. mense Decembri, in folio maximo. *Extat illud Exemplar in Biblio-*
C *theca publica Parisiensi dicta Sancti Caroli apud P.P. Congregationis Doctrinæ Christianæ.*

SECTIO QUINTA.

BIBLIA SLAVICA,

Dialectûs Carniolanæ, Croaticæ, Venedicæ, Sorabicæ & Vandalicæ.

« UNgnadius Sonnekius Biblia in lin-
D guam Turcicam & Croaticam con- « verti curavit. » *Jac. Aug. Thuanus lib.* 36. *Hist. ad an* 1565.

Biblia Slavonica, Dalmatina seu Vendica, aut Vandalica seu Illyrica, literis Latinis, Interprete Georgio Dalmatino, cum ejus prolixa præfatione idiomate Germanico scripta, auspiciis atque sumptibus Ordinum Carniolanorum Augustanæ confessionis litteris latinis sacrorum Bibliorum partem priorem h. e. Vetus Testam. interpretatus est Georg. Dalmatinus; & Novum Te-
E stam. Primus Truberus. *Abr. Frencelius in monito præfixo libris de origin. linguæ Sorabicæ*) in folio. Wittembergæ, hæredum Joannis Krafftii 1584.

In hac præfatione testatur Dalmatinus, « Se jussu Superiorum, *quibus etiam hæc* » *Biblia inscripsit*, universam Scripturam « sacram in vero timore Domini & quo- « tidiana invocatione Dei cum è fontibus « linguarum originalium & Interpretibus « aliis, tum è Lutheri accurata & ubivis « celebrata versione in linguam suam pa- «

„ triæ & omnium commodo transcripsisse A „ & transtulisse. *Addit porrò*, Licet lin- „ gua Carniolana quam ceu ipsemet Car- „ niolanus respexerit imprimis idiotismis „ suis à reliquis dialectis Vandalicis quo- „ dammodo abeat, se tamen ratione Or- „ thographiæ, imprimis addendo voces „ nonnullas ad marginem asteriscis nota- „ tas & in indice dedisse operam ut non „ tantùm in Carniolanam inferioris Sty- „ riæ & Carinthiæ regionibus, verùm e- „ tiam in Provinciis Vandalicis aliis atque „ vicinis hæc interpretatio legi posset, & B „ cum fructu adhiberi. *Habuit hic Dalma- „ tinus operarum socium Adamum Bohoritz, „ sibi tamen soli versionem Bibliorum in me- „ morata præfatione tribuit.* In eadem nar- „ rat Primum Truberum Novum Testa- „ mentum & Psalmos lingua Vandalica „ scriptos typis curasse exprimendos; se „ verò ante paucos annos Pentateuchum, „ Proverbia Salomonis & Ecclesiasticum „ in linguam Vandalicam traductos emi- „ sisse in lucem. » *Hæc ad me transmisit Clariss. Polyc. Lyserus.*

Eadem in 4°. 1596. *forsan Bohemica.* C

Eadem usque ad I. Regum. V. *Biblia Polyglotta* 1599.

Biblia Vandalicè seu Slavicè jussu Friderici Guillelmi Electoris Brandeburgici conversa & edita. *Jacobus Tollius in Epistola 2. Itineraria pag. 42. verba faciens de Vandalis, qui Slavonicâ nunc utuntur linguâ, ipsamet Electoris Brandeburgici ipsum alloquutis verba refert:* « Biblia porrò verti in eorum linguam, „ edique se curasse, aiebat optimus Ele- „ ctur. »

Biblia Prutbenicè seu linguâ veteri D Pruthenorum ejusdem jussu reddita, non-dum forsan in lucem emissa. *Idem Tollius ib. hæc addit:* « Præter hos, *sc. Vanda-* „ *los*, & Pruthenos veros *seu Borussos*, pris- „ cæque originis, inter subjectos se nume- „ rare, & eorum quoque linguâ exprimi „ Biblia curasse narrabat *idem Elector. Hen-* „ *ninius in annotat. ad hanc epistolam scri-* „ *bit pag. 53.* hoc idioma Borussorum ve- „ rum diversissimum esse à Germanico „ quo utuntur aliàs cæteri incolæ. »

Pentateuchus Vandalicè Interprete Georgio Dalmatino, literis latinis Lu- E blini 1578.

Psalmi Croaticè ex versione Primi Truberi, 4°. Tubingæ 1566.

Psalmi septem Pœnitentiales linguâ Vendica seu Sorabica aut Slava Lusatorum (*quâ utuntur Pagani in vicis Lusatiæ*,) Interprete quodam Pastore Porschwicensi, editi post annum 1574. † *Act. Erud. Lips.* 1693. *p.* 305. *Frencelius ibidem ut supra.*

Novum Testamentum Vandalicâ seu Slavicâ linguâ. V. *Idem Polyglotton F.*

Novum Testamentum Croaticum. *Biblioth. Electoralis Dresdensis. Struvius cap. 4. Introduct. ad Hist. rei litterariæ §. 6.*

Novum Testamentum linguâ Harvatschim seu Croaticâ, characteribus Cyrillianis, ex Græco fonte expressum. Interprete Primo Trubero cum ejus præfatione Germanica Maximiliano Regi Bohemiæ, &c. nuncupata, in 4°. Tubingæ, Georgii Gruppenbachii 1553.

Ex præfatione. « Populi qui Croatiam, « Dalmatiam, Bosniam, Serviam & Bul- « gariam incolunt, huc usque nec omnes « sacræ Scripturæ libros, nec catechis- « mum in linguam suam conversos habue- « runt; Missali, Breviario, aliisque libris « Liturgicis duntaxat utebantur. »

Idem in 4°. Tubingæ Raysti 1557. *Hæc editio sub nomine Novi Testamenti Slavonici etiam laudatur.*

Novum Testamentum Croaticum literis Cyrillianis, dedicatum Wolfgango Comiti Palatino Rheni, Interpretibus Primo Trubero, Antonio Dalmata, & Stephano Consule Istriæ, liberalitate Baronis Joannis Ungnadii ab Sonneneck editum, in 4°. Tubingæ 4. Martii 1563.

Idem nuncupatum Alberto Marchioni Brandeburgico, 2. vol. 4°. Ibidem 1565. *Utrumque hoc exemplar solâ dedicatione differt.*

Idem ex eadem versione 2. vol. in 8°. Ibidem 1577.

Idem ex eadem versione ejusdem opera recusum literis tum Glagolicis, tum etiam Cyrulicis 2. vol. 4°. Ibidem 1581.

Novum Testamentum Croaticè characteribus Glagolicis 4°. Tubingæ *sine anno. Extat in Bibl. Cæsarea Vindobonensi.*

Quatuor Evangelia Croaticè, iisdem characteribus, 4°. *sine anno: extant ibid.*

Evangelium Matthæi & Marci, linguâ Sorabicâ seu Venedicâ, Interprete Michaële Frencelio. Budissinæ 1670.

Epistolæ Pauli ad Romanos & ad Galatas, eâdem linguâ, ex ejusdem versione, in 8° Ibidem 1693.

Evangelia pro Dominicis & Festis diebus, Croaticè per Primum Truberum, Antonium Dalmatam & Stephanum Consulem Histriæ, 4°. Tragurii, 1562.

Epistolæ & Evangelia per annum Croaticè, fol. Venetiis 1586.

Epistolæ & Evangelia, Lusaticâ linguâ, jussu speciali Statuum Superioris Lusatiæ, interpretibus Paulo Prætorio, Tobia Zschuderly, Joan Christophoro

Crügero, Georgio Matthæi, & Michaële Ræzio, in 8°. Budissinæ 1695.



ARTICULUS VII.

BIBLIA

Aliis linguis Europæis, diversis à præcedentibus, expressa.

SECTIO PRIMA.

BIBLIA ISLANDICA seu RUNICA.

Biblia Islandica manuscripta ante annos 364. ut refert Petrus Undalensis Danus. *Arngrimus Jonas p. 118. speciminis Islandiæ historici Amstelodami anno 1643. editi.*

Biblia Islandica juxta versionem Germanicam Lutheri, Interpretibus Gutbrando Thorlacio & aliis jussu Friderici II. Daniæ Regis, fol. Hollumii Islandorum 1584.

« De Bibliorum Islandicorum versio» ne illud velim D. Pastorem admonuisse, » Interpretes (qui fortè multi fuerunt) » non ad unguem aliquando secutos esse » Martini (*Lutheri*) translationem, ita » ut verbum verbo respondeat, in toto » illo Biblico opere, sed aliquando Lati» nam versionem. « *Gutbrandus Thorlacius (qui cùm fuerit ex eorum numero, id asserere potuit) in epist. ad Jo. m. Heimichium pag.* 100. *libelli Epist. de Bibliis Elianis anno* 1604. *Norimbergæ editi.*

Eadem, versibus distincta, *& à priori versione juxta Kortholtum in aliquibus discrepantia* 2. *vol.* fol. Holæ Islandorum 1637. 1644. *una e demque est editio.*

Initium capitis primi Geneseos linguâ Islandicâ ex Bibliis quæ hac lingua edita sunt. Holæ in Islandia anno 1580. (fortè 1584.) *Apud Bonav. Vulcanium de literis & lingua Getarum pag.* 99.

Liber Psalmorum Islandicè, 8°. Holæ 1619.

Novum Testam. Islandicè, Thorlaci, 8°. Ibidem 1610.

IV. Evangelia lingua Norræna sive Islandica. V. *Eadem Polyglotta* 1671.

SECTIO SECUNDA.

BIBLIA BRITANNICA seu Wallica aut Cambrica.

Pentateuchus Mosis Cambricè. *Hunc codicem mss. vidisse se testatur Richardus Meravensis in Epistola sua præfixa* Novo *Testamento in hac lingua excuso anno* 1567.

Biblia Wallica, Vetus & Novum Testamentum & Apochrypha. Hæc partim interpretatus est, partim etiam recensuit Wilhelmus Morganus, DD. Vicarius de Llan Rhaiadrym Mochnan, postea Landavensis, & deinceps Asaphensis Episcopus: auxiliantibus aliis tanto operi non imparibus; cum præfatione ejusdem Latina, Elisabethæ Anglorum Reginæ dicata, fol. Londini, typis Christ. Barker 1588.

Ex præfatione « Quam piam curam « vestrorum Britannorum habuit V. M. « hoc unum quod sacrosancti DEI verbi « instrumenta utraque, Vetus scilicet & « Novum..... in sermonem Britannicum « verti non modo benignè permiserit, sed « summorum inclytissimi hujus regni Co- « mitiorum authoritate sollicitè sancierit, « semper contestari valet..... Liturgiam « cum Novo Testamento duntaxat Reve- « rendus ille Pater Richardus Davies Me- « nuensis Episcopus (auxiliante Guillelmo « Salesburio) annis abhinc viginti Britanni- « cè interpretatus est... Quum igitur reli- « quarum Scripturarum interpretationem « in linguam Britannicam necessariam esse « viderem, piorum precibus acquiescens, « ut hoc opus aggrederer, memet exora- « ri passus sum. Quod cùm vix aggressus « essem, & rei difficultate & impensarum « magnitudine pressus succubuissem, & « solum Pentateuchum ad prelum per- « duxissem, nisi Cantuariensis Archiepis- « copus, ut progrederer, adjuvisset libe- « ralitate, authoritate & consilio. Cujus « ad exemplum alii boni viri opem mihi « maximam tulerunt. Quorum hortatu, « industria atque labore motus, fultus & « adjutus sæpe, quum non modo Vetus « Testamentum totum interpretatus sim, « sed Novum etiam in emendata quadam « scribendi ratione repurgaverim... Rev. « Patres Asaphensis & Bangoriensis Epis- « copi opus istud examinare, perpendere, « atque approbare dignati sunt. Opem « tulerunt Gabriel Goodman, David Po- « welus, Edmundus Pricæus, & Richar- « dus Vachanus, &c. »

Biblia Wallica *ex Guillelmi Morgan & Richardi Davies interpretatione recognita prorsus à Richardo Parrao Episcopo Asaphensi*, cum ejus epistola Latina Deo & Jacobo I. Anglorum Regi nuncupata & Epistola Guillelmi Morgan, in folio. Londini, Joannis Bill. 1620.

Ex Epistola dedicatoria. « Nihil in se « dignius DEO & Regi ut rebar gratius, « Britannis ad salutem accomodatius me « facere posse credidi, quàm si id pro vi- «

» rili conarer in Britannica Bibliorum versione, quod feliciter factum est in Anglicana..... pio Rever. Prædecessorum exemplo adductus, viz. Richardi Davies primò Asaphensis, postea Menuensis Episcopi, qui auxiliante Guillelmo Salesburio Novum Testamentum; & Guillelmi Morgani Asaphensis nuper Episcopi, qui sacra Biblia sermone Britannico in lucem edidit; ad illorum translationes, novissimam præsertim manus movi, atque ubi opus videbatur, tanquam vetus ædificium, nova cura instaurare cœpi.... Ego certè quædam cum prædecessoris laude retinui, quædam mutavi, atque sic compegi, ut & hîc sit [illegible], & ut dictu sit difficile num vetus an nova, Morgani an mea, dicenda sit versio. »

« In ultima hac & emendata Bibliorum versione Britannica Joan. Davies D D. Cambro-Britannus Dictionarii & Grammaticæ eruditus auctor perutilem impendit operam. » *M. Wilams.*

Eadem, in 8°. Londini 1630. 1638. 1654. 1672. 1677. † 1689. fol. Oxonii 1690. 8°. Londini 1718.

Geneseos capitis primi initium linguâ Cambricâ seu Wallicâ, ex Bibliis quæ Cimbricâ linguâ excusa sunt Londini anno 1558. (vel potiùs 1588.) *Apud Bonav. Vulcanium pag. 97. de litteris & lingua Getarum.*

Psalmi unà cum Epistolis & Evangeliis Dominicalibus & ferialibus Cambricè editi cum libro communium precum, in folio Londini 1567. in 4°. Londini 1586.

Psalmi Cambricè 8°. Lond. 1588. 1672.

Novum Testamentum Wallicè, Interprete Guillelmo Salesburio, D.R.D. M. (id est, Domino Richardo Davies Menuensi) & T.H.C.M. cum duplici præfatione, una Anglica Guillelmi Salesburii ad Elizabetham Reginam, altera Richardi Episcopi S. Davidis ad Cambro-Britannos, in 4°. Lond Henrici Denham 1567. in 12. Londini 1647.

Novum Testamentum ex veteri lingua Anglica (sive Cambrica) in 8°. Londini Knaploek 1706.

Oratio Dominica & Decalogus, publici juris fecit Joan. Pricæus, in 4°. 1546.

Epistolæ & Evangelia Dominicalia & ferialia, Interprete Joanne Salesburio, in 4°. Londini 1551.

SECTIO TERTIA.

BIBLIA HIBERNICA.

Biblia in Hibernicam linguam translata. Extat msc. vetus in Hibernia *in Bibliotheca Dudlei Loftusii cod.* 104 *n.* 953. *catalogi editi.*

Biblia in linguam Insulæ Sodorensis (sive Mannæ) prope Angliam translata à Joanne Philips Episcopo Sodorensi, *qui obiit* 1633. *Wittenii Biographium historicum ad annum* 1633.

Lingua qua utuntur Incolæ Insulæ Sodorensis ea est ipsa dialectus Hibernica.

Vetus Testamentum versum à King Hiberno & recognitum à Guillelmo Bedell Episcopo Kilmoriensi, 2. vol. fol. tomus 1. *in Bibl. Naressii Archiepiscopi Dublinensis post Armachani cod.* 314. *n.* 1987. tomus 2. *in Bibl. Collegii S. Trinitatis Dublinensis num.* 849.

Psalterium characteribus Hibernicis vetustissimis cum cantico Mosis, Hannæ & trium Puerorum. Codex iste fuisse dicitur Oswini Regis *Bibliotheca Cottoniana pag.* 61. Idem *Ibidem pag.* 103. Idem antiquum & pulchrè scriptum. *Biblioth. Dudlei Loftusii cod.* 78. *num.* 927.

« Richardus Fitz-Ralph seu Radulphus Archiepiscopus Armachanus Novum Christi Testamentum in Hibernico sermone (à se fortassis translatum *inquit Joan. Balæus*) anno uno aut altero ante suam mortem (*obiit* 1360.) in quodam Ecclesiæ suæ muro occultavit.... & repertus est ille liber circa annum à nato Servatore 1530. in reparatione ejus Ecclesiæ. » *Joan. Balæus cent.* 14. *de Script. Britanniæ cap.* 97.

« Joan. Foxus *pag.* 381. *Act. Martyrum Londini* 1596. Richardum censet authorem translationis Bibliorum in linguam Hibernicam: quorum vetusta exemplaria à se conspecta esse Angli quidam probatæ fidei homines eidem confirmarunt. Hujusmodi fragmenta in Hibernia passim extant. » *Jacobus Usserius hist. dogmat. de sacris vernaculis ad an.* 1358. *pag.* 156.

Novum Testamentum Hibernicè ex versione Jo. Kernæi *qui obiit an.* 1600. *Waræus de Script. Hiberniæ pag.* 86. *cap.* 12. *lib.* 1. « Joannes Kernæus (*ait*) Novum Testamentum Hibernicè reddidit, quod msc. extat, » *in quo loco, nullus indicat.*

Evangelia SS. Matthæi & Marci Hibernicè. *Bibl. Stonensis Londini, Joan. Crowæus in Elencho Script. in S. Scripturam.*

Biblia seu Veteris Testamenti libri qui sunt in Canone Hebræo, *sermone Hibernico & charactere Anglo-Saxonico, ex versione King recognitâ à Guillelmo Bedell Kilmoriensi Episcopo, cujus curâ & di-*

ligentiâ juxta præcedentes codices edita est, impensis Roberti Boyle Equitis aurati, in 4°. Londini 1685.

« Statuerat *Guill. Bedell* Bibliorum Hibernicorum copiam facere hujus regni » incolis, ac hinc licet neminem indipisci » posset, qui præter hunc sermonem, Hebraicum etiam calleret, Hibernum tamen quemdam, *King* dictum, qui exactè simul linguam Anglicanam noverat, » incitavit, ut sacrum codicem ex Anglica saltem versione Hibernicè redderet. » Interpretationem inde partam Bedellus » posteà studiosè recensendam sibi sumpsit, collatis insimul cum Anglica versione textu Hebraico, 70. Interpretibus » & translatione Hal. Diodati. Exemplar » istius translationis sumptibus Dn. Boyle » sub prelo sudare narratur. » *Acta Erud. Lips. anni* 1686. *pag.* 242. *ex vita Guill. Bedell.*

« Nicolaus Walsheus Episcopus Ossoriensis Novum Testamentum in sermonem Hibernicum convertere aggressus » est circa annum 1573. Id quod postea è » Græco præstitit Guillelmus Daniel S. » T. D. nunc Archiepiscopus Thuamensis. » Conatum Walshei cædes execranda » præcidit. » *Jac. Waræus lib. 1. de script. Hibernia cap.* 12.

Biblia eadem in 8°. Londini 1690.

Novum Testamentum ex Græco, sermone Hibernico & literis Anglo-Saxonicis per Guillelmum Danielem cum ejus Epistola Anglica Jacobo I. Anglorum Regi nuncupata, auspiciis Wilhelmi Usserii Equitis aurati 4°. Dublini Guill. Viserr 1602.

Idem ex eadem versione, studio & impensis Rob. Boyle, literis Anglo Saxonicis, 4°. Londini, Eberingrham 1681.

Biblia integra (*absque libris deuterocanonicis*) ex eadem versione literis Romanis, 8°. Londini Caroli Bill 1689-90.

SECTIO QUARTA.

BIBLIA CANTABRICA.

Biblia Cantabrica seu veteri lingua Hispana *penès Jos. Scaligerum fuisse testatur liber inscriptus* Scaligerana *sub nomine* Basques: *forsan Nov. Testamentum hàc linguâ editum indicare voluit: libellus enim iste non semper accuratus est: v. g. sub nomine* Samaritains *refert* Scaligerum habuisse Biblia Samaritana, *hoc nomine denotans Chronica Samaritanorum quæ ex ejus legato nunc extant in Bibliotheca Leidensi. Item titulo* Biblia, de Græca Nov. Test. editione Romæ mandato Sixti V. adornata *verba facit*, eamque censet optimam, *cùm vetus duntaxat Testamentum summus ille Pontifex in typographia Vaticana edendum mandaverit. Addit ibidem*: Habui Biblia Hispanica à Judæis versa; est optima translatio..... Hispanica versio, quæ excusa est Genevæ, ex Ferrariensi desumpta est. *Bis peccat Scaliger in his verbis; non valgò versionem hanc Ferrariensem ut optimam habent viri eruditi, scabra namque est admodum & ineptè superstitiosa; deinde utramque editionem sanè Scaliger inter se non contulerat, cum asserit eam quæ anno* 1569. *excusa est Genevæ aut alibi (locus enim non indicatur) ex Ferrariensi originem ducere, quippe quæ minus cum Ferrariensi quàm Gallica cum Latina convenit.*

« Est autem Cantabrica lingua (inquit « Bonav. Vulcanius pag. 89. de literis & « lingua Getarum sive Gothorum) quæ « hodie Vizcayana sive Vasconica vocatur, nunc vero vulgò Bazque sive Bazcuena appellatur. Cujus usus hodiè est « non in Vizcaya tantùm, verùm etiam in « finitimis ei & circumjacentibus provinciis Alaba, Guipuscoa, Navarræ « etiam regno & Bearnensi ditioni. Quam « quidem linguam plerique veterem Hispanam fuisse arbitrantur. »

Novum Testamentum Cantabricè linguâ seu Lampurdensi (*vulgò des Basques*) interprete Joanne de Licarrague de Briscous, authoritate & sumptibus Joannæ d'Albret Navarræ Reginæ typis excusum, eique dicatum in 8°. Rupellæ Petri Haultin 1571.

SECTIO QUINTA.

BIBLIA HUNGARICA.

Inter notas linguas de duabus Hungarica & Finnonica dicam (*inquit* « *Stiernhielmius præfat. in Evangelia Gothica*) quarum originem nemo adhuc « aperire potuit; nec enim ad Sclavonicam, « nec ad ullam aliam nobis notam referri possunt. Hoc quod maximè miror est « quod in Lexico Ungarico Molnari bene « multa vocabula Ungarica invenerim « Finnis communia, nationibus toto cœlo « dissitis. In Finnonica incredibile est « quàm multæ voces Græcæ reperiantur. « Unde mihi orta est suspicio gentem « Finnonicam ex gente aliqua Græcis commixta jam olim multis abhinc annis originem traxisse, hinc Finnonica « dialectus, Esthonica, & Lapponica. » *Hæc ille.*

Biblia Veteris Testamenti Hungaricè ex versione Stephani Szanti *qui obiit* 1612. *Sotuel.*

« Stephanus Arator genuino nomine A
» *Szanto* Testamentum vetus ex collatione
» Hebraici, Græci, Latinique textûs inter-
» pretatus est, sed hæc versio hactenus lu-
» cem non vidit. » *Czwittingerus p. 23. & 24. speciminis Ungariæ litteratæ.*

Biblia Hungarica juxta Latin. edit. Vulgatam ex versione Georgii Kaldi, S. J. fol. Coloniæ & Viennæ Austriæ 1626.

Eadem ex fontibus transfusa per Casparum Caroli, 4°. Hanoviæ, Levini Hulzii 1608. in 8°. Oppenheimii 1612.

Eadem secundâ curâ in lucem edita ab B Alberto Molnar, fol. Francofurti 1608.

Biblia Hungarica, accurantibus Professoribus Gymnasii Varadini typis Abrahami Kerties Szentziensis 1654.

Biblia Hungarica cum Psalmis, in 8°. Amstelodami curis & sumptibus Nicolai Mirzalschusi. *absque anno.*

Laudatur à D. Wilkins.

Biblia Hungarica, in 8°. Amstelodami, Nicolai Kis Mortoni Tot-Sulii, Ungari 1686.

Biblia Hungarica 8°. Herbornæ 1686. C

Biblia Hungarica in 4°. Casellis (vel potiùs Norimbergæ) Endteri. 1704.

Psalmi Hungaricè, in 12. Herbornæ 1607. Amstelodami 1650. in 8°. & in 12. Amstelodami 1686.

Novum Testamentum, 4°. Viennæ, Slainhoffer 1574.

Novum Testamentum ex versione Casparis Caroli, 12. Ibidem, Joan. Jansonius 1646.

Quatuor Evangelia, Interprete Gabriele Pannonio Pestino, 8°. Viennæ, D Singrenii 1536.

Quatuor Evangelia, Epistolæ Pauli & Apocalypsis S. Joannis Hungaricè, in 4°. Novæ Insulæ, Benedicti Abadi 1541.

Quatuor Evangelia & Acta Apostolorum Hungaricè reddita à Joanne Sylvestro Ferdinandi Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ Regis filiis Maximiliano & Ferdinando inscripta anno 1541. *Extat ms. hic codex librorum historicorum novi Fœderis penès Matthæum Belium, ut ipse testatur pag. 66* exercitationis de vetere litteratura Hunno-Scythica in E 4°. Lipsiæ 1718.

Epistolæ S. Pauli, 8°. Cracoviæ, Viel 1533.

SECTIO SEXTA.

BIBLIA LITHUANICA, LETTICA & Esthonica, Finnica & Lapponica.

Biblia Lithuanica ex versione Samuelis Boguslai Chylinski. Londini 1660.

Biblia in linguam Letticam & Esthonicam conversa à Gosekenio operâ & directione Joannis Fischeri jussu Caroli XI. Regis Sueciæ, in 4°. Rigæ Livonum, typis Joannis Georgii Wilcke 1689.

Nov. Test. Letticè, & Esthonicè, operâ Joannis Fischeri auspiciis Caroli XI. Regis Sueciæ, in 4°. Ibidem 1685. 1686. In 4°. Regiomonte 1701.

Biblia Finnica, interprete Æschillo Petræo, edita cura & studio Martini Stodii, Gregorii Matthæi filii & Henrici Hoffman Professorum Academiæ Aboensis, Christinæ Reginæ dicata, in folio, Holmiæ, H. Keyser 1642.

« Martinus Stodius linguarum Orien- «
talium Professor in Academia Aboensi, «
in interpretatione & translatione in lin- «
guam Finnonicam sociatam operam «
præstitit Eschillo Petræo, unà cum «
Georgio Matthæi Pastore Pukensi, & «
Henrico Hoffman, Pastore Maschoen- «
si. » *Schefferus p. 318. de Script. Suecicis.*

Biblia Finnonicè denuo versa ab Henrico Florino, 4°. Aboæ 1685.

Novum Testamentum & Psalterium Finnicè ex versione Michaëlis Agricolæ, in 4°. Holmiæ 1548.

Manuale lingua Lapponica, scilicet Psalterium, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Siracides, Evangelia & Epistolæ Dominicales, ex versione Joannis Tornæi, 8°. Holmiæ, H. Keyser 1648.

Pericopæ Evangeliorum & Epistolarum Dominicalium & Festivalium, lingua Lapponica ab Olao Stephano Graanio reddita. V. *ejus Manuale Lapponicum*, in 8°. Holmiæ, Nicolai Wankif. 1669.

« Manuale Lapponicum (*inquit Errikus Benzelius in Epist. hoc anno ad me* «
scripta) bis prodiit; sed dialecto diver- «
sa. Joannes Jona Tornæus Lapponicè «
vertit Manuale Suecicum, & in eodem «
hos quidem libros sacri codicis, Psal- «
terium Davidis, Proverbia Salomonis «
& Ecclesiasten atque Ecclesiasticum: «
prodiit Stokholmiæ 1648. per Henr. «
Keyser, in 8°. sed utut id egerit, ut à «
singulis Lapponum intelligi posset, dia- «
lectos subinde miscendo, vix tamen, «
quod speraverat, obtinuit; nam reliqui «
Lappones dialectum ei vernaculam, i. «
e. Tornensem (& quæ Finnorum, ut ii «
ipsi situ terræ & perpetuis commerciis «
proximi simillima est) prorsus non intel- «
ligunt. Hinc Olaus Stephani Graa- «
nius edidit Manuale Lapponicum, Stoc- «
kholmiæ anno 1669. apud Nicolaum «
Wankif, idque dialecto merè Lappo- «
nica, sed librorum sacrorum nullus ei «

» insertus est, pericopæ tantum Evange-
» liorum & Epistolarum Dominicalium &
» Festivalium, &c. »

Evangelia & Epistolæ, item Passionis, Resurrectionis & Ascensionis Christi Historia Lettice. V. *Liber Letticus Ecclesiastico-Scholastico-Domesticus in gratiam Letticarum Ecclesiarum quæ sunt in Livonia atque Curlandia evulgatus* Rigæ, è typographia Nolleriana 1703.

Evangelia in linguam Lotavicam cujus in Livonia usus est, à Georgio Elger translata. *Alegambe de script. societ. Jesu.*

ARTICULUS VIII.

BIBLIA LINGUIS

Americanis.

PRoverbia Salomonis, aliaque multa fragmenta sacræ Scripturæ in linguam Mexicanam translata à Ludovico Rodrigues. *Wadingus de Scriptoribus Ord. Min.*

Epistolæ & Evangelia in linguam Mexicanam versa à Didaco de S. Maria *qui obiit* 1579. *De Altamura Biblioth. Dominicana.*

Eadem translata in linguam Mixtecam, quæ vulgaris est in nova Hispania per Benedictum Ferdinandum *qui claruit* 1568. *Nicol. Antonius Bib. bibl. Hispana.*

Eadem in idioma, quod est in usu apud Indos Occidentales, translata per Arnaldum à Basaccio. *Wadingus ibidem.*

« Biblia in linguam Brasilianam con-
» versa, à quodam Anglo Ministro. »

« Jesuitæ quoddam alphabetum &
» orthographiam ad usum Brasiliensium
» adinvenerunt. Tum Batavi devictis Lu-
» sitanis, regionem, quæ vulgo le Recif
» dicitur (sitam in plaga Orientali Ameri-
» cæ Meridionalis) occuparunt, adduxe-
» runtque illuc ex Batavia Ministros, quo-
» rum unus erat natione Anglus, quique
» annos sex natus in Brasiliam ut hujus re-
» gionis linguam addisceret transvectus fue-
» rat. Is Brasilianam Veteris & Novi Testa-
» menti versionem in gratiam hujus gen-
» tis, quæ fuit illi acceptissima convertit. »
p. 204. *libri cui titulus*, Histoire des guerres du Bresil en 1648. in 8°. Paris. 1650.

Biblia in linguam Indicam edita Bostoni in nova Anglia. *Jac. Bernard. art.* 8. *Novorum Literar.* 1700. *pag.* 585.

Biblia (seu libri qui sunt in Canone Hebræo) in linguam Indicam seu Virginianam translata à Joanne Eliot Carolo II. Magnæ Britanniæ Regi nuncupata, in 4°. Cantabrigiæ in nova Anglia, typis Samuelis Green 1663. *Item* Novum Testamentum ex ejusdem versione, in 4°. 1661.

Eadem ex ejusdem versione, *ut fert titulus, editio a præcedente diversa*, in 4°. Ibidem 1685.

Novum Testamentum lingua Indica 12. Londini, Matthæi Symmons 1646.

Novum Testamentum Indicum. V. *Idem Polyglotton E.*

ARTICULUS IX.

CONCORDIÆ EVANGELICÆ

Ex ipso Evangeliorum textu concinnatæ & alphabetico Auctorum nomine dispositæ.

L*Ucubrationes quæ hoc nomine insigniuntur, hic etiam referre placuit, sunt enim ex ipsis Evangelistarum verbis, licet non eodem ordine, confecta. Cùm autem omnes manu non triverim, facilè mihi condonabitur, si quasdam adjiciam non ipsum Evangelii textum referentes.*

Novum opus seu Harmonia quatuor Evangeliorum, Græcè. *Parisiis, Bibl. Memmiana.*

Concordia Evangelistarum Græca. Codex bonæ notæ quingentorum aut sexcentorum annorum, juxta Joh. Mabillon. *Parisiis, Bibl. Achillis de Harlay Senatus Parisiensis nuperi Principis.*

Harmonia quatuor Evangelistarum, Persicè; liber complectens seriem narrationum omnium quas scripserunt quatuor Evangelistæ, juxta ordinem vitæ D. N. J. C. absque ulla additione vel detractione; præmittitur docta præfatio. Scriptus fuit hic codex feria 2. die 21. Mensis Tisrin secundo, à creatione Adami anno 6923. Æra Alexandri Magni 1859. Æra Christiana 1550. Æra Mohammedana seu Hegiræ an. 954. regnante Imperatore Soltano Solymano Magno, per pauperem peccatorem & servum servorum Sacerdotem Ibrahim filium Diaconi Abdullah ex civitate Asankiaf in Assyria Christiano Soriano Jacobita. *Florentiæ Bibl. Medicæ Palatina cod.* 16. *D'Herbelot in Catalogo msc.*

Concordia quatuor Evangelistarum cum commentario. *Bibl. Ecclesiarum Angliæ cod.* 1343.

Evangelia Harmonicè disposita & explicata. *Ibidem cod.* 289.

Liber

Liber oblongus, *Ormulum* inscriptus, continens Harmoniam historiæ Evangelicæ Latinè cum commentario linguâ Scoticâ. *Ibidem cod.* 5113.

Plenarius sive Harmonia Evangeliorum jussu Ludovici Pii Imperatoris conscripta, *Germanicè. Lipsiæ Bibl. Paulina. Fellerus pag.* 79.

Vita seu Evangelium J. C. ex quatuor Evangelistis. Francofurti 1594.

Monotessaron seu historiæ Evangelicæ libri sex, 4°. Lipsiæ.

Historia passionis & resurrectionis J. C. *Gr. Lat.* 8°. Lipsiæ 1557.

Anonymi Angli Harmonia Evangelistarum Anglicè ex Biblioth. Jac. Usserii Armachani protracta, & in Germanicum sermonem translata à Christiano Knorrio à Rosenroth, 8°. Francofurti 1672. Eadem cum præfatione Augusti Hermanni Franckii, 8°. Halæ Saxonum, 1700.

† « In hac Harmonia laudandum, quòd „ Chronologiam habeat præfixam, & in „ tralatione Germanica non textus saltem „ adhibeatur ex versione Lutheri; sed & „ Anglica versio in nostrum idioma con„ versa, aliis tamen litteris repræsentetur; „ tum quòd eruditissimæ ad textum sacrum „ adjectæ sint annotationes, eundem mul„ tis in locis insigniter illustrantes, licet „ eædem per omnia omnibus vix sese ad„ probaturæ sint. » *Jo. Georg. Pritius in Introd. in lect. N. T. c.* 15.

Textus quatuor Evangelistarum historica serie concatenatus, sive vita & doctrina J. C. cum notis litteralibus in loca difficiliora, auctore anonymo Gallo, 12. Parisiis Moreau 1709.

Danielis AGRICOLÆ, Monotessaron passionis Christi, 4°. Basileæ 1614.

Erasmi ALBERI, Harmonia Evangeliorum. Roterodami.

Julii ALENI Dei Salvatoris vita, passio & mors ex 4. Evangelistis, Sinicè. *Sotuel.*

Joannis ALESII, Methodus Evangelii J. C. sive Harmonia IV. Evangelistarum, in 8°. Lichæ 1605.

Dion. AMELOTTE, Vita Christi aut unitas quatuor Evangelistarum, *Gallicè*, 12. Parisiis 1669. *Latinè*, Ibid. 1670.

AMMONII, *Saccæ dicti*, Harmonia, Canones & Capitula IV. Evangelistarum, Interprete Victore Capuano, (*qui eam Tatiano malè inscripsit*) studio Othomari Luscinii edita. Augustæ Vindelic. 1523. 4°. Moguntiæ 1524. 8°. Coloniæ 1532. Eadem in Orthodoxographis & in Bibl. PP. † Eadem ex recognitione Casp. Bruschii, 8°. Erfurti 1544. & in Micropresbytico in fol. Basileæ 1550. † Eadem *Gallicè*. 8°. Lugduni 1526. Eadem *Latinè & Danicè*, *Bibl. Cottoniana pag.* 33. Codex scriptus circa annum Christi 1020. tempore Canuti Angliæ & Daniæ Regis.

« Ammonio Alexandrino adscriptam « Harmoniam Evangelicam seu Evan- « gelicæ historiæ ex quatuor Evangelistis « perpetuo tenore continuatam narratio- « nem Latinè Othomarus Luscinius Au- « gustæ Vindelicorum anno 1523. luce pu- « blica donavit. Differt autem hæc Har- « monia à quatuor Evangeliorum conso- « nantia quæ Moguntiæ anno 1524. cum « Epist. nuncupatoria Michaëlis Memlerii « & præfatione Victoris Capuani prodiit, « & in titulo ab Ammonio Alexandrino « congesta, & à Victore Capuano transla- « ta dicitur. Posterior enim hac Evange- « liorum consonantia illa est quæ aliàs « Tatiani nomen præfixum habere solet, « etsi fortè rectiùs Ammonio Alexandrino « tribuatur. » *Thomas Ittigius p.* 30. *tract. de Biblioth. Patrum.*

« Ammoniana Harmonia exhibebat « integram historiam Evangelicam, ipsis- « simis Evangelistarum verbis conceptam; « adnexis ad marginem textûs cæterorum « Evangelistarum locis parallelis. Ope- « ris fundus erat Evangelium S. Matthæi, ut ex Eusebio discimus in epist. ad « Carpianum. Huic enim adjectas fuisse « ait ab Ammonio reliquorum ὁμοφώνους « seu ejusdem argumenti περικοπάς. » *Joannes Millius pag.* 63. *prolegom. in Nov. Test. Græcum.*

J. ANDRE', Historia J. C. sive Harmonia IV. Evangelistarum, in 12. Parisiis 1670.

Ant. ARNAULD, Historia & concordia Evangelica studio Theologi Parisiensis, in 12. Parisiis 1653. 1660. Lovanii 1675. 4°. editio 12. Antuerpiæ 1689. Eadem V. Biblia Gallica, fol. Bruxellis 1701. 1702. *Gallicè* 12. Parisiis 1669. Bruxellis 1676. Lugduni 1690. in 8°. Bruxellis 1700.

† *Jo.* AVENARII, Harmonia Evangel. seu vita Christi ex omnibus Evangelistis 12. Basileæ 1583. 1588.

Joan. BAAZII, Harmonia Evangelica, 4°. Calmariæ 1627.

Ludov. DE BAR, Passio J. C. ex IV. Evangelistis ordinatè contexta cum explicat. 8°. Romæ 1591.

Sebastiani BARRADII, Concordia Evangelica cum comment. 4. vol. fol. Conimbricæ 1599. & seq. Moguntiæ 1601. 1627. 4. vol. 4°. Venetiis 1606. 4. vol. Lugduni 1608. 1621. Antuerp. 1613. 1622.

Benj. BEAUPORT, Monotessaron Evangeliorum cum exposit. *Gallicè*, 8°. Parisiis 1552. 1560.

Thomæ BEAUXAMIS Evangelica Con-

cordia, seu historia cum comment. 4. vol. fol. Parisiis 1585. 3. vol. fol. Ibid. 1590. Lugduni 1593. Parisiis 1650.

Cæsaris Becilli, Connexio Evangeliorum in qua textûs ordine servato rerum gestarum series indicatur, 8°. Romæ 1625. 12. Parisiis 1631. & 1651.

Detlevis Beckmanni, Historia vitæ & gestorum J. C. ex IV. Evangelistis, Germanicè, 8°. Hamburgi 1684.

Laurentis Brancatii de Laurea, vita & opera Jesu Christi manu SS. Evangelistarum scripta, vel contextus Evangelicus uno quatuor Evangelistarum calamo sacram Jesu Christi describens historiam opus posthumum. in 12. Romæ 1695.

Gui'lelmi Branteghem, Jesu Christi vita, juxta quatuor Evangelistarum narrationes (ex versione D. Erasmi) 8°. Antuerpiæ, Matthæi Cromme 1537. 1541.

Ant. Broecwey, Breve Evangeliorum Moootessaron, 8°. Coloniæ 1539. 1542. 1550. Parisiis 1551.

Laurentii de Bruin, Harmonia Evangelistarum, (*ab initio Evangelii ad primum Christi pascha à Joanne annotatum*) *Belgicè*, 8°. Dordraci 1690.

Jo. Bugenhagii, Concordia Evangelica Historiæ passi Christi & glorificati 8°. Wittebergæ 1524.

Joan. Buissonii *aliàs* Rubi, Historia & Harmonia Evangelica seu vita J. C. ex IV. Evangelistis in unum historiæ corpus congesta, adjectis suis locis ordinis & consensus ratione, 8°. Duaci 1571. 1575. 12. Coloniæ 1572. 1608. 8°. Romæ 1575. Leodii 1593. 12. Parisiis 1608. 1609.

Henr. Bullingeri dispositio historiæ Evangelicæ per IV. Evangelistas in formam enchiridii redacta, in 8°. Tiguri 1557.

Henr. Buntingi, Harmonia Evangelistarum, *German.* fol. Magdeb. 1589. 1594. *Latinè*, fol. Ibid. 1591. *Suecice*, fol. Holmiæ 1617.

Georgii Calixti, Quatuor Evangelicorum Scriptorum Concordia, *ex ejus dictatis jussu authore edita*, 4°. Halberstadii 1624. Brunswici 1634. 1649. Goslariæ 1638. Helmstadii 1643. 1664.

Abrah. Calovii, Harmonia quatuor Evangelistarum, commentario in IV. Evangelistas præmissa. V. *ejus Biblia Vet. & Nov. Test. illustrata*, 4. vol. fol. Francofurti 1672-76. † Eadem Germanicè, 8°. Wittebergæ 1680.

Joannis Calvini, Harmonia SS. Matthæi, Marci & Lucæ cum comment. fol. Genevæ 1553. 1560. 1582. 1595. 1604. 1614. 1624. 8°. Ibid 1563. Eadem Gallicè, fol. Ibid. 1554. 1563. 1573. 4°. Ibid. 1561.

A *Jacobi* Capelli, Historia Christi ex IV. Evangelistis in Harmoniæ speciem digesta. V. *ejus operum catalogus.*

Francisci Carriere, Medulla Bibliorum, seu Concordia Evangelica, 16. Lugduni 1660.

Ludov. de Carriere, Concordia Evaogelica, iosertis in textu quibusdam vocibus, 2. vol. in 12. Remis, Godard 1711.

Matthæi à Castro, Epitome Concordiæ Jansenianæ, 8°. Antuerpiæ 1593.

B *Joan.* Charlier Gersonii, Monotessaron seu unum è IV. Evangeliis. in 8°. Coloniæ 1546. *& inter opera Gersonii.*

Mart. Chemnitii, Concordia Evangelica. V. *Joannis Gerhardi Concordia.*

Clementis Langthoniensis Monotessaron, seu Coocordia IV. Evangelistarum. *Oxonii, Biblioth. Universitatis cod.* 19. *Bibl. Collegii Mertonensis cod.* 707. *Bibl. Bodleiana cod.* 1172. 2045. 2333. *Cantabrigiæ Bibl. Aulæ Pembrochianæ cod.* 43. *n.* 1972. *Bibl. Ecclesiarum Angliæ cod.* 1314. 8245. *Romæ Biblioth. Cardinalis*

C *Ottoboni: Codex scriptus à trecentis annis, Anglicè à Jo. Wiclefo reddita, Bibl. Bodleiana cod.* 1279. *Biblioth. Norfolciana. In Galliis Bibl. Lyrana Diæcesis Ebroicensis.*

Joan. Clerici, Harmonia Evangelica, in qua uno conspectu 4. columnis verba Græca Evangelistarum iotegra conferuntur, addita Latina versione vulgata & editoris paraphrasi, fol. Amstelodami 1699. *Latine tantùm* 4°. Lugd. *seu potius* Altorfi Noricorum typis Kohlesianis 1700. *Anglicè* 4°. Londini 1700.

D † *Jo.* Cluverii, Harmonia Evangelistarum digesta secundùm paschata & itinera Christi, ex editione filii Mich. Cluverii, 4°. Rostoch. 1628. Regiomonti 1642. 8°. Hamburgi 1701.

† *Laur.* Codomanni, Harm. Evangel. *Germanicè* in 4°. Norimbergæ 1568. Francofurti 1586.

Barthol. Comandi, vita & opera Jesu Christi manu SS. Evangelistarum scripta, vel contextus Evangeliorum sive unicum Evangelium secundùm quatuor Evangelistas, 12. Romæ 1695.

E *Alani* Copi, Historiæ Evangelicæ unitas seu singularia vitæ D. N. J. C. eo ordine, quo gesta sunt, recensita, & ex ipsis quatuor Evangelistarum verbis contexta, Lovanii 1572. 4°. Duaci 1603.

Simonis du Corroy, Pandectæ novæ Legis, hoc est ordinata omnium quæ in quatuor Evangelistis sparsa sunt, continua narrationis serie complectio, servato tempore, rerumque gestarum ordine, proinde unum ex IV. 12. Lugduni 1547. in 16. Parisiis 1551. Antuerpiæ 1555. 1592.

Abrahamus COUET du Vivier, Historia Evangelica ordine naturali digesta, ita ut ratio habeatur potissimè locorum in quibus versatus est Dominus Sive nova Harmonia IV. Evangelistarum (*ex ipsorum contextu secundùm versionem Gallicam Genevensem*) in 4°. Hagæ Comitis 1706.

Eadem Gallicè in Germanicum sermonem conversa ab Hectore Maximiliano de Geyersberg & Osterburg S.R.J. Comite, in 4°. Ratisbonæ 1711.

Ludov. COULON, Harmonia IV. Evangelistarum circa passionem J. C. cum notis, *Gallicè*, 12. Parisiis 1645.

Samuelis CRADOCI, Harmonia IV. Evangelistarum, Anglicè, in folio. Londini 1668. 1684. 1695.

Roberti CREITHII, Harmonia Evangelistarum. *Dempsterus histor. gentis Scotice.*

Pauli CRELLII, Monotessaron historiæ Evangelicæ, *Germ. è Bugenhagio fere*, 8°. Wittebergæ 1566. 1571. 1613.

Adriani CROMMII, sanctissima IV. Evangelia historico ordine Concordiæ in modum digesta, 4°. Lovanii 1633.

Didaci DEZA, Monotessaron, hoc est, contextus unicus quatuor Evangelistarum. *Bibl. Collegii Hispalensis, Nic. Antonius in Bibl. Hispana.*

Thomæ EALCONII, Harmonia ex IV. Evangelistis, *Polonicè*. *Sandius in Bibl. Antitrinitariorum.*

† *Laur.* ECHARD, Harm. Evangel. Anglicè V. *ejus Hist. Ecclesiastica generalis trium priorum sæculorum*, fol. Lond. 1707.

† *Laur.* EDINGERI, Delineatio Harmonica ἀκολουθίας Evangelii de Christo, 8°. Hafniæ 1670.

ERNESTI III. *Saxoniæ Ducis*. Harmonia Evangelica, *German. Witte.in Biographio historico.*

Andreæ FABRI, Syntagma Hist. Evangelicæ, Harmonicum, *Germ.* 4°. Ulmæ 1642.

Theodosii FABRICII, Harmonia historiæ passionis & resurrectionis J.C. ex quatuor Evangelistis concinnata, *German. Lat. Gr. & Hebraicè*, 8°. Wittebergæ 1595.

Christoph. FISCHERI, Harmoniæ Evangelicæ ex IV. Evangelistis concinnatæ pars 1. sive Liber I. & II. Germ. fol. Ulissæ 1575. Pars II. seu Liber III. fol. Ibidem, 1579. Pars III. sive Liber IV. fol. Ibidem 1583. Pars IV. sive Liber V. fol. Ibidem 1595.

Wilh. FRASERII, Concordantiæ in Evangelia. *Dempsterus hist. gentis Scoticæ.*

Henr. GARTWAITH, Harmonia Evangelica, *Anglicè*, in 4°. Londini 1630. 1657.

Joan. GERHARDI, Harmonia Evangelica *Græc. & Lat. ex versione D. Jo. Erasmi*, è Mart. Chemnitio inchoata, à Polycarpo Lysero continuata, (*Lyserus incæpit a cap.* 52. *& Gerhardus à cap.* 141.) & à Joan. Gerhardo absoluta, edita, Partes III. 4°. Francof. 1593. Eadem denuò correcta à Lysero, 4°. Ibidem 1600. Libri III. pars II. quæ est Polycarpi Lyseri, 4°. Lypsiæ 1604. Libri IV. Pars I. Lyseri, 4°. Francof. 1608. Libri IV. Pars II. Lyseri, 4°. Ibidem 1610. Libri V. Pars I. Lyseri 4°. Ibidem 1611. Harmoniæ per Gerhardum continuatæ, Pars I. 4°. Jenæ 1626. Pars II. & III. 4°. Ibid. 1627. Eadem integra 3. vol. fol. Genevæ 1628. 1645. 1655. Roterodami 1646. Jenæ & Hamburgi 1647. Francof. 1657. 3. vol. fol. Hamburgi 1704.

Rob. GOULLET, Tetramonon Evangeliorum collectum & adunatum, 8°. Parisiis 1635.

† *Sam.* GRADOCKII, Harm. Evang. *Anglicè*, fol. Londini 1668.

Francisci DE LA GRANGE, Vita Sancti Sanctorum ex verbis singulorum IV. Evangelistarum, id est Monotessaron additis notis Evangelistarum. *Hebr. Gr. Lat. Imbonatus Bibl. Latino-Hebraa.*

Frid. GREIFFEN, IV. Evangelistarum consonantium historia Christi, seu Harmonia Evangelistarum, *German.* Tubingæ 1647.

Christiani GROSSII, Harmonia Evangelistarum, *German.* in 8°. Stutgardiæ 1666.

Jonæ HAMBRÆI, Passio D. N. J. C. Syriacè & Latinè ex IV. Evangelistis, 16. Parisiis 1635.

Joan. DE LA HAYE, Quaternio Evangelistarum, seu Evangelicæ historiæ dispositio ipsis Evangelistarum verbis ordinatâ serie distributa, 4°. Duaci 1607. 2. vol. fol. Ibid. 1609.

Prothasii HENRIET, Harmonia Evangelica, 4°. Parisiis 1660. 12. Ibid. 1665. *Gallicè*, 4°. Ibid. 1667.

Nicolai HERBOIN Monas Evangelica, in 8°. Coloniæ 1529. Parisiis 1534.

HERMANNI *Zoëstii*, Evangelium ex quatuor unum, V. *Catalogus operum*, 8°. Hafniæ 1701.

Georgii HESERI, Vitæ Christi Monotessaron Evangelicum, in 12. Monachii 1657.

Joan. Andreæ HIUD, Historia historiarum sive Vita Christi unà cum Harmonia ex IV. Evangelistarum verbis, *Anglicè*, 8°. Londini 1632.

Corn. JANSENII *Gandav.* Concordia

vangelica, 8°. Lovanii 1549. Eadem cum A commentario, fol. Lovanii 1572. 1577. 1617. Lugduni 1576. 1594. 1606. 2. vol. 4°. Venetiis 1566. 1579. Antuerpiæ 1585. 1613. Coloniæ 1592. Coloniæ & Moguntiæ 1624.

Jacobi Irosqui, Concordantiæ in quatuor Evangelistas. *De Altamura.*

Petri Iurosqui, Series totius Evangelii J. C. ex IV. Evangelistis concinnata, fol. Stellæ Navarræorum 1557.

Jacobi Junterbuck, Passio Domini secundùm IV. Evangelistas. *Frisius in Bibliotheca Gesneriana.* B

Joan. Kromaieri, Harmonia Evangelistarum, *Germanicè*, 8°. Jenæ 1636.

Bernardi Lamy, Historia sive Concordia IV. Evangelistarum, 12. Parisiis 1689. Eadem cum commentario, 4°. Ibid. 1699.

Eilhardi Lubini, Monotessaron seu historia Christi ex IV. Evangelistis, *Lat. Gr. Germanicè*, 4°. Rostochii 1609. 1613. Amstelod. 1614 Francof. 1615. Rostochii 1640. *Lat. & Gr.* 4°. Rostochii 1626.

Severini Lubomlii, Monotessaron C Evangelicum, ex IV. Evangelistis connexum, folio Cracoviæ 1607.

Reinhardi Lutz, Harmonia seu Historia sancta ex IV. Evangeliis cum comment. fol. Basileæ 1561. absque comment. 8°. Ibid. 1563.

Thomæ Lydiat, Harmonia Evangeliorum Hebraicè 2. vol. in 4°. ex dono Guillelmi Cowardi. *Bibl. Bodleiana pag. 86. catalogi librorum msf. Angliæ part. 2.*

Ejusdem, Harmonia Evangeliorum Græcè. *Ibidem.* Harmonia Evangeliorum Anglicè. *Ibidem.* D

Polycarpi Lyseri, Harmonia Evangelistarum. V. *Joannes Gerhardus.*

† *Jo.* Mathesii Historia J. C. è IV. Evangelistis, *Germanicè*, in fol. Norimbergæ 1568. 1587. Lipsiæ 1622.

Gerhardi Mercatoris, Evangelicæ historiæ quadripartita monas, sive Harmonia IV. Evangelistarum, contra Carolum Molinæum, 4°. Duysburgi 1592. 1603.

† *Theobaldi* Meuschii Harmonia Evang. 4°. Hanoviæ 1604. E

Caroli Molinæi, Collatio & Unio IV. Evangelistarum cum annotat. in 4°. *absque loco (Hanoviæ Fabric.)* 1565. Eadem, V. *ejus opera*, Parisiis 1681.

Dominici Nani *Mirabellii*, Monotessaron Evangeliorum, sive Harmonia è quatuor Evangelistis, *Genuæ, Bibl. Fr. Prædicatorum Cœnobii Castellensis, Sixtus Senensis.*

Sebast. Niemanni, Harmonia Evangel. historiæ passionis Christi, 4°. Jenæ 1671.

† *Georg.* Oenopolæ, Harmonia Evangelica, fol. Francofurti 1607.

† *Gotfr.* Olearii, Vita Christi, *Germanicè*, 12. Halis Sax. 1669.

Andr. Osiandri, Harmonia *Græcè & Latinè*, libris IV. in quibus Evangelica historia è IV. Evangelistis ita in unum est contexta, ut nullius verbum ullum omissum, nullum alienum immixtum; nullius ordo turbatus, nihil non suo loco positum: omnia verò litteris & notis ita distincta sunt, ut quid cujusque Evangelistæ proprium, quid cum aliis & cum quibus commune sit, primo statim adspectu deprehendere queas, addito libro annotationum & elencho sive indice per tabulas argumentorum, inscripta Thomæ Cranmero Archiepiscopo Cantuariensi, fol. Basileæ. Joan. Froben 1537. fol. Ibid. 1561. Latinè tantum, 8°. Antuerpiæ 1540. Francof. 1541. Parisiis 1544. 1564. 12. Ibid. 1545. Eadem German. per Joannem Schweingerum, 8°. Francof. 1540. 1545.

† *Osiander*, inquit Jo. Ge. Pritius Introd. in lect. Nov. Test. cap. 15. §. 18. primus suscepit ostendere, nullum Evangelistam extra ordinem suam condidisse historiam... Demùm *Abr. Calovius*, peculiarem harmoniæ sacræ adhibendam esse operam ratus... adeo dextrè coagmentavit Evangelistarum relationes, ut neutiquam opus habuerit, ullam, quæ ab Evangelistis refertur, historiam eo, quo proponitur, loco movere & transponere..... Post hunc *Sandhagenius* harmoniam Evangelistarum exhibuit secundùm ordinem temporis, quo quæque contigerunt, & quam ipsi auctores sacri observarunt, dispositorum. *Idem quoque institutum fuisse videtur Abr. Couti de Vivier.*

Joan. de Parys, Margarita Evangelica, seu Vita Christi ex IV. Evangeliis ordinatè disposita, 4°. Antuerpiæ 1657. & cum Auctuario 1660.

Jacobi la Peyre d'Auzoles, Sancta Evangelia juxta sanctos Evangelistas, fol. & 4°. Parisiis 1610. Eadem *Gallicè*, fol. & 4°. Ibid. 1610.

Guill. Postelli Concordia IV. Evangelistarum sive Vita Christi, *Gallicè*, 16. Parisiis 1562.

Potensteineri, Harmonia Evangelica, *German.* 4°. Amstelodami 1653.

Caroli le Prevost d'Herbelay, Vita Christi sive Concordia IV. Evangelistarum, *Gallicè*, 4°. Parisiis 1653. 2. editio aucta, 4°. Ibid. 1656.

Greg. Primaticcii, unum Evangelium ex quatuor Evangeliis contextum. V.

Epistola ejus nuncupatoria comment. in Epist. Pauli. 4°. Venetiis 1564.

† *Joannis Georgii* PRITII Historia passionis J. C. ex IV. Evangelistis *Græcè* collecta. V. *Nov. Testam. Græcum ex editione secunda Pritii* 12. *Lipsiæ* 1709.

Gabr. DE PUISHERBAUT, Tetramenon sive Symphonia & concentus IV. Evang. 16. Parisiis 1547.

Vinc. REGII, Concordia Evangelica. V. *Ejusdem Evang. dilucidationes* 3. *vol.* fol. Coloniæ 1615-16.

Jo. Pauli RESENII, Apparatus Evangelicus sive Harmonia IV. Evangelistarum. *Bibl. Academiæ Hafniensis, Mollerus pag.* 297.

Eberh. REUSS, Harmonica deductio vitæ JESU Christi. 4°. Francofurti 1603.

Joan. Bapt. RICCIOLI, Evangelium unicum, ex ipsis verbis IV. Evangelistarum conflatum, 12. Bononiæ 1667.

Bartb. RICCII, Monotessaron Evangelicum, seu Vita D. N. J. C. ex Evangeliorum contextu cum figuris, 8°. Romæ 1607. Duaci 1607. Eadem cum scholiis, 8°. Pictavis 1621. *Italicè*, 4°. Romæ 1609.

Petri à RIVO, Monotessaron seu Concordia Evangelica msc. *Lovanii apud Patres S. J. Valerius Andreas.*

Jo. ROBERTI, Mysticæ Ezechielis quadrigæ, hoc est sancta IV. Evangelia historiarum ac temporum serie vinculata. *Græc. Lat.* fol. Moguntiæ 1615.

Sebast. LE ROUX, Concordia IV. Evangelistarum plenam, rectè ordinatam, planèque cohærentem J. C. historiam novâ eaque expeditissimâ arte exhibens, cum variis annotationibus, 8°. Parisiis 1699. *Gallicè*, 8°. Ibidem 1699.

† Singularis artis opus appellat Autor hanc Evangelist. Concordiam à se adornatam quâ unâ X. annorum spatio se totum detentum fuisse innuit, & eandem nunc demùm absolutam operæ industriæque omnium, quotquot unquam in simili labore occupati fuerint, anteferendam esse totus sibi persuadet. *Act. Erud. Lips. an.* 1700. *pag.* 82.

Joan. RUBUS, V. *Buissonus.*

Justi Georgii SCHOTTELLI, Concordia IV. Evangelistarum, *Germanicè*, 8°. Brunsvigi 1675.

Andreæ SEELMATER, Symphonia Evangelistarum, 4°. Basileæ 1613. *German.* 4°. Ibidem 1634.

Nicol. SELNECCERI, historia passionis, mortis & resurrectionis Christi, *Græcè & Lat.* ex IV. Evangelistis collecta cum prolegomenis 8°. Lipsiæ 1583.

† *Jo.* STINERI, Harmon. Evang. fol. Colon. 1629.

A TATIANI *Syri*, sanctorum Evangeliorum Diatessaron, id est unum ex quatuor. *Extat in Orthodoxographis.*

« Tatianica (*Harmonia*) quæ titulo « isto fertur, brevicula erat historia rerum « Christi, propriis Auctoris verbis expres- « sa; ac nihil minus quàm Harmonia. » *Ita Jo. Millius pag.* 53. *Prolegom. in Nov. Testamentum Græcum.*

• Idem Diatessaron Arabicè. Codex Bombicinus in folio. *Biblioth. Vaticana, Assemanus pag.* 619. *Bibl. Orientalis.*

B *Guidonis* TERRENI *sive è Perpiniano*, Quatuor unum, hoc est Concordia Evangelica cum commentariis, fol. Coloniæ 1631. 1641. 1646. 1657.

Nicol. TOINARD, Evangeliorum Harmonia Græco-Latina *cum quibusdam notis & prolegomenis, juvante Fleury Cantoris Ecclesiæ Carnotensis.* fol. Parisiis Andr. Cramoisy 1707. *Jam ante aliquot annos hæc ferè integra schedis sejunctis excusa fuerat.*

Ex Capite II. Prolegomenor. « Græcus « textus excusus est ad vetustissimos duos « C Vaticanos codices ac Latinam veterem « versionem, quando scilicet hæc cum il- « lis convenit. Variantes autem illas à Vul- « gato textu Vaticanas lectiones, nonquam « quod sciam recensitas, excerpsit vir cla- « riss. Carolus Cato de Court, easque dum « viveret nobiscum officiosissimè commu- « nicavit. *Ex Capite III.* Series textus La- « tini singulari columnâ comprehendi- « tur .... Græci textus interpretationem « partim novam, partim ex veteri Vulgata « mixtam, modò plenè, modò compendio- « D sè exhibet. »

Harmonia seu Concordia Evangelica complectens vitam J. C. ad normam Nicolai Thoisnard, cum ejus notis, Gallicè, in 12. Parisiis 1717.

Eadem Belgicè in 12. Antuerpiæ 1717.

Pauli TOSSANI, Harmonia Evangelica seu consensus quatuor Evangelistarum. V. *ejus comment. in Novum Testamentum* in 4°. Hanoviæ 1604.

Joannis VARENACKERI, Monotessaron. Asservatur Lovanii in Theologo- E rum Collegio absolutius quidem eo, quod Joannes Gerson edidit, magnâ tamen parte illi simile. *Valerius Andreas.*

Arnoldi VENNEKENS, Libellus de vita & passione J. C. collectus ex IV. Evangelistis. Gandavi 1575.

† *Jo. Mariæ* VERRATI, Carmelitæ, Harmonia Evangelica edita est tomo II. operum ejusdem, in fol. Venetiis 1571.

Hieron. VIGNIER, Concordantia Evangelica, *Gallicè*, 12. Parisiis 1662.

Didaci DE VILLALOBOS, Concordia Evangelistarum seu Evangelium secun-

dum quatuor Evangelistas cum annotationibus minimè vulgaribus, 8°. Pinciæ 1555.

† *Pauli* VOETII, H. Evang. 4°. Amstelodami 1654.

Michaëlis WALTERI, Concordia historica quatuor Evangelistarum, *Germanicè*, 4°. Norimbergæ 1633.

Jo. WICLEFUS, V. *Clement Langthoniensis*.

Georgii WIRTH, Vita seu Evangelium J. C. ex Evangelistis, &c. fol. Francof. ad M. 1594. † 4°. 1610.

Philippi WOLTERRANI, *sive Volaterrani*, Concordantiæ Evangeliorum *Wadingus*.

Andreæ ZANI; Monotessaron historiæ passionis Dominicæ contextum ex IV. Evangeliorum narratione, &c. *Italicè*, Venetiis 1645.

† *Philippi* ZIEGLERI, Concordia Evang. *Germanicè*, in fol. Francof. 1620.

ARTICULUS X.

CONCORDANTIÆ BIBLIORUM.

INDICES MAJORES.

» ANTE aliquot secula piis & indu- » striis in Ecclesia Christi viris occa- » sio data est de *Indice S. Scripturæ* cogi- » tandi, qui non tantum res frustatim, » sed universam Scripturam per membra » redderet, ut facilis esset vel ad voces » dubias investigandas, seu ad loca Scrip- » turæ conferenda, seu ad memoriam ju- » vandam sive accessus, sive regressus. In- » dicem hunc Biblicum tanquam rem no- » vam, novoque ceu artis vocabulo CON- » CORDANTIAS vocarunt, & à Bibliis » BIBLICAS, quales diversis temporibus, » in diversis linguis, diversæ prodierunt. » *Ita Joan. Buxtorfius in præfat. Concordantiarum Hebraic.*

De usu Concordantiarum Biblicarum, maximè Veteris Testamenri Græcarum Ebraicis vocibus respondentium, auctore Conrado Kirchero, 4°. Wittebergæ 1622.

Schediasma de usu Concordantiarum Biblicarum, auctore Andrea Glauchio, 4°. Lipsiæ 1668. 8°. Ibidem 1682. 3. editio 8°. Ibidem 1694.

CONCORDANTIÆ HEBRAICÆ.

CONcordantiæ Hebraicæ, in 4°. *Bibl. Bodleiana cod.* 5440. *Bibl. Ecclesiarum Angl. cod.* 3468.

A ספר מאיר נתיב id est, Liber illuminans viam seu Concordantiæ Hebraicæ, auctore R. Mardochæo Nathan, cum præfatione R. Isaaci Nathan; fol. Venetiis, Dan. Bombergi 283. (1523.

Legitur in Chronico David Gansi, cui titulus, Germen David pag. 6. ad annum 198. supput. minoris (qui est annus Christi 1438.) « R. Mardochæus Nathan transtulit librum Concordantiarum ex lingua Latina in linguam Hebræam anno 198. sicut clarum est ex præfatione libri ipsius. In quibusdam autem libris scrip- B tum est, quod nomen authoris sit R. Isaac Nathan. »

« Idem est Mardochæus Nathan & Isaac Nathan. Incepit opus suum anno min. supput. 198. h. e. anno Christi 1438. & absolvit A. 208. h. e. Christi 1448. intra decennii nimirum spatium. Neque tamen solus laborem omnem devoravit, sed plurium Scriptorum operâ ea in re usus est, sicut ipse fatetur: *Et quia desideravi ut quam citissimè opus perficeretur, scribis pluribus injunxi negotium* C *conficiendi illud, &c.* » *Ita Jo. Buxtorfius in præfat. Concord. Biblicarum.*

Scribit *Ghed. Iiah in Chronico suo Schalscheleth Hakkabalah, fol. 36. quod* « R. Isaac Nathan transtulit concordanrias, quas composuit Pere (*Pater*) Arloto (*Arlotus*) ex lingua Latina in linguam Hebraicam. » *Buxtorfius ibidem.*

Eadem typis elegantissimis, auspiciis Arnaldi Ferrerii Parisini Magistratus Præsidis cura Meir filii Jacobi Printz, edente Maggio Parentino, in fol. minori. Venetiis 1564.

D *Ex præfatione Maggii.* « Ego hunc librum meis typis & emendatiorem & portatu, paratuque faciliorem pulcherrimo characterum genere in communem usum excudendum curavi, ita ut in hac librorum inopia, non impressionem tantùm repræhere, sed totum opus de integro quasi novum edere mihi viderer. »

Concordantiarum Hebraicarum capita quæ sunt de vocum exposirionibus à R. Mardochæo Nathan conscripta & Latinè translata per Antonium Reuchlinum, fol. Basileæ, Henricpetri 1556.

E « Reuchlini interpretatio est vitiosissima & innumeris scatet erroribus, ubi mentem authoris non est assecutus; præterquam quod in ea textus Hebræus corruptissimè est punctatus. » *Idem ibid.*

Eadem capita lingua Latina descripta à Nic. Fullero, cujus versio nunquam in lucem edita est, sed in Bibl. Bodleiana cod. 2970. propria ipsius manu exarata servatur. *Pocockius in præfat. comment. in Joelem.*

Concordantiæ Hebraicæ R. Mardochæi Nathan *mendis quibusdam è priori editione sublatis, sed nihil adauctis vel immutatis, Buxtorfius ibidem*, in folio. Basileæ, Ambr. Frobenii 5341. (1581.

Concordantias Bibl. Hebraicorum Gregorio XIII P. M. nuncupasse Bernardinum à Monte Calv. (qui floruit 1580.) Oldoinus scribit columna 34. volum. 4. Vitæ summ. Pontif. in additionibus.

Concordantiæ Bibliorum Hebræo-Germanicæ, literis Hebraicis per R. Anschel. 4°. Cracoviæ 312. (1552. 344. (1584.

Concordantiæ sacrorum Bibliorum Hebraicorum, in quibus Chaldaicæ etiam librorum Esdræ & Danielis suo loco inseruntur; deinde per thematum seu radicum omnia derivata & usus latiùs deducta ac linguarum Chaldaicæ, Syr. & Arab. vocabulorumque Rabbinicorum cum Hebraicis convenientiam. Latina ad verbum versio adjungitur, ad quam Vulgatæ & L X X. Interpretum editorum differentia fideliter expenditur; demùm nomina propria ad calcem novo ordine digeruntur, auctore Mario de Calasio Ord. Min. Observ. 4. vol fol. Romæ 1621.

« Textus Hebræus hìc ex R. Mardo- » chæi concordantiis est desumptus, ejus- » demque ordo & methodus retenta .... » Voces Chaldaicæ ex Daniele & Esra pas- » sim suis locis insertæ, sed non omnes. » Radicum expositionibus Hebraicis R. » Nathanis subjuncta est Latina illorum » interpretatio, quæ, ut apparet, ex Reu- » chlino majore ex parte est desumpta. » Huic expositioni amp●rem deinde au- » thor ipse addidit. Præterea voces alia- » rum linguarum, ut Rabbinicas, Chal- » dæas, Syriacas, à Radicibus Hebræis » descendentes & cum illis convenientes, » simul adducit & explicat. Universum » autem opus literali interpretatione La- » tinâ ad latus positâ, quæ ex Pagnino ut- » plurimum desumpta est, illustratum, ad- » ditis in margine Vulgatæ versionis & » LXX. Interpretum discrepantiis. » *Buxtorfius ibidem.*

Concordantiæ Hebraicæ studio Christ. Crinesii editæ. 4°. Wittebergæ 1627.

Concordantiæ Bibliorum Hebraicæ, novâ & artificiosâ methodo dispositæ, in locis innumeris depravatis emendatæ, deficientibus plurimis expletæ, radicibus anteà confusis distinctæ, & significatione vocum omnium Latinâ illustratæ (à Joanne Buxtorfio Patre.) Accesserunt novæ Concordantiæ Chaldaicæ vocum quæ corpore Biblico Hebraico continentur, cum præfatione quâ Operis usus abundè declaratur, per Joannem Buxtorfium filium, fol. Basileæ, Konigii 1632.

« Materia harum Concordantiarum « sunt omnes voces Hebrææ flexiles, quot- « quot in S. Scripturæ Vet. Test. libris He- « bræâ linguâ scriptis extant; quædam « etiam particulæ indeclinabiles: deinde « voces Chaldææ omnes, quotquot in « Danielis & Esræ capitibus continentur. « Voces Hebræas suppeditavit nobis è « suis Concordantiis R. Nathan. » *Idem, in præfatione sua.*

« Exhibet illud opus Concordantia- « rum, (inquit Sixtinus Amama) præter « Lexici Hebraici omnibus vocibus Bibli- « cis completi absolutam formam etiam « & perfectam Masoram. Sunt enim (ut « scribit Waltonus Proleg. VIII. §. 15.) » Concordantiæ istæ absolutus & perfe- « ctus omnium vocum Biblicarum The- « saurus locupletissimus. »

Manuale Concordantiarum Hebræo-Biblicarum, 4°. Wittebergæ 1653.

Concordantiæ Hebræo-Latinæ Veteris Testamenti, quibus ad Origines suas singulæ voces expenduntur, ratio diversitatis inter Hebræos, Græcos & Latinos codices disquiritur, & vulgata editio Latina examinatur, asseritur, vindicatur: auctore Joanne Lanovio ex Ordine Minimorum. *Bibl. Minimorum Parisiensis.*

Concordantiæ particularum Hebræo-Chaldæarum, auctore Christiano Noldio, fol. Hasniæ 1675. 4°. Ibid. 1679.

Fons Sion sive Concordantiarum Hebraicarum & Chaldaicarum Jo. Buxtorfii epitome ad instar Lexici, auctore Christiano Ravio, 8°. Berolini 1677.

Epitome Concordantiarum Bibliorum Hebræo-Græco-Germanicorum 2. partibus absoluta, quarum prior voces omnes Hæbraicas & Chaldaicas Veteris Testamenti; posterior Græcas Nov. Test. & quæ in versione L X X. Interpretum leguntur exhibet, cum significatis Germanicis è versione Lutheri, auctore Friderico Lanckisch. 4°. Lipsiæ & Francofurti 1680.

Thesaurus linguæ sanctæ seu Concordantiale Lexicon Hebræo-Latino-Biblicum, una cum Concordantiis Hebraicis, in quibus universæ & singulæ voces Hebræo-Biblicæ cum locis suis, quibus in textu occurrunt, enarratæ sunt & expositæ, &c. à Guillelmo Roberson, 4°. Londini 1680.

Concordantiæ Hebræo-sacræ juxta seriem cujusque constructionis Syntacticæ, auctore Antonio Laymanno, fol. 1681.

CONCORDANTIÆ Chaldaicæ & Syriacæ.

Concordantiæ Chaldaicæ Veteris Testamenti. V. *supra Concord. Hebr. ad An.* 1621. 1632. 1675. 1676. 1677.

Concordant. Chald. & Syr. ex Dan. & Esræ capitibus Chald. scriptis studio Martini Trostii, 4°. Witteb. 1617.

Concordantiæ Chaldaicæ & Syriacæ Novi Testamenti per Davidem Clodium. *Witte in Biographio hist. ad an.* 1687.

Lexicon Syriacum Concordantiale Novi Testamenti elaboratum à Carolo Schaaf. 4°. Lugd. Batav. 1708.

CONCORDANTIÆ GRÆCÆ.

« Memoratur *de Euthalio Rhodio* » Monacho S. Basilii, quod ad » industriam Hugonis Carensis Græco » sermone collegerit opus Concordantia- » rum in universa Biblia anno D. 1300. » Hujus authoris meminit Sixtus Senensis » & ex eo Genebrardus in Chronologia. » *Jo. Buxtorfius præf. Concord. Hebr.*

Concordantiæ Veteris Testamenti Græcæ Ebræis vocibus respondentes auctore Conrado Kirchero, 2. vol. 4°. Francofurti, Claudii Marnii 1607.

Concordantiæ Græcæ Veteris Test. Hebraicis vocibus respondentes, sive Conradi Kircheri Concordantiæ inversæ, 2. vol. fol. *Biblioth. Bodleiana codd.* 3046-47.

Abrahami Tronmii Concordantiæ Græcæ versionis vulgo dictæ LXX. Interpretum, cujus voces secundùm ordinem elementorum sermonis Græci digestæ recensentur, contra atque in opere Kircheriano factum fuerat. Leguntur hic præterea voces Græcæ pro Hebraicis redditæ ab antiquis omnibus Veteris Testamenti Interpretibus; quorum nonnisi fragmenta extant, Aquila, Symmacho, Theodotione seu aliis, quorum maximam partem nuper in lucem edidit D. Bernardus de Montfaucon, 2. vol. in fol. Amstelodami & Trajecti ad Rhenum sumptibus societatis 1718.

Concordantiæ Græcæ Vet. & Novi Testamenti studio Sugdoris. « Diu jam » de bisce Concordantiis, opere trigin- » ta annorum Rev. Domini Sugdoris Do- » ctoris Johannensis spes nobis facta est; » an autem excusum hoc elegans & à Græ- » cis expectatissimum opus fuerit nec ne, » nondum mihi percipere licuit. » *Alex. Helladius p. 7. libri quem inscripsit* Præsens status Ecclesiæ Græcæ in 8°. 1714.

Epitome Concordantiarum Græcarum Kircheri, ab Arnoldo Bootio con-

A secta. *Bibl. Segueriana pag.* 37.

Concordantiæ librorum Veteris Testamenti Apogryphorum Græco-Danicæ, Kircherianis perfectioris, auctore Francisco Michaële Vogelio, in 8°. nondum editæ *Nova Literaria Maris Balthici anni* 1699. *pag.* 210.

Symphonia sive Novi Testamenti Concordantiæ Græcæ, auctore Xisto Betuleio, fol. Basileæ 1546.

Concordantiæ Græcæ Novi Testamenti ab Henrico Stephano concinnatæ, fol. typis Henr. Stephani 1594. Eædem cum B supplemento, fol. Genevæ, typis Pauli Stephani 1600.

Has Concordantias ejus non esse conjicit Schmidius in præfatione.

Eadem secunda editio auctior, fol. Genevæ, Choüet. 1624.

Concordantiæ Græcæ Novi Test. correctiùs, ordinatiùs, distinctiùs & pleniùs editæ, operâ Erasmi Schmidii, *optima editio*, in folio. Wittebergæ Bergeri 1638.

Eadem singulari studio revisa atque jam ab innumeris mendis repurgata, cum nova præfatione Ernesti Salomo- C nis Cypriani, fol. Gothæ, Reyeri 1717.

Concordantiæ Græcæ & Latinæ Nov. Testam. ad vulgatam editionem Latinam accommodatæ, & notis ad singula loca quæ difficultatem facere possunt, illustratæ. Auctore Francisco de la Noüe ex ordine Minimorum. *Bibl. Conventûs Parisiensis.*

CONCORDANTIÆ LATINÆ.

« Omnium primæ fuerunt Concor- « dantiæ Latinæ, quibus reliquæ « D omnes nativitatis suæ debent originem. « Illarum author primus quis fuerit, certò « dici vix potest. Manuscripta Exempla- « ria, ut & primæ illarum editiones nomen « autoris adscriptum non habent neque « tempus..... Quatuor tamen authores « præcipuè nominari video, à quibus pri- « mordia ceperint. »

« Primus est *Antonius* dictus *de Padua* « E B. Francisci discipulus.... qui obiit A. D. « 1231. Hujus auctoris meminerunt plurimi « Scriptores, sed quod Concordantiarum « fuerit author, nihil produnt. » *Extant tamen Concordantiæ Morales ejusdem edita Romæ* 1624. *Parisiis* 1641.

« Secundus est *Hugo Carensis* seu *de S. Caro* ex ordine Prædicatorum primus ad « Cardinalitiam dignitatem evectus: obiit « A. D. 1262..... Hic Biblia universa com- « mentariis illustrasse fertur. *Post hos Commentarios*, scribit Sixtus Senensis in « Bibliotheca sancta lib. 4. *primus omnium* « *excogitavit indicem magnum in sacro-* « *sancta*

» *sancta Biblia* CONCORDANTIÆ BIBLIÆ *prænotatum*, *laboriosum sanè & immensi tadii ac temporis opus*, *sed sacrorum voluminum studiosis magnopere necessarium*, *&c.* Sixto adstipulatur Antoninus Senensis, part. 3. Summæ historialis tit. 19. cap. 5. §. 2.

« Tertius est Arlottus, Ordinis Minorum, qui floruit A. D. 1290. Hujus meminerunt Trithemius, Gesnerus & Sixtus Senensis, eique Concordantiarum V. & N. Testamenti collectionem tribuunt. »

« Quartus est Conradus Halberstadiensis, Ordinis Prædicatorum, de quo scribit Sixtus Senensis in Bibl. sancta, *quòd ad imitationem Hugonis Cardinalis consimili labore Concordantias Bibliorum ordinaverit, in quibus non solùm dictiones declinabiles, quod priùs fecerat Hugo, sed & omnes indeclinabiles orationis partes juxta Alphabeti seriem adjecerit*. Floruit & hic A.D.1290. juxta Senens.&Trithemium.»

« Tempore Consilii Basileensis anno 1430. *Joannes de Segovia*, vel ut alii *de Secubia* Th. Dr. & Canonicus Toletanus separato volumine particularum indeclinabilium Indicem seu Concordantias copiosas congessit, & in præfatione expressè scribit, *particulas illas in majoribus Concordantiis tum non repertas fuisse* (*deinde occasionem hujus laboris Buxtorfius hic indicat*:) Totum autem opus quinquennii spatio ad umbilicum & ultimam suam perfectionem ab ipso perductum fuit. »

Hæc ex Jo. Buxtorfio in præfat. Concordantiarum Hebraicarum.

Rem alio modo narrat Joannes Trithemius tom. 2. Chronici Hirsaugensis p. 65. his verbis: « Concordantias Bibliæ V. & N. Testamenti, quas *Repertorium* haud impropriè nuncupamus, ipse (*Conradus Halberstadiensis*,) primus juxta ordinem Alphabeti excogitasse dicitur..... Post plures annos hoc ipsum Bibliæ repertorium per multos viros eruditos fuit ampliatum & maximè tempore Concilii Basileensis per Joannem de Ragusio, deinde Gualtherum Scotum, ac postremò per Joannem de Secubia S. Th. Doctorem studiosissimè consummatum est, & in ea forma, qua nunc impressum cernitur, perfectum. » *Hæc ille.*

« Hæc est tota & certa Concordantiarum sacræ BibliothecæHistoria. Hugo de sancto Charo primus aggressus est, & ope suorum sodalium perfecit locis tantùm indicatis. Joannes de Derlingtonia & Richardus de Stavenesby & alii Angli sodales auxerunt ad loca indicata adjectis S. Scripturæ sententiis, sed plerumque longioribus: Hæ duæ priores editiones dictæ sunt *Concordantia S. Jacobi*. Conradus de Halberstat tertiam suscepit brevioribus capitibus per quatuor tantùm litteras distinctis, & sententiis Scripturæ ex parte recisis, sicque commodiorem & leviorem reddidit: seculo verò XV. circiter medio Joannes de Ragusio particularum indeclinabilium in prioribus omissarum alteras Concordantias tentavit, & ope Amanuensium perfecit: adeo ut si quæ utilitas ex hoc opere, quæ quidem fuit maxima, tota Ordini Prædicatorum debeatur. » *Jac. Echard. Script. Ord. Prædic. seculo 13. tom. 1. pag. 207.*

Concordantiæ Bibliorum & Canonum, fol. Bononiæ, Hugonis de Colonia 1479. 1486.

Concordantiæ Magnæ, fol. Norimbergæ, Antonii Coburger 1485. 1487.

Concordantiæ Bibliorum, studio Joan. Nivicellensis, fol. Basileæ 1489.

Concordantiæ majores cum declinabilium tum indeclinabilium utriusque Testam. dictionum præmissa præfatione Jo. Frohenii editoris, pars secunda quæ dictionum indeclinabilium Concordantias continet, à Joanne de Secubia, fol. Basileæ, Frobenii 1496. 1523. 1525. 1526.

Concordantiæ in folio. Apud Hæredes Vegelii 1500.

Index Alphabeticus ex singulis libris & capitibus tam Veteris quàm Novi Testamenti, auctore Gabriele Bruno. V. *Biblia Latina* Basileæ 1514.

Magnæ Concordantiæ S. Scripturæ, fol. Lugduni, Mareschal. 1526. 1528.

Concordantiæ majores S. Scripturæ, studio Jo. Schotti, fol. Argentor. 1526.

Index utriusque Testamenti, 8°. Anturpiæ, Joan. Steelsii 1534.

Biblia Alphabetica seu Concordantiæ Bibliorum ita digestæ, ut, sub qualibet Alphabetici ordinis litera, utriusque Testamenti authoritates à monosyllabis incipientes reperiantur. Opus majoribus, ut vocant, Concordantiis longè tum locupletius, tum perfectius, auctore Henrico Regio, 4°. Coloniæ 1535.

Index Bibliorum seu Epitome historiarum sacrarum, &c. ab Conrado Pellicano, fol. Tiguri 1537.

Index copiosissimus Veteris & Novi Testamenti, studio Roberti Stephani, 8°. Parisiis ejusdem typis 1540.

Concordantiæ majores, 4°. Lugd. Giuntæ, Gryphii 1540. In fol. Basileæ 1543.

Concordantiæ breviores, 8°. Parisiis 1544.

Index Vet. & Nov. Testamenti, 8°. Venetiis, ad insigne Spei 1544.

Magnæ Concordantiæ à Francisco Arola recognitæ, 4°. Lugduni, Gryphii 1551.

Concordantiæ Bibliorum innumeris locis recognitæ à Joan. Gastio, fol. Basileæ 1551.

Concordantiæ breviores omnium ferè materiarum, per Ant. Konygstein, 2. vol. 8°. Coloniæ 1550. Parisiis 1551-52.

Concordantiæ utriusque Testam studio Rob. Stephani, fol. Parisiis 1555.

Inventarium in Nov. Testamentum, vulgò Concordantias vocant, auctore Tacito Nic. Zegero, in 8o. Antuerpiæ 1558. 1566. 1607.

Sacrorum Bibliorum absolutissimus Index quem Concordantias majores vocant, fol. Basileæ, Hervagii 1561. 1568.

Concordantiæ utriusque Testamenti, per Joan. Benedictum, fol. Parisiis 1562.

Concordantiæ Bibliorum novæ, integræ, 4°. Antuerpiæ, Arnoldi Birckmanni 1567.

Index Biblicus ad certa capita ordine alphabetico dispositus, 8°. Antuerpiæ 1571.

Concordantiarum S. Scripturæ œconomia methodica, à Georgio Bulloco, in fol. Ibid. Plantin 1572.

Concordantiæ Bibliorum, 8o. Ibid. Plantini 1581. 4°. Ibid. iisdem typis 1585.

Concordantiæ Bibliorum repurgatæ & locupletatæ, in 4°. Lugd. apud Juntas 1586.

Concordantiæ Bibliorum juxta recognitionem Clementinam, 4o. Antuerpiæ 1599.

Concordantiæ Bibliorum maximæ, studio Claudii Mannii, fol. Francofurti, apud Wechelios 1600.

Concordantiæ Bibliorum, 4°. Lugduni, 1603.

Concordantiæ Bibliorum unà cum annotationibus Francisci Lucæ Brugensis, fol. Antuerpiæ 1606. In 4°. Antuerpiæ, Lugduni, Venetiis 1612. Lugduni 1615.

Concordantiæ sacr. Bibliorum Vulgatæ editionis, Hugone Cardinali authore, ad recognitionem jussu Sixti V. Pont. Max Bibliis adhibitam recensitæ & emendatæ, operâ & studio Francisci Lucæ Brugensis, fol. Antuerpiæ, Moreti 1617. 4o Genevæ & Francof. 1625. 4o. Parisiis Dion. de la Noüe 1635. 1638. 4o. Ibidem, Seb. Cramoisy 1646.

Concordantiæ sacrorum Bibliorum duobus alphabetis altero dictionum variabilium, invariabilium altero absolutissimæ; studio & operâ Gaspari de Zamora S. I. in folio. Romæ, Zanetti 1627.

Eædem ab Huberto Phalesio recognitæ, fol. Antuerp., Moreti 1642. 4°. Lugd. Juilleron 1649. 1652. 4°. Parisiis, apud Societatem 1656. 4°. Lugduni 1667.

Eædem ad antiquos & novos codices collatæ, opera Thelogorum Lovaniensium, 4°. Coloniæ 1629. fol. Coloniæ 1661. 4°. Ibid. 1663.

Eædem ab Hub. Phalesio recognitæ, in 8°. majori. Coloniæ Agrippinæ, Balthasaris ab Egmond 1684. Moguntiæ 1685. in 4°. Lugduni 1687 1700.

Eædem nunc denuò curâ & studio Jo. Georgii Siberbaur recognitæ, 4°. Viennæ Austriæ, Mart. Endteri 1700.

Concordantiæ Bibliorum maximæ, fol. Francofurti & Hanoviæ 1618.

Index Biblicus, studio Joan. Piscatoris, 8°. Herbornæ 1622.

Index Bibliorum quadruplex generalis, 8°. Lugduni Batavorum 1623.

Index in sacra Biblia locupletissimus ex Latina versione Tremellii quoad Vetus, & Bezæ quoad Nov. Testam. per Paulum Tossanum, fol. Francof. 1624.

Concordantiæ Bibliorum Morales cum annotationibus S. Antonii de Padua, edente Luca Vadingo, in 4°. Romæ, Ciaconii 1624. Coloniæ 1647. Eædem V. *esus opera* fol. Parisiis 1641.

Concordantiæ Bibliorum morales & historicæ, auctore Petro Eulard, in 4°. Antuerpiæ 1625.

Concordantiæ sacrorum Bibliorum majores duobus alphabetis, altero dictionum variabilium, invariabilium altero absolutissimæ cum narratione de iisdem Concordantiis per Gasparem de Zamora, S. I. *editio copiosissima, at nimium in varia divisa membra*, fol. Romæ, Zanetti 1627.

Index Novi Testamenti, auctore Michaële Crellio, 12. Altemburgi 1645.

Lexicon Concordantiale Bibliorum, auctore Paulo Tossano, auctum cura Jani Fabricii Clozii, fol. Francof. 1681.

Inventarium in Testam. Novum, vulgò Concordantia vocant, operâ Nicolai Zegeri, 8°. Antuerpiæ 1607.

Concordantiæ utriusque Testamenti generales, à Petro de Besse emendatæ, fol. Parisiis 1611.

Concordantiæ Bibliorum perfectæ, fol. Coloniæ 1611.

Eædem repurgatæ & locupletatæ, 4°. Genevæ 1612.

Doctrinale Bibliorum Harmonicum, sive index ad instar Concordantiarum, auctore Georgio Vito, fol. Lavingæ 1613. Witterbergæ 1614.

CONCORDANTIÆ GALLICÆ.

Index præcipuarum materiarum à Matthæo Gravelin confectus, Gal-

licè. V. *Biblia Neocomi edita 1535. & sequentes Bibliorum Genevensium editiones.*
A
Idem auctus & emendatus, 4°. Lugduni 1546.

Idem per locos communes & ordine alphabetico dispositus, Gallicè, in 8°. typis Thomæ Courteau 1561. In folio, Genevæ 1564.

CONCORDANTIÆ Germanicæ.

INdex Germanicus in Biblia in ordine litterarum Bibliis Germanicis Tiguri jam aliquoties in majori forma impressis præfixus, auctore Georgio Mangolt. *Anonymus prodiit, inquit Gesnerus in Pandectis de Theol. tit. 2. pag. 9.*
B

Concordantiæ Bibliorum Germanicorum à Leonardo Brunnero confectæ, fol. Argentorati 1546.

Concordantiæ Germanicæ versionis Lutheri, auctore Petro Patiente, in fol. Francofurti 1571.

Eædem, per Lucam Stockelium, 4°. Herbornæ 1606.

Eædem auctore Conrado Agricola, fol. Francofurti 1610. 1621. 1658. 1674.
C

Eædem, à Joanne Piscatore collectæ, 4°. Herbornæ 1610.

Eædem à Jo. Fabro collectæ, Ingolstadii 1615.

Eædem, per Paulum Crellium, fol. Francof. 1617.

Eædem curâ Danielis Fesselii editæ, fol. Ibidem 1662.

Eædem, *sub titulo*, Scriptura seu Stella Cœlorum, auctore Joanne Jano, in folio. Francofurti 1650.

Eædem Conradi Agricolæ emendatæ, studio Christoph. Zeissii, in folio. Francofurti 1653.
D

Eædem à Martino Gumbrecht confectæ, fol. Dresdæ 1654.

Supplementum Concordiarum Biblicarum Conradi Agricolæ, auctore Christophoro Zeissio, 4°. Francofurti 1664.

Concordantiæ Ernestinæ, sive novæ Concordantiæ Germanicæ, Hebraicæ & Græcæ, auctore Friderico Lankischio, fol. Lipsiæ 1677. 1688. 1696. 1705.

Hæ Concordantiæ dicuntur Ernestinæ quia Seren. Ernesti Pii Saxonici Ducis auspiciis factæ sunt.
E

Concordantiæ Bibliorum, studio Georgii Michaëlis, 8°. Lipsiæ 1707.

CONCORDANTIÆ BELGICÆ.

COncordantiæ Bibliorum Belgicorum per Petrum Janz Twisck Mennonitam. *Joan. Henr. Ottius p. 233. hist. Anabapt.* fol. Hoorn 1615. Harlemii 1648.

Concordantiæ Belgicæ per Sebastian. Dranck, fol. Harlemii 1618.

Concordantiæ Bibliorum Veteris Testamenti, incoeptæ per Joannem Martinium Dantiscanum, & absolutæ per Abrahamum Trommium, 2. vol. fol. Amstelodami 1685. 92.

CONCORDANTIÆ SUECICÆ.

COncordantiæ Biblicæ ex Germanico in Suecicum idioma ab Achacio Rahamb translatæ Holmiæ sub prælo sudant per partes edendæ, ex quibus nuper litera A. prodiit in folio. *pag. 39. Holmia literata in 4°. anno 1707. editæ.*

Concordantiæ Sueco-Ebraicæ & Græcæ, auctore Laurentio Halenio, cujus specimen editum est, in fol. formâ maximâ. « Spes est (*inquit illustrissimus Benzelius*) confecto bello Moscovitico, regiis sumptibus, 2. vol. prodituras esse.»

CONCORDANTIÆ ANGLICÆ.

COncordantiæ Bibliorum Anglicorum, per Marbeeke fol. Londini, Graffton 1550.

Aliæ, per T. W. in 8°. London. 1579.

Eædem morales per Guillelm. Kingth. Londini 1610. Indices Biblici, in 4°. Ibidem 1613.

Concordantiæ Bibliorum per Clementem Cotton, in fol. Londini 1618. 1625. 1631. in 4°. Ibid. 1635.

Eædem auctæ per Samuelem Newman, fol. Londini 1643.

Thesaurus Biblicus seu Concordantiæ Biblicæ, fol. Ibid. 1644. 1650. 1658.

Concordantiæ Biblicæ per Robertum Wickins, 4°. Oxonii 1647. In 8°. ibid. 1655.

Regale propugnaculum S. Scripturæ sive Concordantiæ Bibliorum, 8°. Londini 1649.

Index Biblicus Mulbingii Angli, 8°. Londini 1666.

Concordantiæ Bibliorum per Vavasforem Powel, 8°. Londini 1671.

Eædem cum commendatione Joannis Owen, 8°. Londini 1673.

Concordantiæ seu Index Biblicus per Downam, 12. Londini, Harn.

Concordantiæ Bibliorum Anglicorum, in fol. Cantabrigiæ 1689.

CONCORDANTIÆ SLAVICÆ.

COncordantiæ Slavicæ curâ Eliæ Kopieuvicz Typographi Amstelodam. brevi edendæ. *Memoria Trevoltianæ Art. 139. Septemb. 1711.*

ARTICULUS XI.

PRÆCIPUÆ VARIANTIUM LECTIONUM COLLECTIONES.

De Origine variantium Lectionum.

VAriantes in *utriusque* Testamenti textu lectiones dari (*sic sua orditur prolegomena variantium lectionum in Matthæum Jo. Saubert. pag.* 1.) usus docet quotidianus, atque ex mss. & impressis codicibus dudum comprobarunt viri eruditi. « Cùm enim sacri illius textûs autographa in manibus non versentur ampliùs, sed apographa, exarata ab hominibus humanæ imbecillitati atque adeo erroribus obnoxiis; neque sapientiæ divinæ visum sit descriptores ac librarios, ita uti ipsos Auctores, ab omni erroris labe servare immunes: factum inde est, ut ignorantiâ aut præcipitantiâ illorum leviores quædam labeculæ in diversos irreperent codices, cum quorum numero numerus etiam earum sensim accrevit. Ita tamen divina invigilavit providentia, Ecclesiæque diligentia, ut in iis quæ ad salutem necessaria sunt, quæ ad fidem ac mores spectant, omnia sint pura ac integra.

» Variantes verò illæ, uti diversæ sunt ætatis, ita diversi procul dubio sunt generis.

» Et primum quidem conjectura haud levi licebit advertere, variarum plusculas originem petiisse ex industria lectorum, & desidia inertiaque descriptorum. Illos nimirum codice Græco usos ipsa (*hæc de Nov. Testam. dicuntur*) textûs vocabula in margine exposuisse per synonyma aut penè idem significantia, quas notas hos (descriptores inquam) in suo codice vel ipsi inseruisse textui, vel ad paginæ oram similiter adnotasse, & pro variantibus habuisse, sive ipsos, sive postmodum alios non videtur esse improbabile.

» *Pag.* 3. Quandoque vocabulum textûs non synonymo, sed planè alio ad meliorem sententiæ intellectum fortè declararunt in margine; qualia vel ab imperitis textuali lectioni potuerunt substitui, vel in margine relicta pro variis haberi. *pag.* 4. Par ratio est sicubi ex priscis quidam in suis codicibus non substraverunt vocabulis vocabula, sed iis quæ in textu erant, salvis ac remanentibus addiderunt unum vel plura, uberioris explicationis ergo, etsi judicio interdum minùs

A limato. *pag.* 5. His ita præcognitis jam porrò observamus, istiusmodi expositiones, quas hodiè pro variis habent, ad marginem nonnullibi nasci potuisse, cùm vel Ebraismus, aut figurata in textu occurreret locutio; cui illustrandæ hujus illiusve codicis possessor apposuit locutionem planam atque simplicem. *pag.* 7. Huc referendum, quod locis Scripturæ suppresso auctoris nomine citatis curiosus lector nomen in margine memoriæ causa adscripserit, quod dehinc ab aliis B fortè inter varias est relatum. Sic etiam nomina propria sensui explanando inter varias videntur addita vel ex antecedentibus repetita. «

Pag. 7. Aliam variarum classem struxisse videtur, licet interdum minùs feliciter, facta à lectoribus locorum, parallela putabant, inter se collatio, ubi vel ex eodem vel ex aliis Evangelistis, modo singulæ voces, modo integræ phrases ac sententiæ ad marginem fuere adscriptæ, & ab aliis fortè deinceps habitæ pro variis. *pag.* 14. Novum variarum C genus introduxisse videtur, in propriis hominum locorumque nominibus, itidemque vocabulis Ebraicis describendis dialectorum diversitas, & hinc nata diversimodà pronuntiandi ratio quæ pro regionum varietate obtinuit. *pag.* 20. Denique meretur observari vetustissimos codices (*id de Græcis & Latinis intelligendum est*) exaratos esse litteris illis majoribus & uncialibus, sine additis spiritibus ac accentibus, & sine vocum distinctione; unde qui minoribus textum literis descripserunt, genuinæ lectionis alicubi ignari permutarunt inter se *quædam* D *vocabula*, ex quo hujusmodi variarum lectionum emerserunt plusculæ. (*Horum omnium exempla hic proferuntur.*) *pag.* 22. Ex his quæ hactenus disseruimus, liquidò potest patere, quo loco habendæ, cujusve authoritatis reputandæ sint quàm plurimæ marginalium illarum lectionum, quas docti & industrii lectores in diversis codicibus observarunt, & multæ editiones expressè ostentant, vulgoque varias nuncupant. » *Hactenus* E *Joan. Saubertus ex cujus opere non cuique obvio hæc paulò fusiora de origine & causis variarum lectionum, veluti hujus sectionis præfatiunculam, hic exscribere placuit.*

« Hoc vitio ut plurimùm laborant, qui variantes codicum msc. lectiones ediderunt, quòd quales sint hi codices, an antiqui, an bonæ notæ, non indicent. Illud autem accidit, quòd qui eos laudant, ipsos aliquando non inspexerint aut non examinaverint. » *Rich. Simon cap.* 29. *Hist. crit. textûs N. T. pag.* 341.

Programma Jo. Frid. Mayeri, de variis S. Scripturæ lectionibus unde ortæ, & an certitudinem facri codicis lædant. 4°. Gryphifwaldiæ 1702.

« Non inutile eſt (*inquit Jo. Alb. Fabricius lib. 4. cap. 5. Biblioth. Gr.*) varias » codicum lectiones, ſi ſobriè fiat confu- » lere, non modò, ut quaotùm fieri liceat, » adhibito judicio critico, genuinas ab alie- » nis ſeparemus; ſed etiam ut rationes » quibus Interpretes ſacrorum librorum » plerique ſive Veteres ſive recentes, paſ- » ſim uſi ſunt, intelligamus ad eos tuen- » dos, vel excuſandos, vel explicandos, » vel denique redarguendos. »

VARIÆ LECTIONES
Hebraicæ.

סיג לתורה i. e. Sepes Legis. Liber R. Meir F. Theodori Levitæ (*qui obiit an. Chr. 1244.*) de Maſora. *Sabtai Bibliotheca Rabbinica.*

ספר מפתח Liber clavis:, liber Maſoreticus R. Levi Laniado Cæſarauguſtani. *Sabtai ibidem* ח *pag.* רט.

עט סופר i. e. Cœlum Scribæ. Tractatus S. David F. Joſeph Kimhi, de Maſora & accentibus, Hebraicè. *Elias Levita in Tabulis fractis & Manahem de Lonzano.*

טעמי המסורת i. e. Rationes in Maſoram ſeu obſervationes criticæ R. Meir F. Baruch, Germani (*qui obiit an. Chr. 1310.*) circa textum Biblicum, codex in 8°. *Bibl. Vaticana num.* 183. *&* 344. *Bartoloccius tom.* 4. *Biblioth. Rabbinic. pag.* 16.

Maſora utraque magna & parva, ſtudio R. Jacob filii Hhajim collecta ex codicibus mſſ. cum ejus præfatione de varietate lectionis & correctionis. V. *Biblia Rabbinica* 1526. 1549. 1568. 1617. 1619. V. *Biblia Hebræa* 1647. 1677.

« *Maſoram* primus typis edidit cum tex- » tu Hebræo Bombergus Typographus » celebris Venetus, uſus in hoc operâ Ju- » dæi illius Tunctani R. Jacob ben Chaiim » quem magnâ ſumma conduxit, qui col- » lectis undique & collaris notis Maſore- » thicis, ſive per libros ſeparatim, ſive » cum textu conjunctim ſcriptis, & poſt » plurima errata correcta, in hodiernam » formam reduxit, quam in Bibliis Vene- » tis videmus, multis quidem erroribus » conſperſam, quos tamen magna ex parte » correxit Buxtorfius in Bibliis ſuis. » *Walton Proleg. VIII.* §. 11.

מסורת המסורת, ſive traditio doctrinæ circa textum ſacrum Hebræum, genuinæ ejus lectioni inſerviens, auctore R. Elia Levita, Hebraicè, 4°. Venetiis 298. (1538.

Idem liber Hebraicè, cum punctis vocalibus & locorum verſione, à Sebaſt. Munſtero, 8°. Baſileæ 1539.

Ex præfatione Munſteri: « Exemplar » Elianum Venetiis impreſſum corruptiſſi- » mum fuit, ut ille plura quam ducenta » errata in eo ſignaverit; & tamen vix me- » diam partem ſignaverit. Ubi in noſtro » exemplari erratum eſt, in paucis tantùm » nonnunquam erratum eſt. » *Omiſſi ſunt in hac editione plerique locorum S. Scripturæ indices qui ad marginem Editionis Venetæ leguntur.*

אות אמת i. e. Signum veritatis Liber criticus, continens expoſitionem dictionum peregrinarum & varias lectiones ex libris *Medraſim* in univerſa Biblia, auctore R. Meir Bombonaſſe, Hebraicè, in fol. Theſſalonicæ 325. (1565. 5355. (1595. Pragæ 384. (1624. 400. (1640.

שמן ששון Oleum lætitiæ: Liber Maſorethicus mſ. quem R. Menachem Lonzano in limine *Or Tora* qui in ejus שתי ידות extat; & ſæpe aliàs allegat ac in calce libri eo ſe inprimis uſum eſſe profitetur. *Jo. Chriſt. Wolphius pag.* 572. *Bibl. Hebraica.*

מנחה כהן i. e. Munus Sacerdotis. Collectanea Maſorethica in quinque libros Moſis, in quibus diverſæ lectiones, ope præſertim Maſoræ, primæ ſinceritati reſtituuntur, auctore R. Joſeph F. R. Senior Haccohen, Hebraicè, 8°. Giſmi propè Conſtantinopolim 358. (1598.

ספר מסרת Liber Maſoræ ſeu doctrinæ criticæ circa textum ſacrum editus, ſtudio Joſeph F. Samuelis Aben Rei, *aliis* F. Dias, Hebr. 4°. Venetiis 367. (1607.

In hoc libro oſtenditur exemplis 35. nullam vocem aut phraſim, remve ullam in Scriptura occurrere aut repeti fruſtra, ſed certo conſilio, certiſque de cauſis afferri.

Commentarius Maſorethicus R. Eliæ Levitæ, Germani, & R. Semalexi Fil. Hhaiim Seſ. quo exponuntur omnia Scriptionis compendia quæ in Maſora, per totum ſacrum codicem occurrunt, Hebr. 4°. Pragæ 376. (1610.

פרוש המסורת Commentarius R. Jacob F. Iſaac in Maſoram, libellus continens ea quæ prætermiſit R. Elias Bahur in libro dicto Fragmenta Tabularum, Hebr. 4°. Lublini 376. (1616.

Idem auctior, ſtudio Judæ filii Auctoris. Ibid. 405. (1645. Amſtelodami 410. (1650. in 8°. Ibidem 463. (1703. in 4°. Halis Saxonum 471. (1711.

Joannis Buxtorfii *Patris* Tiberias ſive Commentarius Maſorethicus, quo primùm explicatur, quid Maſora ſit: tum hiſtoria Maſorethorum ex Hebræo-

tum annalibus excutitur. Secundò clavis Masoræ traditur. Denique analytica Masoræ explicatio in caput I. Geneseos proponitur, in fol. & 4°. Basileæ 1620.

Idem (quo *tertio loco* castigationes innumerorum mendorum per universam Masoram proponuntur) recognitus & additamentis non paucis hinc inde locupletatus à Jo. Buxtorfio filio, fol. & 4°. Ibid. 1665.

שיר ידידות Canticum dilectarum commentarius in Masoram auctore R. Jedidia Golieb filio Abraham, Hebr. 4°. Cracoviæ 404. (1644.

מסורת הברית הגדול Masora fœderis magna. Liber ejusdem argumenti quo mille sexcentæ & quinquaginta observationes Masorethicæ secundum ordinem librorum Biblicorum illustrantur, Hebr. auctore R. Meir fil. Abraham Angela, in folio Mantuæ 382. (1622.

מסורת הברית Traditio fœderis. Liber Masorethicus in quo septingentæ observationes Masorethicæ explicantur secundùm ordinem alphabeticum Hebr. eod. auctore, 4°. Cracoviæ 379. (1619.

Variantes lectiones inter Judæos Orientales seu Babylonios & Occidentales seu Palestinos « De antiquitate harum varietatum fatentur, (*inquit Waltonus proleg.* 8 §. 27.) qui maximè in Hebræorum scriptis versati sunt, sibi non constare, quando collectæ fuerint. Felix Pratensis primus eas publicavit in Bibl. Venetorum editione anni 1518. Unde hunc indicem habuerit, vel à quo collectus sit, non exprimit; videntur lectiones tamen esse antiquæ & punctorum vocalium inventionem præcessisse, ut asfirmat Elias præfat. 3 in Masoram, cùm omnes sint circa litteras & voces, nullæ circa puncta & accentus. Numerantur 210 quarum nulla est in Lege. Catalogus earum refertur in Bibliis Rabbinicis & in Polyglottis Londinensibus, tomo 6. » *Ita Waltonus.*

Variantes lectiones inter Ben Ascher & Ben Nephthali. R. Aaron F. R. Mosis de Tribu Aser & R Jacob F. Nephthali fuerunt Principes seu Rectores Academiarum. « Uterque floruit anno Christi 1034. & codicem proprium, quàm emendatissimè potuit, conscripsit; quem publici juris fecit, ut ex eis reliqui suorum sequacium corrigerentur. Differentia inter illas lectiones non est circa literas & voces, sed de punctis quibusdam, maximè verò de accentibus. Hinc constat (*pergit Waltonus ibidem*) lectiones istas grammaticales tantùm rixas fuisse, nulliusque momenti, cùm sensus idem sit in utraque lectione, & cùm circa puncta & accentus versentur. Extra dubium ponit Elias, annotatas fuisse has varietates postquam puncta & accentus inventa essent. Numerantur verò 864 Illarum catalogus extat in Bibliis Rabbinicis, in Polyglottis Antuerpiensibus & Londinensibus, (in iis autem ex msc. codice antiquo in aliquibus auctus & in meliorem ordinem digestus,) & alibi passim. » *Ita Waltonus ibidem.*

De variis hujusmodi lectionibus juvat integrum afferre Eliæ Levitæ testimonium ex 3. præfatione Masoreth Hammasoreth pag. 17. « Differentiæ intèr eos (*sc. Judæi Orientales & Occidentales*) sunt in dictionibus & litteris, in diversimodè scriptis & lectis & in defectivis, non autem in punctis & accentibus. Et hoc argumento est differentias istas scriptas fuisse, antequam inventa essent puncta & accentus. Verùm differentiæ inter Ben Aser & Ben Nephthali, quæ sunt tantùm de punctis & accentibus, nullum dubium est quin scriptæ fuerint post punctorum & accentuum inventionem, quod est facile intellectu. » *Hæc Elias.*

נתיבות עולם i. e. Semitæ sæculi. Tractatus R. Ma[illegible]bem F. Mosis Rabba de Keri & Kerib. juxta ordinem universi codicis sacri Hebr. *Sabtai Bibl. Rabbin. num.* 58. *pag* 55.

Catalogus eorum quæ in utroque Test. aliter scripta sunt vitio scriptorum quàm in Hebræo & Græco & quibusdam Bibliis antiquis, auctore Alph. de Zamora. V. *Tom.* VI. *Bibl. Polygl. Complutensium.*

Variæ lectiones textûs Hebraici cum præfatione Benedicti Ariæ Montani de varia in libris Hebraicis lectione ac de Massoreth ratione atque usu. V. *Bibl. Polyglott. Antuerp. Apparatus.*

Ben. Arias Montanus in hac præfatione hujus varietatis rationem assignat. « Maxima (inquit) in his lectionibus varietatis pars, in hujusmodi punctorum discrepantia consistit: ut toto hujus *Massoreth* sive variarum lectionum volumine demonstratur. *Deinde*, Est etiam aliud varietatis genus in iis consonantibus literis quæ vel pronunciationis affinitate, vel figuræ similitudine quàm proximè aliæ ad alias referuntur. *Postea*, Est alia quoque varietas, quæ tametsi rarioribus exemplis deprehendatur, tamen plus vel dubitationis vel negotii afferre legentibus possit ad germanæ lectionis statuendam rationem. Id verò genus est cum verba omninò & voce & significatione dissimilia indicantur, alterum in textu ipso lectionis, alterum in margine. *Ac tandem*: Hæc quam exposuimus, omnium in Hebraica lectione varietatum «

„ summa est, quas diligentissimè observa-
„ tas, collectas & enumeratas à multis an-
„ nis, quarum certa ratio nondum con-
„ stat ad nostra usque tempora in omnibus
„ mss. Bibliorum exemplaribus quæ vel in
„ Africa vel in Asia, vel in Europa sunt,
„ sine ulla discrepantia adscripta, magna
„ cum legentium omnium admiratione
„ videntur. „

Liber Hebraicarum lectionum, authore Joanne Maldonato, (in quo author variantes textus Hebraici lectiones & à Græco discrepantes recenset:) *Hujus ipse meminit cap. 13. vers. 15. in Evang. Matthæi.*

B Sixtini Amama dissertatio de Keri. & Chetib i. e. variis lectionibus, &c. V. *ejus coronis ad Grammat. Martino-Buxtorfianam.* in 8°. Amstelodami 1635.

Inserta est quoque libro 3. Antibarbari Biblici ejusdem, in 4°. Franckeræ 1628. 1656. Hamburgi 1707.

אור תורה i. e. Lux Legis. Ordinatio seu correctio Scribarum, liber criticus in quo expenduntur ex decem antiquis codicibus msc. variæ lectiones textus Hebraici, auctore R. Manahem de Lonzano, Hebr. 4°. Constantinopoli. Venetiis 378. (1618. Amstelodami 419. (1659.

R. Manahem de Lonzano scripsit librum, cui titulus: שתי ידות Duæ manus, hujus libri duæ sunt partes, altera יד עני manus pauperis, altera יד המלך manus Regis dicta. Prior illa quinque habet digitos, quorum I. אור תורה Lux legis liber Massoreticus. Ipse auctor in calce profitetur se monita sua inprimis hausisse ex codd. mss. Hispanicis, tum verò libro מסורת quem scripsit חרמה itemque ex קרית ספר R. Meir & עט סופר R. Kimchii, ac denique ששון משן *Joan. Christoph. Wolphius pag.* 765. & 766. *Bibl. Hebraica.*

Joan. Morinus in Epist. ad Jo. Buxtorfium quæ legitur in antiq. Eccl. Orientalis pag. 525. loquens de hoc libro hæc addit: « Hoc autem R. Manahem de
» Lonzano fecit magna cum diligentia,
» secundæ enim editionis Bombergianæ
» (puta Rabbinicæ & quam Manahem
» noster à se consultam disertè monet)
» voces omnes, literas, accentus, puncta
» consideravit & cum decem antiquis mss.
» (præcipuè Hispanis, licet allegentur
» hinc inde codices Hierosolymitani, Æ-
» gyptiaci, Arabici, Germanici) quorum
» nonnulli erant 500. aut 600. annorum
» & libris Masorethicis mss. & nonnullis
» aliis comparavit. »

Epistola Jacobi Usserii ad Ludovicum Capellum de variantibus textûs Hebraici lectionibus, 4°. Londini 1652. & cum ejus Syntagmate de 70. Interpretibus. 4°. Londini 1655. Lipsiæ 1695.

Index locorum Veteris Testamenti, in quibus occurrit varia aliqua lectio. V. *ad calcem critica sacra Ludov. Capelli.* fol. Parisiis 1650.

Epistola Guillelmi Lyrii Angli ad Jac. Usserium de textûs Hebraici variantibus lectionibus, 4°. Londini 1652. & cum Usserii Syntagmate de 70. Interpretibus 4°. Ibidem 1655.

Tractatus de codicum Hebræorum variis lectionibus quæ *Keri & Chetib* dicuntur, seu duplex illarum, catalogus unus secundùm ordinem librorum, alter (*ex lib. 3. Criticæ sacræ Capelli*) secundùm classes ad quas singulæ reducuntur. V. *Bibl. Polyglott. Londinens. tomus* IV. 1657.

VARIANTES LECTIONES Samaritanæ.

C Variæ lectiones ex antiquis Hebræo-Samaritanis codicibus collectæ. V. *Jo. Morini opuscula Hebræo-Samaritana.* 12. Parisiis 1657.

Collatio Pentateuchi Hebraici cum Samaritico, instituta à Brianno Waltono, Edm. Castello & Joan. Lighfoot, *ut patet ex præfatione Waltoni, in qua hæc ait:*
« Pentateuchi Hebraici cum Samaritico «
collationem fieri necessarium erat ut fi- «
dem de eis edendis solverent in quo ope- «
re adjutores habui viros doctissimos D. «
Edm. Castellum S. T. B. & D. Joh. «
D Lighfoot S. T. D. quorum ille genesim «
& sex priora Exodi capitula contulit; hic «
Numeros & Deuteronomium, reliqua «
ipse horis succisivis annotavi. Cumque «
in multis conveniant inter se codex Sa- «
mariticus & versio Græca τῶν ό ubi ab He- «
bræo discrepant, omnia loca ejusmodi «
diligenter annotari curavimus. » V. *tom. VI. Bibl. Polygl. Londin.* 1657.

Edmundi Castelli de animadversionum Samariticarum in totum Pentateuchum ab eo collectarum scopo & usu. *ibid.*

E VARIÆ LECTIONES Chaldaicæ.

Variæ lectiones & annotatiunculæ quibus Targum i. e. Chaldaica Paraphrasis infinitis in locis illustratur & emendatur studio Francisci Raphelengii. V. *Bibl. Polygl. Antuerp.* 1572. *Apparatus.*

Variantes Lectiones Samuelis Clerici in Chaldaicam Paraphrasin. V. *tom.* VI. *Bibl. Polyglott.* 1657.

Variæ lectiones in Targum Hierosolymitanum, in fol. *Bibl. Colbertina cod.* 610.

VARIÆ LECTIONES Syriacæ.

אוצר ראזא i. e. Thesaurus secretorum, scholia (*seu potius variantes lectiones*) in omnes utriusque Testamenti libros valdè succincta, ex variis Interpretibus & scriptoribus Græcis & Syris collecta à Gregorio Abulfaragio, *Syriacè. Florentiæ*, *Bibl. Medicæa Palatina cod.* 25. *Renaudot.* Ex his edita sunt paucula excerpta in librum Psalmorum, à Dudleio Loftusio & in Latinum versa per Edm. Castellum cum ejus annotationibus. V. *Tomus* VI. *Bibl. Polyglot. Londin.* 1657. *pag.* 44. *post animadversiones ejusdem Castelli in Pentat. Samarit.*

« Gregorius crebram in scholiis suis » instituit collationem textuum Græci, » Armenici, Ægyptiaci, Aquilæ, Sym» machi, quin & Carcaphiensis subinde » versionem injicit ad Psalmum nempe » 107. & 136. » *Hottingerus p.* 185. *dissert. de translat. Bibl. in Vern. linguas.*

Variæ lectiones V. & N. Testamenti Syriaci, Arabici & Persici congestæ à Ludovico de Dieu in Animadv. suis ad sacra Biblia, fol. Amstelod. 1697.

Variantes lectiones in Syriaca versione Veteris Testamenti è codicibus msc. ab Herberto Thorndicio excerptæ. V. *Tom.* VI. *Bibl. Polyglot. Londini* 1657.

Variantes lectiones Psalterii Syriaci ex tribus codicibus Syriacis collectæ à Gabr. Sionita ad calcem Psalterii Syriaci editæ 4°. Parisiis 1625.

Loca restituta in Nov. Testam. Syriaci contextu, ope antiquissimi codicis msc. studio Boderiani. V. *Bibl. Polygl. Antuerpiæ an.* 1572. *Apparatus.*

Collatio trium exemplarium Nov. Test. sc. Viennensis, Boderiani & Trostii cum Pariensi. V. *Tom.* VI. *Bibl. Polyglot. Londin. pag.* 50.

Variæ lectiones ex Novi Testamenti Syriaci codice msc. Coloniensi. V. *Nov. Test. Syriacum*, 24. Antuerpiæ 1575.

Notationes variantis lectionis Novi Testamenti Syriaci ex quinque impressis exemplaribus collectæ à Martino Trostio. V. *Nov. Testam. Syriacum An.* 1621. V. *Bibliorum Polyglott. Londin. tomum* VI. *pag.* 51.

Notæ criticæ Ægidii Gutbirii in Novum Testamentum Syriacum, quibus præcipua variæ punctationis exempla, aliæque variantes lectiones, quæ observationem merentur, inter se conferuntur ex optimis exemplaribus olim collectæ. V. *Nov. Testam. Syriacum*, in 8°. Hamburgi 1667.

Variæ lectiones Syriacè 4. Evangelistarum à Jo. Albrechto collectæ, 8°. Jenæ 1666. † V. *supra pag.* 188.

Variæ lectiones Nov. Testam. Syriaci ex omnibus editionibus magnâ industriâ collectæ à Carolo Schaaf. V. *Ejus Nov. Testam. Syriacum*, 4°. Amstelod. 1708.

VARIÆ LECTIONES Arabicæ.

Variantes lectiones Pentateuchi Arabici, seu Arabica versio Pentateuchi cum R. Saadiæ versione, tam quæ in codd. mss. quàm quæ in Bibliis Constantinopolitanis extat, collata ab Eduardo Pocockio linguarum Hebraicæ & Arabicæ Professore cum ejus præfatione, in qua variantium in Pentateucho Arabico lectionum ratio redditur. V. *Tomum* VI. *Bibl. Polyglott. Londinensium.*

Loca in quibus Arabica Geneseos translatio ab interpretatione τῶν ό recedit (Forsan ab Ambrosio Usserio collecta.) *Bibl. Collegii SS. Trinitatis Dublinensis cod.* 264. *nunc* 124.

Series lectionum Græcarum & Arabicarum ex Evangeliis & Psalmis. Exemplar antiquissimum & octingentis forte (ut è Græco codice colligebat Scaliger) ab hinc annis scriptum. *Bibl. Leidensis cod.* 38. *Scaligeri pag.* 281. *catalogi editi.*

VARIÆ LECTIONES Æthiopicæ.

Variantes lectiones in Æthiopica Psalmorum versione tum ex editionibus Joannis Potken 1513. & 1518. tum ex msc. Psalterio Pocockii cum brevibus ad loca difficiliora annotationibus per Edmundum Castellum. V. *Bibl. Polygl. Londin. tom.* VI. *pag.* 46.

Variæ lectiones & notæ à Jobo Ludolfo collectæ in Psalterium Æthiopicum. V. *Idem* 4°. Francofurti 1701.

Annotationes Edmundi Castelli in Æthiopicam versionem Cantici Canticorum. V. *Bibl. Polygl. Londin. tom.* VI.

Annotationes ejusdem in versionem Nov. Test. Æthiopici. *Ibidem p.* 49.

VARIÆ LECTIONES Persicæ.

Thomæ Gravii observationes quædam in Persicam Pentateuchi versionem & interpretationem quatuor Evangeliorum. *Ibid. p.* 48. & 56.

VARIÆ

VARIÆ LECTIONES Copticæ.

Evangeliorum Copticorum lectiones à Græco fonte variantes, quas collegit Thomas Marshallus. *Bibliotheca Bodleiana cod.* 8668-70.

VARIÆ LECTIONES Græcæ.

Fragmenta veterum interpretum Græcorum *Aquilæ*, *Symmachi*, & *Theodotionis* ex variis antiquis msc. codicibus *à Petro Morino, ut patet ex ejus epistolis p.* 366. collecta. V. *Biblia Græca* A. 1587. 1597. 1628. 1653. 1697. V. *Bibl. Polyglot. Londin. tomus* VI. V. *Joan. de la Cerda adversar. Sacrorum capita* 174. 182. V. *Vetus Test. Lat. Romæ editum* 1588. & *Critici sacri* 1697.

Eadem cum notis Joannis Drusii, 4°. Arnhemii 1619.

Hexaplorum Origenis quæ supersunt, multis partibus auctiora quàm à Flaminio Nobilio & Joanne Drusio edita fuerint. Ex mss. & ex libris editis eruit & notis illustravit D. Bernardus de Montfaucon Mon. Benedictinus è Congr. S. Mauri, 2. vol. fol. Parisiis, 1713.

Locorum aliquot V. & N. T. diversa lectio, partim ex optimorum exemplarium collatione, partim observatione doctorum collecta. V. *Biblia Græca* 545.

Variæ lectiones & scholia Græca à Petro Morino collecta. V. *Biblia Græca* 1587. 1597. 1628. 1653. 1709 V. *Bibl. Polygl. Londin. tomus* VI V. *Vetus Testam. Latinè Romæ editum* 1588. V. *Jo. Ernesti Grabii Epistola ad Joan. Millium, specimen* 3. *in* 4°. *Oxonii* 1705.

Flaminii Nobilii *vel potius Petri Morini* notæ in variantes lectiones versionis Græcæ, adjectis omnibus quæ in scholiis Romanis habentur, à Nobilio verò omissa erant; præterea omnia, quæ in Jo. Drusii fragmentis veterum Interpretum extant, suis locis insertis reperies. V. *Tom.* VI. *Bibl. Polygl.* 1657.

Catalogus eorum quæ in utroque Testamento aliter scripta sunt vitio Scriptorum quàm in Græco, auctore Alph. de Zamora. V. *Tom.* VI. *Bibl. Polyglott. Complutensium* 1517.

Septuaginta Interpretum editio Romana cum Aldina, Complutensi & Oxoniensi msc. libro collata, studio Briani Waltoni. V. *tom.* VI. *Bibl. Polygl.* 1657.

Eadem cum variis exemplaribus collata. *Ibidem.*

Variarum in Bibliis Græcis lectionum libellus à Guillelmo Cantero concinnatus V. *Bibliorum Polyglottorum anni* 1572. *Apparat.*

Variantes lectiones V. & N. Testam. ex codice msc. Alexandrino ab Alexandro Huisso collectæ. *Extant ad calcem singulorum capit. versioni* 70 *Interpr. in Bibliis Polyglot. Londinensibus.*

Patricii Junii Annotationes in Manuscriptum codicem Alexandr. V. *Tom.* VI. *eorundem Bibliorum.*

Variantes lectiones ex annotatis Hugonis Grotii in universa Biblia. V. *ejus Comment. in utrumque Test. mentum.*

Eædem cum ejusdem de iis judicio collectæ, curâ Thomæ Piercii. V. *Tom.* VI. *Bibl. Polygl. Londinensium.*

« Exemplaris *N. Testamenti Alexandrini* lectionibus variantibus à Patricio Junio collectis usus est primus omnium Grotius in Annotationibus suis in N. Test. In his *nobilissimum quod est in Anglia codicem* (Alexandrinus is ipse erat) per omnem ferè paginam citat, & in consilium adhibet; ejusque potissimùm ope, consultis etiam Scriptoribus Vet. ac versionibus, in expendendis recepti textus nostri lectionibus egregium agit Aristarchum. Sed cùm in palæstra hac haud multùm esset versatus, & verò haud exploratè subinde ipsi constaret de testimoniis à se prolatis, nil mirum, si in his rebus loco non uno cespitaverit vir maximus. » *Joannes Millius pag.* 145. *Prolegom. in N. Test. Græcum.*

Discrepantiæ τῶν ό à texru Hebræo in Pentateucho cura Johannis Lighfoot. V. *Ejus operum t.* 3. fol. Ultrajecti, 1698.

Liber Genesis ex Bibl. Cottoniana per Jacobum Usserium & Patric. Junium collatus cum editione Francofurtana, & nunc cum editione Romana. V. *Tom.* VI. *Bibl. Polygl. Londini*

Liber Josuæ ab Andr. Masio cum antiquis codicibus msc. Syriacis collatus & restitutus, cum asteriscis, obelis, lemniscis, hypolemniscis, &c. V. *ejusdem Comment. in fol. Antuerpiæ* 1572. V. *Tom.* VI. *Bibl. Polygl. Londini.* 1657.

Liber Chronicorum msc. antiquus in Bibl. publica Cantabrig. collatus cum edit. Romana. *Ibid. in Bibl. Polyg..* 1657.

Periochæ in Psalmos ex msc. Alexandrino seu tituli Psalmorum Gr. & Lat. *Ibidem.*

S. Hyeronimi Epistola ad Sunniam & Fretelam de variantibus lectionibus Græcis & Latinis in Psalterio Davidis. V. *ejus opera.* Eadem seorsim edita à Jo. Martianay ad calcem Prodromi operum ejusdem Sancti in 4°. Parisiis 1690.

Collationes Psalteriorum Græcorum, fol. *Bibl. Bodleiana cod.* 5261.

Guillelmi Sirleti Annotationnes variarum lectionum in Psalmos. V. *Bibl Polyglot. Antuerp. Apparatum.*

Esaia ex codice msc. Rupifucaldiano cum editione Romana collatus operâ Guillelmi Norisii qui varias lectiones,& quidquid in isto codice observatione dignum erat, collegit, summoque judicio digessit. V. *Tom. VI. Bibl. Polyglott. Londini.*

Prophetæ minores ex codice Cardinalis Barberini vetustissimo cum editione Romana collati, quibus adjiciuntur collationes eorumdem Prophetarum ex Cyrilli commentariis nuper editis extractæ. *Ibidem.*

Versiones Prophetarum minorum Græca & vulgaris; necnon *Targum* cum Hebræo fonte collata à Joanne Lightfoot. V. *ejus operum tom.* 3. *pag.* 19. fol. Ultrajecti 1699.

Laurentii Vallæ Annotationes in Novum Testamentum, fol. Parisiis 1505

Eædem editæ studio Desid. Erasmi, 8°. Basileæ 1626. 1541. &c. Eædem. V. *Critici Sacri.*

Desid. Erasmi Annotationes in Nov. Testam. fol. Basileæ 1516. 1519. 1522. 1517. 1535. 1540. 1542. 1545. 1579. &c. « Nullas *Erasmus* variantes lectiones in » marginem, sed postea in finem conjecit, » in annotationibus verò de eo agit; continuavit ipse hoc studium usque ad tertiam, quartam & quintam editionem. » *Auctor Proleg. Nov. Test. Græci anno* 1711. *editi pag.* 18.

In horum trium Auctorum Annotationibus varia exemplaria tam Græca quàm Latina sæpe laudantur

Variantes lectiones 2384 Novi Testamenti ex 16. codicibus msc. collectæ à Roberto Stephano præter loca deficientia 280. obeliscis notata. V. *Nov. Test. Græcum in fol.* 1550. 1601. V. *Bibl. Polygl. tom* VI. 1657.

Aliæ variæ Nov. Testam. lectiones. V. *Novum Testamentum Græcum* 1563. 1564. 1566. 1568. 1570. 1597. 1615. 1618. 1622. 1633. 1641. 1642. 1648.

Variantium Novi Testam. lectionum libellus à Guill. Cantero concinnatus. V. *Bibl. Polygl. Antuerp.* 1572. *Londinensi* 1657.

Variantes lectiones N. T. ex 16. Codicibus mss. à Jacobo Usserio collectæ. *Extant Tomo* VI. *Polyglot. Londini.*

« Usserius noster (*inquit Jo. Millius pag.* 132. *Proleg. in N. T. Gr.*) exemplar *Cantabrigiense* ad editionem N. T. Gr. an. 1624. Elzevirianam accuratè contulit, ejusque varietates, ut & aliorum insuper 15. mss. codicum, cum Waltono

A communicavit, in Bibliorum Polyglot. tom. sexto, sive appendice reponendas. »

Variæ lectiones Scripturæ sacræ. V. *Joan. Ludov. de la Cerda Adversariorum sacrorum cap.* 129. 163. *& in Nov. Test. ibid. cap.* 91. *&* 187. V. *Dion. Amelotte version. Gallicam Novi Testam.* 1666. V. *Bibl. Polygl. Tom.* VI. 1657.

« Collegerat Rob. Stephanus ex 16. « exemplaribus antiquis discrepantes le- « ctiones quas in editionibus suis majoribus « excudit. Collegerat etiam Rever. Usse- «

B rius ex aliis libris 16. msc. ex Academiis « utrisque & alibi conquisitis loca varian- « tia, quæ nobis benignè communicavit. « Exemplaria alia 16. contulerat Marchio « Velesius. Faxardus, quæ collegit, hæc « postea publicavit Jo. Lud. de la Cerda « in Adversariis sacris. Hæc omnia cum « aliis quibusdam quæ comparaveram, in « unum corpus tomo VI. congessimus, ut « quid in singulis notatu dignum sit, le- « ctor uno aspectu percipere possit. » *Ita Waltonus in præfat. Bibl. Polyglot. Londin. Hæ omnes reperiuntur Tomo* VI. *eorundem.*

C Variantes lectiones Novi Testamenti ex X. vel XII. codicibus collectæ, msc. *Bibl. Barberina. De hoc codice scribit Isaacus Vossius in Responsione ad Christ. Schotannum de* 70. *Interpretibus pag.* 416. *his verbis*: « In Bibliotheca Francisci Car- « dinalis Barberini vidimus olim discre- « pantes lectiones ex decem vel duodecim « exemplaribus collectas. » *Eadem sunt quæ in sequenti titulo enumerantur.*

Collationes Græci contextus omnium librorum Nov. Testam. juxta editionem

D Antuerpiensem Regiam cum 22. codicibus msc. antiquis præsertim ex Biblioth. Barberina. Præmittitur præfatio Matthæi Caryophili. V. *ad calcem Catenæ Græcæ in Marcum Romæ à Possino An.* 1673. *editæ,*

Variæ lectiones Nov. Testam. Gr. collectæ à Stephano Curcellæo. V. *N. Test. Græcum* 1658. 1675. *& ejusdem Præfat.*

Variantes Novi Testamenti lectiones quæ Stephani Curcellæi diligentiam effugerunt, à Joan. Lomeiero collectæ. V. *Ejusdem dissert. philol. decadis I. Dissert.*

E 4. in 8°. Daventriæ 1694.

Variæ lectiones Nov. Testam. Græc. V. *Novum Testamentum Græcum Oxon.* 1675. 1697. 1699. 1703. 1717. *studio & labore Joannis Fell Angli congesta.*

Variæ lectiones Nov. Testam. Græci plurimæ à Rich. Simon notis illustratæ. V. *Ejusdem hist. crit. textûs Nov. Testam. Gallicè.* 4°. Amstelodami 1689.

Silloge major, quàm antehac visa est, variantium lectionum N. Testam. Gr. V. *Novum Testamentum Gr. studio Jo.*

Millii editum cum ejus prolegomenis & appendice (in quibus maximus harum numerus recensetur) in folio. Oxonii 1707. † *Idemque meliori ordine dispositum novisque mss. collationibus auctum studio Lud. Kusteri* fol. Amstelodami 1709.

Christ. Matth. Pfaffii dissertatio critica de genuinis librorum Novi Testamenti lectionibus ope canonum quorumdam criticorum feliciter indagandis & à spuriis secernendis, ubi & inter alia de Joannis Millii collectione variarum N. Testam. Græci lectionum modestè disseritur. 8°. Amstelod. 1709.

Examen variantium lectionum in N. Testam. Gr. Joan. Millii auctore Daniele Whitby Anglo, in fol. Londini 1710.

† Variæ lectiones Nov. Test. Gr. collectæ ab Henr. Ernstio. « H. Ernstius *de studiis diebus festis convenientibus c. 2. p.* 29. ait se Nov. Testam. cum omnibus ferè editis & non paucis mss. codd. Patrumque Græcorum commentariis summo studio contulisse & ad editionem parasse. Sanè in Bibl. Gudiana (*superioribus annis vendita*) extat editio N. Testam. Genev. de a. 1620. 4. ab Ernstio collata cum XX. Codd. editis vel mss. » *Jo. Alb. Fabricius* Bibl. Gr. L. IV. c. 5.

† Allegationes textuum è Nov. Testam. Græcorum ex Patribus & autoribus aliis Græcis, quatenùs aut ab editis vulgatorum codicum textibus & variis circa eos lectionibus discrepant, aut diversitates lectionum, quæ constant, firmant & fulciunt. *Hoc opus inter inedita* Guill. Coddæi *memorat Jo. Meursius in Athenis Batavis.*

† Variæ lectiones IV. Evang. ex Euthymii Commentario à Jo. Hentenio collectæ & Commentar. huic præmissæ 8°. Parisiis 1574.

Variæ lectiones Græci textûs in IV. Evangelia & Actus Apostolorum ex quatuor antiquissimis msc. à Patricio Junio desumptæ. Codex in 12. *Cantabrigiæ, Biblioth. Collegii S. Emmanuelis cod.* 119. Eædem, V. *Joannis Morini Exercit. Bibl. lib. 1. Exercit. 2. cap.* 3.

Variæ lectiones IV. Evangeliorum ex veteri codice msc. Anglicano Græco. *Parisiis in Bibl. Du. de Menars Præsidis Infulati cod.* 284. *Petri Dupuy.*

Notarum ad varias lectiones in IV. Evangeliis occurrentes libellus duplex, quorum uno Græcæ, altero Latinæ varietates explicantur, auctore Francisco Luca Brugensi. V. *ad calcem ejus Commentarii in IV. Evangelia*, fol. Antuerpiæ, 1606. 1616.

Franciscus Lucas Brugensis (vir in sacro textu ac monumentis Patrum exercitatissimus, & in hoc eruditionis genere longè summus) « ad calcem commentariorum in IV. Evangelia suffixit libellum *hunc*, quo quidem nihil est in hoc genere doctius & elaboratius. Neque enim loca variantia leviter attingit; multò minùs temerè, fide aliena, seu potiùs ex præjudicatis notionibus de iis pronuntiat, uti jam ante Beza; sed inspectis, ubi fieri poterat, collatisque exemplaribus, exploratâ etiam Exemplarium ipsorum indole, in consilium insuper adhibitis scriptis Patrum, notæque præstantioris versionibus; singulis denique summa cum diligentia pensitatis, quæ in hac inquisitione lucis quidpiam fœnerari posse videntur, suam demùm, de ipsis, ubi fortè opus erat, proponit sententiam. Hinc exacta ferè, ut diximus, apud eum omnia; judicium de lectionibus probum, ipsique ferè veritati ad amussim congruum. » *Jo. Millius pag. 136. Prolegom. in Nov. Testam. Græcum.*

Lectiones variæ IV. Evangeliorum collectæ per Marchionem Velesium Petrum Exardum Hispan. factâ collatione sexdecim exemplarium, quorum octo erant ex Bibl. Regis Hispaniæ Laurentiana. Collegit ea tantùm loca, in quibus vetusta illa, quæ ad manus habuit msc. cum Vulgata Latina conveniebant, & à Græcis codicibus impressis discrepabant, quæ posteà vulgavit Ludov. de la Cerda in Adversariis sacris cap. 91. fol. Lugduni 1626.

« Ad Novi Testamenti Græci exteriorem marginem minio varias lectiones sua manu suoque laborè sexdecim codicum factâ collatione, plerasque vetustate insignes adjecerat Petrus Fagiardus Velesius Marchio. Ingens thesaurus magnopere æstimandus. (*ait Joh. Mariana tract. pro edit. Vulgata cap. 17. p.* 83.) si vir ille optimus & Græcæ linguæ præstans, quibus ex libris singulæ lectiones essent depromptæ, notasset, &c. »

« Græcum Testamentum (*inquit idem præfat. scholiorum in N. Test.*) nescio quâ sorte nactus eram, quod Petrus Fagiardus Marchio Velesius ad fidem sexdecim Græcorum exemplarium castigavit, quæ magnâ diligentiâ undique congessit, neque impensæ parcens, neque labori, vir Græcè doctus... Illud certè desideratur, ut variis lectionibus, quas ad marginem minio adjecit, designaret, ex quibus codicibus singulas sumpsisset.

Ante annos plus viginti Petrus Faxardus, Marchio Velesius ad exemplaris Græci excusi Nov. Testam. marginem exteriorem minio adscripserat varias lectiones sexdecim mss. codicum; è quibus

„ octo, vetustate pleraque insignia, suppeditavit Bibliotheca Regia D. Laurentii; cætera aliunde corrogata sunt. Exemplar hoc nactus fortè Mariana, varietates istas libri sui Nov. Test. ad oram transcripsit.... Librum ipsum qualem planè eum ad exemplar Velesianum ordinaverat, per annos circiter viginti apud se detentum, tradidit demùm Mariana Ludovico de la Cerda, cujus operâ lectiones istæ prodiere cap. 91. Adversariorum sacrorum. Ex iis autem constat, Velesio haud aliud in animo fuisse, quàm ut perlectis & collatis invicem supradictis exemplaribus, eas ad oram libri lectiones easque solas notaret, quæ favebant Editioni Vulgatæ.

„ De ipsis ita statuendum censeo. 1. Pro certo habeo, magnam earum partem, originarium Italicorum Interpretum textum referre, adeoque pro genuinis ipsis Apostolorum ferè habendas. 2. Ex interpolatis, partem aliquam, eas dico quæ conveniunt cum iis quas exhibent Syriaca, aliæque aliquot versiones Orientis, ex iisdem Italorum Interpretum Græcis prodiisse. 3. Ex iis, quæ adeo mirificè favent Vulgatæ versioni, ut ad exemplaria Latina confictæ videantur, raras esse, quæ post accuratum examen, haud deprehendantur ex uno aut altero Græco Exemplari ortum deducere. 4. Haud diffitendum quidem, in Exemplaribus apud Latinos exaratis, paucas quasdam ad Latinum textum à Latinis fuisse fictas & formatas. Hujusmodi unam, alteram, tertiam videas in hac Velesiana sylloge, non item multas, quod primo intuitu suspicaberis. » *Jo. Millius p.* 138. *Prolegom. in Nov. Testamentum Græcum.*

Variæ lectiones Græcæ IV. Evangeliorum ex cod. Græcis, Copticis, Gothico & Anglo-Saxonicis à Thomâ Mareschallo collectæ in Observ. suis in Evangelia Gothica & Anglo-Saxonica, 4°. Dordrechti 1665.

Joannis Sauberti variæ lectiones textûs Græci Evangelii S. Matthæi ex pluribus impressis ac msc codicibus collectæ, & cum versionibus partim antiquis, partim præstantissimis, necnon Patrum veteris Ecclesiæ Græcorum commentariis collatæ, &c. præmissis prolegomenis de origine, auctoritate & usu variarum in Græco Nov. Testam. textu lectionum, &c. 4°. Helmstadii 1672.

« *Si Saubertus* in omnes Novi Testamenti libros continuasset quod in Evangelio S. Matthæi tentavit opus, id nulli collectionum cederet. Nam præter diversas Exemplarium Græcorum lectiones, eas quoque notavit, quæ ex versionibus peti, aut illas confirmare poterant. Adjecit etiam quasdam notas criticas textum illustrantes, in quibus accuratus videtur, licet aliquando cespitaverit. Interim observavit quosdam errores qui in collectione Waltoniana deprehenduntur, & operi suo doctam præmisit præfationem ubi de differentibus N. Test. Græci exemplaribus eruditè & ingeniosè disserit. » *Rich. Simon cap.* 29. *Hist. crit. textûs Nov. Test. Græci pag.* 342.

Variæ lectiones Græcæ in librum Actuum Apostolorum ex Regio Alexandrino Vaticanæ Bibliothecæ codice desumptæ. V. *Zacagni tom.* 1. *Collectan. monument. veterum pag.* 443. in 14. Epistolas Pauli. *Ibid. pag.* 576. In 7. Epistolas Canonicas *Ibid. pag.* 489.

Variantes lectiones Epistolarum Pauli ex codice Claromontano, à Joanne Morino collectæ. V. *Ejusdem libr.* 1. *Exercit.* 3. *cap.* 3. *Bibl. Exercet.*

VARIÆ LECTIONES LATINÆ.

ILlud certum est (*inquit Joannes Millius pag.* 107. *Prolegomen. in Nov. Testamentum Græcum*) elucubratos fuisse circa hæc tempora (*hoc est sæculo* XII.) tractatus quosdam criticos, *Correctoria Biblica* dictos, in quibus, factâ codicum aliquot Latinorum inter se & subindè cum Græco textu & scriptis Patrum collatione, vitia graviora notata erant & emendata. Ex his pauci aliquot ad nostra usque tempora devenerunt, iisque usi sunt Robertus Stephanus, (*Franciscus Lucas Brugensis*,) aliique Editores, in emaculandis Bibliis, quæ superiore seculo (*nempè* XVI.) castigatissima prodiere. » *Hac ille.*

Correctiones Biblicæ variantes juxta diversos textus, in 4°. *Bibl. Veneta Thomasinus pag.* 27. *catalogi.*

Correctio Bibliæ compilata cum summa diligentia à Fratribus Ordinis Prædicatorum (reperies hîc varias lectiones Bibliorum Latinorum Vet. & Nov. Testam.) ex glossis D. Hieronymi aliorumque Doctorum, ex libris Hebræorum, antiquissimis exemplaribus, quæ etiam ante tempora Caroli Magni scripta fuerunt. Codex membranaceus in fol. *Lipsiæ Bibl. Paulina, Acta Lipsiensia anni* 1690. *pag.* 94.

Correctorium Bibliorum msf. ab incerto auctore qui *Epanorthotes*, seu Corrector vocatur, magnâ diligentiâ ac fide contextum. Hic auctor antiquos Vulgatæ editionis codices secutus est; eosque cum Hebræis, Græcis & veterum Patrum commentariis sedulò contulit.

Exemplar multis annis scriptum, & pluribus fortè compositum fuit olim Augustioi Hunnæi. *Franciscus Lucas in catalogo mss. quibus usus est in* Notationibus ad Biblia sacra. *Bibl. Lovaniensis PP. S. J.*

Idem de hoc codice cap. 8. annotat. lib. Geneseos v. 7. hac ait : « Est nobis ab Augustino Hunnæo antiquum Bibliorum » correctorium mutuò datum, multis an» nis scriptum, & pluribus fortè composi» tum quod ad hunc modum legit, &c. » *deinde addit :* Quæ namque à oostri se» culi scriptoribus ex mss. codicibus colle» ctæ sunt variæ lectiones, omnes prope» modum in eo comperimus, & ad fontes » fideliter examinatos deprehendimus. » Neque dici potest, ejus libri auctorem » ex iis esse, qui ad Hebræos codices La» tinos mutare student, non semel enim » Hebræos sui temporis corruptos asserit, » & sequendos Latinos antiquos docet, » eosque, qui ad Hebræa Latina muta» runt exemplaria, arguit. Hæc sit libri, » qui sæpe à nobis citandus erit, descriptio. » *Ita Lucas Brugensis.*

Correctorium Bibliæ lib. 1. *Bibliotheca Monasterii Elnonensis cod.* 170. *Sanderus part.* 1. *pag.* 47.

Correctorium Bibliorum, auctore Petro de Mamacotia, io 4°. *Bibl. Academia Lovaniensis. Sanderus ibid. part.* 2. *pag.* 38.

Correctorium Bibliæ super Hebræos, Græcos & Latinos *codices*. Adjicitur aliud Correctorium in utrumque etiam Testamentum, prioris veluti supplementum. Legitur ad calcem voluminis manu receotiori scriptum : Correctorium editum fuit circa annum 1230. Codex membranaceus in 4°. majori. *Bibl. Sorbona plut.* 2. *radio* 3.

Correctorium Bibliorum *de quo hæc ait Guill. Lindanus lib.* 3. *de optimo genere interpretandi pag* 100. & 101. « Tale » quoddam vidimus pervetustum in Car» tusia Zeelhemensi juxta Diesthemium » sita, quod Biblia ad Codices Caroli Ma» gni perdiligenter castigatos notabat e» mendanda, locis sanè ut non paucis, ita » minimè quoque pænitendis. Ejus gene» ris & in Sorbona extat quo usus est Ro» bertus Stephanus, alia alibi extant. »

Correctorium Bibliorum Romæ à Nicolao Cardinali conscriptum, *de quo scribit ibid. Lindanus his verbis :* « Præ cæte» ris equidem desiderarim illud quod ante » aooos 400. Romæ Nicolaus S. Damasi » Diaconus *Cardinalis* scripsit (*floruit hic » an.* 1145.) maximâ uti apparet diligen» tiâ, ubi conquiritur *lustrans armaria*, » inquiens, *nequibam hoc adipisci, veracia » se. Bibliorum* Latinorum *exemplaria invenire, quia & quæ à doctissimis viris dicebantur correcta, unoquoque in suo sensu abundante, adeo discrepabant, ut penè quot codices tot exemplaria reperirem, usque adeo etiam millesimo ferè post interpretationem Hieronymi anno, codices sacra Scriptura mendosi atque corrupti erant, & ita inter se discrepantes.* Ubi quibusdam in- « tersertis de mutilatis Hebræorum codi- « cibus addit : *hoc sui esse studii quoad potuit, superflua resecare, transformata reformare & ea addere rursus quæ à præsumptoribus tamquam superflua fuerant amputata.* » Hæc Nicol. in opere de emendatione sacræ Scripturæ, *quod laudat etiam Bessarion in opusculo ad hæc verba Joannis*, si eum volo manere. *Utrum alicubi extet hoc opus Nicolai de S. Damaso, haud constat.*

Correctionum Liber totius Bibliæ (fortè Nicolai Cardinalis) *Bibl. Vaticana cod.* 3466. *num.* 365.

Correctiones Bibliæ variantes juxta diversos textus literæ, in 4°. *Venetiis Bibl. Dominicanorum SS. Joannis & Pauli Thomasinus.*

Variantes lectiones ex Bibliis Latinis. V. *Biblia Latina Vulgata* 1532. 1540. 1546. 1547. 1574.

Variantes lectiones Bibl. Latioorum ex vetustissimis msc. codicibus collectæ à Joanne Harlemio, *ut refert Sotuel*, & ad textum Hebr. Chald. Græcum & Syriacom examinatæ à Theologis Lovanieosibus. V. *Apparatus Bibl. Polyglott. Antuerp.* 1572.

Francisci Lucæ Brugensis notationes in sacra Biblia, quibus variantia discrepantibus exemplaribus loca discutiuntur, 4°. Antuerpiæ 1580. In fol. Ibidem 1583. In fol. Lipsiæ 1657. V. *Critici sacri*

Ex præfatione. « Cùm commissum mi- « hi esset eas, quæ in Lovaniensium Bi- « bliorum marginibus annotatæ erant le- « ctionum varietates, ad fontes & vete- « rum commentarios revocare, &, si qui- « dem coocinerent, marginalibus id no- « tis signare, ut quoquo modo germana « ab adulterina discerni posset lectio : ani- « madverti sæpe numero fieri haud posse, « ut notis id in margine indicaretur. . . . « Quamobrem consilium subiit, ad calcem « Bibliorum, brevibus ejusmodi anootari « posse. . . . nec paucis, quemadmodum « statueram, absolvere potui, ut ad cal- « cem Bibliorum adjici possent, nec citò, « uti speraveram, ut una cum Bibliis pro- « dirent. Quare nunc seorsum, secunda « cum Bibliorum editione, prodeunt, ne- « cessariæ quidem ad intelligenda margi- « nalia annotata Bibliorum illorum nostrâ « operâ adauctorum ; quippe ad quas illa «

» remittant, sed quæ à marginalibus illis » annotatis ipsæ non pendeant, quibuscumque Biblior. editionibus atque exemplaribus adhibitis servientes. In his porrò textum, initio singularum notationum, ita ferè proposuimus, ut in Lovaniensibus est Bibliis: quem deinde cum » aliis Latinis exemplaribus, impressis & » scriptis, contulimus; habuimus impressa exemplaria semper octo aut novem; » scripta 32. aut .. ut minimum, sæpe plura; ea quæ statim descripturi sumus, propria dico, præter ea quæ ante nos Parisienses, Hentenius aliique annotaverant..... Deinde consuluimus commentaria, enarrationes, scholia, translationes primæ, mediæ, postremæ ætatis, » auctorum Græcorum & Latinorum quoscumque habere potuimus.... Post hæc » adhibuimus in Veteri quidem Testamento, Hebraicum, Græcum & Chaldaicum, textus; in Novo, Græcum & Syriacum,.... Postremò, si quid vel ex » locorum circumstantiis, vel ex locis similibus, vel aliunde, de lectionis varietate intelligi posset, id omne perscrutari conati sumus. » *Hæc Lucas Brugensis.*

« Istis in lectiones utriusque Testamenti annotationibus nihil quicquam est » accuratius. Lectiones (de Nov. Testam. » jam loquor) omnifariam, ex compluribus mss. & excusis, ex Latinis codicibus optimis ac probatissimis, ex Græcorum & Latinorum monumentis, versioneque Syriaca, summo studio collegit, nec minori digessit, expenditque » judicio. » *Jo. Millius pag. 136. proleg. in Nov. Testam. Græcum.*

Variæ lectiones Vet. & Nov. Testamenti Vulgatæ Latinæ editionis à Francisco Luca Brugensi, Joanne Hentenio, aliisque Theologis Lovaniensibus collectæ, & cum codicibus Syriacis, Bibliis Regiis, veterumque Ecclesiæ Patrum & scriptorum versionibus & explicationibus collatæ. V. *Bibliorum Polyglot. Lond. tom. VI.*

Romanæ correctionis in Latinis Bibliis Vulgatæ editionis jussu Sixti V. recognitæ loca insigniora à Franc. Luca Brugensi observata, in 12. Antuerpiæ 1601. In fol. & in 8°. Ibidem 1603. In 8°. Lugduni 1604. In 4°. & 8°. Antuerpiæ 1608. V. *ad calcem Bibl. Latinorum.* 4°. Moguntiæ 1609. In fol. Duaci 1617. Parisiis 1624. Antuerpiæ 1630. 1634.

Ex præfatione. « Dum igitur dispicio, » quodnam efficacissimum remedium huic » malo queat adhiberi, ne amplius *in Latinæ Veteris Vulgatæque versionis Bibliorum editione, auctoritate Sixti V. & Clementis VIII. à Notariorum mendis vitiis* A *quæ diligentissimè expurgata*, ea loca corrumpantur, quæ jam dexterrimè correcta sunt: visum est mihi expediens fore, ut adhibito autographo Romano colligerem præcipua atque insigniora, quæ in hac editione à Romanis Patribus restituta sunt, loca: & indicatâ eâ, quæ rejecta est, lectione, ita clarè distinguerem unam ab altera, ut deinceps nemo non clarè intelligere posset, quæ proba sit lectio, quæ reproba; quæ textu expulsa, quæ in textum summi Pontificis B auctoritate recepta.... Sic concinnatum à nobis est hoc Correctorium, indicato ad singula loca nodo ipso difficultatis, adeoque puncto in quo varietas consistit, ut etiamsi contingeret typographicum vitium in ipsummet irrepere, facile esset ex circumstantiis deprehendere, &c. Audomaropoli 1602. »

Eadem cum conjecturis Leandri à S. Martino; adjectæ ad calcem cujusque tomi Glossæ ordinariæ ejusdem studio editæ. Duaci 1617. Antuerp. 1634.

Francisci Lucæ Brugensis libellus alter C continens alias lectionum varietates in Bibliis Latinis ex vetustis msc. exemplaribus collectas, quibus post geminam Sixti V. & Clementis VIII. expurgationem possit perfectior reddi feliciter cœpta correctio, si accedat Romani Pontificis auctoritas. V. *Bibl. Latina*, 4°. Antuerpiæ 1618. *& ad calcem Bibl. Latinorum Joan. Marianæ*, in fol. Antuerpiæ 1624. V. *Critici sacri* 1698. *& tom. 1. Supplement. Crit. sacror.* Francofurti 1700.

Ex Epistola nuncupatoria Jacobo Blaso D *Episcopo Audomaropolitano. Postquam præcedentem librum prænotasset, subdit:* « Jam offero alterum libellum, in quem, Doctorum Theologorum hortatu, congessi alia loca notatu digna ex veteribus editionis Vulgatæ mss. libris collecta, quæ hactenus non correcta, meritò fortasse pleraque corrigi possent, summo Pontifice similiter committente. Quamvis enim priores illi Patres felicissimè laborarint, & plura Vulgatæ editionis loca dexterrimè restituerint, ita ut omninò fatendum sit, editionem eorum cæteris omnibus, quæ ad hunc usque diem E prodierunt, emendatiorem purioremque esse, quod non temerè habet Præfatio: tamen, quod etiam Præfatio admittit, difficile sit affirmare, numeris omnibus esse absolutam. Etiam in Vaticana, eaque prima horum Bibliorum editione, impressores non pauca errata admiserunt, quæ passim in priore libello notavimus. Scio, quod Patres illi correctores, nonnulla quæ emendare potuissent, consultò qualia erant reliquerint, ad of- «

» fensionem populorum vitandam, veteri D. Hieronymi exemplo, in libris Regum præsertim & Proverbiorum, è quibus multa fuerant auferenda, juxta fidem conspirantium mss. codicum editionis Vulgatæ; sed tamen & illa annotasse, & ne memoria eorum pereat, hoc libello indicasse expedit. »

Ejusdem notæ ad varias lectiones N. Testam. Latini. V. *Bibl. Polyglott. Londinens. tom. VI.*

Ejusdem notarum ad varias lectiones in I V. Evangeliis occurrentes libellus duplex quorum uno Græcæ, altero Latinæ variantes explicantur. V. *ejus comment.* in 4. *Evangelia* in fol. Antuerpiæ 1606-16.

Emendatio Bibliorum Romanorum à Joanne Matario (vulgò l'Heureux) instituta. *Bibliotheca Collegii Busleidiani Lovaniensis Swertius.*

Bellum Papale seu Concordia discors Sixti V. & Clementis VIII. circa Hieronymianam editionem Bibliorum (*complectitur hic liber variantes utriusque editionis lectiones*) auctore Thoma James, 4°. Londini 1600. 8°. Ibid. 1678.

Ex præfatione pag. 2. « En opus multorum nec dierum, nec horarum (nam unius mensis curriculo acta., transacta sunt omnia, liber scriptus exscriptusque:) verumtamen sensi in tam parvo opere non parvos labores.... Quid ita? quia necesse fuit ordinem propositum servanti.... notare singula mutata, addita vel detracta, discrepantia in aliqua parte vel particula, ut nullus apex nec apicula in posterum in ulla editione reperiri posset, quæ juxta eam Sixti ad unguem non emendaretur. *Et pag.* 4. Pro Sixto faciunt *in Veteri Testamento* (secùs accidit in Novo) Lovanienses, Stephanus bona ex parte, Hentenius, & quotquot editiones receptæ sunt in Ecclesia Romana per spatium multorum annorum: pro Clemente nuda veritas Hebraica, Chaldaica, Græca.

Apologia *hujus libri* scripta Anglicè ab eodem auctore. V. *Ejusdem Tractatus Anglici part.* 3. *de Corruptione S. Scripturæ.*

Differentiæ lectionum inter Biblia Vulgata editionis Sixti V. & Clementis VIII. item Lovaniensium collectæ ab Henrico de Bukentop libro 3. operis quod inscripsit Lux de luce. 4°. Coloniæ 1710.

Variæ lectiones, in quibus textus Hebr. Chald. Gr. Syriacus, vel potius eorum versiones Latinæ: item auctores Ecclesiastici & Interpretes Novi qui à Latina Vulgata differunt, à Joanne de la Haye, *nimis ambitioso & satis inutili studio* collectæ in Bibliis Maximis 1660.

« Si materiæ copiam attendas (*inquit Auctor in præfatione*) quis in dubium revocare potest, nostrum Codicem omnes alios excedere? quid enim in Complutensi, Regio, Londinensi, Parisiensi continetur? Nullus eorum prætergreditur plura Idiomata, quàm Latinum, Græcum, Hebræum, Samaritanum, Chaldæum, Syrum, Arabicum, Persicum, Æthiopicum; noster autem præterea, & Illyricum, Gothicum, Italum, Hispanum, & aliquando Gallicum præbet; necnon varios loquendi modos ex pluribus Bibliis & Patribus in medium producit. »

Variæ & dubiæ lectiones quæ in Vulgata Latina sacræ Scripturæ editione occurrunt ex originalium linguarum textibus illustratæ ab Henrico Bukentop. *In libro supra cit. to.*

Epanorthotes Castigationes in Novum Testamentum, in quibus depravata restituuntur, adjecta resecantur, & sublata reponuntur, authore Tacito Nicolao Zegero, 8°. Coloniæ 1555.

Idem V. *Critici sacri.*

« Relinquit auctor (*ut refert Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica pag.* 881.) id opusculum locis multis sua manu locupletius » *Extat forsan Lovanii apud Sodales Minoritas.*

« Prologus ad Lectorem. Tanta est passim in Nov. Testam. codicibus, tum Latinis, tum Græcis, varietas, discrepantia & corruptela, præsertim in iis qui ante annos hos triginta aut quadraginta, vel calamo exarari, vel typis sunt expressi, ut nonnisi perplexæ fuerit difficultatis comprobare & demonstrare, quæ in ipsis haberi ac censeri debeant pro germanis, Apostolicis & intemeratis. Græca exemplaria dissident à Latinis, Græca pariter & Latina moderna à veteribus, vetera à veteribus, moderna à modernis. In tanta ergo codicum varietate, quò confugias, quid sequaris, cui tutò credas? &c. »

Idem ibidem circa finem: « Ubi nec *SS. Patres* nobis satisfaciebant, nec item alii similiter probati & antiqui Scriptores; imò ubi etiam satisfacere fortasse poterant, ad majorem rei certitudinem ad vetusta confugimus exemplaria; inter quæ antiquiora, celebrioraque fuere: Biblia sacra Cœnobii Gemblacensis, ejusdem Cœnobii tria diversa exemplaria IV. Evangelistarum, & unum exemplar epistulas continens Apostolicas & Apocalypsim; quo etiam domi usus sum: volumen quatuor Evangeliorum Caroli

C. 5... RR. PP. Capucinorum in Pratis, Parisiis.
C. 6..... Cardinalitia Parisiis.
C. 7.. Dn. de la Coste Pastoris S. Petri, nunc Eccl. Metrop. Canonici, Paris.
C. 8..... Carolina Tiguri.
C. 9..... Frid. Bened. Carpzovii, 8°. Lipsiæ 1700.
C. 10..... Cromboult, in 4°. Amstelod. 1699.
C. 11. Joan. Cloppenburgii 4°. Hardervici 1663
C. 12.... Guil Coddæi, Leidæ, 4°. 1630.
C. 13..... Illustr. Dn. de Coaslin Episc. Metensis.
C. 14..... Joan. Cocceii, 4°. Leidæ 1671.
C. 15..... Clarissarum Lovanii.
C. 16. Guill. Cave de libris Græcis, Append.
Tom 2. hist. litterariæ de Script Eccles.
C. 17. Jos Carus in præfat. Psalterii, 8°. Romæ 1683.
C. 18. Andr. Chevillier, Origine de l'Imprimerie, 4°. Parisiis 1694.
C. 19. Jean la Caille, Histoire de l'Imprimerie, 4°. Paris 1686.
C. 20. Guill. Crowæi Elenchus Script. in S. Script. 12. Londini 1672.
C. 21. Jod. Coccii Thesaurus Catholicus, Tom. 1. fol Coloniæ 1619.
C. 22 Joan. Clessii Elenchus virorum Illustr 4°. Francof. 1602.
C. 23. Pierre Coton, Geneve Plagiaire, in fol Paris. 1618.
C. 24. Bibliotheca Carmelitana in vico Billetarum Parisiis.
C. 25. Bibliotheca Cantabrigiensis.

§.

D. 1. Bibliotheca RR. PP. Dominicanorum in vico S. Honorati Parisiis.
D. 2 RR. PP. Dominicanorum Lugduni.
D. 3..... RR. PP Dominican. Bonomiæ.
D. 4... S Dionysii in Francia
D. 5... Ludov. de Dieu, in 4°. Leidæ 1643.
D. 6. Doulsekeri Catalogus officinæ, 8°. Argentorati ab an. 1696.
D. 7. Dionysii Genuensis Bibl. Capucinorum, in fol. Genuæ 1691.
D. 8. Jo. Durellus, vindiciæ Ecclesiæ Anglic. 4° Londini 1669.
D. 9. Georg. Draudii, Bibl. Classica, 3.vol. 4 Francofurti 1925.

§.

E. 1. Elzeviriorum catalogus officin. 12. Leidæ 1674.
E. 2. Ehingeri catalogus Bibl. Augustanæ, fol. Augustæ 1633.

§.

F. 1. Bibliotheca R R. P P. Fulienfium Parisiis.
F. 2..... Francofurtana ad Oderam, fol. Francofurti 1706.
F. 3..... de Forcroy, 8°. Parisiis 1690.
F. 4..... de Feutlor, 8°. Parisiis 1693.
F. 5. Abr Frencelius de orig. linguæ Sorabicæ, 4°. 1693.
F. 6. Jac Frisius, Epitome Bibl. Gesnerianæ, fol. Tiguri 1583.
F. 7. Thomæ Fritsch Catalogus officin. 8°. Lipsiæ 1705.
F. 8. Petri Francii Musæum, 8°. Amstelod 1705.
F. 9 Bibliotheca Illustriss Dn. Nic. Josephi Foncault Comitis Consistoriani, Parisiis.
F. 10 Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Græca 4° Hamburgi 1708.
F. 11. Joannes Fabricius Historia Bibliot. in 4°. Helmstadii 1708.

§

G. 1.. Bibliotheca S Genovefæ, Parisiis.
G. 2..... S Germani à Pratis, Parisiis
G. 3. S Galli in Helvetia
G. 4 .... Dn. Gallois Prof. Regii nunc defuncti, Parisiis.
G. 5..... Guelferbytana seu Wolfenbutellana.
G. 6.... Germanorum Aurelianensis, 4°. edita.
G 7.... Franc. Gomari, 4°. Leidæ 1641.
G 8. Henningi Grossii, 4°. Lipsiæ 1600.
G. 9..... Gallandii, 4° Parisiis 1653.
G. 10 .... Th. Grasvinckel, 4° Hagæ-Comitis 1667.

§.

H. 1. Jo Hartley catalogus universalis, 2. vol. 8°. Londini 1699.
H. 2..... Hegeri catalogus 4°.
H. 3..... Haller catalogus 4°.
H. 4. Corn Hackii catalog. officin. Leidæ 1669.
H. 5. Hoffmanni Lexicon universale, 4. vol fol. Leidæ 1698.
H. 6. Bibl. Casp. Haer, 4°. Amstelod. 1665.
H. 7..... Nic. Heinsii 12. Leidæ 1682.

§.

I. 1. Biblioth. Collegii. S J. Parisiis.
I. 2 ..... Domûs probationis S. J. Parisiis.
I. 3..... Domûs professæ S. J. Parisiis.
I. 4..... Collegii Romani S. J.
I. 5..... Collegii S. J. Lugduni.
I. 6..... S Jacobi Provinienfis.
I. 7. Index libr. prohibit. fol. Madriti 1667.
I. 8. Jansonii catalogus officin. 4°. Amstel. 1663.
I. 9. Bibliotheca Dn. de Jongh, 4°. Ibid. 1679.
I. 10..... Isenacensis in Germania.

§.

K. 1. Bibliot. Koerten, 4°. Leidæ, 1668.

K. 2.... Theologica Anglorum Kempii, 4°. Regiomonti 1677.
K. 3. Kortholtus de variis script. editionibus, 4°. Lipsiæ 1686.

§.

L. 1. Biblioth. Lazariana, Parisiis.
L. 2..... S. Lupi Trecensis.
L. 3..... Leidensis, fol. Leidæ 1716.
L. 4..... Joan. de Laet, 4°. Ibid. 1650.
L. 5..... Joan. Lydii, 4°. Ibid. 1643.
L. 6..... Henr. Laurentii, 4°. Amstelod. 1649.
L. 7..... Theologica Lipenii, 2. vol. fol. Francofurti 1682.
L. 8. G. G. Leibnitii Epistola ad me scripta 19. Junii 1707.
L. 9. Polyc. Lyseri animadversiones mss. ad me missæ.

§.

M. 1. Biblioth. Mazarinæa, Parisiis.
M. 2..... S. Martini à campis, Parisiis.
M. 3..... RR. PP. Minimorum, Parisiis.
M. 4..... RR. PP. Minorum, Conventualium, Parisiis.
M. 5..... RR. PP. Minorum Recollectorum Parisiis.
M. 6..... RR. PP. Minimorum Nigeonæa prope Parisios.
M. 7... Abr. van. der Meer, in 4°. Leidæ 1638.
M. 8..... Jo. Frid. Mayeri historia vers. Germ. Lutheri, 4° Hamburgi 1701.
M. 9. Biblioth. Jo. Massovii 4°. Cantabr. 1687.
M. 10.... Hafniensis Jo. Mullenii, 4°. Hafniæ 1670.
M. 11..... Oweniana Edm. Midllington, 4°. Cantabrigiæ 1684.
M. 12..... Leon Marii, 4°. Amstelod. 1653.
M. 13..... Septentrionis eruditi, Molleri, 8°. Hamburgi 1698.
M. 14 Mareschalli præfatio in Evang. Malaica, 4°. 1677.
M. 15. Bibliotheca RR. PP. Mathurinorum, Parisiis.

§.

N. 1. Biblioth. Dion. Nolin Advocati, in 12. Parisiis, 1710.
N. 2..... Navarræa, Parisiis.
N. 3..... Norimbergensis à Jo. Sauberto, 12. Norimbergæ 1643.
N. 4..... Norfolciana, 4°. Londini 1681.
N. 5.... Eminentiss. Cardinalis de Noailles Parisiensis Archiepiscopi.
N. 6. Nova Literaria Maris Balthici ab an. 1697.

§.

O. 1. Biblioth. Oratorii Domûs Parisiensis.
O. 2..... Oratorii Domûs Dominæ Virtutum propè Parisios.

A O. 3... Oratorii Domûs Institutionis, Parisiis.
O. 4... Oratorii Domûs S. Maglorii, Parisiis.
O. 5... Oiseliana, 8° Leidæ 1692.
O. 6... Jo. Bapt. Ottii, collectio Editionum Biblicarum quam mecum communicavit.
O. 7. Biblioth. Feiconis Oedtsonii, 4°. Leovardiæ 1681.
O. 8... Joan. Orlers, 4°. Leidæ 1616.

§.

B P. 1. Biblioth. Ecclesiæ Parisiensis.
P. 2.. Dn. Pillon controversistæ, Parisiis.
P. 3... D. Pastel Doctoris Sorbon. Parisiis.
P. 4. Pocciantii. catalogus Script. Florent. 4°. Florent. 1589.
P. 5. Bibl. Pandolironensis Monast prope Mantuam.
P. 6. Catalogus Christ. Plantini officinalis, 8° Antuerpiæ 1575.
P. 7. Biblioth. Dn. Pinssonat linguæ Hebr. Prof. Regii Parisiis.
C P. 8... Adriani Pauw Hollandiæ Pension. 4°. Hagæ 1654.

§.

R. 1. Bibliotheca Regia Parisiensis.
R. 2... Illust. Marchionis de Rouci, Parisiis
R. 3... Abbatis Eusebii Renaudot, nunc S. Germani à Pratis, Parisiis.
R. 4. Illustr. Dn. d'Estampes Archiepiscopi Rhemensis, in 4°.
R. 5... Jani Rutegersii, 4°. Leidæ 1630.
R. 6... Franc. Raphelengii, 4°. Leidæ 1626.
D R. 7..... Christ. Rompf, in 4°. Ibidem 1640.
R. 8... Andreæ Rivet, 4°. Ibid. 1657.
R. 9... Rotheana, 4°. Amstelodami 1669.

§.

S. 1. Biblioth. Sorbonæ, Parisiis.
S. 2... Seminarii S. Sulpitii, Parisiis.
S. 3... Segueriana msc. 8°. Parisiis 1685.
S. 4... Cardin Sluzii. 4°. Romæ 1690.
S. 5... Frid. Spanhemii, 8°. Amstelodami 1701.
S. 6... Sionensis, 4°. Londini 1650.
E S. 7... Willebr. Snellii, 4°. Leidæ 1629.
S. 8... Joan. Smetii, 4°. Ibid. 1653.
S. 9... Rich. Smith, 4°. Londini 1672.
S. 10. Schefferi Suecia illustrata, 8°. Lipsiæ. 1699.
S. 11. Biblioth. Dn. de Salmonet, 4°.
S. 12... Antitrinitariorum Sandii, 8°. Freistadii 1684.
S. 13... Scaphuziana.
S. 14... Theophili Spizelii, fol. August. 1705.
S. 15... Rabbinica Schabtai, 4°. Amstel. 1681.

S. 16... Hafnienſis publica Scavenii, 4°. Hafniæ 1665.

S. 17... Jo. Caſp. Stokeri, Tiguri.

S. 18. Catalogus librorum Viduæ à Someren, 12.

S. 19. Jac. Severt. Anacriſe des Bibles, fol. Paris 1612.

S. 20. Bibliotheca Abbatiæ S. Galli in Helvetia.

§.

T. 1. Biblioth. Telleriana, fol. Pariſiis, 1693. *Hanc Abbatiæ S. Genovefæ 1710. teſtamento legavit Mauritius le Tellier Archiepiſcopus & Dux Rhemenſis.*

T. 2... Tertii Ordinis S. Franciſci, Pariſiis Picpus.

T. 3... Thevenotiana, 8°. Pariſiis 1694.

T. 4... Tigurina Civica.

T. 5... Ant. Thyſii, 4°. Leidæ 1677.

T. 6... Henr. Thibault, 4°. Medioburgi 1669.

T. 7. Theobaldus, de bello Huſſitico, 4°. 1626.

T. 8. Biblioth. Thomana Lipſiæ.

T. 9... Jac. Triglandii, 4°. Amſtelod. 1665.

T. 10. Catalogus officin. Sam. de Tournes, in 12. Genevæ 1670.

T. 11. Memoriæ Trevoltianæ ab ann. 1701.

§.

V. 1. Biblioth. S. Victoris, Pariſiis.

V. 2... Illuſt. D. de Verthamont, Pariſiis.

V. 3... Ultrajectina, fol. Ultrajecti 1670.

V. 4... Vitodurenſis in tractu Tigurino.

V. 5... Gerardi Jo. Voſſii, 4°. Leidæ 1656.

V. 6... Saxo Vinarienſis.

V. 7... Gallica Antonii du Verdier, fol. Pariſiis 1584.

V. 8... Ulfeldii, 4°. Leidæ.

V. 9. Franc. Veron, Preface du Nouveau Teſt. François, 4° Paris 1647.

V. 10. Biblioth Joan. Vorſtii, 4°.

V. 11... Adriani Vorſtii 4°. Leidæ 1664.

V. 12... Van Aſche, 4°. Roterod. 1650.

V. 13... Vogelſang. 4°. Leidæ 1664.

V. 14.... Upſalienſis, 4°. Upſaliæ 1706.

V. 15... Chriſt. Theophili Unger Epiſtolæ mſ. ad me ſcriptæ.

V. 16... Vindobonenſis Cæſarea.

§.

W. 1. Biblioth. Benj. Watford, 4°. Londini 1691.

W. 2... Wetſtenii Catalogus officin. 12. 1686.

W. 3. Waltheri officina Biblica, 4°. Wittebergæ 1668.

W. 4. Bibliotheca Joannis de Wilhem, 4°. Hagæ 1658.

W. 5... Joan. Wourdani 4°. Leidæ 1666.

W. 6... Joan. Weimanni, 4°. Ibid. 1663.

A *W.* 7... Wittiana, 12. Dordraci 17..

W. 8... David Wilkins in comment. ..

W. 9... Wolphius in comment. mſ.

ELENCHUS CHRONOLOGICUS

BIBLIORUM EXCUSORUM.

M. CCCC. LVII.

Pſalterium Latinum, 4°. Moguntiæ. *Lambecius.*

B M. CCCC. LXII.

† Biblia Lat. 2. vol. fol. Moguntiæ *R.* 1. *C.* 1. *T.* 1.

M. CCCC. LXIV.

* Biblia Lat. fol. (Pariſiis) *Bibl. Cantabrigienſis.*

M. CCCC. LXVI.

Biblia Hebræa, in 8°. Venetiis *O.* 6.

* Biblia Lat. Auguſtæ Vindel. *A.* 10. *C.* 18.

M. CCCC. LXVII.

* Biblia Germanica, fol. abſque loco. *Lipſ. B. ſenat.*

M. CCCC. LXIX.

C * Biblia Latina, fol. Reutlingæ. *N.* 3. *Saubertus.*

M. CCCC. LXXI.

† Biblia Latina, 2. vol. fol Romæ *A.* 13. *D.* 3. *O.* 1. Burdigalæ B. RR. PP. Carmelitarum in Suburbio des Chartrons.

† Biblia Italica, 2. vol. fol. Venetiis, *bis R.* 1. *M.* 1.

M. CCCC. LXXII.

† Biblia Latina, fol. Moguntiæ *M.* 1. *G.* 1.

M. CCCC. LXXIII.

* Biblia Lat. 2. vol. fol. *abſque loco G.* 3.

M. CCCC. LXXIV.

D * Pſalterium Latinum, Norimb. *N.* 3.

M. CCCC. LXXV.

† Biblia Lat. 4°. Placentiæ *C.* 1. fol. Norimb. *B.* 3.

* Biblia Italica, fol. Pinaroli *C.* 19.

* Biblia Belgica, 2. vol. fol. Colon. *K.* 1.

M. CCCC. LXXVI.

† Biblia Latina, in fol. Pariſ. *C.* 3. *G.* 1. Neapoli *B.* 3.

† Biblia Lat. in fol. Pariſiis *C.* 3. *G.* 1.

† Biblia Lat. fol. Venetiis, *bis C.* 1. *M.* 1.

M. CCCC. LXXVII.

E * Biblia Latina 2. vol. fol. Norimbergæ *V.* 3. *F.* 9.

† Biblia Latina, fol. typis Bernardi Richel. *R.* 9. *A.* 12.

† Bibl. Ital. Malermi fol. Venet. *bis R.* 1.

* Bibl. Germ. Auguſtæ Vindel. *G.* 5. *S.* 13.

* Eadem, in fol. Norimbergæ *Biblioth. Auguſtana.*

* Biblia Belgica, 2. vol. in fol. Delphis *L.* 3. *R.* 8.

* Biblia Belgica, 4°. Delphis *B.* 4.

† Nov. Testam. Gallicum, fol. Lugd. A
circa 1477. *R* 1.

M. CCCC. LXXVIII.

† Biblia Latina, in folio. Venetiis *M*. 1. *O*. 1. Norimb. *C*. 1. *B*. 6.

M. CCCC. LXXIX.

* Biblia Latina, in folio. Lugduni *I*. 5. Coloniæ *B*. 6. *V*. 3.
† Biblia Latina, fol Norimbergæ *G*. 3.
† Biblia Latina, fol Venetiis *M*. 1. *N*. 1.
* Biblia Latina, in fol. *absque loco* *G*. 5.
Biblia Belgica. in folio. Goudæ *H*. 1.

M. CCCC. LXXX. B

† Biblia Lat. 4°. Venetiis, *bis* *G*. 1. *J*. 6.
† Biblia Latina, in fol. Ulmis *C*. 1. *R*. 1. Norimb. *T*. 1.
* Biblia Latina, Nicol. de Lira 7. vol. fol. Coloniæ *V*. 3.
* B. Germ. 2 vol. fol Augustæ *S*. 13. *E*. 2.

M. CCCC. LXXXI.

† Biblia Latina, fol Venetiis *G*. 1. *absque loco* *D*. 1.
† Biblia Latina, Nic. de Lira 4. vol. fol. Venetiis. *R*. 1.
* Eadem, 7. vol. fol. Norimb. *P*. 5. *V*. 8.
† Biblia Italica Malermi, fol. Venet. *C*. 1. C
† Psalterium Græco-Latinum, fol. Mediolani *T*. 1.

M. CCCC. LXXXII.

† Biblia Latina, Nic. de Lira 4. vol. in fol. Venetiis *G*. 2.
† Biblia Latina, in fol. Argentor. *R*. 1. Norimb. *G*. 2.

M. CCCC. LXXXIII.

† Biblia Latina, in folio. Augustæ *A*. 2. *absque loco* *I*. 1.
† Biblia Latina 2. vol. fol. Venet. *C*. 3. 4°. Ibid. *G*. 3. *M*. 6.
* Bibl. German. fol. Norimb. *S*. 10.
* Epist. & Evang. annor. Ital. in fol. Venet. *C*. 1. D

M. CCCC. LXXXIV.

† Bibl. Latina, fol Venetiis *V*. 1. *V*. 16.
* Biblia Latina, fol. typis Joan. Zainer *G*. 3. *V*. 16.
† Bibl. Ital. Malermi, fol. Venet. *M*. 1.
* Biblia Saxonica fol. Lubecæ Masinkrot *p*. 88.

M. CCCC. LXXXV.

† Biblia Latina Vulgata, fol. *absque loco* *B*. 1. *B*. 6.
* Biblia Germanica, fol. Argentor. *G*. 5. E

M. CCCC. LXXXVI.

* Biblia Latina, in fol. *absque loco* B. 6. *G*. 5. *P*. 8.
* Prophetæ priores Hebraicè, fol. Soncini *R*. 3 *O*. 1.
† Psalterium Græcum, 4°. Venetiis *B*. *Soubizsana*.

M. CCCC. LXXXVII.

† Biblia Latina, in fol. *absque loco* *V*. 1. 4°. Venetiis *G*. 1.

* Biblia Latina, Antuerp. *B*. 4. fol. Basileæ *G*. 5.
† Biblia Latina Nic. de Lira, 5. vol. in fol. Norībergæ *A*. 2.
† Biblia Gallica glossata, 2. vol. fol. Parisiis *R*. 1.
* Biblia Germanica, Augustæ Vindelicorum *K*. 2.
* Psalter. Belgic. in 4° Delphis *P*. 8.

M. CCCC. LXXXVIII.

Biblia Hebraica, in fol Soncini *B*. 5.
† Psalterium Latin. in 4°. Parisiis *V*. 1.

M. CCCC. LXXXIX.

* Biblia Latina, fol *absque loco*.
* Biblia Latina fol. Venetiis Scoti.

M. CCCC. XC

† Biblia Latin. fol. per Malietum *L*. 1.
* Biblia German. 2. vol in 4°. Augustæ *F*. 2. Norib. *M*. 8
† Pentateuchus Hebraicus, in 4°. *absque loco* *R*. 1.
* Psalterium Lat. fol. Moguntiæ *O*. 10.

M. CCCC XCI.

* Biblia Latina, in folio, in 4°. Venetiis *T* 1. *R*. 5.
† Biblia Latina, in 8°. Basileæ *G*. 1. B 6.
† Pentateuchus Hebraicus, fol. Olyssipone *R*. 1
* Psalterium Belgicum, in 8°. Zwolæ *M* 7... 8.
† Libri Sapientiales Latinè, 4°. Parisiis *S*. 1.
† Epistolæ S. Pauli Latinè 4°. Paris *V* 1.

M. CCCC. XCII.

* Biblia Latina Nic. de Lira, 4. vol in fol Argentor. *L*. 5.
* Bibl. Ital. Malermi, fol. Venet. *V*. 16.

M. CCCC. XCIII.

* Biblia Latina Nic. de Lira, 6. vol. fol. Norimb *G*. 5.
* Biblia Saxonica cum glossis, fol. Lubecæ *B*. 4. *G*. 5.
† Prophetæ priores Hebraicè, fol. *absque anno* *O*. 1.
* Psalterium Saxonic. 4°. Lubecæ *P*. 8.

M. CCCC. XCIV.

* Biblia Hebræa, in folio, in 4°. in 8°. Pisauri *R*. 11.
† Biblia Hebræa, 8°. Brixiæ *O*. 1. *L*. 3.
† Biblia Latina, in folio. per Matthiam Hus G. 1.
† Biblia Latina, in 4°. Venetiis, *bis* *I*. 1. *S*. 13. *R*. 1.
* Biblia Italica Malermi, in folio. Venetiis *G*. 5.
Bibl. German. Augustæ Vindelic. *C*. 8.
* Psalter. Latin. 4°. Antonii Coburger.
† Prophetæ priores Hebraicè, in folio. Leiriæ *R*. 1.

M. CCCC. XCV.

* Biblia Latina Nic. de Lira, 6. vol. fol. Venetiis *D*. 3.

† Biblia Latina, in 8°. Basileæ *O.* 1.

M. CCCC. XCVI.

* Biblia Latina, in 4° Brixiæ *C.* 3.
* Biblia Latina Nic. de Lira, 6. vol. fol. Norimb. *N.* 3.

M. CCCC. XCVII.

† Biblia Latina, 8°. Venet. *T.* 1. in fol. Argentor. *B.* 6. Colon.
† Bibl. Lat in 4°. per Joan. Pivard *M.* 1.
* Esaias & Hieremias Hebr. in fol. Ulyssipone *S.* 15.

M. CCCC. XCVIII.

† Biblia Latina Nic. de Lira, 6. vol. fol. Basileæ *M.* 2. *B.* 6.
† Biblia Latina Vulgata, in 4°. Venetiis *M.* 1. *R.* 1.

VETERES EDITIONES

absque anno.

† Biblia Hebraica, fol. in Italia *N.* 1.
† Biblia Latina, *sine loco* *M.* 1. 8°. Parisiis, Lugd. *B.* 6.
† Biblia Latina cum glossis ordin. 3. vol. fol. *absque loco* *S.* 1. B. 6.
† Biblia Gallica Glossata, 4°. Parisiis Le Noir, *R.* 1.
† Eadem, 2. vol. fol. Lugduni *F.* 9.
† Biblia Italica Marmochini, fol. Venet.
† Biblia Gallica Glossata, fol. Parif. *C.* 5.
* Biblia Italica Malermi, in fol. *absque loco* *G.* 5.
* Bibl. Germ. fol. Augustæ Vindel. *V.* 16.
* Biblia Saxonica, in fol. Coloniæ *G.* 5. *absque loco*, *G.* 5.
* Pentateuchus Hebraicus, 12. Sabionetæ B. 12.
† Psalterium Græcum, in 4°. Venetiis, Aldi *R.* 1.
* Psalterium Latinum, in 16. Venetiis.
† Psalterium Gallicum, 4°. Petri le Rouge *R.* 1.
† Psalterium Gallicum, 8°. Parisiis, *N.* 1.
* Psalterium Italicum, fol. *absque loco* *V.* 16.
† Psalterium Hispanicum, 4°. *absque anno.* *C.* 1.
* Proverbia Hebræa, in fol. Neapoli *S.* 15. *E.* 1.
* Esaias Hebr. Gr. & Latinè 4°. Basileæ.
† Nov. Testamentum Gallic. fol. Lugd. *R.* 1.
* Apocalypsis German. *absque loco.*

M. D.

† Biblia Lat. fol. Parif. B. 1. Norib. *T.* 2. Basileæ.
* Eadem, 4°. typis Jo. Pivard. *O.* 1. 8° Lugd. *T.* 10.

M. D. I.

† Biblia Lat. fol. Parisiis *I.* 1. 8°. Venetiis *M.* 1.

M. D. II.

* Biblia Latina cum glossa ordin. 6. vol. fol. Basileæ *F.* 1.
† Biblia Italica Malermi, in folio. Venetiis *R.* 1.
* Psalterium Lat. in 4°. Basileæ *B.* 6.

M. D. III.

Psalterum Lat. Germ. 4°. Basileæ *O.* 6.

M. D. IV.

† Biblia Lat. Hugonis Card. 9. fol. Basileæ *C.* 2.
† Biblia Latina, fol. Parisiis, Jo. Petit *V.* 1. *G.* 5.
* Psalterium Germ. in 4°. Spiræ *F.* 2.

M. D. V.

† Biblia Latina, fol. Lugduni, Cl. Davost. *G.* 1.

M. D. VI.

† Biblia Latina, fol. Parisiis *C.* 2. Venetiis *T.* 1. *G.* 3.
* Biblia Bohemica Venetiis *T.* 7.

M. D. VII.

† Biblia Latina, in fol. Parisiis. Pigouchet *C.* 3.
† Biblia Italica Malermi, fol. Venetiis, *bis* *R.* 1.
* Biblia Germ. 2. vol fol. Augustæ *T.* 7.
† Nov. Test. Lat. 8°. Parisiis *L.* 1.
† Epistolæ Apostol. & Apocalypsis, 8°. Parif. *S.* 2.
† Epistolæ S. Pauli Gallicè, in fol. Parisiis *R.* 1.

M. D. VIII.

† Biblia Latina cum gl. ordin. 7. vol. fol Basileæ *S.* 1. *M.* 16.
† Eadem, 8°. Parisiis Kerver. *R.* 1.
* Psalt. Latino-Germanicum 4°. Argentorati *B.* 6. *V.* 16.

M. D. IX.

†* Biblia Lat. fol. Lugduni *C.* 1. *R.* 1. Basileæ *P.* 8.
† Psalterium Quintuplex Fabri. fol. Parisiis *O.* 1.
Novum Testamentum. Lat. & Germ. 4°. Antuerp. *L.* 7.

M. D. X.

* Psalmi Suecicè, Antuerpiæ *S.* 9.
Apocalysis Latinè, in 12. Parisiis *G.* 7.

M. D. XI.

Biblia Hebraica, in 4°. Venetiis Bombergi *K.* 11.
*† Biblia Latina, 8°. Parisiis *I.* 5. Ludduni *M.* 1.
† Biblia Latina, in fol. Rothomagi, Olivier *.* 1.
* Biblia Latina, in 4°. Cadomi *G.* 9. Venetiis *T.* 4.
† Prophetæ posteriores Hebr. fol. Pisauri *R.* 1. *O.* 1.

M. D. XII.

† Biblia Latina, fol. Parisiis, Pigoucher *M.* 1.

† Eadem, fol. & 8°. Lugduni, Jac. Sacon *M.* 1. *I.* 1. A

‡ Psalmi 7. Pœnit. Heb. Lat. in 8°. Tubiogæ *O.* 5.

* Evang. & Epist. Hispan. *Præf. eorumdem* 1544.

† Epistolæ Pauli Lat. ex Gr. in fol. Parif. *O.* 1.

M. D. XIII.

†* Biblia Lat. fol. Lugduni *M.* 16. Norimbergæ *F.* 2.

† Psalterium Æthiopicum, in 4° Romæ *R.* 1. *N.* 1.

† Psalterium Quintuplex Lat. fol. Parisiis *C.* 1. B

* Psalterium Germ. in 4°. Metis *T.* 7.

† Canticum Cantic. Æthiopicè, in 4°. Romæ *R.* 1.

M. D. XIV.

*† Biblia Latina, in fol. & in 8°. Lugduni *C.* 9. *M.* 1.

*† Biblia Lat. in 8°. Parisiis *P.* 8. in fol. Basileæ *G.* 3. *V.* 16.

M. D. XV.

* Biblia Hebræa 12. vol. in fol. Venetiis *W.* 8.

*† Biblia Latina, in fol. & in 8°. Lugduni *B.* 6. *O.* 1. C

* Pentateuchus Hebraicè & Chaldaicè, *A.* 10.

† Agiographa Hebraicè, fol. Thessalonicæ *O.* 1.

† Psalterium quintuplex Latinè, in fol. (*Cadomi*) *V.* 1.

† Psalterium Latinum ex Hebr. Pratensis, 4°. Venetiis *M.* 1.

† IV. Evangelia & Apocalypsis Latin. 12. Parisiis *G.* 1.

† Epistolæ Pauli Lat. ex Gr. fol. Parif.

M. D. XVI. D

† Biblia Latina, in folio, Lugduni, *bis A.* 12. *B.* 8.

† Job. Lat. ex Hebr. Justiniani, 4°. Parisiis *R.* 1.

† Psalter. Pentagl. Justiniani, in folio, Genuæ *R.* 1.

† Psalterium Hebr. in 24. Basileæ *O.* 1. Psalterium Græcum fol. Basileæ *O.* 6.

† Novum Testamentum Gr. Lat. Erasmi fol. Basileæ *S.* 1.

M. D. XVI.

† Biblia Polyglotta, 6. vol. fol. Compluti. R. 1. E

* Biblia Hebraica, fol. *absque loco C.* 8.

* Biblia Latina, in folio Lugduni *P.* 8.

† Biblia Gallica Glossata, 2. vol. in fol. Parif. *C.* 4.

* Bibl. Italica Malermi. fol. Venet. *R.* 5.

* Tobias Hebraicè, in 4°. Constantinopoli *B.* 3.

* VII. Psalmi Pœnit. Germ. Lutheri, fol.

*Nov. Test. Latinum, Venet. Aldi *O.* 6.

M. D XVIII.

† Bibl. Hebr Rabbinica, fol. Venet. *R.* 1.

† Biblia Hebraica, 4°. Venetiis, Bombergi *R.* 1.

† Bibl. Græca, fol. Venet. Asulani *R.* 1.

† Biblia Latina, fol. & 8° Lugd. *T.* 1. *G.* 1.

* Biblia Gallica Glossata, fol. Lugd. *I.* 5.

* Biblia German in folio, Norib. *B.* 6. Augustæ *T.* 8. *B.* 6.

* Biblia Belgica, in folio, Antuerp. Lovanii *P.* 8. *T.* 6.

* Psalter. Tetraglotton, fol. Coloniæ *R.* 1. Psalterium Hebr. Gr. & Latinè. in fol. Basileæ.

* Liber Esther Hebraicè, fol. Thessalonicæ.

* Nov. Testam. Lat. Erasmi, in fol. & in 8°. Basileæ, *G.* 3.

M. D. XIX.

†* Biblia Latina, in 8°. Parisiis, *bis O.* 1. *I.* 5. Venetiis *D.* 1.

†* Biblia Latina, in folio, in 4°. in 8°. Lugduni, Marefchal *M* 4. *P.* 8.

* Psalt. Hebr. Lat. Pellicani, 8°. Basileæ.

† Nov. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in fol. Basileæ *R.* 1.

* Nov. Testam. Lat. Erasmi, in 8°. Lovanii *C.* 11. *P.* 8.

† Epistolæ Apostolorum Latinè, in 8°. Parisiis *N.* 1.

M. D. XX.

† Biblia Latina, fol. Lugd. *bis G.* 1. *S.* 1.

† Biblia Latina cum glossa ord. 5. vol in folio, Lugduni *R.* 1.

† Biblia Gallica Glossata, 2. vol. in folio, Parisiis *R.* 1.

† Ruth & Threni Lat. Justiniani, in 4°. Parisiis *S.* 1.

Psalmi Pœnitentiales Triglotti, in 4°. Augustæ *O.* 6.

† Prophetæ posteriores Hebr. in folio, Soncini *O.* 1.

† Apocalypsis Italicè, in folio, Mediolani *C.* 1.

M. D. XXI.

† Bibl. Hebr. 4°. Venet. Bombergi *R.* 1.

† Bibl. Lat. fol. 8°. Lugd. Sacon, *M.* 1.

† Bibl. Gall. Glossata, fol. Lugd. *M.* 1.

* Psalmus 118. German. Lutheri, in 4°. Witteb. *B.* 23.

† Nov. Testam. Gr. Gerbelii, in 4°. Haganoæ, *R.* 1.

† Nov. Testam. Lat. Erasmi, 8°. Argent. Basileæ, *N.* 1. *B.* 9.

† Idem, 8°. Mogunt. Basileæ *N.* 1. *C.* 2.

* Epist. S. Pauli, Gallicè, 4°. Parif. *V.* 11.

M. D. XXII.

† Biblia Lat. fol. Lugduni, Sacon *T.* 1.

† Biblia Latina, studio Osiandri, in 4°. Noribergæ *M.* 1.

† Eadem, *Protest.* 6. vol. 8°. Argent. *N.* 1.

*† Eadem, 4°. & 8°. Basileæ *G.* 3. *G.* 1.

* Biblia Saxon. in fol. Halberstadii G. 5.
† Psalterium Hebræum, in folio, Thessalonicæ, *bis* O. 1.
† Psalterium Hebr. 24. Venetiis, Bombergi R 2.
† Psalterium Lat. ex Hebr. Pratensis, 4°. Haganoæ O. 1.
† Proverbia Hebraicè, in folio, Thessalonicæ, O. 1.
† Prov. Ecclef. Canticum Hebr. 12. Venetiis S. 1.
† Nov. Test. Gr. Lat. Erasmi, in fol. Basileæ O. 1.
* Nov. Test. Gr. Lat. Erasmi, 4°. Wittebergæ B. 6.
* † Nov. Test. Lat. 8°. Coloniæ N. 4.
† * Nov. Test. Lat. Erasmi, in 8°. Basileæ Moguntiæ G. 1. I. 6.
* Idem, in 4°. Norimbergæ.
* Nov. Testam German. Lutheri, fol. Witteb. G. 5.
Nov. Testam. German. ex Lat. Erasmi Lipsiæ B. 9.
† IV. Evangelia Lat. fol. Meldis O. 1.
* Eadem Germ., in 8°. Augustæ O. 6.
* Evang. Joan. Germ. Crumbach. Lipsiæ, *Meyer*.
† Epist. Latinæ N. Test. 8°. Paris. B. 22.

M. D. XXIII.

† Biblia Lat. 8°. Paris, *bis* C. 1. S. 6. in fol. Lugd. D. 1.
† Biblia Lat. *Protest.* fol. Norimbergæ, Peypus M. 1.
* Vetus Test Saxonicum, fol. Wittebergæ G. 5.
† Pentateuchus Hebr. & Chal. in fol. Venetiis R. 1.
* Idem Germ. fol. Witteb. M. 8. in 8°. Basileæ O. 6.
* Genesis Lat. ex Gr. Oecolampadii, Basileæ F. 6.
† Psalterium Hebr. in 8°. Basileæ, Frobenii S. 1.
† Psalt. Gallicum, Fabri 8°. Parisiis.
* Psalterium German. Ainman 12. Augustæ V. 15.
* Ecclesiast. Lat. ex Hebr. Shirwood, 4°. Antuerp. B. 3.
† Nov Testamentum Lat. Vulg. in 16. Parisiis, G. 2.
* Nov. Test. Latinum, in 8°. Moguntiæ.
* Nov. Testam. Lat. Erasmi, in fol. Colon. in 4°. Norībergæ B. 9.
† Idem, 8°. Basileæ, Argent. C. 2. D. 1.
† Nov. Testam. Gallic. *Fabri*, 2. vol. in 8°. Parisiis R. 1. N. 1.
* Nov. Testam. Germ. Lutheri, in fol. Witteb. Augustæ G. 5.
* Idem, fol. 4°. 8°. Basileæ, P. 8. G. 5. O. 6.
* Nov. Testam. Saxonicum, Witteb.
* Nov. Testamentum Belgicum, in 8°. *absque loco*, P. 8.

A * Epistola ad Romanos German. Grimmæ B. 9.

M. D. XXIV.

† Biblia Latina Nic. de Lira, 8. vol. in folio, Parisiis G. 2.
* Biblia Latina, in 8°. Lugduni G. 3.
* Biblia Latina *Protest.* 4°. Tiguri P. 8.
† Biblia Gallica Glossata, 2. vol. fol. Parisiis, A. 3.
* Biblia Germanica, Augustæ.
† Pentateuchus Hebr. Chald. in folio, Venetiis, O. 1.
B * Idem German. Lutheri, 8°. Witteb. Basileæ, G. 5.
* Libri histor. & Poëtici German. in fol. Ibidem G. 5.
† Psalmi Hebraicè, in 18. Venetiis, Bombergi, R. 1.
* Psalterium Græcum, in 12. Argentor. O. 6. V. 16.
† Psalter. Latinum, in 16. Parisiis P. 1.
* Psalterium Latinum ex Hebr. Bugenhagii, in 4°. Basileæ B. 1.
† Psalterium Lat. ex Græco Luscinii, 8°. Augustæ N. 2.
C † Psalterium Italicum Phileti, 4°. Venetiis R. 1.
* Psalterium German. Lutheri, in 8°. Wittebergæ G. 5.
* Psalterium German. Lutheri, in 8°. Basileæ S. 13.
* Psalterium German. Buceri, fol. Norimbergæ, F. 5.
† Proverbia, Ecclef. Cant. Hebr. in 24. Venetiis, N. 1.
† Proverbia Hebr. Lat. Munsteri, 8°. Basileæ O. 1.
* Quinque Meghillot. Hebr. fol. Venet.
D † Ecclesiastes Hebr. Lat. Munsteri, 8°. Basileæ, S. 1.
† Jonas Tetraglottus, 8°. Basileæ, O. 1.
† Nov. Testam. Gr. 8°. Argentor. Basileæ O. 1. C. 1.
† Nov. Test. Latinum, in 12. Parif. A. 1.
† N. Testam. Gall. *Fabri*, 2. vol. in 8°. Parisiis, N. 1.
* Nov Testam. German. Lutheri, fol. 4°. 8°. Witteb. G. 5.
* Idem. fol. Augustæ, Norimberg. Basileæ G. 5.
E * Nov. Testamentum Belgicum, in 8°. Delphis W. 8.
* Nov. Testamentum Danicum, Michaëlis, 8°. Lipsiæ S. 9.

M. D. XXV.

† Biblia Hebr. 4°. Venet. Bombergi T. 1.
† Biblia Lat. Vulg. 5. vol. 16. Parif. P. 1.
† Biblia Latina, fol. Lugduni, Mareschal R. 1.
† Biblia Italica Malermi, in folio Venetiis R. 1.
* Biblia Belgica, fol. 4. 12. Antuerp. S. 7.

* Deuteronomium Lat. Lutheri, 8°. Basileæ *B.* 1.
* Libri Poetici Germ. Luth. 8°. Erfurti *G.* 5.
* Psalterium Gallicum *Fabri*, in 8°. Parisiis *S.* 2.
* Psalterium German. Lutheri, in folio Norimbergæ *G.* 5.
† Psalterium Saxonicum, in 4°. Witteb *G.* 5.
† Prov. Lat. ex Hebr. Melanchthonis 8°. Hag. *M.* 1.
* Prov. Germ. Melanchthonis 4°. Francof. *B.* 6.
* Ecclesiastes Hebr. & Lat. 8°. Basileæ.
† Cantica Cant. Hebr. Lat. Munsteri, 8°. Basileæ *I.* 1.
* Esaias Lat. Oecolampadii in 4°. Basileæ.
† Nov. Test. Lat. 8°. Parisiis *bis B.* 5. *N.* 1. Coloniæ *O.* 6.
† Nov. Test. Gall. *Fabri*, 8°. Parisiis, Basileæ *bis N.* 1. *O.* 1.
* Nov. Test. Germ. Lutheri, in fol. Argentor. *G.* 5.
* Nov. Test. Helveticum, in folio Tiguri *O.* 6.

M. D. XXVI.

† Biblia Hebr. Rabbinica, 4. vol. fol. Venet. *B.* 1. *O.* 3.
† Biblia Græca, 4. vol. in 8°. Argentorati *O.* 1.
† Biblia Latina, 8°. Parisiis *D.* 1. Lugduni, *G.* 2.
†* Biblia Latina, in fol. Lugduni, *bis C.* 1. *P.* 8. *N.* 1.
† Biblia Latina 3. vol. in 8°. Antuerp. *M.* 1. Coloniæ *A.* 3.
† Biblia Latina, ex Græco, in 4°. Basileæ *O.* 1.
* Biblia Latina *Protest*, 8°. Argentorati.
*†. Biblia Belgica, in fol. Antuerp. *C.* 11. *P.* 8.
† Psalt. Lat. ex Hebr. Pratensis, 16. Basileæ *M.* 4.
† Psalt. Lat. ex Hebr. Musculi, in folio Argent. *O.* 1.
* Jonas & Habacuc Germ. Lutheri, in 4°. *absque loco C.* 9.
† Nov. Test. Lat. Erasmi, in 8°. Basileæ *S.* 2.
* N. Test. Germ. Lutheri, fol. Witteb.
Nov. Test. Saxonicum 8°. *O.* 6.
* Nov. Test. Suecicum in fol. Holmiæ *S.* 9.
† Nov. Test. Angl. Tyndalli, Antuerpiæ *Fuller.*
* Epist. ad Hebræos Hebr. Lat. in 4°. Compluti *D.* 1.

M. D. XXVII.

†* Biblia Lat fol *bis* Lugd. *C.* 1. Coloniæ *P.* 8.
† Biblia Latina *Protest.* in 4°. Norimbergæ *G* 5
† Biblia Belgica, 8°. Amstelod. *Boetius.*
† Pentateuchus Hebr. Chald. in 8°. Venetiis, *O.* 1.
† Pentateuchus Hebr. 8°. Venet. *O.* 1.
* Pentateuch. Angl. Tyndalli, Hamburgi, *Hollandus.*
† Job. Lat. ex Hebr. Brentii, 8°. Haganoæ, *C.* 9.
* Prophetæ German. Hetzeri, in 8°. Wormatiæ *V.* 16. *S.* 13.
† Psalter. Lat. ex Hebr. Pellicani, in 8°. Argentor. *I.* 1.
* Prov. Eccl. Cant. Germ. *absque loco.*
† Nov. Testam. Gr. Erasmi, in fol. Basileæ, *R.* 1.
†* Nov. Testam. Lat. in 16. Parisiis *O.* 2. 8°. Lugd. *R.* 9.
* Nov. Testam. German. Emseri, fol. Dresdæ, *K.* 1.
* Nov. Testam. German. Luth. in folio, Argentor. *G.* 5.
* Nov. Testam. Angl. Tyndalli, Hamburgi, *Hollandus.*

M. D. XXVIII.

† Biblia Hebræa, in 4°. Venetiis, Bombergi, *D.* 1.
† Biblia Latina, in folio & in 8°. Paris. *R.* 1. *I.* 7. *O.* 1.
† Biblia Latina, in folio, Lugd. *C.* 3. Antuerpiæ, *T.* 3. *I.* 7.
† Biblia Latina, cum glos. ordin. 6. vol. fol. Lugduni *C.* 6.
† Biblia Latina ex Hebr. Pagnini, in 4°. Lugduni, *R.* 1.
† Biblia Gall. *Jac. Fabri*, 4. vol. 8°. Antuerpiæ, *N.* 1.
Pentateuchus Saxonicè, fol. Witteb.
† Psalt. Prov. Eccles. Canticum Lat. in 4°. Paris. *O.* 1.
* Psalterium Danicum Vormundi, 8°. Rostochii, *S.* 9.
Psalt. Dan. ex German. 8°. Malmogiæ.
* Psalt. Dan. Christ. Petri, 8°. Antuerp.
† Prophetæ German. Lutheri, in folio, Augustæ, *O.* 6.
* Isaias & Zacharias, German. 4°. Witbergæ, *G.* 5.
* Sophonias Lat. ex Hebr. Buceri, 8°. Argentor. *F.* 2.
† Nov. Test. Lat. in 12. Parisiis, *M.* 4.
* Nov. Testam. German. Emseri, in 8°. Lipsiæ *B.* 6.
* Nov. Test. Germ. Lutheri 4°. Witteb.
* Nov. Test. Saxonic. fol. Witteb. *G.* 5.
* Nov. Testam. Belgicum, Antuerpiæ.

M. D. XXIX.

† Biblia Latina, 6. vol. in 24. Parisiis, 8°. Norib. F. 1.
*† Biblia Latina, in folio, Coloniæ *F.* 2. Lugduni B. 6. *N.* 1.

† Biblia

† Biblia Latina, *Proteſt.* 8°. Norimb. A
† Biblia Gall. Gloſſata, 2. vol. in folio, Pariſiis *C.* 2. *N.* 1.
* Biblia German. Hetzeri, in fol. Wormatiæ, *Zeltner. P.* 13.
* Biblia Helvet. 3. vol. fol. 6. vol. in 12. Tiguri, *O.* 6. *V.* 16. *S.* 13.
† Pentateuchus Latinè, 16. Lugd. *N.* 1.
† Idem & Nov. Teſtam. Lat. in folio, Witteb. *F.* 1. *N.* 1.
† Pſalter. Lat. Vulg. Lutheri, 8°. Witteb. *R.* 1.
† Pſalter. Lat. ex Hebr. Buceri, in 4°. Argentorati. B
* Apocrypha German. in 8°. Auguſtæ Vindelic. *S.* 13.
* Sapientia Germ. Lutheri, 4°. Witteb.
† Nov. Teſt. Gall. Fabri, *abſque loco*, *N* 1.
* Nov. Teſtam. German. Emſeri, in 8°. Coloniæ, *F.* 1. *B.* 9.
* Novum Teſtam. Danicum, in 8°. Antuerpiæ *S.* 9.

M. D. XXX.

† * Biblia Latina, in folio, Pariſiis *O.* 3. Coloniæ *G.* 5.
† Eadem *Proteſt.* in folio, Baſileæ *M.* 4. Norib. *G.* 9. C
† Biblia Gallica *Jacobi Fabri*, fol. Antuerpiæ, *S.* 1.
* Biblia German. Lutheri, ſeu pars, in folio, Argentor. **Lipſ. B. Pauli.*
Biblia Saxonica, 4. vol. 8°. Argentor.
* Biblia Helv. 8°. Tiguri, *G.* 5. *T.* 4. *S.* 13.
† Pentateuchus Hebræus, in folio, Cracoviæ, *A.* 1.
† Pſalt. ſextuplex *Polyglotton*, in 8°. Lugduni, *R.* 1.
* Pſalter. Lat. ex Hebr. Th. de Vio, in folio, Venet. D
† Pſalt. Gall. *Fabri*, in 16. *abſque loco*, *O.* 1.
* Daniel. German. Lutheri, in 4°. Witteb. *C.* 9. *B.* 9.
† N. Teſt. Lat. Eraſmi, 8°. Baſileæ *S.* 1.
* N. Teſt. Ital. Brucioli, 8°. Venet. *B.* 6.
* Nov. Teſt. Germ. Lutheri, fol. Argent.
* Nov. Teſt. Helvet. 4°. Tiguri, *G.* 5.

M. D. XXXI.

† Biblia Latina, in folio, in 8°. Lugduni, *R.* 1. *M.* 1. *I.* 7.
† Biblia Gallica Gloſſata, in fol. Lugduni *M.* 4. E
* Biblia Helvetica, in fol. Tiguri, *B.* 6.
* Bibl. Belgica, 2. vol. fol. Antuerp. *B.* 4.
† Pſalterium Hebr. Gr. Lat. in fol. Baſileæ, *O.* 1.
† Pſalterium Latinum cum obelis, in fol. Herbipoli, *O.* 1.
† Pſalterium Italicum Brucioli, in 8°. Venet. *R.* 1.
* Pſalterium German. Lutheri, 8°. *abſque loco*, *A.* 12.
* Pſalt. Danicum, in 8°. Antuerp. *B.* 6.
† Canticum Cantic. Hebr. Lat. in 4°. Pariſiis *B.* 3.
† Prophetæ omnes Lat. ex Hebr. in fol. Baſileæ.
* Iſaias Anglicè Georgii Joye, in 8°. Argentor.
† Nov. Teſtam. Gr. in 8°. Baſileæ *D.* 1. Lovan. *N.* 1.
† Nov. Teſt. Lat. in 24. & in 12. Pariſ.
* Nov. Teſtam. Latinum Eraſmi, Antuerpiæ, *P.* 8.
† Nov. Teſtam. Lat. Th. de Vio, 2. vol. fol. Venet. *S.* 1.
† Nov. Teſtam. Gall. *Fabri*, in 8°. Antuerpiæ, *N.* 1.
* Nov. Teſtamentum Belgicum, in 12. Antuerpiæ, *C.* 1.
* Nov. Teſtament. Danicum, in 8°. Antuerpiæ, *K.* 13.
† Epiſt. Pauli Lat. *Fabri*, in folio Pariſ. Coloniæ, *O.* 1.

M. D. XXXII.

† Biblia Latina, in folio Pariſ. Rob. Stephani, *R.* 1. *I.* 7.
† Biblia Latina, in folio, in 8°. Lugduni, *G.* 1. *A.* 1. *I.* 7.
† Biblia Gallica Fabri, 4. vol. in 8°. Antuerpiæ, *O.* 1.
† Biblia Italica Malermi, fol. Venetiis.
† Biblia Italica Brucioli, fol. Venet. *R.* 1.
* Biblia Saxonica, 8°. Wittebergæ *B.* 9.
* Liber Judicum Danicè, in 8°. *abſque loco*, *B.* 18.
† Pſalterium Hebr. 16. Baſileæ, *C.* 24.
* Pſalmi 5. Hebr. & Lat. 4°. Pariſ. *B.* 3.
* Pſalt. Lat. ex Hebr. Zuinglii, in 8°. Tiguri, *O.* 6.
* Pſalterium Lat. ex Hebr. Buceri, in folio, Argentor.
† Pſalterium Lat. ex Hebr. Pellicani, in 8°. Tiguri, *N.* 1.
† Pſalmi V. Lat. ex Hebr. Guidaceri, 4°. Pariſ. *N.* 1.
† Pſalterium Germ. Coloniæ, *Mayerus.*
* Proverb. Lat. ex Hebr. Melancht. in 8°. Norib. *M.* 1.
* Prophetæ omnes Germ. Lutheri, fol. Witteb.
† Novum Teſtamentum Lat. Eraſmi, in 8°. Baſileæ, *V.* 1.
* Nov. Teſtam. Gall. *Fabri*, in 12. Antuerpiæ, *C.* 11.
† Novum Teſtamentum Germ. Emſeri, in fol. Tubingæ, *M.* 1.

M. D. XXXIII.

† Biblia Hebræa, in 4°. Venetiis, Bombergi, *I.* 1.
† Biblia Latina, in folio, Lugduni, *M.* 1.
† Biblia Saxon. Bugenhagii, in fol. Lubecæ, *R.* 1.
* Biblia Belgica, fol. Antuerpiæ, *R.* 9.

† Pfalterium Hebr. & Lat. in folio, Parifiis, *O*. 1.
† Pfalterium Hebræum, in 8°. Lipfiæ *G*. 3. *P*. 8.
† Pfalterium Græcum, in 16. Antuerpiæ *M*. 4.
† Pfalt. Lat. ex Hebr. Zwinglii, in 24. Tiguri *R*. 1.
† Idem in 16. Parifiis, Lugduni *D*. 1. *N*. 1.
* Pfalt. Latinum, in 4° Lipfiæ *O*. 6.
* Pfalt. Germ. Lutheri, in 8°. *abfque anno*. *B*. 9.
† Provervia Italicè Brucioli, in 8°. Venetiis, *O*. 1.
* Ultima Pars Vet. Teftam. Saxonicè, 4°. Magdeb.
* Nov. Teft. Græcum, 8°. Bafil. *F*. 10.
* Nov. Teft. Lat. Erafmi, in 8°. Witebergæ *B*. 9.
* Nov. Teftam. Lat. Gall. in 12. Lugduni *P*. 8.
* Nov. Teft. Belgicum Antuerpiæ.
† Epiftolæ D. Pauli Gr. Lat. in 8°. Venetiis *D*. 1. *T*. 1.
* Epiftolæ D. Pauli Hungaricè, in 8°. Cracoviæ *V*. 16.

M. D. XXXIV.

† Biblia Latina, in 8°. Parifiis, *bis D*. 1. *S*. 2. *I*. 7.
†* Biblia Lat. fol. Antuerpiæ, *bis M*. 1. *G*. 5. *I*. 7.
† Biblia Gall. *Jac. Fabri*, in fol. Antuer. *G*. 1. *T*. 1.
* Biblia Germ. Dietembergeri, in fol. Moguntiæ *G*. 5.
* Biblia Germ. Lutheri 1. Editio, in fol. Witteb. *poffeffus*.
† Biblia Helvetica, 4°. Tiguri *S*. 1. *G*. 3.
* Biblia Belgica, in fol. Antuerpiæ *K*. 1. *P*. 8.
* Job Italicè Brucioli, in 4°. Venetiis *F*. 6.
† Pfalterium Ital. Brucioli, in 4°. Venetiis *O*. 1.
† Nahum Lat. ex Hebr. Bibliandri, in 8°. Tiguri *O*. 1.
† Nov. Teft. Gr. in 8°. Parifiis, Colinæi *O*. 1.
† Nov. Teft. Gall. *Fabri*, in fol. Neocomi *S*. 1.
* Nov. Teft. Germ. Emferi, 8°. Friburgi *G*. 3.
* Nov. Teftam. Germ. Lutheri, in fol. Francof. *G*. 5.
* Epiftolæ S. Pauli Lat. Erafmi, in folio. Roefchildiæ *B*. 6.

M. D. XXXV.

† Biblia Hebr. Lat. Munfteri, 2. vol. in fol. Bafileæ *R*. 1.
*† Biblia Lat. in 4°. Lugduni *I*. 7. Coloniæ *M*. 1.
† Eadem *Proteft*. 8°. *abfque anno M*. 1. Argent. *I*. 12.
† Biblia Gall. Olivetani, in fol. Neocomi *R*. 1.
† Biblia Italica Malermi, in folio. Venetiis *M*. 4.
* Biblia Germ. Lutheri, in fol. Witteb. Auguftæ *G*. 5.
† Biblia Saxonica, in folio. Argentorati *O*. 6.
* Biblia Belgica, in fol. Antuerpiæ *S*. 13. *P*. 8.
* Biblia Angl. Coverdalii, in fol. Londini, *R*. 3. *P*. 8.
† Targum in Pentat. Lat. in 8°. Antuerpiæ *N*. 1.
† Pent. Pfalt. Nov. Teft. Lat. in 4°. Londini *B*. 3. *N*. 1.
* Pent. Lat. ex Chaldæo, in 8°. Antuer. *N*. 1.
† Genefis Hebr. 4°. Parifiis. *N*. 1.
† Pfalt. Græcum, 8°. Venetiis *M*. 1.
* Pfalt. Lat. Vulg. Lutheri, in 8°. Witebergæ *M*. 10.
* Pfalt. Germanicum Coloniæ.
* Apocripha Saxonicè, in 8°. Magdeburgi *M*. 8.
* Nov. Teftamentum Græcum, in 8°. Bafileæ, *P*. 8.
† Nov. Teftam. Gr. Lat. Erafmi, in fol. Bafileæ, *M*. 1.
†* Nov. Teftam. Lat. in 12. Parif. *N*. 1. Antuerp. *H*. 1.
† Nov. Teftam. Lat. Erafmi, in 8°. Bafileæ, *O*. 1 Moguntiæ.
* Nov. Teftamentum Lat. Germ. in 4°. Tiguri *C*. 3.
* Novum Teft. German. Lutheri, in 8°. Auguftæ *G*. 5.
* Novum Teftamentum Germ. Otmari, in 8°. *abfque loco*, *B*. 5.
* Nov. Teftam. Helvet. in 4°. Tiguri.
* Nov. Teftam. Belgicum, Antuerpiæ.

M. D. XXXVI.

† Biblia Hebraica, 3. vol. in 4°. Bafileæ, *G*. 1. *T*. 1.
†* Biblia Latina, *Proteft*. in folio, Lugduni *B*. 6. *I*. 7. *A*. 12. *A*. 1.
† Biblia Latina, in 8°. Lugduni, Jac. Giuntæ *B*. 22. *I*. 7.
* Biblia German. Lutheri, in fol. Wittebergæ, *G*. 5.
* Biblia Saxonica, fol. Magdeburgi *G*. 5.
* Biblia Helvetica, fol. Tiguri *B*. 6. *P*. 8.
† Exodus Hebraicè, in 4°. Parifiis *F*. 1.
* Pfalt. Lat. ex Hebr. Melancht. 8°. Argent. *F*. 6.
* Ecclefiafticus Græcè, in 4°. Bafileæ.
* Prophetæ omnes Germ. Lutheri, in 8°. Witteb.
† Novum Teftamentum Lat. in 16. Parifiis, *S*. 2.

* Nov. Testam. Lat. ex Germanico, in 8°. Witteb. G. 5.
* Nov. Testam. Italicum Brucioli, 8°. Venetiis, B. 7.
Quatuor Evangelia Hungaricè, in 8°. Viennæ V. 16.
† Epist. ad Romanos Lat. Sadoleti, 8°. Venet. R. 1.

M. D. XXXVII.

* † Biblia Latina, in folio, Parisiis, B. 6. Lugduni, I. 7. N. 5.
† Biblia Latina, 4°. Antuerp. O. 1. I. 7.
† Biblia German. Jo. Eckii, in folio, *absque loco*, I. 1.
* Biblia Anglica Matthæi, in fol. Londini, B. 3.
* Pentateuch. Danicè, 8°. Magdeb. S. 5.
† Psalterium Hebræum, in 18. Venetiis, Bombergi R. 2.
† Psalterium Lat. Vulg. Lutheri, in 8°. Witteb. R. 1.
† Psalterium Gall. Belisem; in 16. *absque loco*, I. 1.
† Psalterium Italicum del Pozzo, in 4°. Venetiis, V. 1.
* Psalterium German. Lutheri, in 8°. Wittebergæ, B. 9.
* Libri Sapientiales Lat. 8°. Paris. L. 1.
† Ecclesiastes Italic. del Pozzo, in 4°. Venetiis, V. 1.
* Sapientia Saxonicè, in 8°. Magdeburgi B. 9.
* Prophetæ Germ. Lutheri, in 8°. Witteb. B. 6.
† Isaias Italicè Brucioli, 4°. Venet. R. 2.
† Nov. Testam. Lat. 2. vol. in 18. Antuerpiæ, F. 1. Paris.
* Nov. Testam. Lat. *Protest.* in 8°. Basileæ, S. 13.
† Evangelium Matthæi Hebr. Lat. fol. Ibid. O. 1.
* Epistolæ Nov. Testam. German. in 8°. Wittebergæ, C. 9.

M. D. XXXVIII.

† Biblia Lat. fol. Lugd. à Porta I. 1. I. 7.
* † Biblia Latina, in 4°. & in 8°. Antuerp. P. 8. in 8°. Venet. O. 1. I. 7.
† Biblia Latina *Protest.* fol. Basileæ T. 1.
† Biblia Gallica Glossata, 2. vol. in fol. Parisiis, A. 2.
† Biblia Italica Brucioli, in 4°. Venetiis D. 1. G. 5.
† Biblia Italica Marmochini, in folio, Ibid. R. 1.
† Biblia Germ. Lutheri, in folio, Wittebergæ, *Sandius.*
† Biblia Helvet. in 4°. & in 8°. Tiguri R. 1. V. 1.
* Biblia Anglica *Coverdalii*, in fol. Londini, A. 11.
* Vetus Testam. Gall. *Fabri*, 4. vol. Antuerpiæ B. 7.

† Genesis Italicè, Aretini, 8°. Venet. R. 1.
† Job & Daniel Hebraicè, in 16. Basileæ N. 1.
† Psalter. Hebræum, in 16. Basileæ O. 4.
Ecclesiasticus Lat. ex German. in 8°. Magdeburgi.
† Novum Testam. Græcum, 2. vol. in 16. Venetiis R. 1.
† Nov. Test. Græcum, 8°. Basileæ S. 1.
† Novum Testam. Lat. Erasmi, in 16. Antuerpiæ C. 1.
† Nov. Testamentum Lat. Erasmi, in 4°. Tiguri I. 3.
† Nov. Testam. Gall. *Fabri*, in 16. Antuerpiæ N. 1.
† Novum Testam. Ital. Brucioli, in 8°. Antuerpiæ, V. 5.
* Nov. Testam. Belgicum, 8°. Ibid. D. 5.
* Nov. Test. Lat. & Anglicè, *bis* in 4°. Londini S. 9.

M. D. XXXIX.

* Biblia Latina, 4. vol. in 16. Paris. P. 8.
† Biblia Lat. ex Hebr. Munsteri, in 4°. Tiguri A. 1.
† Biblia Italica Brucioli, 4°. Venet. I. 1.
Biblia Germanica Lutheri, in folio, Witteb. *Sandius.*
† Biblia Anglica Tavernerii, in fol. Londini, D. 1.
† Psalmi 7. Pœnit. Ital. Aretini, in 8°. Venetiis S. 1.
† Ecclesiastes & Cant. Hebr. & Lat. 4°. Paris. O. 1.
† Nov. Testam. Lat. in 18. Paris. O. 2.
* N. Test. Lat. Erasmi, in 16. Antuerp.
† Nov. Testam. Gall. *Olivetani*, in 12. *absque loco*, G. 1. N. 1.
* Novum Testam. Lat. & Germanicè, in 4°. Antuerpiæ B. 1.
* N. Test. Latinè & Anglicè, 8°. Londini.
Nov. Test German. Emser, 8°. V. 16.
* Novum Testamentum Saxonicum, in 8°. Magdeburgi, B. 9.

M. D. XL.

† Biblia Latina, fol. Parisiis, Rob. Stephani, R. 1. I. 7. O. 1.
* † Biblia Latina, in folio, Paris. Antuerpiæ I. 7. M. 2.
Eadem in 4°. *absque Typographi nomine*, I. 7.
† Biblia Latina, 8. vol. in 16. Paris. T. 1.
Biblia Latina, *ter* in 8°. Lugduni I. 7.
Biblia Latina, in 8°. Venetiis, I. 7.
† Biblia Latina, in folio, Antuerp. Goini, M. 3. I. 7.
* Biblia Latina *Protest.* in folio, Basileæ, Froben I. 5.
† Biblia Latina Pellicani, 7. vol. in fol. Tiguri O. 3.
† Biblia Gall. Genev. 4°. *Geneve*, C. 7.
† Biblia Gall. *Olivetani*, in 8°. *absque loco*, N. 1.

* Biblia Gallica, Iverdun, *B.* 12.

† Vetus Testamentum Italicè Brucioli, fol. Venet. *O.* 1.

* Biblia Helvet. fol. Tiguri *G.* 5. *P.* 8.

* Biblia Latina & Belgica, in folio, Antuerpiæ, *H.* 6.

† Prophetæ Minores Hebraicè, 4°. Parisiis *B.* 1.

† Psalt. Lat. ex Hebr. Th. de Vio, in fol. Parisiis *O.* 1.

* Psalt. Lat. ex Hebr. Draconitidis, 8°. Marp. *C.* 13.

† Nov. Test. Gr. Lat. Erasmi, in folio & in 8°. Basileæ *O.* 1. *G.* 3.

† Nov. Test. Lat. in 16. Lugd. *S.* 2.

† Nov. Test. Lat. *Protest.* in 4°. Londini *B.* 3. *G.* 5.

† Nov. Testam. Lat. Erasmi, in 8°. Antuerpiæ *R.* 1.

† Nov. Test. Lat. Erasmi, 2. vol. in 8°. Parisiis *C.* 1.

* Nov. Test. Gallicum *Fabri*, in 12. Antuerpiæ.

* Nov. Test. Germ. Lutheri, in 4°. & in 8°. Wittebergæ *G.* 5.

* Nov. Test. German. Lutheri, in 4°. Lipsiæ *G.* 5. *F.* 2.

* Nov. Test. Germanico-Rabbin. in fol. Cracov. *L.* 9.

† Epistolæ Pauli Lat. ex Gr. in 8°. Antuerpiæ *O.* 3.

† Epist. Pauli ad Rom & ad. Gal. in 8°. Paris. *R.* 1.

M. D. XLI.

† Biblia Lat. Jo. Benedicti, in fol. Parisiis *R.* 1. *I.* 7.

† * Biblia Lat. in 8°. Antuerpiæ, *bis R.* 1. *I.* 7. in 8°. Gripphius *O.* 6.

† Biblia Lat. *Protest.* in fol. Lugduni *G.* 1. *T.* 1.

Eadem, in folio & in 8°. Antuerpiæ, *quinquies I.* 7.

† Biblia Lat. ex Hebr. Pagnini, in fol. Coloniæ *V.* 1.

† Biblia Gallica glossata, in fol. Parisiis *C.* 1.

† Biblia Gallica *Jacobi Fabri*, in fol. Antuerp. *O.* 1.

Biblia Gallica Genevensia, in 4°. Lugduni.

† Biblia Italica Brucioli, in fol. Venetiis *O.* 1.

* Biblia German. Lutheri, in fol. Lipsiæ *G.* 5. *B.* 6.

* Biblia Saxonica, in fol. Wittebergæ *G.* 5. *B.* 6.

* Biblia Belgica, in fol. Antuerpiæ *G.* 3. *B.* 6.

* Biblia Suecica FF. Petri, in fol. Holmiæ *R.* 5. *P.* 8.

† Biblia Anglica Tonstalli, in fol. Londini *R.* 1. *F.* 3.

A † Pentateuchus Lat. in 4°. Parisiis, R. Stephani *O.* 1.

Genesis Italicè Aretini, in 8°. Venetiis.

† Psalterium Saxonicum, in 8°. Magdeburgi *O.* 6.

* Ecclesiasticus Danicè, in 8°. Magdeburgi *B.* 5.

† * Nov. Test. Lat. Erasmi, in 8°. Basil. *R.* 1. *G.* 3.

† Nov. Test. Lat. in 4°. & in 16. Parisiis Colinæi, *O.* 1. *N.* 1.

B † Nov. Test. Lat. in 8°. Parisiis, R. Stephani *O.* 1.

† Nov. Test. Lat. 2. in 16. Parisiis, Girault *G.* 2.

† Nov. Test. Lat. 2. vol. in 16. Lugduni, Dolet *G.* 2.

† Nov. Testam. Lat. Isid. Clarii, in 8°. Venetiis *R.* 1.

* Nov. Test. Lat. Erasmi, in 8°. Basil. *V.* 3. Mogunt. *B.* 9.

† Nov. Test. Italicum Brucioli, in 16. Venetiis *O.* 1.

* Nov. Test. Belgicum, Antuerpiæ.

C Nov. Test. Hungaricum, 4°. Novæ Insulæ *V.* 16.

Epistolæ & Evangel. Gall. Dolet. *Lugduni V.* 11.

M. D. XLII.

† Biblia Latina, 8°. typis Franc. Gryphii *C.* 4. *I.* 7.

† Biblia Lat. 5. vol. in 16. Parisiis *I.* 7.

Biblia Latina, in 8°. Lugduni, *quinquies I.* 7.

Biblia Lat. 6. vol. in 16. Lugduni *I.* 7.

† * Biblia Latina, in fol. Antuerpiæ, *bis N.* 1. *I.* 7.

D * Biblia Lat. in fol. Venetiis *R.* 5.

† Biblia Latina Isidori Clarii, in folio. Venetiis *R.* 1. *I.* 7.

† Biblia Lat. ex Hebr. Pagnini, in fol. Lugduni *R.* 1. *O.* 1.

* Biblia German. Lutheri, in fol. Wittebergæ *G.* 5. *V.* 16.

* Biblia Helvetica, in 4°. Tiguri *R.* 6.

* Biblia Belgica, in fol. Antuerpiæ *B.* 4.

* Pentateuchus Ger. fol. Cremonæ *B.* 3.

* † Tobias Hebr. Lat. in 4°. Basil. *B.* 3. Isnæ *R.* 2.

† Psalterium Hebræum, fol. Isnæ *G.* 2.

E † Psalterium Lat. ex Hebr. Buceri, Basileæ.

† * Nov. Test. Græcum, in 8°. Basileæ, *F.* 2. *O.* 1.

* Nov. Testam. Græco-Latinum, in 8°. Lipsiæ, *B.* 12.

† Novum Testamentum Latinum, in 16. Parisiis, *A.* 2.

* Nov. Testam. Latin. in 12. Antuerpiæ, *S.* 13. *P.* 8.

† Nov. Testam. Italicum Zachariæ, in 8°. Venetiis, *R.* 1.

*Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 4°. Witteberg æ *G.* 5. A
*† Nov. Testam. Helveticum, in fol. & in 16. Tiguri *O.* 6. *N.* 1.

M. D. XLIII.

† Biblia Latina, in 8°. Parisiis, *bis S.* 1. *N.* 1. *I.* 7.
Biblia Latina, Antuerpiæ *I.* 7.
† Biblia Latina Tigurina ex Hebr. in folio, Tiguri *R.* 1.
† Biblia Gallica Glossata, 2. vol. in 8°. Parisiis *F.* 1.
* Biblia German. Lutheri, in folio Witteberg æ *G.* 5. B
† Pentateuchus Hebr. Chald. in 8°. Venetiis *N.* 1. *B.* 4.
† Geneseos Capita I V. Germ. Judæor. in 4°. Constantiæ *S.* 1.
† Psalt. Græcum, in 16. Paris. *I.* 1. *S.* 1.
* Psalterium Græc. Lat. in 16. Antuerpiæ *M.* 7. *R.* 6.
† Psalt. Lat. ex Hebr. Draconitidis, in 8°. Marpurgi.
* Psalterium Gall. Genevense, in 8°. Genevæ *O.* 6.
* Psalmi 7. Pœnit. Hispanicè, in 8°. Antuerpiæ *P.* 8. C
† Nov. Testam. Græcum Jo. Gastii, in 8°. Basileæ *S.* 2.
† Nov. Test. Græc. Lat. Erasmi, in 8°. Parisiis *O.* 4.
† Nov. Testam. Lat. Jo. Benedicti, in 8°. Parisiis *R.* 1.
† Nov. Testam. Lat. 2. vol. in 12. Paris. Stephani *R.* 1.
† Nov. Testam. Lat. 2. vol. in 16. Paris. *bis A.* 1. *G.* 2.
* Nov. Test. Lat. in 8°. & in 12. Antuerp.
* Nov. Test. Lat. Erasmi, in folio Lipsiæ *V.* 3. in 12. Antuerpiæ *N.* 1. D
† N. Test. Gall. *Fabri*, 16. Antuerp. *I.* 1.
† Nov. Testam. Hisp. Franc. de Enzinas, in 8°. Ibid. *O.* 1. *S.* 4.
* Nov. Testam. Belgicum, Antuerpiæ.

M. D. XLIV.

‡ Biblia Hebræa 4°. Venet. Paris. *O.* 1.
* Biblia Lat. 8°. Paris. Lugduni *I.* 7.
* Biblia Latina, fol. Lugduni *B.* 4. *I.* 7.
Biblia Latina, Antuerp. Vortesman *I.* 7.
Biblia Latina, in 8°. Venet. ad insigne Spei. *I.* 7. E
Biblia Lat. *Protest.* in 8°. Basileæ *I.* 7.
† Biblia Latina *Protest.* in folio, Lipsiæ *S.* 2. *B.* 4.
† Biblia Latina Tigur. ex Hebr. in 4°. & in 8°. Tiguri *O.* 3. *T.* 2.
† Biblia Italica Brucioli, 3. vol. in folio, Venet. *O.* 3. *B.* 3. *V.* 1.
* Biblia German. Lutheri, in folio Witteb *M.* 8.
* Biblia Belgica, in folio Antuerpiæ.
Pentat. German. Lutheri, 8°. Erfurti.
* Pentat. Germ. Mich. Adami, in 4°. Constantiæ *C.* 8.
† Prophetæ priores Hebr. in 4°. Parisiis Stephani *R.* 1.
† Job & Daniel Hebr. in 14. Venet. *N.* 1.
* Psalterium Lat. ex Hebr. Bugenhagii, in 8°. Witteb.
† Prov. Cantic. Ecclesiastes Hebr. in 24. Ibid. *N.* 1.
* Daniel Lat. ex Hebr. Draconit. in 8°. Marpurgi *F.* 6.
† Nov. Testamentum Græc. in 8°. Basileæ *F.* 1. *G.* 3.
† Novum Testamentum Lat. 2. vol. in 16. Parisiis *F.* 1.
† Nov. Testam. Lat. Isidori Clarii, in 8°. Antuerpiæ *C.* 1.
† Nov. Testam. Ital. Brucioli, 2. vol. in 16. Venetiis *R.* 1.
* Nov. Testam. Belgicum, Antuerpiæ.
† Epistolæ D. Pauli Gallicè, in 8°. Parisiis *S.* 1.
† Epistolæ & Evang. Hispanicè, in 8°. Antuerpiæ *B.* 1.

M. D. XLV.

† Biblia Græca Melanchthonis, in fol. Basileæ *R.* 1.
† Biblia Latina, 2. vol. in 8°. Paris. Rob. Steph. *R.* 1. *I.* 7. *O.* 1.
† Biblia Lat. Nic. de Lira, 7. vol. in folio, Lugduni *V.* 1.
Biblia Latina Lugduni, *ter I.* 7. Antuerpiæ *I.* 7.
* Biblia Gall. Genevensia, in 4°. Lugd. *bis I.* 5. *V.* 9.
* Biblia Italica Brucioli, 3. vol. in 4°. Venetiis *B.* 3.
* Biblia German. Lutheri, in fol. Witteb. *G.* 5. *S.* 13.
* Biblia Saxonica, 2. vol. in folio, Magdeburgi *B.* 9.
* Biblia Helvetica, in folio & in 4°. Tiguri *B.* 6. *O.* 6.
Biblia Belgica, in folio, Antuerpiæ.
† Job Hebr. in 4°. Constantinopoli *O.* 1.
* Psalt. Triglotton, in folio, Parisiis.
† Psalterium Hebraicum Gr. Lat. in 8°. Basileæ *R.* 1.
* Psalt. Græcum, in 12. Venetiis *F.* 2.
† Psalterium Græcum, in 24. Argentorati *B.* 22. *V.* 16.
† Psalterium Græco-Latin. in 12. Parisiis *V.* 1.
* Psalt. Lat. 8°. Lugduni, Argentorati.
† Psalterium sextuplex Latin. in 8°. Argentorati *G.* 2.
† Psalmi Lat. ex Hebr. Zwinglii, in folio, Tiguri *O.* 1.
† Isaias Lat. ex Hebr. Zwinglii, in folio, Ibid. *O.* 1.
† Nov. Testam. Gr. in 4°. & in 16. Basileæ *F.* 1. *V.* 1.

† Nov. Testam. Lat. 2. vol. in 12. Parisiis R. Stephani O. 1.
† Nov. Test. Lat. in 16. Parisiis F. 1.
* Nov. Testam. Lat. Erasmi, in 8°. Antuerp. P. 8. Moguntiæ G. 5.
† Nov. Testam. Gall. Genevense, in 16. Lugd. P. 3.
† Nov. Test. Lat. Erasmi, & Ital. in 12. Venetiis N. 1.
* Nov. Test. Belgicum, Antuerpiæ.

M. D. XLVI.

† Biblia Hebr. 7. vol. in 16. Parisiis Stephani R. 1.
† Biblia Hebr. Lat. Munsteri, 2. vol. in folio, Basileæ R. 1.
† Biblia Latina, in folio, Parisiis, Rob. Stephani O. 1. I. 7.
† * Biblia Latina, in folio Lugd. *quater* M. 1. T. 1. I. 7.
Biblia Latina, in 8°. Lugduni I. 7.
† Biblia Gall. glossata, 2. vol. in fol. Parisiis G. 1. M. 4.
* † Biblia Gall. Genev. in folio & in 4°. Genev. V. 9. O. 3.
* Biblia Ital. Malermi, fol. Venet. G. 5.
† Biblia Italica Brucioli 2. vol. in folio, Venetiis C. 1.
† Biblia Italica Marmochini, in folio, Venetiis, I. 1.
Biblia Germ. Lutheri, 2. vol. 4°. Witteb. & Jenæ, in folio, Hamb.
† Pentateuchus Tetraglottus, in folio, Constantinopoli, R. 1. O. 1.
* Pentateuch. Hebræus, 4°. Venet. S. 15.
* Pentateuchus & 5. Meghilloth Hebr. in folio, Brixiæ V. 15.
† Idem Lat. ex Hebr. Castalionis, in 8°. Basileæ O. 1.
† Idem Lat. ex Chald. Fagii, in fol. Argentor. O. 1.
† Psalterium Hebræum, in 18. Venet. Justiniani, A. 1.
* Psalterium Hebr. & Lat. in folio, Parisiis C. 19.
† Psalt. Græco-Lat. in 16. Basileæ, M. 1.
† Psalterium Lat. Vulg. & Pagnini, in 8°. Parisiis R. 1.
* Proverbia Gall. du Plessis, in 8°. Lauzannæ.
† Novum Testam. Gr. in folio, Basileæ, in 16. Parisiis, R. 1. O. 1.
† Novum Testam. Lat. in 16. Lugduni, O. 4. Antuerp. F. 1.
* Nov. Testam. German. Lutheri, in 4°. Witteb. G. 5.
* Oratio Dominica & Decalogus Cambricè, in 4°.

M. D. XLVII.

† Biblia Lat. in fol. Lovanii I. 1. N. 1. V. 3. in 4°. Lugd. O. 6.
† Biblia Italica Brucioli, 4°. Venet. I. 1. O. 3.
† Biblia Italica Marmochini, in folio. Venet. B. *Bullioniana*.
† Pentateuchus Tetraglottus, in folio. CP. R. 1.
* Pentat. Hebræus, in 8°. Venet. Justiniani S. 15.
† Psalt. Hebræum in 16. Basileæ F. 1. S. 4.
* Psalt. Lat. ex Hebr. G. Majoris in 16. Magdeburgi.
* Psalt. Lat. Castalionis, in 16. Basil.
* Nov. Test. Græcum, 8°. Tiguri G. 4. S. 13.
† Nov. Test. Lat. Erasmi, in 16. Lugduni, C. 1.
* Evangelium Joan. Gr. Lat. in 8°. Basileæ B. 3.

M. D. XLVIII.

Biblia Latina, in 8°. Parisiis O. 6.
† Biblia Gall. Genevensia, in fol. Lugduni G. 1. N. 1.
† Biblia Italica Brucioli, 3. vol. in folio, Venet. I. 1.
* Biblia Tigurina; 4°. Tiguri G. 5. S. 13.
* Biblia Belgica, in folio, Lovanii C. 15.
* Biblia Belgica, fol. Coloniæ B. 7. P. 8.
† Pentateuchus Hebr. & Chald. in fol. Venetiis R. 1.
† Pentat. Hebr. in 8° Venetiis, Bombergi, O. 1.
† Psalterium Hebr. Gr. Lat. Basileæ, I. 1. B. 5.
* Psalterium Græcum, 8°. Basileæ, O. 6.
† Proverbia Hebr. Lat. Munsteri, in 8°. Ibid. R. 1.
† Ecclesiasticus Lat. ex German. in 8°. Witteb. B. 6.
† N. Test. Æthiopicum, 4°. Romæ R. 1.
* Nov. Test. Græcum, 8°. Basileæ L. 9.
* Nov. Test. Lat. *Protest.* 8°. Lugd. O. 6.
† N. Test. Gal. *Fabri*, 8°. Antuerp. T. 2.
* Nov. Testamentum Italicum, in 8°. Venet. G. 5.

M. D. XLIX.

† Biblia Hebr. Rabbinica, 4. vol. in folio, Venet. R. 1.
† Biblia Lat. Jo. Benedicti, in folio, Parisiis R. 1. I. 7.
† * Biblia Latina, in 8°. Parisiis M. 4. Lugduni F. 7.
† * Biblia Anglica, in folio, Londini *bis* R. 1. B. 3.
* Biblia Bohemica, in folio, Pragæ G. 5.
* Targum in Threnos, 4°. Parisiis.
* Tobias Hebr. & Lat. Munsteri, in 4°. Basileæ B. 3.
† Psalterium Hebræum, in fol. Venetiis O. 1.
* Psalterium Græco-Latinum, in 24. Basileæ A. 6.
† Psalmi XXX. Gallicè, in 8°. Lugduni.

† Nov. Testam. Gr. in 16. Parisiis, R. Stephani *R.* 1. *O.* 1.
† Nov. Testam. Gr. in 16. Parisiis *F.* 1. *C.* 19.
* Nov. Testamentum Græcum, in 12. Parisiis.
† Nov. Testam. Gr. Lat. in 16. Parisiis, *bis O.* 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in 16. Parisiis *N.* 1.
* Nov Testam. Græcum, in 8°. Basileæ *P.* 8.
* Nov. Testam. Latinum Erasmi, in 16. Lugduni.
* Nov. Testam. Lat. Erasmi, in 12. Basileæ *R.* 6.

M. D. L.

† Biblia Gr. Lat. 4. vol. in 8°. Basileæ *T.* 1 *B.* 3.
† Biblia Lat 2. vol. in fol. Lugduni, Gryphii *R.* 1. *O.* 1.
† Biblia Latina, 5. vol. in 16. Lugduni *G.* 2.
Biblia Latina, in 4°. Venetiis *R.* 5. in 8°. Parisiis.
* † Biblia Lat. Tigurina in fol. & in 4°. Tiguri *P.* 8. *I.* 1.
† Biblia Gall. Lovaniensia, in fol. Lovanii *I.* 4. *O.* 1.
† Biblia Gall. Genevensia, in folio. Lugduni *T.* 2.
* Eadem, in 8°. Ibid. *I.* 6. Basileæ *V.* 4.
* Biblia Germanica Eckii, in folio. Ingolstadii *G.* 5.
* Biblia Germ. Dietembergeri, in folio. Colon. *O.* 6.
* Biblia Helveticæ, in 4°. Tiguri *O.* 6.
† Biblia Danica Palladii, in fol. Hafniæ *R.* 1.
† Biblia Anglica Coverdalii, 4°. Londini *R.* 1.
* Biblia Anglica Matthæi, in fol. Tiguri *O.* 6.
* Pentateuchus Hebræus, in 4°. CP. *C.* 13.
* Psalterium Græcum, in 8°. Argentorati *V.* 3.
† Psalterium Hispanicum, in 8°. Lugduni *A.* 1.
* Ecclesiasticus Hispanicè, in 8°. Lugduni *V.* 16.
† Nov. Testam. Gr. fol. Parisiis, Rob. Stephani. *R.* 1.
† Nov. Testam. Lat. Erasmi, in 8°. Basileæ, & in 12. Lugduni *R.* 2.
† Nov. Testam. Ital. Brucioli, 16. Lugduni *N.* 1.
* Nov. Testam. Suecicum, in 4°. Holmiæ *S.* 10.
* Nov. Testam. Anglicum, in 8°. Londini, Tiguri *O.* 6.

M. D. LI.

† Biblia Hebr. in 4°. Venet. Justiniani *R.* 1.
† Biblia Hebr. in 4°. Francofurti ad Oderam *N.* 1.
† Biblia Latina, in 8°. Parisiis *T.* 2.
† Biblia Latin. in folio & in 8°. Lugd. Frellonii, *O.* 1. *I.* 7.
* Biblia Lat. *Protest.* in 8°. Lugduni, *bis I.* 7.
† Biblia Latina ex Hebr. Castalionis, in folio, Basileæ *R.* 1.
† Biblia Gall. Genev. in folio, Lugduni *bis I.* 5. *S.* 1.
† Eadem, 4° typis Joan. Crespin, *G.* 1.
* Biblia German. Lutheri, in fol. Witteb. *M.* 13.
† Biblia Angl. Tyndalli, in folio, Londini *M.* 1.
* Biblia Anglica Matthæi, *C.* 25.
† Pentat. Hebr. Latin. *Munsteri*, in 4°. Venetiis *R.* 1.
† Psalter. Lat. ex Hebr. Musculi, in folio, Basileæ *O.* 1.
† Psalterium Gall. Budæi, in 8°. Genev. *I.* 1. *R.* 1. *O.* 1.
* Haggæus Chald. Latin. in 4°. Parisiis, *B.* 3.
† Ecclesiasticus Græcè, 8°. Basileæ *R.* 1.
† Nov. Test. Gr. Lat. in 8°. typis Rob. Stephani, *R.* 1.
† Nov Testam. Lat. in 16. *bis* Parisiis *O.* 1. *G.* 2.
† Nov. Testam. Lat. Castalionis, in 12. Basileæ *D.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Genevense, in 16. Genev. *P.* 2. *C.* 7.
† Nov. Testam. Latin. & Italicè, in 16. Venetiis.
† Nov. Test. Ital. Max. Theophili, in 16. Lugduni *I.* 1.
* Nov. Testam. Germ. Emseri, 8°. *V.* 16.
* Nov. Testam. Danicum Michaëlis, Witteb. *E.* 18.
† Evangelium S. Matthæi Hebr. in 8°. Parisiis, *O.* 1.
* Epistolæ & Evangelia Cambricè, in 4°. Londini.

M. D. LII.

† Biblia Hebræa, 4. vol. in 18. Venet. *R.* 2.
* Biblia Hebr. in folio, Cracoviæ, *S.* 15.
* Biblia Latina Jo. Benedicti, in folio, Parisiis *B.* 4. *I.* 7.
* Biblia Latina, in 4°. Parisiis. *P.* 8.
* Biblia Gall. Genev. 2. vol. in 8°. Genevæ *C.* 23.
† Eadem, 5. vol. in 12. Genevæ *O.* 1.
† Biblia Italica Brucioli, 4°. Venet. *S.* 20.
* Biblia German. in folio, Basileæ *G.* 5.
* Biblia Helvetica, in 4°. Tiguri *B.* 6. *P.* 8.

* Pentat. Tetraglottus, in folio, Constantinopoli *R*. 1. *O*. 1.
† Psalmi Gall. Budæi, in 12. *Genevæ* Stephani, *O*. 1.
† Libri Sapientiales Gallicè, in 12. Ibid. *O*. 1.
* Sapientia Lat. Petri Nannii, in 4°. Basileæ *L*. 3.
† Threni Hieremiæ Hebr. Gr. Lat. in 8°. Ibid. *O*. 1.
† Threni Hieremiæ Hebr. 4°. Parif. *F*. 1.
* Jonas Lat. ex Hebr. Placi, in 8°. Viennæ *F*. 6.
† Nov. Teft. Latinum, in 16. Parif. *F*. 1.
† Nov. Teftam. Lat. Gall. 2. vol. in 12. *Genevæ C*. 2.
† Evangelium Marci Latin. in 8°. Bafileæ *O*. 1.

M. D. LIII.

† Biblia Gall. Genev. in folio, typis R. Stephani *R*. 1.
† Biblia Gall. Genev. in 4°. Genevæ *I*. 1.
† Eadem, in 8°. fub infigni Palmæ *I*. 5.
† Eadem, 5. vol. in 16. Lugduni *O*. 1.
† Eadem, 3. vol. 16. typis Riveris *N*. 1.
* Biblia Italica Malermi, in folio, Venetiis *G*. 5.
† Biblia Hifpana Judæorum, in fol. Ferrariæ *R*. 1.
Biblia Germanica Eckii, in folio Ingolftadii *O*. 6.
* Biblia German. Tigurina, in folio, Tiguri *O*. 6.
* Biblia Belgica, in folio, Antuerpiæ *W*. 4. *P*. 8.
†* Biblia Anglica, in folio & in 4°. Londini *R*. 1. *S*. 9. *C*. 25.
* Liber Exodi Germanicè, in 4°. Pragæ *B*. 12.
* Pfalt. Hifpanicum, in 12. Ferrariæ *P*. 8.
† Cant. & Ecclefiaftes Chald. & Lat. in 8°. Bafileæ *M*. 1.
* Ofeas Chald. & Lat. in 4°. Parif. *N*. 1.
† Nov. Teftam. Gr. in 16. typis Joannis Crifpini *R*. 1.
* Nov. Teftam. Gr. Lat. Erafmi, in 8°. Bafileæ *C*. 9.
* Nov. Teftam. Lat. in 12. Typis Carol. Stephani R. 6.
Novum Teftamentum Latinum, Lugdini *I*. 7.
* Nov. Teftam. Lat. Erafmi, in 8°. Tiguri *O*. 6.
† Nov. Teftam. Lat. Caftalionis, in 8°. Bafileæ *B*. 1. *H*. 7.
† Nov. Teftamentum Lat. Germ. in 8°. Coloniæ *R*. 3.
† Nov. Teftamentum Gallicum, in 18. Genevæ.
* Nov. Teft. Italicum Brucioli, in 12. Venetiis *G*. 5.
* Nov. Teft. Germ. in 8°. Coloniæ *V*. 16.

* Nov. Teftam. Saxonicum, in 8°. *G*. 5.
* Nov. Teftamentum Belgicum, in 8°. Antuerpiæ.
* Nov. Teftam. Croaticum Truberi, in 4°. Tubingæ *L*. 3.

M. D. LIV.

† Biblia Hebræa, in 8°. Venetiis *O*. 6.
†* Biblia Latina *Proteft*. in 8°. Lugduni *T*. 1. Bafileæ *B*. 6.
† Biblia Latina ex Hebr. Caftalionis, in folio Bafileæ *O*. 1.
Biblia Gallica Genev. in folio, Genevæ *bis S*. 19.
† Biblia Gallica Genevenfia, in fol. Lugduni *S*. 2.
† Eadem, in 4°. & in 8°. Genevæ *I*. 1. *L*. 1. *B*. 22.
Biblia Germanica Lutheri, in fol. Embdæ. *Sandius*.
Biblia Saxonica, in folio, Magdeburgi. *Sandius*.
* Biblia Helvetica, in folio, Tiguri *T*. 4. *P*. 8.
† Pfalt. Lat. Gallicum, in 18. *Genevæ*.
* Pfalt. Lat. Caftalionis, in 16 Bafileæ.
* Pfalt. Suecicum, in 4°. Holmiæ *S*. 10.
† Ecclefiaftes Lat. ex Chald. in 4°. Lugduni *R*. 1.
* Targum in Hofeam, in 4°. Parifiis.
† Nov. Teftam. Lat. Benedicti, in 12. Parifiis *A*. 1.
† Nov Teftamentum Latinum, in 24. Ibid. *O*. 3.
† * Nov. Teft. Lat. Erafmi, in 8°. & in 16. Tiguri *P*. 8. *M*. 4.
† Nov. Teftam. Gall. *Fabri*, in 8°. & in 12. Antuerp. *N*. 1. *S*. 13.
† Nov. Teftam. Gallicum Genev. in 8°. Typis Conr. Badii *I*. 1.
* Nov. Teftam. Belgicum Antuerpiæ.

M. D. LV.

† Biblia Latina, Lugduni, Frellonii *I*. 1. *I*. 7.
† Eadem, in 8°. Typis Roberti Stephani *D*. 1.
† Eadem, in 8°. Lugduni, Antonii Vincentii *O*. 1.
Eadem, Salmanticæ, de Portonariis *I*. 7.
Biblia Gallica Genev. in fol. Genevæ *C*. 13. *F*. 9.
† Biblia Gallica Caftalionis, in fol. Bafileæ *O*. 1.
* Biblia Helvetica, in fol. Tiguri *O*. 6.
* Biblia Bohemica, in fol. Pragæ *V*. 16.
† Pfalterium Latino-Gallicum, in 8°. Parifiis *S*. 2.
† Pfalt Lat. ex Hebr. Caftalionis in 16. Antuerp. *G*. 2.
† Pfalt. Gall. de Puisherbault, in 8°. Parifiis.
† Pfalterium Hifpanicum, in 8°. Antuerpiæ *O*. 1.

† Proverbia

† Proverbia Salom. Lat. in folio, Parisiis *O.* 1. A

† Quinque parva Volumina Hebr. in 4°. Parisiis *O.* 1.

† Ecclesiasticus Græcè, in 8°. Basileæ *N.* 1. *B.* 6.

† Nov. Testam. Lat. & Gall. in 8°. Basileæ *R.* 1.

† Idem, 2. vol. in 12. sub insigni Palmæ *N.* 1.

* Nov. Testam. Latinum Erasmi, in 8°. Francof. *B.* 6.

† * Nov. Testam. Gall. Italic. in 8°. *absque loco*, *O.* 1. *G.* 5.

* Nov. Testament. Germanicum, in 8°. Norib. *I.* 5.

† Evang. Matthæi Hebr. & Lat. in 8°. Parisiis *R.* 1.

* Epistolæ S Pauli Gallicæ Glossatæ, in 8°. Paris.

M. D. LVI.

Biblia Latina, in 8°. Lugduni *I.* 7.

† Biblia Latina, 6. vol. in 12. Lugd. *R.* 1.

† Biblia Latina *Protest.* in folio. Lugduni *O.* 1.

† Biblia Lat. ex Hebr. Castalionis, in folio, Basileæ *R.* 1.

† * Biblia Gall. Genev. in 4°. Genevæ, *bis S.* 1. *O.* 6.

† Biblia Gallica Genevensia, in 4°. Lugduni *I.* 1.

† Biblia Gallica Genevensia, in 8°. Genevæ *P.* 2.

* Biblia German. Dietembergeri, in folio, Coloniæ *P.* 8.

* Biblia German. Lutheri, in folio, Wittebergæ *G.* 5.

* Biblia Helvetica, in folio, Tiguri *O.* 6.

* Biblia Belgica, in 4°. Embdæ *C.* 11.

† Pentateuchus Hebraicus, in 4°. Parisiis *O.* 1.

* Tobias Hebr. Latin. Munsteri, in 8°. Basileæ *F.* 2.

† Psalter. Hebræum, in 16. Basileæ *O.* 1.

† Psalterium Hebræum, in 32. Sabionetæ *L.* 3. *P.* 3.

† Psalter. Lat. in 8°. Typis Roberti Stephani *O.* 1.

† Psalter. Lat. Georg. Majoris, in 12. Lipsiæ *N.* 1.

† Psalterium Lat. Castalionis, in 16. Basileæ *D.* 1.

* Libri Sapient. Gall. Genev. in 12. Lausanæ.

* Prophetæ Min. 5. Hebr. Chald. in 4°. *Genevæ O.* 1.

† Oseas, &c. Lat. ex Chaldæo, in 4°. Parisiis *N.* 1.

* Nov. Test. Gr. & Lat. Erasmi, in 8°. Basileæ *L.* 9.

† Nov. Testamentum Lat. in 16. Parisiis *bis F.* 1. *S.* 2.

† Nov. Testam. Lat. in 16. Lugduni, *bis R.* 1. *C.* 3.

† Nov. Testament. Lat. Bezæ, in folio, *Genevæ O.* 1.

† Nov. Testam. Castalionis, in 16. Basileæ *S.* 1.

† Nov. Testam. Ital. Max. Theopbili, in 16. Lugduni *N.* 1. *R.* 1.

† Nov. Testam. Hispan. Jo. Peres, in 8°. Venetiis *R.* 1.

† Nov. Testam. Latino German. in 8°. Basileæ *C.* 1.

M. D. LVII.

B † Biblia Latina Isid. Clarii, in folio, Venetiis *R.* 1. *I.* 7.

† Biblia Latina *Protest.* 3. vol. in fol. Typis R. Stepbani *R.* 1.

* † Biblia Latina *Protest.* in 4°. & in 8°. Basileæ *F.* 4. *S.* 13.

† Biblia Gallica Genev. in folio, Lugduni *R.* 1.

* Biblia Gall. Genevensia, 5. vol. in 16. *Genevæ I.* 5. *N.* 1.

* Biblia Bohemica, in folio, *absque loco B.* 6.

† Psalt. Gr. Lat. in 18. Basileæ, *O.* 1.

C * Psalterium Lat. Ambrosianum, in fol. Mediolani *B.* 4.

† Psalterium Lat. ex Hebr. Calvini, in folio Genevæ *S.* 1.

* Psalterium Lat. in folio, Mediolani.

† Psalterium Hispanum Jo. Perez, in 8°. Venetiis *R.* 1.

* Psalt. Suecicum, in 4°. Holmiæ *S.* 10.

† Esaias Lat. ex Hebr. Musculi, in folio, Basileæ *O.* 1.

† Prophetæ Minores Chaldaicè, in 4°. Parisiis *O.* 1.

† Targum in Abdiam & Jonam, in 4°. D Parisiis *O.* 1.

† Haggæus, Zacb. Malacb. Lat. in 4°. Parisiis *O.* 1.

† Nov. Test. Gall. *Fabri*, in 8°. Antuerp.

† Nov. Testam. Lat. Gall. Genev. in 8°. & in 16. Lugduni *P.* 2. *I.* 2.

* Nov. Test. Helvet. in 8°. Tiguri *O.* 6.

* Nov. Testam. Croaticum, in 4°. Tubingæ *B.* 6. *S.* 13.

† Evangel. Matthæi Hebr. Latin. in 8°. Basileæ *O.* 1.

† Epistola ad Hebræos Hebr. & Lat. in 8°. Ibid *O.* 1.

E M. D. LVIII.

† Biblia Lat. Jo. Benedicti, in folio, Parisiis *M.* 1. *I.* 7.

* Biblia Latina, in 8°. Lugduni.

† Biblia Lat. *Protest.* in 8°. Lugduni *P.* 1.

† Biblia Gallica Genev. in folio, in 4°. & in 8°. Lugduni *O.* 1. *C.* 1.

† Biblia Gallica Genev. in folio Genevæ *I.* 1. *F.* 1.

† Biblia Ital. Malermi, fol. Venet. *T.* 1.

* Biblia Germ. Jo. Eckii, in folio, Ingolstadii *M* y. ru . A
† Biblia Saxonica, fol. Witteb. *O*. 3. *G*. 5.
* Ruth. Hebraicè, in 8°. Coloniæ *W*. 9.
† Psalterium Hebræum, in 32. Sabionetæ *R*. 2.
* Psalt. Latinum *Protest.* in 12. Lipsiæ.
* Psalter. Latin. Georg. Majoris, in 12. Wittebergæ *S*. 13.
† Psalt. Gall. 17. Lugduni *R*. 1. Genevæ *P*. 2.
† Psalt. &c. Gallic. Genevensia, in 12. Lugduni *N*. 1.
* Targum in VI. Propbetas Min. in 4°. Parisiis. B
† Nov. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in 8°. Basileæ *V*. 1.
† Nov. Testam. Itàlicè, 18. Lugd. *O*. 1.
* Nov. Testamentum Danicum, in 8°. Witteb. *S*. 16.

M. D. LIX.

† Biblia Latina *Protest.* in fol. Lugduni.
† Biblia Latina, in 8°. Antuerpiæ, Plantini *C*. 1. *R*. 1.
* † Biblia Gallicè, in folio, & in 8°. Genevæ, *S*. 19. *C*. 1.
† Biblia Gallica Genevensia, in folio, Lugduni *I*. 1. C
* Biblia Germanica Lutheri, 2. vol. in folio, Witteb. *V*. 16.
† Psalterium Gr. Lat. in 16. Parisiis, *bis* *R*. 1 *R*. 2.
† Prophetæ Min. Chald. Lat. in 4°. Parisiis *O*. 1.
† Abdias Hebr. Lat. 8°. Basileæ *R*. 2.
* Nov. Test. Græcum, 8°. Tiguri *F*. 10.
† * Nov. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in 8°. Lugduni *R*. 1. Tiguri *B*. 6.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in folio, Basileæ *C*. 1. D
† * Nov. Testam. Lat. in 24. Paris. *O*. 4.
* Nov. Testam. Lat. Erasmi, in 16. Antuerpiæ *S*. 8.
† Nov. Testam. Gall. Genev. 2. vol. in 8°. Blesis *R*. 1.
† Nov. Testam. Italicum, in 8°. Genevæ *O*. 6.

M. D. LX.

† Biblia Latina, in 8°. Parisiis *I*. 1.
† Biblia Gall. in folio *bis*, in 4°. & in 8°. Genev. *S*. 1. *S*. 2. *I*. 1. *G*. 5. E
* Biblia Lat. & Gall. Genev. in fol. Lugduni *M*. 7. *G*. 3.
* Biblia Germ. Lutheri, in folio, Francof. *L*. 9. *V*. 16.
* Biblia Helvetica, in fol. Tiguri *F*. 2.
* Biblia Belgica Bieskens, *bis* in fol. Antuerpiæ, *M*. 8. *P*. 8.
Psalterium Latinum Buceri, in folio, Basileæ.
Psalterium Latinum ex Græco, in 8°. Francofurti.

† Psalter. Gallicum Genev. in 16. Lugduni, *T*. 2.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in fol. Basileæ *S*. 1.
† Nov. Testamentum Latinum, in 12. Lugduni *V*. 1.
† Nov. Testament. Lat. Erasmi, in 8°. Francof. *O*. 6.
† Nov. Testam. Gall. Genev. in 16. *Genevæ* *S*. 1.
† Nov. Testam. Ital. in 8°. Typis Nic. Tudeschi *N*. 1.
† Nov. Testam. Rhæticum Biffrun, in 8°. *absque loco*, *T*. 1.

M. D. LXI.

* Biblia Latina, in folio Antuerpiæ *V*. 3. *P*. 8. *I*. 7.
* Biblia Latina, in 8°. Lugd. *B*. 6. *I*. 7.
† Biblia Gallica Genevensia, in 4°. Lugduni *R*. 1.
Biblia Germ. Lutheri, in 4°. & in 8°. Wittebergæ *D*. 3.
* Biblia Saxonica, in folio Wittebergæ.
* Biblia Helvetica, 2. vol. in 4°. Tiguri *F*. 2.
* Biblia Anglica, in 8°. Londini *H*. 1.
* Biblia Bohemica, fol. *absque loco*, *G*. 5.
* Pentateucbus Hebr. Chald. in fol. Rivæ Tridenti *S*. 15.
* Genesis capita 5. Latinè, in folio Wittebergæ *F*. 2.
* Psalt. Latinum Corneri, in 12. Lipsiæ.
* Psalt. Latino-German. in 4°. Francof. ad Mœnum.
† Proverbia Chaldaicè, in 4°. Paris. *N*. 1.
* Ecclesiasticus Lat. Justi Jonæ, in 8°. Norimb. *M*. 8.
† Jonas Lat. ex Hebr. Happelii, in 8°. Basileæ *S*. 2.
† Nov. Testam. Gallicum, in folio & in 12. Genevæ *S*. 1. *I*. 1.
† Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 16. Argentorati *O*. 1.
* Nov. Testam. Lat. Germ. in 8°. Francofurti *O*. 5.

M. D. LXII.

* Biblia Lat. *Protest.* in fol. & in 8°. Lugduni *P*. 5. *I*. 7.
* Eadem, in 8°. Basileæ *I*. 8.
† Biblia Gall. in fol. Genevæ, *ter* *R*. 1. *O*. 1. *S*. 1.
† Eadem, 4. vol. in 8°. Genevæ *R*. 1.
† Eadem, in 8°. Lugduni *I*. 5.
† Biblia Italica, in 4°. Genevæ *R*. 1. *O*. 1.
* Biblia Germ. Dietembergeri, in fol. Moguntiæ *G*. 5.
† Biblia Anglica, in fol. & in 4°. Genevæ *M*. 1. *H*. 2.
* Job Hebraicè, in 4°. Rivæ Tridenti.
† Psalterium Hebr. & Germ. in 4°. Mantuæ *O*. 1.
† Psalterium Slavicum, in 8°. Venetiis.

† Libri Sapientiales Lat. in 16. Lugduni *I.* 1.
† Ecclesiastes Chaldaicè, in 4°. Parisiis *N.* 1.
* Prophetæ Germanicè, in fol. Francofurti *B.* 6.
* Nov. Testam. Syriacum, 2. vol. in 4°. Viennæ Austriæ *R.* 1. *O.* 1.
Nov. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in 8°. Basileæ.
† Nov. Test. Latinum, in 16. Antuerp. *F.* 1.
* Nov. Testam. Gall. Genev. in fol. & in 8°. Genevæ *S.* 13.
* Nov. Test. Saxonicum, 2. vol. in 4°. Witteb. *M.* 8.
† Evangelia Dominic. Croaticè, in 4°. Traguri *R.* 1.

M. D. LXIII.

* Biblia Hebræa, in 4°. Venetiis, Justiniani *S.* 13.
† Biblia Latina, in 4°. in 8°. Antuerpiæ *B.* 3. *P.* 8. *I.* 7.
†* Biblia Gallica, in fol. Genevæ, *ter* *R.* 1. *S.* 19.
† Eadem, in 4°. Genevæ, *bis* *B.* 22.
† Eadem, in fol. *bis* & in 4°. Lugduni *S.* 1. *D.* 1.
* Biblia Germ. Lutheri, in 4°. & in 8°. Wittebergæ *V.* 5.
* Biblia Belgica, in 4°. Typis Leonis Kinderen *D.* 5. *P.* 8.
† Biblia Polonica Socinianorum, in fol. Brestiæ *S.* 13. *V.* 16.
† Pentateuchus Hebræus, in 4°. Venetiis *G.* 1.
* Genesis Poliglotta, in folio Wittebergæ.
† Ruth Hebraice, in 4°. Parisiis *N.* 1.
† Tobias Hebr. & Lat. in 8°. Basil. *O.* 1.
* Psalterium Hebr. in 16. Basileæ.
† Psalterium Lat. Gallicum in 8°. Parisiis *O.* 4. *R.* 1.
* Psalmi quidam Lusitanicè, in 16. Parisiis.
† Isaias Lat. ex Hebr. Forerii, in folio. Venetiis *R.* 1.
† Oseas Lat. Tremellii, in 8°. Heidelbergæ *R.* 1.
† Joel Lat. ex Chald. in 4°. Paris. *N.* 1.
* Malachias Hebr. & Lat. in 8°. Coloniæ *F.* 2.
Nov. Testamentum Gr. & Lat. Bezæ, in 8°. *Genevæ.*
† Nov. Testamentum Latinum, in 4°. Lovanii *T.* 1.
Novum Testam. Lat. *bis* in 16. Parisiis *O.* 3. *F.* 1.
* Nov. Testam. Lat. Erasmi, in 8°. Tiguri *F.* 2.
* Nov. Test. Gallicum, in 12. Antuerpiæ *P.* 8.
† Nov. Testam. Gall. in 4°. in 8°. & 16. Genevæ *I.* 10. *F.* 1. *O.* 1.
† Idem, in 4°. & in 16. Lugduni *C.* 1. *R.* 1.
† Idem, in 12. Cadomi *I.* 1.
* N. Test. Germ. Lutheri, in 8°. Magdeburgi *G.* 11.
* Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 4°. Francofurti *P.* 8.
* Nov. Test. Belgicum, in 8°. Antuerpiæ *M.* 7.
* Nov. Testam. Croaticum, in 4°. Tubingæ *G.* 5.

M. D. LXIV.

† Biblia Lat. Jo. Benedicti, in fol. Parisiis *S.* 1. *I.* 7.
† Biblia Lat 5. vol. in 16. Antuerpiæ, Plantini *T.* 1.
† Biblia Lat. Isidori Clarii, in fol. Venetiis *O.* 1. *I.* 7.
*† Biblia Lat. *Protest.* in fol. in 4°. Tubingæ *V.* 4. *M.* 1.
† Biblia Lat. ex Hebr. Pagnini, in 4°. Tiguri *I.* 1. *O.* 3.
† Eadem, in folio. Basileæ, Guarini *S.* 1.
†* Biblia Gallica, in fol. in 4°. Genevæ *I.* 1. *I.* 5.
† Eadem, in fol. Lugduni de Tournes *B.* 22.
* Biblia Germ. Dietembergeri, in fol. Coloniæ *S.* 13. *V* 16.
Biblia Germ. Lutheri, in fol. Jenæ.
† Ruth Chaldaicè, in 4°. Parisiis *R.* 1.
* Psalt. Hebr. & Lat. in fol. Genevæ.
† Psalterium Latinum Cornari in 12. Lipsiæ *A.* 1.
* Psalt. Lat. ex Hebr. Willichii, in 12. Lipsiæ
* Psalt. Lat. Osiandri, in 12. Witteb.
Psalterium Latinum Buceri, in folio, Genevæ, *M* 10.
* Psalter. Gall. Lovaniense, in 24. Antuerpiæ *M.* 7.
Psalt. Germ. Buceri, Norimberg. *F.* 6.
* Prov. Salom. Polyglotta, fol. Witteb.
† Proverbia Salomonis Lat. in 16. Parisiis *S.* 2.
* Ecclesiasticus Gallicè Lovan. in 8°. Antuerpiæ.
Nov. Testament. Græcum, in 24. Antuerpiæ.
† Nov. Testam. Gr. in 12. Typis Jo. Crispini *N.* 1. *R.* 2.
† Nov. Test. Græcum, in 8°. Lipsiæ *L.* 9.
† Nov. Test. Gr. Lat. Erasmi, in 8°. Lipsiæ *I.* 1.
† Nov. Testam. Latinum, in 16. Lugduni *F.* 1.
Nov. Testam. Latinum, in 8°. Venetiis *B.* 13.
*† Nov. Testam. Gall. Genev. in 4°. & in 8°. *absque loco* *T.* 10. *N.* 1.

† Nov. Teft. Gall. Genev. in 8°. & in 16. Lugduni *L.* 1. *P.* 2.
* Nov. Teftam. Bohemicum, in 8°. *abfque loco G.* 3.

M. D. LXV.

† Biblia Latina Jo. Benedicti, in folio, Parifiis *R.* 1. *I.* 7.
† Biblia Latina, in 4°. 5. vol. in 8°. & in 16. Antuerp. *T.* 1. *M.* 1. *C.* 1.
† Biblia Gallica, in folio Genevæ, *bis G.* 1. *P.* 2.
† Biblia Gallica Genevenfia, in folio, Lugduni *S.* 2. *N.* 1.
* Biblia Latina Germ. Eberi, 10. vol in 4°. Tubingæ *G.* 5.
† Biblia German. Lutheri, in folio Francofurti *O.* 1.
* Biblia Saxonica, in folio Wittembergæ *M.* 8.
* Biblia Helvetica, in fol. Tiguri *O.* 6.
* Biblia Belgica, in fol. Colon. Antuerpiæ *bis K.* 1.
* Biblia Belgica, fol. Embdæ *G.* 5. *P.* 8.
* Pfalt. Pentaglotton, in folio Wittebergæ *B.* 6.
† Pfalterium Hebr. in 18. Parifiis, Stephani *R.* 1.
* Pfalterium Armenum, in 8°. Venetiis *L.* 3.
Pfalterium Gallicum Budæi, in 16. Parifiis.
* Proverbia Pentaglotta, in folio, Wittebergæ *B.* 6
† Prophetæ quidam Minores Polyglot. in folio, Witteb.
† Ifaias Latinè Forerii, in 8°. Antuerpiæ *O.* 1.
* Joël Chald. Latinè, in 4°. Parifiis.
† Nov. Teft. Gr. in 16. Typis Jo. Crifpini *R.* 1.
† Nov. Teft. Gr. Lat. Bezæ, in folio & in 8°. Genevæ *R.* 1 *I.* 1.
† Nov. Teft. Latin. Gall. Genev. in 16. Parifiis *N.* 1.
* Nov. Teftam. Gallicum Genev. in 12. Genevæ *C.* 9.
† Nov. Teft. Gall. Genev. in 16. Lugduni *B.* 22.
* Nov. Teftam. Italicum in 12. Lugduni.
* Nov. Teftam. Lat. Germ. 2. vol. in 4°. Witteb. *B.* 6.
* Nov. Teft. Croaticum, 2. vol. in 4°. Tubingæ.

M. D. LXVI.

† Biblia Hebræa, in 4°. Venet. Joan. de Gara, *M.* 6. *V.* 16.
† Eadem, in 4°. in 8°. & in 16. Antuerpiæ Plantini, *ter R.* 3.
* Biblia Latina, in fol. Francof. *R.* 1. *I.* 7.
† Eadem, in fol. & in 8°. Lugd. *C.* 1. *C.* 2.
† Biblia Gallica Ren. Benoift, in folio, Parifiis *R.* 1.

A
† * Biblia Gallica, in folio & in 8°. Genevæ *P.* 2. *I.* 5.
* Biblia Gallica Genev. in 8°. Typis Durand *I.* 5.
† Biblia Gallica Genevenfia, in 8°. Aureliis *C.* 2. *I.* 1.
† * Eadem, in fol. Lugduni *R.* 1. *S.* 19.
† Biblia Italica Malermi, 4°. Venet. *V.* 1.
* Biblia Germ. Lutheri, in 8°. Francof. ad M. *G.* 5.
* Biblia Saxonica, in folio Francofurti.
† Biblia Belgica, in fol. Antuerpiæ *I.* 1.

B
† Pentat. Hebræus, in 4°. Venetiis, Zanetti *O.* 1.
† Genefis Latinè Strigellii, in 8°. Lipfiæ *O.* 1.
† Exodus Latinè Strigellii, in 8°. Lipfiæ *O.* 1.
† Pfalt. Hebræum, in 8°. Venet. Witteb. *M.* 5.
† Pfalterium Latin. Majoris, in 12. Argentor. *S.* 1.
* Pfalmi 7 Pœnitent. Italicè, in 8°. Florentiæ *B.* 5.

C
* Pfalterium Latinum German. in folio Lipfiæ *F.* 2.
* Pfalterium Belgicum. 8°. Leidæ *P.* 8.
* Pfalterium Croaticum, in 8°. Tubingæ *O.* 6.
† Libri Sapientiales Lat. in 16. Parifiis *L.* 1.
Abdias, Jonas, Sophonias, Lat. in 4°. Parifiis.
* Novum Teftamentum Græcum, in 8°. Tiguri *S.* 13.
† Nov. Teftam. Gr. Lat. Erafmi, in 8°. Bafileæ *R.* 1.

D
* Nov. Teftam. Lat. Erafmi, in 12. Tiguri *C.* 9.
† Nov. Teft. Lat. Gall. 2. vol. in 12. Parifiis *T.* 2.
† Nov. Teftam. Gall. Lovan. in 8°. Antuerpiæ *L.* 1.
Nov. Teftam. Gall. Genev. in 16. Genevæ *S.* 19.
* Nov. Teftam. Ital. Zachariæ, Florentiæ *P.* 4.
* Novum Teftamentum Belgicum, in 12. Antuerp. *S.* 8.

M. D. LXVII.

E
† Biblia Lat. Joan. Benedicti, in fol. Parifiis *T.* 1. *I.* 7.
* † Biblia Latina, *bis* in 8°. Lugduni *D.* 3. *O.* 3.
† Eadem, 8°. & 5. vol. in 24. Antuerpiæ *D.* 1. *V.* 1.
† Biblia Gallica, 8°. *Genevæ*, *V.* 1. Parif.
† Biblia Italica Malermi, in folio, Venetiis *O.* 1.
† Biblia German. Lutheri, in folio, Francof. *I.* 1.
* Biblia Hifpanica, 4°. Cofmopoli *V.* 16.

† Pentateuchus Hebr. in folio, Cremonæ *R.* 1.
* Psalmi Belgicè, in 12. Heidelbergæ *V.* 16.
* Psalmi Cambricè, fol. Londini 1567.
* Job Hebraicè in 4°. Rivæ Tridenti.
† Proverbia Hebr. & Lat. in 8°. Basileæ *O.* 1.
* Prophetæ Minores Hebr. in 8°. Basileæ *B.* 12.
* Iidem Lat. ex Chaldæo, in 8°. Heidelbergæ *L.* 7. *V.* 15.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in 8°. typis Stephani *R.* 1.
* Nov. Testam. Lat. Erasmi. in 12. Argentorati *G.* 7.
Nov. Testam. Latino-Gall. in 16. Lugd.
* Nov. Testam. Gallicum, Fabri, in 8°. Antuerpiæ.
† Nov. Testam. Gall. Genev. in 16. Parisiis, *P.* 2.
† Nov. Testam. Lat. Gall. Genev. in 16. Lugduni *C.* 7.
* Novum Testam. Germ. in 8°. Embdæ *C.* 12.
† Nov. Test. Wallicum, *Davies*, in 4°. Londini *R.* 3. *B.* 3.

M. D. LXVIII.

† Biblia Hebr. Rabbinica, 4. vol. in fol. Venetiis *R.* 1.
†* Biblia Lat. in 8°. Lugd *quater V.* 1. *D.* 1. *O.* 1. *S.* 19.
Biblia Latina, in 8°. Coloniæ *C.* 20.
† Biblia Lat. Gall. Ren. Benoist, in 4°. Parisiis *O.* 1.
† Biblia Latino-Gallica Genev. in folio, Genevæ *R.* 1.
* Biblia Gallica Genev. in 8°. Genevæ *S.* 13.
† Biblia Germ. Lutheri, in 4°. Heidelbergæ *S.* 1.
* Biblia Belgica, in folio *absque loco M.* 13. *P.* 8.
* Biblia Anglica, in folio Londini *B.* 7.
† Tobias & Judith, Gallicè, in 4°. Antuerpiæ *G.* 2.
† Psalterium Græcum, in 8°. & in 16. Antuerpiæ *B.* 20. *C.* 22.
† Psalterium Lat. Lindani, in 8°. Ibid. *O.* 1.
* Psalterium German. Reisneri, in 8°. Francofurti *F.* 2.
* Sapientia Lat. ex Græco, in 8°. Lipsiæ *F.* 2.
† Ecclesiasticus Gr. 8°. Lipsiæ *O.* 1. *N.* 1.
† Abdias & Jonas Hebr. 4°. Parif. *O.* 1.
† Nov. Testam. Gr. in 16. Parisiis, Stephani *O.* 1.
† Nov. Test. Gall. Genev. in 8°. & in 24. Genevæ *G.* 1. *I.* 1.
* Nov. Testam. Bohemicum, in 4°. *absque loco S.* 13.

M. D. LXIX.

*† Biblia Latina, in 4°. & in 8°. Antuerpiæ *B.* 3. *C.* 1.
* Biblia Lat. *Protest.* in folio Lugd. *B.* 22. in 4°. & in 8°. Basileæ *G.* 5. *F.* 2.
† Eadem, in folio. 5. vol. in 8°. Lugduni *I.* 1. *C.* 1.
†* Biblia Gallica, in 8°. Genevæ, *bis S.* 1. *I.* 5. in folio Lugduni.
† Biblia Hispan. C. Reyna, in 4°. *absque loco R.* 1. *O.* 1.
* Biblia German. Lutheri, 4. vol. in 8°. Francofurti *B.* 6.
* Psalterium Hebr. Lat. 8°. Basileæ *G.* 3.
† Ecclesiastes Hebraicè, in 4°. Parif. *G.* 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Syr. in fol. typis Stephani *R.* 1.
† Nov. Testam. Lat. in 24. Antuerpiæ, Plantin. *R.* 2.
† Nov. Testam. Lat in 16. Lugduni *L.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Ren. Benoist, in 16. Parisiis *L.* 1.
Nov. Testam. Italicè, in 4°. *absque loco.*
* Nov. Testamentum Saxonicum, in 4°. Magdeburgi *W.* 8.
*† Nov. Testam. Anglicum, in 4°. & in 24. Londini *S.* 6. *B.* 2.
† IV. Evangelia & Actus Lat. in 4°. Lovanii *C.* 1.

M. D. LXX.

† Biblia Latina, in folio, Antuerp. *bis N.* 1. *C.* 4.
† Biblia Latina, 5. vol. in 16. Ibidem *F.* 1. *I.* 7.
* Biblia Latina, in 8°. 3. vol. in 12. Ibid. *P.* 8. *G.* 5.
Biblia Gall. Genev. in 8°. *absque loco bis S.* 14. *S.* 19.
* Eadem, 3. vol. in 12. Lugduni *G.* 5.
† Eadem, 6. vol. in 16. Genevæ *R.* 1.
† Biblia Germ. Lutheri, in folio Francofurti *T.* 1.
* Biblia Anglica, in folio Genevæ *B.* 3.
* Historia Judith & Esther Gallicè, in 4°. Antuerpiæ *P.* 6.
* Tobias Hebr. & Lat. 8°. Basileæ *V.* 15.
* Psalterium Lat. Majoris, in 12. Wittebergæ *C.* 9.
* Ecclesiasticus Gr. Lat. 8°. Lipsiæ *R.* 1.
* Idem German. Lutheri, in 8°. *absque loco C.* 9.
†* Nov. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in folio & in 16. Basileæ, *O.* 1. *D.* 9.
† Idem, in 8°. Lipsiæ *T.* 1.
† N. Testam. Lat. Germ. in 4°. Francofurti *G.* 5.
* Nov. Testam. Gallicum, in 8°. Genevæ *G.* 5.
* Nov. Testam. German. in 4°. & in 12. Francof. *C.* 11.
* Nov. Testam. Belgicum, in 16. Antuerpiæ *P.* 6.

† Epistola ad Galatas Syriac. Lat. in 4°. Genevæ *C.* 1. A

M. D. LXXI.

Biblia Hebræa, in folio Genevæ *S.* 15.
†* Biblia Latina, in 8°. Francof. *O.* 5. Venet. *C.* 21.
* Biblia Gallica Genevensia, fol. Lugduni *C.* 13.
* Biblia Ital. del Bernavia, in folio *absque loco R.* 4.
* Biblia Helvetica, in fol. Tiguri *O.* 6.
* Biblia Belgica, in 4°. Dordraci *G.* 5. *P.* 8.
† Psalterium Hebr. in 32. Mantuæ *O.* 2. B
* Psalt. Græco-Latinum, in 24. Basileæ.
Psalterium Latin. in 4°. Lovanii *C.* 22.
† Psalterium Italicum, in 12. & in 32. Parisiis *R.* 1. *N.* 1.
† Ecclesiastes Hebr. & Ital. in 8°. Veneriis *I.* 1.
Machabæorum libri Lat. in 8°. Lipsiæ.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Syr. 2. vol. in folio, Lugduni *C.* 1.
* Nov. Test. Lat. Castalionis, in 12. Venet. *D.* 9.
Nov. Test. Gall. Genev. 16. Antuerp. *S.* 19. C
* Nov. Test. Belgicè, in 8°. Antuerpiæ Plantini *M.* 7.
† Nov. Testam. Cantabricum, in 8°. Rupellæ *R.* 1. *O.* 1.
† IV. Evangelia Saxon. Angl. in 4°. Londini *R.* 1.
* Epistolæ & Evangelia Slavicè, in 8°. *sine loco B.* 3.

M. D. LXXII.

† Biblia Polyglotta, 8. vol. in folio, Antuerpiæ *R.* 1.
* Biblia Latina, in 8°. Antuerpiæ *G.* 8. D
† Biblia Latina, in folio Venetiis *T.* 1.
† Biblia Latina *Protest.* 2. vol. in 4°. Basileæ *O.* 6.
† Biblia Germ. Dietembergeri, in fol. Coloniæ *C.* 1.
† Biblia Germ. Lutheri, in folio Wittebergæ *M.* 1. in folio Francof.
Eadem 2. vol. in 4°. Francofurti *B.* 19.
* Biblia Anglica, in folio, Londini *H.* 1.
* Biblia Polonica Socinianorum, in 4°. Zaslavii *S.* 6. *S.* 12.
* Ecclesiasticus Gall. 8°. Antuerp. *P.* 6. E
† Nov. Testam. Lat. Erasmi, in 16. Basileæ *C.* 1.
* Nov. Test. Lat. in 8°. Venetiis *B* 5.
† Nov. Testam. Lat. Castalionis, in 16. Basileæ *R.* 2.
Nov. Test. Lat. Gall. in 4°. & in 8°. Basileæ *D.* 9.
* Nov. Testam. Gall. Lovan. in 16. Antuerp. *S.* 4.
† Nov. Testam. Gall. Lovan. in 16. Rothomagi *T.* 2.

* Nov. Testam. Germ. Emseri, in folio, *sine loco G.* 5.
* Nov. Testam. Polonicum Budnæi, in 8°. *sine loco.*

M. D. LXXIII.

† Biblia Hebræa, in 8°. & in 24. Antuerpiæ, Plantini *O.* 1. *M.* 1.
† Biblia Hebraica, in 4°. Venetiis *M.* 1.
† Biblia Latina, in folio Parisiis *O.* 1. *I.* 7. *C.* 4.
† Biblia Latina Castalionis, in folio Basileæ *B.* 3. *F.* 1.
Biblia Anglica, in fol. Londini *C.* 20.
† Psalt. Latinum, in 12. Lipsiæ *R.* 1.
* Psalterium Lat. Molleri, in 8°. Wittebergæ *B.* 3.
† Psalterium Italicum *Heri*, in 4°. Venetiis *R.* 2.
† Canticum Cant. Hebr. in 4°. Parisiis *O.* 2.
† Novum Testamentum Syriacè, in 8°. Antuerpiæ *O.* 1.
† Nov. Testamentum Græcum, in 8°. Antuerpiæ *R.* 1. *O.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Lovan. in 16. Antuerpiæ *B.* 22.
* Evang. Joannis Lat. ex Syro, in 4°. Francof. *F.* 2.

M. D. LXXIV.

†* Biblia Lat. in 8°. in 12. & in 24. Antuerpiæ *D.* 1. *S.* 13. *S.* 2.
* Biblia Latina, *Protest.* in 8°. Basileæ *G.* 3.
† Biblia Lat. Germ. Eberi, 9. vol. in 4°. Wittebergæ *I.* 1.
* Biblia Gallica Genevensia, in folio. Lugduni.
* Biblia German. Lutheri, in fol. Francofurti *O.* 6.
† Josue Hebr. Gr. Lat. in fol. Antuerpiæ *O.* 1.
† Psalt. Hebr. in 4°. & in 24. Antuerpiæ *N.* 1.
* Psalterium Græcum, in 4°. Argentorati *N.* 4. *B.* 6.
* Psalt. Germ. Lutheri, in 4°. Lipsiæ.
* Psalterium Suecicum, in 8°. Rostochii *S.* 10.
* Psalterium Anglicum, in 8°. Londini *B.* 23.
* Psalmi 7. pœnit. Venedicè, *absque loco B.* 3.
† Canticum Canticorum Hebr. in 4°. Parisiis *G.* 1.
† Nov. Testam. Gr. in 24. Antuerpiæ, Plantini *R.* 1.
* Nov. Testam. Gr. Lat. in 12. Antuerpiæ *G.* 5.
† Nov. Testam. Latinum Bezæ, in 16. Londini *S.* 9.
† Nov. Testamentum Anglicum, in 16. Londini.

* Nnvum Testam. Hungaricum, in 4°. Viennæ *V.* 16.
* Evangelium Lucæ Hebr. in 8°. Wittebergæ *O.* 6.

M. D. LXXV.

† Biblia Latina, in 4°. Venetiis *B.* 13.
† Biblia Latin.Gall. Genev. in fol. Lugduni *S.* 1.
* Biblia Germ. Dietembergeri, Coloniæ *B.* 21.
* Biblia Germ. Lutheri, in fol. Hanoviæ *M.* 13. Augustæ *O.* 6.
* Eadem, 4. vol. in 8°. Francnfurti *G.* 6.
† Psalterium Latinum Corneri, in 12. Lipsiæ *O.* 1.
Psalterium Gallicum, in 16. Parisiis *V.* 11.
* Ecclesiastes Latinè ex Græcn, in 8°. Lipsiæ.
* Libri Græci, in 4°. Antuerpiæ *F.* 8.
† Nov. Testam. Syriacum, in 24. Antuerp. *I.* 1.
† Nnv. Testam. Lat. Castalionis, in 12. Basileæ *O.* 6.
* † Nov. Testam. Lat. Bezæ, in 4°. & in 8°. Genevæ *F.* 2. *F.* 1.
* N. Test. Lat. Erasmi, 8°. Tiguri *S.* 13.

M. D. LXXVI.

* Biblia German. Lutheri, in fol. Wittebergæ *G.* 5.
* Biblia Suecica, in fnlin Upsaliæ *V.* 8.
* Biblia Anglica, in 4°. Lnndini.
† Esther Hebraicè, 4°. Cremnnæ *R.* 1.
† Jobus Hebr. & Barbaro-Gr. in 4°. Cnnstantinnpoli *O.* 1.
* Psalterium Hebræum, in 8°. Witteb. *F.* 2. *V.* 16.
† Psalterium Lat. Lindani, in 8°. Cnloniæ *B.* 5. *N.* 1.
† Psalterium Lat. Flaminii, in 16. Lugduni *F.* 1.
* Psalterium Latinum Petri Viel, in 16. Parisiis.
† Psalterium Gallicum, in 12. Genevæ *O.* 1.
† Nnv. Testam. Gr. in 16. Typis H. Stephani *R.* 1.
* Nnv. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in 8°. Heidelbergæ *V.* 3.
† Nov. Test. Italicum, in 8°. *absque loco D.* 1.
* Nov. Test. Anglicum, in folio, Edimburgi.
* Evangelia Anniv. 4. linguis, in 8°. Lipsiæ *S.* 2.

M. D. LXXVII.

* Biblia Latina *Protest.* in fol. Basileæ *B.* 6.
* Biblia Anglica, in 4°. Lnndini *C.* 11.
* Biblia Bohemica, in fnlin Pragæ *G.* 5.
† Psalterium Latinum, 8°. Lipsiæ *M.* 1.
† Libri V. Sapientiales Gall. in 32. Genevæ *O.* 1.
† Nnv. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in 8°. Basileæ *C.* 2.
† Nov. Testam. Gall. R. Benoist, in 16. Antuerp. *N.* 1. *P.* 8.
* Nov. Testam. Gall. in 8°. & in 16. Genevæ *G.* 5. *I.* 5.
† Nov. Testam. Belgicum, in 8°. Antuerp. *M.* 1.
* Nov. Testam. Pnlnn. Socinianorum, in 4°. Racnviæ *S.* 12.

M. D. LXXVIII.

* Epitnme Bibl. 6. linguis, in 8. Wittebergæ *B.* 6.
* Biblia Latina, in 4. Venetiis *B.* 3.
* Biblia Latina, *Protest.* in 4°. & in 8°. *bis* Basileæ *G.* 5. *D.* 9. *B.* 22.
† Biblia Gall. Lovaniensia, in fnlio, Antuerpiæ *R.* 1.
† Biblia Gallica Genev. in fnlin, Lugduni *D.* 4.
* Biblia Saxnnica, in fnlin Magdeburgi.
* Biblia Anglica, in fnlin Lnndini *B.* 3.
* Pentat. Venedicus Dalmatini Lublini *F.* 5.
† Genesis Hebraicè, in 8°. Romæ *N.* 1.
Psalterium Hebr. Gr. Lat. in fnlin Genevæ *B.* 7.
† Psalterium Lat. Genebrardi, in 24. Parisiis *O.* 1.
† Psalterium Lat. Heresbachii, in 4°. Basileæ M. 1.
* Ecclesiastes Ital. de Pnmis, in 8°. Venetiis *B.* 13.
* Nov. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in 8°. Lipsiæ *S.* 13.
† Nov. Testamentum Latinum, in 16. Lugduni *G.* 2.
† Nov. Testam. Latinum, in 8°. Francof. *G.* 5.
† Nnv. Testam. Gall. Lnvan. in 16. Lugduni *M.* 5.
* Nov. Testam. Anglicum, 32. Londini.
* Evang. Anniv. Pnlygl. Lipsiæ.
† Acta Apnst. Lat. ex Arabico, in 8°. *sine loco R.* 1.
† Epistola ad Hebr. Lat. ex Syro, in 8°. Duaci *E.* 2.

M. D. LXXIX.

† Biblia Latina, in 8°. Venetiis *N.* 1.
* Biblia Latina Pagnini, in 4°. Tiguri F. 2.
† Biblia Latina Juni, 3. vol. in fnlio, Francof. *R.* 1.
* Biblia Italica, in 4°. Venet. *G.* 3. *S.* 20.
† Biblia Germanica Lutheri, in folio Neostadii *M.* 1.
* Biblia Belgica, in 4°. *sine loco C.* 11. *P.* 8.
* Biblia Belgica, in folio Delphis *T.* 6.
* Psalterium Latinum, in 8°. Genevæ *R.* 1. in 4°. Witteb.
* Psalt. Lat. Osiandri, in 8°. Witteb.
Psalt. Belgicum, in 8°. Antuerpiæ *P.* 8.

† Ecclesiastes Latinè Corani, in 8°. Londini *R.* 1.
† Nov. Testam. Lat. Bezæ, in 8°. Londini *R.* 1.
† Nov. Testam. Gall. R. Benoist, in 16. Rothomagi *N.* 1.
* Novum Testamentum Belgicum, in 12. Leidæ *P.* 8.
† Evang. Joannis Lat. ex Syro, in 8°. Jenæ.

M. D. LXXX.

* Biblia Hebraica, in 4°. Antuerp. *V.* 16.
* † Biblia Latina, in 4°. & in 8°. Antuerpiæ *G.* 11. *F.* 1.
† Biblia Gallica Lovan. 2. vol. in 8°. Rothomagi *C.* 4.
* † Biblia Gall. Genev. in folio, Genevæ *bis B* 3. *T.* 2.
Biblia Belgica, in folio Dordraci *E.* 1.
* Biblia Saxonica, 2. vol. 4°. Rostochii.
* Biblia Helvetica, in folio Tiguri *B.* 3. *S.* 13.
† Psalterium Latinum Bezæ, in 8°. Antuerpiæ S. 1.
† Psalterium Latinum Junii, in 12. Londini *D.* 1.
* Psalt. Lat. *Protest.* in 12. Lipsiæ.
† Psalt. Ital. Panigarolæ, in 4°. Venet.
† Esaias Græcè Curterii, in folio, Parisiis *O.* 1.
* Ecclesiasticus Gr. Lat. in 8°. Helmstadii M. 10.
† Nov. Testam. Græc. Lat. Bezæ, in 8°. *Genevæ O.* 1.
† Nov. Testam. Lat. Gall. Ren. Benoist, in 16. Rothom. *R.* 1.

M. D. LXXXI.

* Biblia Hebr. Lat. in folio, In Burgo Aracenensi *P.* 5.
† Biblia Latina Junii, in 4°. Londini *M.* 4.
Biblia Gall. Lovaniensia, in folio Lugduni *S.* 19.
· Biblia German. Lutheri, in folio Francof. *B.* 19.
* Biblia Belgica, in folio, Leidæ *P.* 4.
† Biblia Belgica, in 8°. Delphis *V.* 1.
† Biblia Moscovitica, fol. Ostroviæ *R* 1.
Pentat. Hebr. Hutteri, in folio, Hamburgi *L.* 7.
† Psalterium Hebr. in 24. Romæ, Antuerpiæ *R.* 1. *V.* 16.
† Psalterium Lat. Genebrardi, in 8°. Parisiis *O.* 1.
† Psalterium Latinum Bezæ, in 8°. Genevæ *S.* 1.
† Psalterium Lat. in fol. & in 8°. Wittebergæ *L.* 7.
† Psalt. Gallicum Bezæ, in 8°. Genevæ *O.* 1.
* Psalmi 75. Italicè, Perotti, in 8°. *sine loco.*
† Psalterium Anglicè Gilbie, 12. Londini *D.* 1.
* Psalterium Ruthenicè, in 8°. Vilnæ *S.* 13.
† Nov. Test. Gall. Lovan. in 16. Parisiis *F.* 1.
† Nov. Test. Latino-Gallicum Benoist. in 12. Rotomagi *L.* 1.
† Nov. Test. Lat. Gall. Bezæ, 4°. Londini *O.* 6.
† Nov. Testam. Germ. in 8°. Francofurti *A.* 1.
† Novum Testam. Helveticum, in 4°. Tiguri *O.* 6.
* Nov. Testam. Croaticum, in 8°. Tubingæ *B.* 6. *T.* 7.
† Evangelia Anniv. Hebr. in 8°. Antuerp. *O.* 1.

M. D. LXXII.

† Biblia Hebraica, in 4°. Antuerpiæ, Plantin. *R.* 2.
† Biblia Hebr. in 4°. Venetiis, de Gara *M.* 1.
† Biblia Gr. Lat. 5. vol. in 8°. Basileæ *I.* 1. *A.* 1.
† Biblia Lat. Pellicani, 4. vol. in fol. Tiguri *S.* 1.
* † Biblia Gallica Lovan. Parisiis *F.* 7. Lugd. *V.* 1.
† Eadem, in 8°. Parisiis, Rothomagi, *bis G.* 2. *L.* 2. *L.* 1.
Biblia Germanica Lutheri, in 8°. Francofurti.
Biblia Anglica, in 8°. Londini *H.* 1.
† Psalterium Latinum, in 8°. Parisiis *V.* 1.
* Psalterium Germanicum, in 8°. Riobenhoffn. *M.* 10.
* Proverbia Germanicè, in 4°. Cracoviæ *S.* 15.
Ecclesiasticus Græcè, in 8°. Lipsiæ.
* Nov. Test. Gr. Lat. Erasmi, 8°. Lipsiæ *F.* 10.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in fol. typis R. Stephani, *R.* 1. *O.* 1.
* Nov. Testam. Lat. Bezæ, in 16. Londini.
Nov. Testam. Gall. Benoist, 8°. Rotomagi.
† Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 12. Francofurti *O.* 1.
† Nov. Testam. Anglicum, in 4°. Rhemis *O.* 1. *B.* 3.
† Evangel. Matthæi Hebr. Lat. 8°. Basileæ *M.* 1.
† Epistola ad Hebræos, Hebr. Lat. in 8°. Basileæ *M.* 1.

M. D. LXXXIII.

† Biblia Latina, in fol. & 8°. Antuerpiæ Plantin. *R.* 1. *O.* 1.
† Biblia Latina, in 8°. Lugduni *F.* 2. Genevæ *I.* 1.

† Biblia

† Biblia Latina, in 4°. Venetiis *A*. 12. A
* Biblia German. Lutheri, in folio Norib. *O*. 6. Francof. *D*. 9.
* Biblia Belgica, in folio Delpbis *W*. 3. Amstelod. *G*. 5.
† Pentateuchus German. Judæorum, in folio, Basileæ *B*. 3. *R*. 1.
† Psalterium Latino-Gall. in 8°. Parisiis *S*. 2.
† Psalterium Italicum, 8°. *Parisiis C*. 1.
Nov. Testam. Gr. Lat. Castalionis, in 8°. Venetiis *D*. 9.
Nov. Testam. Gr. Lat. Ariæ, in 8°. Antuerpiæ *O*. 1.
† Nov. Testam. Lat. Bezæ, in 16. Antuerpiæ *P*. 2. B
† Nov. Testam. Germ. Dietembergeri, in 8°. Coloniæ *S*. 14.
* Epistolæ ad Galatas Arab. Lat. in 4°. Heidelb. *B*. 3.

M. D. LXXXIV.

† Biblia Hebr. Lat. in folio, Antuerpiæ, Plantin. *R*. 1.
† Biblia Lat. Vatabli, 2. vol. in folio, Salmanticæ *O*. 1.
Biblia Gallica, in 8°. Genevæ *C*. 23.
† Biblia Germ. Dietembergeri, in fol. Coloniæ *R*. 1. C
Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Wittebergæ *R*. 6.
Biblia Vendica, in folio, Wittebergæ *I*. 1. *G*. 5.
† Biblia Islandica, in folio, Holmiæ *S*. 16. *P*. 8.
† Psalterium Hebraicum, in 24. Antuerpiæ *R*. 6.
† Psalmi 7. Pœnit. Syriacè, in 8°. Romæ *O*. 1.
† Psalt. Græcum, in 24. Antuerpiæ *R*. 1. D
† Psalterium Græco-Latinum, in 16. Antuerp. *R*. 1.
† Psalterium Gallicum Lovan. in 16. Parisiis *M*. 5.
† Libri Sapientiales Gall. in 16. Parisiis *M*. 5.
† Libri Græci, in 4°. Antuerpiæ *O*. 1.
† Threni Gallicè, in 8°. Spiræ *F*. 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Syr. in 4°. Parisiis *R*. 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. in folio, Antuerpiæ *R*. 1.
Nov. Testam. Gr. Lat. Castalionis, in 8°. Ibid. *D*. 9. E
† Nov. Testam. Lat. in 24. Antuerp. *N*. 1.
† Nov. Testam. Latin. Bezæ, in 8°. Ibidem *D*. 9.
* Nov. Testam. Gallicum in 8°. Genevæ *P*. 8.
* Epist. & Evang. Italicè, in 4°. Venetiis.

M. D. LXXXV.

† Biblia Latina Junii, in 4°. Londini *S*. 2.
* Biblia Lat. 2. vol. in 8°. Francof. *B*. 20.
†* Biblia Gall. Lovan. in folio & in 4°. Lugduni *A*. 12. *S*. 19.
† Biblia Germ. Lutheri, in folio, Francofurti *M*. 1.
† Biblia Saxonica, in 4°. Witteb. *O*. 6.
* Biblia Belgica, in folio, Hagæ Comitis.
† Biblia Anglica, in folio Londini *R*. 1.
† Esther Hebraicè, in 4°. Venetiis *R*. 1.
* Psalmi Italicè, in 8°. (Genevæ) *O*. 6.
* Daniel Hebraicus, in 4°. Venetiis.
† Nov. Testam. Gallicè, in 12. Rothomagi *S*. 1.
* Nov. Testam. Polonicè, in folio, Thorunii *B*. 3.

M. D. LXXXVI.

† Biblia Hebr. Gr. Lat. 2. vol. in folio, *Geneva R*. 1.
* Biblia Lat. Osiandri 9. vol. in 4°. Tubingæ.
† Biblia Gallica Lovaniensia, in folio, Parisiis *F*. 1.
* Biblia Anglica, in 8°. Londini *A*. 6.
† Ruth Græc. Latin. in 8°. Franeckeræ *O*. 1.
† Esther Lat. *Pagnini*, in 8°. Ibid. *O*. 1.
† Psalterium Hebræum, in folio, Hamburgi *O*. 1.
† Psalterium Hebræum, in 4°. Venet. *O*. 1.
† Psalterium Latinum, 4°. Lovan. *O*. 1.
* Psalt. Gallicum de Beaune, in 4°. Parisiis.
† Psalt. Italicum, in 8°. Venetiis *R*. 1.
* Psalmi Cambricè in 16. Londini.
† Daniel Hebræus, in 4°. Venet. *R*. 1.
Novum Testam. Græcum, in 8°. Basileæ *D*. 9.
* N. Evangelia Anniv. Polygl. in 8°. Lipsiæ.
* Evang. & Epist. Lovaticè, in folio, Venetiis.
* Epistolæ Anniv. Tetraglottæ 8°. Lipsiæ.

M. D. LXXXVII.

† Biblia Hebræa Hutteri, in fol. Hamburgi *G*. 2.
† Biblia Græca Vet. Testam. in folio, Romæ *R*. 1. *O*. 1.
† Biblia Latina, in 8°. Antuerpiæ *S*. 1.
† Biblia Gallica Lovaniensia, in folio, Parisiis *O*. 3.
* Biblia Germ. Dietembergeri, in folio Coloniæ *O*. 6.
† Pentateuchus Hebræus, in folio Cracoviæ *R*. 1.
Genesis Hebraicè, in 8°. Wittebergæ *B*. 20.
† Psalterium Gall. de Beaune, in 8°. Parisiis *A*. 1.
* Psalt. German. Lutheri, in 4°. Lipsiæ *C*. 9.
Quinque Meghilloth Hebr. in 8°. Wittebergæ *B*. 20.

† Nov. Testam. Græcum, in 16. Genevæ *N.* 1. *B.* 5. A

† Idem, *bis* in 16. Typis Henr. Stephani *L.* 1. in 12. Londini *O.* 6.

† Nov. Testam. Lat. Bezæ, in 8°. Londini *T.* 1.

M. D. LXXXVIII.

† Biblia Hebr. Hutteri, 2. vol. in folio, Hamburgi *C.* 1.

* Biblia Latina cum glossa ordin. 4. vol. in folio, Venet. *F.* 2.

Biblia Latina, in 4°. Venetiis *B.* 6.

† Biblia Latina ex Græco, in folio Romæ *R.* 1. *O.* 1. B

† Biblia Latina, in 8°. Lugduni *I.* 7.

* Biblia Lat. Pagnini, in folio, Antuerpiæ *I.* 7.

† Biblia Gallica Lovaniensia, in folio Parisiis *C.* 1.

† Biblia Gall. in folio, in 4°. In 8°. & in 12. Genevæ *R.* 1. *I.* 1. *O.* 1. *S.* 19.

* Biblia Germ. Lutheri, in 4°. Neostadii *M.* 8.

* Biblia Pomeranica, in 4°. Bardi *G.* 5. *B.* 6.

* Biblia Wallica, in folio Londini B. 3. *P.* 8. C

† Pentateuchus Hebr. in folio, Cracoviæ *S.* 15. in 24. Venetiis *N.* 1.

* Psalterium Gallicum, in 8°. Parisiis.

† Psalterium Italicum, in 16. Paris. *A.* 1.

* Psalterium Polonicum, in 12. *sine loco*, *T.* 4.

* Psalterium Wallicum, in 4°. Londini *C.* 20.

* Prophetæ Minores Hebr. in 16. Antuerpiæ *V.* 16.

† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in folio, Genevæ *O.* 1. D

* Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 8°. Argentorati *G.* 8.

M. D. LXXIX.

† Biblia Lat. cum glossa ord. 6. vol. in fol. Lugd. *F.* 1.

† Biblia Germ. Lutheri, 2. vol. in 4°. Witteb. *A.* 1.

* Biblia Helvetica, in 4°. Tiguri *T.* 1.

* Biblia Danica, in fol. Hafniæ *M.* 10.

* Psalterium Suecicum, in 8°. Holmiæ *P.* 8.

† Machabæorum libri Gallicè in 8°. Parisiis *I.* 1.

† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in folio, *Genevæ O.* 1. E

Nov. Testam. Germ. in 8°. Francofurti *C.* 22.

† Nov. Testam. Belgicum, in 8°. Delphis. *M.* 7.

Nov. Testam. Angl. cum notis Bezæ, in 8°. Londini.

M. D. XC.

* Biblia Hebraica, in 8°. Antuerp. *O.* 6.

† Biblia Latina Sixti V. in folio, Romæ *R.* 1.

* Biblia Latina, in 8°. Antuerpiæ *G.* 5. *C.* 13.

† Biblia Lat cum glossa ord. 6. vol. in fol. Parisiis *F.* 1.

† Biblia Lat Junii, in 4°. Genevæ *M.* 1.

* Biblia Gallica Lovan. in fol. Antuerpiæ *B.* 4.

Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Francof. *C.* 22.

* Biblia Belgica, in 4° Leidæ *V.* 12. *S.* 6.

* Biblia Belgica, in fol. Amstelodami *B.* 4.

† Pentat. Hebr. Chald. in 8°. Venetiis *D.* 1.

* Pent. Germ. Judæorum, in fol. Basil. *B.* 3.

* Esther Germanicè, 4°. Cracoviæ *B.* 12.

† Job Hebraicè, in 4°. Venetiis *O.* 1.

* Psalterium Hebræum, in 4°. Venetiis *S.* 15.

† Proverbia Hebraicè, in 16. Leidæ *S.* 2.

Novum Testam. Græcum, 8°. Antuerpiæ.

† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, 8°. Genevæ *A.* 4.

† Nov. Testam. Gall. Genev. in 12. Rupellæ *O.* 1.

Novum Testam. Germ Loniceri, in 8°. Francof. *C.* 22.

M. D. XCI.

Biblia Latina, in 8°. Basileæ *D.* 9.

Biblia Lat. Pagnini, in 8°. Witteb. Genevæ, Tiguri *B.* 19.

* Eadem, 2. vol. in 8°. Francofurti *F.* 2.

* Biblia Gallica Genevensia, in 12. Genevæ *C.* 23.

* Biblia Germanica Dietembergeri, in folio, Coloniæ *V.* 16.

* Biblia Germanica Lutheri, in fol. Tubingæ *S.* 13.

* Eadem, in folio Wittebergæ *G.* 5.

* Eadem, in 4°. Neostadii *F.* 5.

† Tobias Græcè, 4°. Franeckeræ *R.* 1.

* Psalterium German. in 4°. Lipsiæ *P.* 8.

† Prov. Eccles. Cant. Hebr. in 24. Argentor. *R.* 1.

* Ecclesiasticus Græcè Lat. Bergi, in 8°. Lubecæ *F.* 10.

* Nov. Testam. Græcum, in 24. Leidæ *R.* 6.

Nov. Test. Gr. Lat. Castalionis, in 18. Lipsiæ *D.* 9.

* Nov. Test. Lat. Erasmi, in 8°. Lipsiæ *C.* 9.

† Nov. Testam. Lat. Gall. Genev. in 8°. Genevæ *L.* 1.

* Nov. Testam. Belgicum, in 8°. Middelburgi *R.* 6.

* Nov. Testam. Anglicum, in 24. Londini *V.* 16.

† Evangelia 4. Arabicè, in folio, Romæ *R.* 1.
† Eadem Arabicè & Latinè, in folio, Romæ *O.* 1.
† Orario Dominica 26. linguis, in 4°. Romæ *R.* 1.

M. D. XCII.

† Biblia Latina Clementis VIII. in folio, Romæ *R.* 1.
* Biblia Latina Osiandri, 2. vol. in fol. Tubingæ *F.* 2.
Biblia Gallica Genevensia, in fol. Francof. *D.* 9.
* Biblia Germanica Lutheri, in fol. Ibidem *G.* 5.
† Biblia Anglica, 8°. Londini *M.* 1.
* Liber Ruth Tetraglottus, in 8°. Wittebergæ *F.* 2.
* Psalt. Hebræum, in 16. Leidæ *R.* 6.
* Psalt. Italicum Paschalis, in 16. Genevæ *V.* 6.
† Daniel Hebraicè, in 4°. Venet. *R.* 1.
* Nov. Testam. Græcum, in 16. Londini *M.* 10.
† Nov. Testam. Gr. Lat. in 8°. Coloniæ *M.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Genev. in 8°. Rupellæ *T.* 1.
* Nov. Testam. Helveticum, in 8°. Tiguri *T.* 4.
† Evang. & Acta Germ. Schadæi, in 8°. Argentor. *M.* 1.
* Oratio Dominica 40. linguis Francof.

M. D. XCIII.

† Biblia Latina, in 4°. Romæ *O.* 1.
* Biblia Latina Osiandri, in 4°. & in 8°. Tubingæ *F.* 2. *G.* 5.
Biblia Latina *Protest.* in folio, Lipsiæ *B.* 19.
† Biblia Latina Junii, in folio, Londini *R.* 1.
* Biblia Germ. Salmuthi in Saxonia *L.* 9.
* Biblia Anglica, in 8°. Londini.
† Biblia Bohemica, 4°. in Castello Kralis *I.* 1.
* Pentateuchus Germ. Gualtheri, in 8°. Tiguri *F.* 2.
* Liber Samuelis Germanicè, in 4°. Coviæ *S.* 15.
* Psalterium German. Gualtheri, in 8°. Tiguri *P.* 8.
* Psalterium German. in 12. Halæ Saxonum *S.* 13.
* Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 8°. Witteb. *S.* 6.
* Nov. Testam. Helveticum, in 4°. Tiguri *O.* 6.
* Oratio Dominica 50. linguis, in 4°. Francof.

M. D. XCIV.

† Biblia Latina, in folio, Lugduni *A.* 1. in 4°. Venetiis *O.* 6.
* Biblia Germ. Dietembergeri, in folio, Coloniæ *O.* 6.
† Biblia German. Lutheri, in fol. Francof. Neostadii *S.* 1.
Eadem, in 4°. Lipsiæ, Wittebergæ, Jenæ *D.* 9.
* Psalterium Latinum Majoris, in 8°. Argentor. *S.* 13.
† Psalterium Latinum Piscatoris, in 8°. Londini *O.* 1.
* Psalt. Gall. Belgicum, in 12. Amstelodami *G.* 6.
† Psalterium Polonicum, in 4°. Cracoviæ *N.* 1.
Canticum Cantic. Gallicè, in 8°. Genevæ *C.* 22.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in 8°. Lipsiæ *O.* 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in 12. Franeckeræ *P.* 2. *P.* 8.
* Nov. Testam Gr. Lat. Bezæ, in 24. Francof. *B.* 7.
* Idem, in 4°. Genevæ *G.* 5.
† Nov. Testam. Gall. Germ. 12. Genevæ *A.* 1. *G.* 6.
† Nov. Testam. Gallicum Genev. in 8°. Niorti *P.* 2.

M. D. XCV.

† Biblia Hebræa, 4. vol. in 16. Leidæ *M.* 5.
†* Eadem, in 4°. in 8°. & in 16. Francof. ad O. *S.* 2. *F.* 2. *P.* 3.
Biblia Hebræa, in 4°. Venetiis *R.* 4.
† Biblia Hebr. Hutteri, in folio Hamburgi S. 2.
* Biblia Latina *Protest.* in 8°. Basileæ.
* Biblia Germ. Lutheri, in 8°. Herb. *D.* 9. Sigenæ *C.* 24.
* Biblia Saxonica, in folio, Wittebergæ *M.* 8.
† Biblia Belgica, in folio, Hagæ Comitis *W.* 4.
† Biblia Anglica, in 4°. Londini *G.* 1.
† Biblia Bohemica, in 8°. *sine loco* *V.* 5.
† Psalterium Hebr. in 16. ex Officina Plantiniana *O.* 1.
† Psalterium Lat. Gall. de Beaune, in 16. Parisiis *C.* 1.
* Psalmi 7. Pœnitent. Italicè, in 12. Antuerpiæ *B.* 4.
* Nov. Testam. Gr. in 8°. Lipsiæ *E.* 2.
* Nov. Testam. Saxonicum, in 8°. Hamburgi *B.* 3.
Acta Apostolorum Gr. Lat. in 12. Ingolstadii *G.* 8.

M. D. XCVI.

† Biblia Gr. Lat. Germ. 4. vol. in fol. Hamburgi *T.* 1.
†* Biblia Lat. Junii, in fol. & in 8°. Hanoviæ *O.* 3. *B.* 3.
* Biblia Italica Brucioli revisa, in 4°. Lugduni *F.* 10.

† Biblia Germanica Lutheri, in folio, Neostadii *G*. 5. A
Eadem, in fol. Norimb. Francof. Witteb. *D*. 9.
* Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Delphis *K*. 1.
* Biblia Saxonica, in fol. Hamburgi *B*. 6. *G*. 5.
Biblia Helvetica, in folio & in 4°. Tiguri *B*. 19.
* Biblia Belgica, in 4°. Leidæ *B*. 4.
* Biblia Belgica, fol. Dordraci *D*. 5. *G*. 7.
* Biblia Polonica, in 8°. *absque loco C* 9.
* Biblia Bohemica, in 4°. *absque loco G*. 5. B
*† Psalterium Hebr. in 8°. & in 16. Venetiis *S*. 15. *M*. 1.
† Psalterium Hebr. in 16. Francofurti ad O. *M*. 1. *V*. 16.
† Psalterium Larinum, in 8°. Parif. *R*. 1.
* Proverbia & Jobus Hebr. in 16. Ibid. *S*. 17.
† Ecclesiasticus Gr. Lat. in 4°. Franeckeræ *R*. 1.
* Danielis Visiones Angl. in 4°. Londini *S*. 6.
Nov. Testam. Gr. Lat. in 8°. Francofurti *C*. 23. C
* Nov. Testam. Gall. Genev. in 4°. Genevæ *R*. 6.
† Nov. Testam. Italicum, in 8°. *Genevæ*. *A*. 1. *G*. 5.
† Nov. Testam. Hispan. in 12. Typis del Campo *O*. 1.
* Nov. Testam. Bohemicum, 8°. *V*. 16.
* Acta & Epist. Apost. Pauli Lat. ex Arab. in 8°. Francof.

M. D. XCVII.

† Biblia Græca *Junii*, in fol. Francofurti *I*. 1. *O*. 1. D
† Biblia Lat. Osiandri, 3. vol. in folio, Tubingæ *S*. 2.
* Biblia Saxonica, in fol. Witteb. *O*. 6.
* Biblia Anglica, in fol. Londini. *B*. 23.
† Pentateuchus Hebr. in 4°. Venetiis *R*. 2.
* Liber Ruth Hebr. in 4°. Gismi *B*. 3. *S*. 15.
* Liber Job. Germanicè, in 4°. Pragæ *S*. 15.
† Psalterium Gallicum Genev. in 8°. Genevæ *O*. 1.
* Psalterium Suecicum, in 8°. Rostochii *S* 10. E
† Ecclesiastes Hebraicè, in 4°. Thessalonicæ *O*. 1.
Ecclesiasticus Lat. ex Germ. Jonæ, in 12. Lipsiæ *F*. 7.
* Prophetæ Min. Hebr. in 16. Leidæ.
* Nov. Testam. Saxonicum, in 12. Hamburgi *S*. 8.
† Cantica Novi Testam. Gothicè, in 8°. *R*. 1.

M D. XCVIII.

†* Biblia Latina, in 8°. Romæ *D*. 1. Lugduni *B*. 4.
Biblia Latina *Protest*. in folio, Lipsiæ *D*. 19.
† Biblia Gallica Lovan. 2. vol. in 8°. Parisiis *M*. 4.
Biblia German. Lutheri, in fol. Francofurti *B*. 19.
* Biblia Helvetica, in fol. Tiguri *O*. 6.
* Biblia Belgica, in fol. Dordraci *B*. 4.
* Biblia Anglica, in fol. Londini *F*. 1.
† Psalterium Hebræum, in 32. Venetiis *F*. 1.
* Psalterium Hebræum, in 4°. Cracoviæ *S*. 15.
† Daniel Hebraicè, in 4°. Constantinopoli *O*. 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat Erasmi, in 8°. Lugduni *O*. 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in folio, Genevæ *O*. 1.
* Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 8°. Norimbergæ *O*. 6.
Nov. Testament. German. in 12. Basileæ *G*. 22.
* Nov. Testam. Anglicum, in 12. Londini *C*. 5.

M. D. XCIX.

†* Biblia Hexagl. in folio, Norib. *quater M*. 1. *M*. 3. *G*. 2. *N*. 3.
† Biblia Hebr. Gr. Lat. in folio, Heidelbergæ *O*. 3.
* Biblia Latina, in 4°. & in 8°. Antuerpiæ *G*. 5. Venetiis *V*. 16.
† Biblia Latina Osiandri, in 4°. Jenæ *C*. 8. Lipsiæ *R*. 2.
† Biblia Gallica Lovaniensia, in 4°. Lugduni *O*. 3.
* Biblia Germanica Lutheri, in fol. Wittebergæ *T*. 4.
* Biblia Saxonica, in 4°. Witteb. *F*. 2. Francof. *B*. 6.
† Biblia Belgica, in fol. Antuerpiæ *T*. 1.
* Biblia Belgica, in 8°. & in 12. Leidæ *G*. 5.
* Biblia Anglica, in 4°. Londini *B*. 3.
† Biblia Polonica Wuyki, in folio, Cracoviæ *R*. 1.
* Psalmi Germ. & Danicè, 8°. *sine loco*.
† Nov. Testam. 12. linguis, in fol. Norimbergæ *O*. 1. *C*. 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. 2. vol. in 16. Lugduni *R*. 2.
† Nov. Testam. Gr. Lat. in 8°. Typis Comelini *O*. 1.
Nov. Testam. German. in 12. Montispelcardiæ *D*. 9.
* Epistola ad Hebræos Lat. ex Hebr. in 8°. Lovanii.

M. DC.

† Biblia Latina Hugonis, 7. vol. in fol. Venetiis *O*. 1.

† Biblia Latina Osiandri, in folio, Tubingæ *R.* 2. A
* Biblia Latina Pagnini, in 8°. Francofurti *G.* 5.
† Biblia Gallica Genevensia, in folio, *Genevæ C.* 1.
* Biblia German. Dietembergeri, in folio Coloniæ *B.* 6.
Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Norimb. *D.* 9.
* Psalmus 119. Polyglottus, in 4°. Argent. *W.* 9.
* Psalmi quidam Lat. Formicarii, in 4°. Argentor. B
† Threni Hebraicè, in 4°. Venet. *R.* 1.
† Machabæorum liber I. Gr. Lat. in 4°. Franck. *O.* 1.
† Nov. Testam. 12. linguis Hutteri, in 4° Norimbergæ *G.* 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. 2. vol. in 16. Lugduni.
† Nov. Testam. Græcum, in 16. Francofurti *C.* 2. *V.* 16.
† Nov. Testam. Anglicum, in 4°. Antuerpiæ *S.* 1.

M. DC. I.

* Biblia Gallica Genevensia, in 4°. Genevæ *N.* 8. C
* Biblia Germanica Lutheri, in fol. Cellis *G.* 5. *I.* 10.
† Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Hebornæ *G.* 6.
* Biblia Anglica, in folio, in 4°. & in 8°. Londini *V.* 8. *H.* 1.
Genesis Tetraglotta, in 8°. Norimbergæ *C.* 20.
* Psalmi Hebr. in 4°. Cracoviæ *V.* 15.
Isaias Hebr. Gr. Lat. in 4°. Norimbergæ *C.* 20.
* Oseas Latinè *Aria*, in 12. Wittebergæ *G.* 6. D
† Abdias Lat. ex Chald. in 4°. Londini *R.* 1.
Malachias Tetragl. in 4°. Norimbergæ *C.* 20. *W.* 9.
† Quinque Meghilloth Hebr. in 4°. Venetiis *O.* 1.
Ecclesiasticus Germanicè, in 12. Coloniæ *D.* 9.
† Nov. Testam. Græcum, in folio, Francof. *H.* 7.
* Nov. Testam. Græcum, in 12. Leidæ *B.* 5. *S.* 5. E
† Nov. Testam. Gall. in 12. Rupellæ *F.* 1 in 24. Genevæ *T.* 2.
† Nov. Testam. Angl. in folio, Londini *A.* 1. *G.* 5.
† Nov. Testam. Angl. in 24. Dort. *V.* 1.
* Nov. Testam. Danicum, in 12. Hafniæ *B.* 7.
* Nov. Testam. Bohemicum, in 4°. absque loco *G.* 5.
* Nov. Testam. Polonicum, in 4°. *absque loco S.* 16. *Idem forsan.*
* Evangelia IV. Latinè, in fol. Madriti *A.* 9.
* Evangelia Anniv. Tetragl. in 8°. Norimb. *F.* 10.
* Epistolæ & Evangel. Hispan. Barcinone *A.* 9.

M. DC. II.

* Biblia Latina Junii, in 4°. Hanoviæ *S.* 4.
† Biblia Gallica Lovaniensia, in fol. Parisiis *A.* 1.
† Biblia Hispanica de Valera, in folio, Amstelod. *R.* 1.
† Biblia Germanica Eckii, in folio, Ingolstadii *D* 9.
* Biblia Angl. in folio, in 8°. & in 12. Londini *R.* 3. *L.* 4. *G.* 5.
* Psalterium Tetraglotton, in 8°. Norimbergæ *F.* 2.
* Psalterium Hebr. Hutteri, in fol. Hamburgi *F.* 1.
* Psalterium Græcum, in 8°. Venetiis *B.* 3.
* Psalterium Italicum, in 8°. Venetiis.
* Nov. Testam. Gr. in 8°. ex Officina Commelini *M.* 10.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in 12. Leidæ *F.* 1.
† Nov. Testam. Latino-Gall. in 16. Lugduni *O.* 4.
* Nov. Testam. Gallo-Belgicum, in 12. Leidæ *P.* 8.
† Nov. Testamentum Anglicum, in folio, Londini.
† Novum Testam. Hibernicum, in 4°. Londini *R.* 1. *B.* 3.

M. DC. III.

† Biblia Hebr. Hutteri, in folio, Hamburgi *T.* 1. Coloniæ *O.* 1.
† Biblia Latina, in folio, Antuerpiæ *R.* 1.
† Eadem cum glossa ord. 5. vol. in folio Venetiis *O.* 2.
† Biblia Latina Junii, in folio, Hanoviæ *O.* 3.
† Biblia Gall. Lovaniensia, in fol. Lugduni *O.* 1.
* Biblia German. Dietembergeri, in 4°. Moguntiæ *F.* 4.
* Biblia German. Lutheri, in folio, in 4°. & in 8°. Argent. *B.* 13. *D.* 9.
† Biblia German. Piscatoris, 4. vol. in 4°. Herbornæ *S.* 17.
† Biblia Belgica, in fol. Amstelod. *F.* 1.
* Biblia Anglica, in 4°. Londini *P.* 8.
* Pentateuchus Germanicè, in fol. Basileæ *B.* 3.
† Prophetæ priores Hebr. in folio, Venetiis *O.* 1.
† Job Hebraicè, in 4°. Venetiis *O.* 1.
† Job, Ecclesiastes, &c. German. in 18. Lubecæ *D.* 9.

* Psalterium Germanicum, in 12. Halæ Saxon. *S.* 13.

† Nov. Test. Tetraglotton, 4. vol. in 4°. Norimb. *G.* 1.

† Nov. Testam. Gall. Lovan. in 16. Rothomagi *M.* 5.

† Nov. Testam. Lat. Gall. Genev. in 24. Rupellæ *V.* 1.

† Nov. Testam. Germ. Dierembergeri, in 8°. Coloniæ *S.* 2.

† Nov. Testam. German. Polani, in 8°. Basileæ *F.* 2. *G.* 3.

† Nov. Testam. Belgicum, in 8°. Hagæ-Comitis *M.* 1.

Nov. Testam. Anglicum, in 8°. Dordraci *B.* 13.

† Nov. Testam. Anglicum, in 12. Londini *S.* 8.

* Epist. & Evang. Hispan. in 8°. Madriti *A.* 9.

† Oratio Dominica 50. linguis, in 8°. Francof. *R.* 1.

M. DC. IV.

† * Biblia Gall. Lovan. in folio, Lugduni *ter V.* 1. *S.* 6.

* Biblia Germ. Dietembergeri, in fol. Coloniæ *E.* 2.

* Biblia Germanica Lutheri, in folio, Wittebergæ *G.* 2.

* Biblia German. Lutheri, in 4°. Francofurti *T.* 6.

* Biblia Belgica, in folio, Leidæ..

* Psalterium Suecicum, 8°. Upsaliæ *S.* 10.

† Ecclef. Sapientia, Ecclesiast. Italicè, in 8°. *B.* 6.

† Ecclesiasticus Gr. Lat. in 8°. Augustæ *O.* 1.

† Nov. Testam. Græcum, in 16. *Genevæ V.* 1.

† Nov. Testam. Græcum, in 12. Basileæ *V.* 16.

† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in 8°. Genevæ *S.* 5.

† * Nov. Testam. Belg. in 8°. Leidæ *A.* 1. Antuerpiæ *L.* 6.

* Nov. Testam. Danicum, in 4°. Hafniæ *B.* 6.

M. DC. V.

† Biblia Latina Vatabli, in 4°. Hanoviæ *M.* 1.

* Biblia Latina Piscatoris, in 8°. Herbornæ *B.* 17.

† Biblia Gallica Lovaniensia, in 4°. Rothomagi *F.* 1.

† Biblia Gallica Lovaniensia, in 4°. Lugduni *B.* 22.

† Biblia Gallica Genevensia, in 8°. Genevæ *D.* 1.

Biblia German. Lutheri, in folio, Francofurti *B.* 19.

* Tobias Hebraicè, Venetiis *S.* 15.

† Psalt. Hebræum, in 4°. Venetiis *O.* 1.

† Nov. Testam. Gall. Genev. in 8°. Salmurii *S.* 1.

* Nov. Testam. German. Emseri, in 12. Coloniæ *C.* 9.

† Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 8°. Hamburgi *R.* 1.

* Idem, in 4°. Witteb. *S.* 13. in 12. Hanoviæ *D.* 9.

† Nov. Testam. Saxonicum, in 12. Hamburgi.

* Nov. Testam. Danicum, in 12. Hafniæ *F.* 2. *B.* 6.

* Nov. Testam. Suecicum, in 4°. Holmiæ *B.* 6.

M. DC. VI.

Biblia Latina Osiandri, in folio, Tubingæ *F.* 2.

† Biblia Gall. Genev. in folio, Rupellæ *B.* 13. *C.* 7.

Biblia Gall. Genev. in folio, Amstelodami *D.* 9.

* Biblia German Lutheri, in folio, Francof. in 4°. & in 8°. Witteb. *G.* 5.

Biblia German. Piscatoris 3. vol in 4°. Herbornæ *B.* 3.

* Biblia Belgica, in folio, Dordraci *P.* 8.

* Biblia Anglica, in 4°. Londini *T.* 5.

* Pentateuchus Hebr. Chald. in fol. Basileæ *E.* 8.

Psalterium Hispanicum, in 8°. *sine loco T.* 10.

* Psalt. Rheticum, in 8°. *sine loco V.* 4.

* Nov. Testam. Gr. Latin. Erasmi, in 8°. Wittebergæ *B.* 6.

† Novum Testam. Gall. Lovan. in 16. Rothomagi *T.* 2.

† Nov. Testam. Gall. Genev. in 16. Rupellæ *M.* 4.

Nov. Testam. German. Emseri, in 8°. Coloniæ *D.* 9.

Nov. Testam. German. Lutheri, in 4°. Ambergæ *D.* 9.

Nov. Testam. German. Lutheri, in 12. Neostadii *D.* 9.

* Nov. Testam. Polonicum, in 4°. Cracoviæ *E.* 1.

* Nov. Testam. Polonicum, in 8°. Dantisci *F.* 2.

† Evangelia 4. Gr. Lat. in folio, Antuerpiæ *O.* 1.

M. DC. VII.

† Biblia Latina, in 4°. Venetiis *F.* 1.

† Biblia Latina Junii, in folio, Genevæ *S.* 1. *B.* 3.

† Biblia Italica Diodati, in 4°. Genevæ *P.* 1. *B.* 3.

* Biblia Germ. Dietembergeri, in folio, Coloniæ.

Biblia Germanica, in folio, Heidelb. Norib. *D.* 9.

* Biblia Germ. Lutheri, in fol. Witteb. Herbornæ *B.* 6.

† Biblia Danica, in 4°. & in 8°. Hafniæ *N.* 1. *P.* 5. *P.* 8.
* Biblia Anglica, in fol. in 4° Londini *H.* 1. *S.* 8.
* Pentateuchus Hebraicus, in 4°. Basileæ *B.* 11.
† Pentateuchus Hebræo-Chaldaicus, in fol. Basileæ *R.* 1.
* Psalterium Italicum, in 8°. (Genevæ) *O.* 6.
* Psalterium Hungaricum, in 12. Herbornæ *P.* 8.
* Danielis visiones Anglicè, in 4°. Londini.
Jonas Tetraglottus, in 8°. Magdeburgi *C.* 20.
† Ecclesiasticus German. in 24. Argentorati *S.* 1.
† Nov. Testamentum Latinum, in 16. Romæ *P.* 1.
* Nov. Testam. Gall. Lovan. in 12. Lugduni *O.* 5.
* Nov. Testam. Lat. Gall. in 4°. *Genevæ* *I.* 5.
† Nov. Testam. Rhæticum, 8°. *sine loco* *C.* 1.
* Nov. Testam. Belgicum, in 8°. Middelburgi *S.* 4.
Nov. Testam. Anglicum, in 8°. Londin.

M. DC. VIII.

† Biblia Latina in fol. & in 8°. Venetiis *R.* 1. *T.* 1.
* Biblia Latina, in 8°. Antuerpiæ *O.* 6.
† Biblia Lat Gall. Lovaniensia, in folio, Parisiis *O.* 1.
† Biblia Gall. Lovaniensia, in 4°. Lugduni *O.* 3.
† Biblia Gall Genevensia, in 4°. Genevæ *I.* 1. *S.* 1.
* Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Jenæ *G.* 5.
* Eadem, in fol. Witteebergæ *F.* 2. *P.* 8.
* Eadem, in 8°. Herbornæ *P.* 8.
* Biblia Germanica Piscatoris, 3. vol. in 4°. Ibidem *G.* 5.
† Biblia Anglica, in 8°. Londini *S.* 2.
Biblia Polonica, in 8°. Hanoviæ *L.* 7.
† Biblia Hungarica, in 4° Hanoviæ *C.* 2.
Eadem, in fol. Francofurti *B.* 19.
* Pentateuchus Germanicus, in folio, Pragæ *S.* 15.
* Deuteron. Latinè Franzii, in 4°. Wittebergæ *F.* 2.
† Psalterium Hebr. in 16. Venetiis de Gara *O.* 1.
† Psalmus LI. Arabicè, fol. Breslaviæ *O.* 1.
* Psalmi 7. Pœnit. Hisp. Parisiis, 8°.
* Psalt. Germ. Reisneri, in 8°. Francof.
Psalt. Belgicum, in 8°. Roterodami.
† Proverbia, Job Hebraicè, 16. *Leidæ.*
† Nov. Testam. Gall. Genev. in 12. Rupellæ *P.* 2.

A † Idem, in 16. & in 24. Genevæ *S.* 1. *S.* 2.
† Nov. Test. Ital. Diodati, in 8°. *Genevæ* *C.* 1.
* Nov. Testam. Belgicum, in 4°. Alcmariæ *G.* 7.
* Nov. Testamentum Belgicum, in 8°. Leidæ *M.* 7.
* Caput 17. Joannis Arabicè, in folio, Breslaviæ *B.* 23.
* Epist. & Evang. Hispan. in fol. *absque loco* *A.* 9.

M. DC. IX.

† Biblia Hebr. Lat. in fol. Genevæ *O.* 4.
B † Biblia Lat. var. transl. 2. vol. in folio, Venetiis *R.* 1.
† Biblia Latina, in 4°. Lugduni, Moguntiæ *O.* 1.
† Eadem, in 8°. Lugduni, Parisiis *M.* 1. Coloniæ *O.* 3. *R.* 1.
† Biblia Lat. Osiandri, in folio, Francofurti *A.* 1.
* Eadem, in 4°. Tubingæ *S.* 13.
* Biblia Gallica Lovan. in folio, Lugduni *P.* 8.
* Biblia Germ. Dietembergeri, in 8°. Mogunt. *G.* 5.
C * Biblia Belgica, in folio, Leidæ *V.* 11. *P.* 8.
* Biblia Belgica in 8°. Dordraci *O.* 8.
* Biblia Anglica, 4°. Londini *A.* 6.
† Ruth Hebraicè, in 4°. Parisiis *O.* 1.
† Prophetæ priores Hebr. in fol. Venetiis *R.* 1.
* Duo capita Job Danicè, Hafniæ *M.* 14.
* Prov. Salom. Lat. ex Hebr. in folio, Hanoviæ *R.* 1.
† Sapientia Lat. ex Gr. in folio, Hanoviæ *R.* 1.
D † Nov. Testam. Græcum, in 24. Genevæ *A.* 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. in 16. Genevæ *S.* 2.
† Nov. Testam. Gr. Lat. 8°. *Leidæ* *O.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Lovan. in 16. Rothomagi *A.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Genev. in 8°. Rupellæ *M.* 4.
† Nov. Testam. German. Lutheri, in 4°. Witteb. *T.* 3.
* Oratio Domin. veteri lingua Aleman. in 4°. Francof. *C.* 9.

M. DC. X.

E † Biblia Hebr. 2. vol. in 24. Hanov. *R.* 2. Leidæ *B.* 22.
† Biblia Gallica. in fol. Genevæ, *ter* Lugduni *O.* 1. *S.* 1. *C.* 9.
† Biblia Germ. Dietembergeri, in folio, Coloniæ *I.* 3.
* Biblia Germ. cum notis Osiandri, fol. Stutgardiæ *B.* 6.
* Biblia German. Piscatoris 3. vol. in 4°. Herbornæ *G.* 5.

† Biblia Latina, in 8°. Lugduni *B*. 22.
* Biblia Gallica Genevensia, in fol. Genevæ *P*. 8.
Biblia Saxonica, in fol. Goslariæ *D*. 9.
* Biblia Belgica, in 4°. Dordraci *L*. 6.
† Biblia Anglica, in 8°. Londini *B*. 2.
* Biblia Bohemica, fol. Pragæ *B*. 3. *G*. 5.
† Pentateuchus Hebraicè, in 16. *Leidæ* *O*. 1.
† Psalterium Gallicum, 8°. Paris. *L*. 1.
† Ecclesiastes Lat. ex Græco, 4°. Lugduni *O*. 1.
* Libri Græci, in 8°. Leidæ.
† Novum Testam. Gr. Lat. in 8°. Leidæ *O*. 1.
* Nov. Testam. Græcum, in 12. Genevæ *V*. 16.
† Nov Testam. Latinum, in 16. Samieli *C*. 2.
* Nov. Testam. Lat. Piscatoris, in 4°. Herbornæ *H*. 2.
† Passio Matthæi Arab. Lat. in 4°. Leidæ *O*. 1. *N*. 1.
* Epist. ad Titum Syr. in 4°. Witteb. *B*. 23.

M. DC. XIV.

* Biblia Hebraica cum comment. Rasi, in 8°. Pragæ *S*. 15.
† Biblia Hebr. Chald. 8°. Hanoviæ *O*. 1.
* Biblia Latina, in 8°. Lugduni *G*. 5. *P*. 8.
† Biblia Latina *Protest.* in fol. & in 8°. *sine loco T*. 10. *M*. 1.
† Biblia Gall. Lovaniensia, in fol. Lugduni *A*. 1.
† Biblia Gallica Genevensia, in 4°. Salmurii *P*. 2.
Biblia German. Lutheri, in folio, Francofurti *O*. 9.
* Biblia Belgica, in fol. Amstelod. *B*. 4. *L*. 6. *E*. 1. in 8°. Leidæ.
† Pentat. Hebr. Chaldaicus, in 8°. Hanoviæ *O*. 1.
† Psalmi 12. Tetraglotti, in 8°. Bremæ *R*. 1.
† Psalterium Arabicum, 4°. Romæ *N*. 1.
† Psalterium Arabico-Lat. in 4°. Romæ *O*. 1.
† Psalterium Anglicum, in 8°. Edimburgi *M*. 1.
Proverbia Lat. Melanchtonis, 8°. Holmiæ *C*. 20.
† Nov. Test. Triglotton, in 4°. Amstelod. Rostochii *G*. 3. *G* 5.
* Nov. Testam. Lat. Piscatoris, in 4°. Herbornæ.
† Nov. Testam. Latinum, in 16. Samieli.
† Nov. Testam. Gall. Genev. in 16. Genevæ *I*. 1.
† Nov. Testam. Gall. Genev. in 24. Salmurii *S*. 1.
Nov. Testam. German. Dietembergeri, in 8°. Coloniæ *D*. 9.

A Nov. Testam German. Lutheri, in 12. Francofurti *D*. 9.
* Nov. Testam. Helveticum, in 8°. Tiguri *O*. 6.
† Nov. Test. Belgicum, in 24. Amstelodami *M*. 4.
† Epist. ad Galatas Tetraglotta, in 8°. Bremæ *R*. 1.

M. DC. XV.

† Biblia Hebraica, in 12. Venetiis, Bragadini *R*. 2.
† Biblia Latino-Gallica Lovaniensia, in folio, Parisiis *M*. 4.
B * Biblia German. Lutheri, in folio, Argentorati *M*. 10.
* Biblia German. Lutheri, in 8°. Wittebergæ *C*. 21.
† Biblia Belgica, in 12. Leidæ *G*. 4.
* Biblia Anglica, in 4°. Londini *S*. 9.
* Pentat. Hebraicus, in 4°. Pragæ *V*. 16.
† Pent. Lat. ex Chaldæo, in folio, Lugduni *O* 1.
* Psalt. Tetraglotton, in 4°. Amstelodami *O*. 5.
C * Psalterium Hebræum, in 8°. Wittebergæ *S*. 4.
† Proverbia, Job Hebr. 8°. Leidæ *O*. 6.
* Prophetæ Min. Lat. ex Chald. in fol. Lugd. *O*. 1.
† Nov. Test Tetraglotton, in 4°. Amstelodami *A*. 1.
* Nov. Testam. Triglotton, in 4°. Rostochii *M*. 10.
† Nov. Testam. Græcum, in 16. Genevæ *M*. 1.
† Nov. Testam. Gall. Genevense, in 16. Salmurii *S*. 2.
D † Epist. ad Rom. & ad Galat. Arab. in 4° Leidæ *R*. 1.
* Epist. & Evang. Anniv. Hisp. in folio, Madriti *A*. 9.

M. DC. XVI.

† Biblia Hebr. Gr. Lat. in folio, ex Officina Comelin. *T*. 1.
* Biblia Lat. in folio, Lugduni *M*. 10. in 4°. Venetiis *B*. 3.
† Biblia Latin. var. Translat. 3. vol. Antuerpiæ *R*. 1.
† Biblia Gall. Genevensia, in 8°. Rupellæ *O*. 1.
E * Biblia Germ. Lutheri, in 8°. Herbornæ *S*. 16.
† Biblia Anglica, in folio & in 4° Londini *M*. 1. *I*. 1.
* Psalterium Hebræum, in 4°. Hanoviæ *S*. 15.
† Psalt. Italicum, in 8°, Paris. *C*. 1. *R*. 1.
† Nov. Test. Arabic. in 4°. Leidæ *R*. 1.
† Nov. Testam. Lat. Bezæ, in 12. Genevæ *R*. 7.
* Epist. Pauli ad Rom. Hebr. 4°. Leidæ.

M. DC. XVII.

† Biblia Hebr. Rabbinica, 4. vol. in fol. Venetiis R. 1.
* Biblia Latina, in 8°. Lugduni G. 5.
† Biblia Lat. cum gl. ord. 6. vol. in fol. Duaci O. 1
† Biblia Latina Junii, in folio, Genevæ. O. 1.
* Biblia Hisp. Judæor. in 4°. Venetiis S. 15.
Biblia Germ. Dietembergeri, in 8°. Moguntiæ.
† Biblia Germ. Lutheri, in fol. Heidelb. G. 5. F. 2.
Biblia Germanica Lutheri, in 8°. Rostochii D. 9.
* Biblia Germ. Piscatoris. 2. vol. in 4°. Herbornæ. T. 4.
* Biblia Belgica, in fol. Amstelod. P. 8. in 8°. Dordraci B. 3.
† Biblia Anglica, in fol. Londini M. 1.
* Nov. Testamentum Triglotton, in 4°. apud Hallevordium.
* Nov. Testamentum Gr. Lat. in 12. Genevæ B. 5.
* Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 16. Rostochii F. 2. Argent. D. 9.
* Nov. Testam. Saxonicum, in 16. Hamburgi.
* Nov. Testam. Belgic. in 8°. Middelburgi D. 5.
* Nov. Testam. Anglicum, in fol. Londini S. 6.
† Apocalypsis Syr. Lat. in 4°. Leidæ O. 1.

M. DC. XVIII.

† Biblia Hebr. cum explic. Italica, in 4°. Venetiis.
† Biblia Hebr. in 4°. 6. vol. in 18. Genevæ B. 5 A. 1.
† Biblia Latina, in 8°. Romæ V. 2.
† Biblia Latina, in fol. & in 4°. Parisiis S. 1. T. 1.
† Eadem, in 4°. Antuerpiæ O. 1. in 8°. Lugduni O. 1.
† Biblia Latina Osiandri, in fol. Francofurti T. 1.
* Biblia Lat. Pagnini, 4°. Francof. T. 4.
* Biblia Lat. Junii, in fol. & in 8°. Francofurti W. 2. D. 9.
* Biblia Lat. Piscatoris, in 8°. Herbornæ.
Biblia Germ. Dietembergeri, in fol. & in 8°. Moguntiæ D. 9.
* Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Luneburgi G. 5.
* Eadem, Wittebergæ M. 8. in 8°. Hanoviæ F. 4.
* Eadem, 2. vol in 4°. Goslariæ P. 8.
* Biblia Helvetica, in folio, Tiguri O. 6.
* Biblia Suecica, fol. Holmiæ V. 6. B. 6.
† Biblia Anglica, in 8°. Londini V. 16.
† Job Lat. ex Chald. in 8°. Romæ O. 1.

A † Psalterium Græco-Latinum, in 24. Parisiis B. 22.
* Psalt. Germ. Lutheri, in 4°. Wittebergæ F. 7.
* Nov. Test. Gr. Lat. Erasmi, in 8°. Wittebergæ S. 13.
* Nov. Testam. Gr. Lat. in 4°. Tubingæ M. 10.
* Nov. Testam. Lat. Castalionis, in 8°. Leidæ K. 1.
* Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 8°. Norimb. S. 13.
B * Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 8°. Argent. T. 10.
* Nov. Testam. Anglicum, in 12. Londini S. 17.

M. DC. XIX.

† Biblia Hebr. Rabbinica, 4. vol. in fol. Basil. R. 1.
† Biblia Hebr. in 4°. in 8°. & in 18. Genevæ.
† Biblia Hebraica Latina, in folio, Genevæ S. 2.
† Biblia Latina, in 8°. Antuerpiæ. O. 1. Coloniæ L. 1.
Biblia Gallica Genev. in fol. Salmurii
C I. 9. P. 8.
† Biblia Germ. Dietembergeri, in 8°. Moguntiæ L. 1.
* Biblia Germ. Lutheri, 3. vol. in 4°. Argent. B. 25.
* Biblia Saxonica, in 8°. Hamburgi.
* Biblia Anglica, in folio, Cantabrigiæ H. 1.
* Biblia Polonica, in fol. Cracoviæ P. 8.
† Pentateuchus Germanicè, in folio, Venetiis S. 1.
† Psalmi 4. Hebr. Lat. in 4°. Parisiis O. 1.
D † Psalterium Lat. Magistri, in 24. Parisiis R. 1.
* Psalterium Islandicum, in 8°. *sine loco* B. 3.
† Ecclesiastæ versiones Latinæ IX. in fol. Hispali O. 3.
† Nov. Testam. Græcum, in 4°. Genevæ R. 1.
† Nov. Testam. Latinum, in 24. Lugduni S. 2.
† Nov. Testam. Gall. Lovan. in 16. Rothomagi L. 1.
E Nov. Testam. Germ Lutheri, 12. Francofurti D. 9.
Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 4°. Goslariæ D. 3.
† Evangelia quatuor Arab. Lat. in folio, Romæ R. 1.
* Evang. S. Joannes Lat. ex Arab. in 4°. Rostochii.

M. DC. XX.

† Biblia Gall. Lovaniensia, Lugd. M. 4.
†* Biblia Germ. Lutheri, in fol. Goslariæ Argentor. R. 1. G. 5.

* Eadem, 4. vol. in 12. Lubecæ *B.* 23.
Biblia Saxonica, in 8°. Hamburgi.
† Biblia Wallica, in folio, Londini *M.* 1. *G.* 5.
* Genesis Lat. ex Hebr. in 8°. Cothenis *B.* 3.
* Nov. Testam. Polon. Smalcii, in 12. Racoviæ *C.* 14.

M. DC. XXI.

† Biblia Latina, in folio, Coloniæ *O.* 1. *B.* 5.
† Biblia Gallica Lovan. in folio, Parisiis *R.* 1.
† Biblia Germanica Dietembergeri, in folio, Coloniæ.
* † Biblia Germ. Lutheri, in folio & in 8°. Wittebergæ *D.* 9. *L.* 1.
* Biblia Germ. Lutheri, in 8°. Herbornæ *O.* 5.
* Biblia Belgica, in 12. Amstelod. *L.* 6.
* Pentateuchus Hebr. Chald. in 8°. Venetiis *B.* 3.
† Libri Samuelis Hebr. Lat. in 12. Leidæ *O.* 1.
* Psalterium Græcum, in 8°. Venet. *B.* 3.
† Psal. Sclavonicum, in 4°. Romæ *R.* 1.
† Oseas Hebr. Chald. Lat. 4°. Leidæ *O.* 1.
† Nov. Testam. Syriacum & Lat. in 4°. Cothenis *R.* 1.
† Nov Testam. Latinum Piscatoris, in 4°. Herbornæ.
* Nov. Testam. Gallicum Genev. in 8°. Salmurii *V.* 13.
† Nov. Testam. Gall. Genev. in 24. Genevæ *S.* 2.
* Nov. Testam. Gall. Belg. in 12. Amstelod. *P.* 8.
* Nov. Testam. Suecicum, in 4°. Holmiæ *C.* 13.
* Nov. Testam. Polonicum, in 8°. Cracoviæ.
Evangel. Matthæi Syr. Lat. in 8°. Hamburgi *C.* 20.

M. DC. XXII.

* Biblia Latina, in 8°. Lugduni *F.* 8.
* Biblia Gallica Genev. in folio & in 4°. Genevæ *G.* 3. *I.* 5.
† Biblia Hispanica, in 4°. Francofurti *R.* 1.
* Biblia Germ. Lutheri, in folio & in 8°. Witteb. *L.* 6. *L.* 7.
* Biblia Germ. Lutheri, in 4°. Herbornæ *B* 6.
† Biblia Suecica, in 4°. Lubecæ *M.* 1.
† Pentateuchus Arabicus, in 4°. Leidæ *R.* 1. *O.* 1.
† Psalterium Hebraicum, in 12. Leidæ *R.* 2.
† Isaias Latinè Oleastri, in folio, Parisiis *R.* 1.
† Nov. Testam. Græcum, in 8°. Londini *I.* 1.

† Idem per Schmidium, in 4°. Witteb. *S.* 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Montani, in 12. Genevæ.
* † Nov. Testam. Gall. in 8°. Genevæ *L.* 6. in 24. Sedani *D.* 1.
* Nov. Testam. Belgicum, in 4°. Amstelodami *L.* 6.

M. DC. XXIII.

* Biblia Belgica, in folio, Leidæ *M.* 13.
† * Psalt. Lat. ex Hebr. Magistri, in 12. Parisiis *F.* 1.
† Psalterium Ruthenicum, in 8°. Vilnæ *O.* 1.
* Prophetæ & Chetuvim Germ. in fol. Lublini *S.* 15.
† Nov. Testam. Gall. Genev. in 24. Rupellæ *S.* 2.
* Novum Testam. Germ. Emseri, in 8°. Coloniæ *T.* 7.
* Nov. Testam. Belgicum, in 16. Hornii *L.* 6.
† Novum Testam. Ruthenicum, in 8°. Vilnæ *O.* 1.

M. DC. XXIV.

† Biblia Latina, 10. vol. in 16. Romæ *T.* 1. *O.* 1.
† Biblia Latina Lanselii, in folio, Antuerpiæ *O.* 1.
† Biblia Latina Junii, 2. vol. in folio, Hanoviæ *A.* 1.
† Biblia Gallica Lovaniensia, in 8°. Rothomagi *B.* 13.
* Biblia German. Lutheri, in folio, Argentor. *S.* 13.
* Eadem in fol. & in 12. Luneburgi *G.* 5.
* Eadem, in 4°. Witteb. *B.* 23. in 8°. Francofurti *O.* 6.
† Biblia German. Piscatoris, in 4°. Herbornæ *M.* 1.
* Biblia Belgica, in folio & in 8°. Amstelod. *L.* 6. *G.* 6.
* Biblia Belgica, in folio, Harlemii *P.* 8.
* Biblia Anglica, in 8°. Londini *O.* 5.
Genesis Lat. ex Hebr. 8°. Cathenis *L.* 7.
† Nov. Testam. Græcum, in 16. Leidæ, Elzevirii *R.* 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in 24. Amstelod. *R.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Lovan. in 8°. Rothomagi *O.* 1.

M. DC. XXV.

† Biblia Latina *Protest.* in 4°. Wittebergæ *B.* 6.
* Biblia Germ. Lutheri, 5. vol. in 12. Dantisci *O.* 6.
† Eadem. 3. vol. in folio, Argentorati *M.* 1.
* Biblia Belg. in folio, Amstelod. *C.* 11. Dordraci *H.* 1.
* Biblia Anglica, in 4°. & 8°. Londini *A.* 7. *T.* 5.

* Pfalterium Syro-Latinum, in 4°. Parifiis *O.* 1. *N.* 1.
† Idem Thomæ Erpenii, 4°. Leidæ *O.* 1.
* Pfalt. Polonicum Smalcii, in 12. Racoviæ *S.* 12.
* Proverbia Hifpan. Ramon, in 8°. Madriti *A.* 9.
† Nov. Teftam. Gr. Lat Bezæ, in 18. Genevæ *L.* 1.
† Nov. Teftam. Hifpanicum, 8°. Amftelod. *O.* 1.

M. DC. XXVI.

† Biblia Germ. Dietembergeri, in fol. Coloniæ *O.* 1.
* Biblia Germ. Lutheri, in folio, Wittebergæ *I.* 8. *P.* 8.
† Eadem, 4. vol. in 12. Argentor. *M.* 4.
* Biblia Belgica, in fol. Antuerp. *L.* 6.
* Biblia Anglica, Londini *S.* 11.
* Biblia Hungarica, in fol. Viennæ *B.* 5.
* Daniel Chaldaicè, in 8o. Hafniæ *S.* 16.
* Nov. Teftam. Græcum curâ Schmidii, in 4°. Witteb. *M.* 17.
† Nov. Teftam. Gr. Lat. Bezæ, in 8°. Amftelod. *A.* 1.
† Nov. Teftam. Gall. Genev. in 24. Genevæ *I.* 1.
† Nov. Teftam. German. Lutheri, in 12. Luneburgi *R.* 1.
* Nov. Teftam. Saxonicum, in 8°. Hamburgi *M.* 8.
† Nov. Teftam. Anglicum, in 24. Londini *B.* 22.
* Epift. ad Titum Syriacè, in 8°. Hafniæ *S.* 16.

M. DC. XXVII.

* Biblia Latina *Proteft.* in 8°. Norimbergæ V. 4.
† Biblia Latina Junii, in 12. Amftelodami *O.* 1.
* Biblia Belgica, in folio, Harlemii.
* Pentateuchus Hebraicus, in 4°. Venetiis *B.* 13.
* Pfalterium Græcum in 8°. Venet. *C.* 16.
* Prophetæ German. in 8°. Luneburgi *O.* 6.
† Prophetæ Min. Lat. ex Hebr. in 4°. Amftelod. *N.* 1.
† Nov. Teftam. Græco-Latinum, in 8°. Genevæ *A.* 1.
† Nov. Teftam. Lat. in 24. Parif. *O.* 3.
† Nov. Teftam. Gallicum, Genev. in 24. Amftelod. *R.* 1.
† Nov. Teftam. Belgicum, in 12. Amftelod. *R.* 1.
† Epiftolæ & Evangelia Italicè, in 4°. Venetiis *R.* 1.
† Apocalypfis Syr. Lat. 4°. Leidæ *R.* 1.

M. DC. XXVIII.

* Biblia Hebraica, in 4°. Venetiis *B.* 23.
† Biblia Gr. Lat. Morini, 3. vol. in fol. Parifiis *R.* 1. *O.* 1.
† Biblia Latina, in 8°. Antuerpiæ *I.* 1.
† Biblia Lat. Junii, in 12. Amftelod. *R.* 1.
* Biblia Gallica Lovan. fol. Parif. *P.* 8.
* Biblia Belgica, in 8°. Amftelod. *B.* 16.
* Biblia Anglica, in 8°. Londini *G.* 5.
* Pfalterium Hifpan. Judæorum, in 12. Amftelod. *C.* 13.
* Pfalterium Germ. Gualteri, in 8°. Tiguri *O.* 6.
† Canticum Canticorum Gallicè, in 12. Parifiis *R.* 1.
† Ecclefiafticus Græcè, 8°. Argent. *F.* 1.
* Ecclefiafticus Rhæticè, 12. Tiguri *O.* 6.
† N. T. Triglotton, in 8°. Genevæ *N.* 1.
† Nov. Teft. Gr. in 32. Sedani, Jannoni *F.* 1.
† Nov. Teftam. Gr. Lat. Gall. in 8°. Genevæ *G.* 1.
† Nov. Teftam. Lat. in 32. Parifiis *O.* 4.
† Nov. Teftam. Lat. Bezæ, in 32. Amftelod. *O.* 3.

M. DC. XXIX.

* Biblia Hebræa, in 8°. Pragæ *S.* 15.
† Biblia Latina, Parifiis *O.* 2. in 16. Antuerpiæ *O.* 1.
* Biblia Germanica Lutheri, in 8°. Luneburgi *G.* 5.
* Biblia Belgica, in folio, Amftelod. in 12. Leidæ *L.* 6.
† Biblia Anglica, in folio & in 8°. Londini *O.* 1. *I.* 1.
* Biblia Anglica, in folio, Cantabrigiæ *M.* 10.
† Job. Lat. ex Hebræo, 4°. Parif. *R.* 1.
† Pfalt. Gall. le Maitre, in 12. Parif. *O.* 1.
* Pfalter. Sclavonicum, 8°. Romæ *B.* 3.
* Pfalter. Ruthenicum, in 32. Vilnæ *V.* 1.
* Nov. Teftam. Græcum, in 12. Hanoviæ *F.* 2.
* Nov. Teftam. Helveticum, in 4°. Tiguri *S.* 13.
* Nov. Teftam. Belgicum, in 12. Amftelodami *G.* 6.
* Evang. Matth. & Marci, Malaicè, in 4°. Enchufæ *G* 3.

M. DC. XXX.

† Biblia Latina *abfque fummariis*, in 12. Coloniæ *O.* 1.
† Biblia Latina Harzei, in folio, Antuerpiæ *O.* 1.
† Biblia Latina Menochii, 2. vol. in fol. Coloniæ *O.* 1.
† Biblia Latina Junii, in folio, Genevæ *G.* 2.
† Biblia Hifpan. Judæorum, in fol. Amftelod. *D.* 1.
Biblia German. Eckii, in folio, Ingolftadii *L.* 7.
† Biblia German. Ulembergii, in folio, Coloniæ *T.* 1.
* Biblia Germ. Lutheri, in fol. Argent. *G.* 5. Tubingæ *O.* 6.

* † Biblia Anglica, in 4°. & in 8°. Londini *W.* 4. *A.* 1.
* Biblia Cambrica, in 8°. Londini.
* Pentat. & Q. Meghilloth Germ. in fol. Pragæ *S.* 15.
† Psalterium Lat. de Muis, in folio, Parisiis *R.* 1.
† Nov. Testam. Græcum, 8°. Amstelodami *T.* 1.
† Nov. Test. Germ. in 8°, Parisiis *M.* 1.
Nov. Test. German. in 8°. Basileæ *H.* 1.
* Nov. Testam. Germ. Crellii, in 8°. Racoviæ *F.* 2.
† Epist. 4. Cathol. Triglottæ, in 4°. Leidæ *R.* 1.
† Epistolæ Joannis Arab. Lat. in 16. Parisiis *O.* 1.

M. DC. XXXI.

† Biblia Hebræa, in 8°. Amstelodami *O.* 1.
† Biblia Latina, in 8°. Lugduni *F.* 1. in 4°. Antuerp. *O.* 1.
† Biblia Lat. Gallica Lovaniensia, in fol. Parisiis *R.* 1.
* Biblia Lat. Junii, in 8°. Amstelod. *O.* 6.
* Biblia Germ. Lutheri, 8°. Leidæ *G.* 5.
* Biblia Anglica Coverdal, in 4°. Londini *C.* 25.
† Biblia Anglica in 8°. Londini *B.* 2.
Pentat. Hebr. Chald. in 4°. Amstelodami *R.* 1.
* Ecclesiastes Lat. ex Hebr. 8°. Bremæ.
† Nov. T. Hebraicè, in 8°. Amstel. *A.* 1.
† Nov. Testam. Lat. Bezæ, in 12. Amstelodami *P.* 2.
† Nov. Test. Gall. Lovan. 2. vol. in 8°. Parisiis *S.* 2.
* Nov. Test. Gall. in 8°. Genevæ, Amstelod. *I.* 8.
† Nov. Testam. German Emseri, in 8°. Coloniæ *R.* 3.
* Nov. Test. Germ. Lutheri, in 8°. in 24. Francof. *O.* 6. *S.* 13.
† Nov. Testam. Belgicum in 8°. & in 16. Amstelodami.
† Nov. Testam. Anglicum, in 24. Londini *B.* 2.
† Epistolæ & Evangel. Slavicè, in 4°. Romæ *R.* 1.

M. DC. XXXII.

† Biblia Latina Tirini, 3. vol. in fol. Antuerpiæ *O.* 1.
† Biblia Latina Gordoni, 3. vol. in fol. Parisiis *O.* 1.
† Biblia Latina Junii, in 12. Amstelodami *R.* 2.
* Biblia Belgica, in folio, Roterod. Amstelod. *G.* 5. *P.* 8.
† Biblia Polonica, in 8°. Gedani *T.* 1. *B.* 6.
† Ruth. Gr. Latin. in 4°. Amstelodami *R.* 1.
† Psalt. Prov. Eccl. Hebr. Lat. in 8°. Parisiis *O.* 1.
Psalt. Danicum, Marsuin, in fol. Holmiæ *N.* 6.
* Nov. Testam. Græcum, in 8°. Cantabrigiæ *M.* 12. in 16 Antuerpiæ.
† Novum Testam. Græcum, in 24. *bis* Genevæ *V.* 1.
† Nov. Testament. Gall. Lovan. in 12. Parisiis *A.* 1.
* Nov. Test. German. Lutheri, in 24. Amstel. *L.* 6.
* Nov. Test. Belgicum, in 8°. Amstelodami *L.* 6.
* Nov. Test. Polonicum, in 8°. Dantisci *V.* 15.
† Epistola I. Joannii, Syr. Lat. in 4°. Cothenis *F.* 1.

M. DC. XXXIII.

† Biblia Latina Junii, in 12. Amstelodami *V.* 2.
† Biblia Gallica Genevensia, in 12. Sedani *V.* 1.
Biblia Germanica Lutheri, in 12. Luneburgi.
* Biblia Belgica, in folio, & in 4°. Amstelodami *M.* 13. *L.* 6.
† Biblia Belgica, in 8°. Leidæ *M.* 1.
† Biblia Danica, in fol. Hafniæ *T.* 1. *G.* 5.
* Biblia Anglica, in fol. Londini *A.* 6.
† Daniel Hebr. in 4°. Amstelod. *O.* 1.
† Nov. Testam. Græcum, in 8°. Londini *O.* 1.
† Nov. Testam. Gr. in 16. Leidæ, Elzevirii *O.* 1.
† Nov. Testam. Gr. in 24. Amstelodami, Blaeu *Q.* 1.
† Nov. Testam. Latinum Bezæ, in 12. Amstelodami *C.* 1.
Nov. Testam. Belgicum, in 4°. Harlemii *I.* 8.
* Nov. Testam. Suecicum, in 4°. Leidæ *G.* 5.
† Nov. Testam. Anglicum, in 4°. Parisiis *A.* 4.
* Nov. Testament. Anglicum Fulke, in fol. Londini.

M. DC. XXXIV.

† Biblia Latin. in 8°. & in 24. Coloniæ Agrip. *R.* 2. *F.* 1.
† Biblia Lat. cum gl. ordin. 6. vol. in fol. Antuerpiæ *R.* 1.
† Biblia Gall. Lovaniensia, in 8°. Rothomagi *A.* 1.
* Biblia Anglica, fol. Londini *S.* 9.
* Biblia Suecica, in 8°. Leidæ *M.* 10.
† Pentat. Psalt. Angl. fol. Londini *M.* 1.
† Psalter. Hebr. in 16. Amstelod. *M.* 1.
* Prophetæ Minores Hebr. in 8°. Gustroviæ *W.* 9.
Nov. Testam. Helveticum, in 24. Basil. *L.* 6.

* Nov. Testam. Belgicum, in 4°. Leovardiæ *I.* 8.
* Nov. Testam. Belgicum, in 24. Amstelod. *L.* 6.

M. DC. XXXV.

† Biblia Hebraica, in 4°. Venetiis *R.* 1. *O.* 1.
† Biblia Hebraica, in 4°. Amstelod. *R.* 1.
† Biblia Latina Osiandri, in folio, Francofurti *R. t. O.* 1.
* Biblia Gallica Genev. in 8°. Amstelodami *N.* 4.
† Biblia Germ. Lutheri, in folio, Luneburgi *G.* 1. *G.* 5.
* Biblia Germanica Lutheri, in 8°. Hebornæ *S.* 13.
* Biblia Suecica, in 8°. Leidæ *B.* 6. *P.* 8.
† Biblia Anglica, 2. vol. in 4°. Parisiis *G.* 1.
* Biblia Anglica, in folio & in 4°. Cantabrigiæ *C.* 20. *H.* 1.
Biblia Polonica, in 8°. Dantisci *C.* 20.
† Psalt. Hebr. in folio, Hamburgi in 24. Amstelod. *V.* 15. *N.* 1.
† Ecclesiastes Lat. Drusii, in 4°. Amstel. *R.* 1.
* Nov. Testam. Græcum Schmidii, in 8°. Witteb. *L.* 9.
† Nov. Testam. Lat. Erasmi, 8°. Wittebergæ *C.* 9.
Nov. Testam. Belgicum, in 24. Amstelodami.
† Passio J. C. Syriacè & Latinè, in 16. Parisiis.

M. DC. XXXVI.

* Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Leidæ *O.* 6.
* Biblia Belgica, 2. vol. in folio, Leidæ *M.* 13. *O.* 7.
† Biblia Suecica, in 8°. Leidæ *M.* 1.
* Biblia Anglica, in folio & in 8°. Londini *S.* 6.
† Job Latinè ex Hebræo, in 4°. Amstelodami *R.* 1.
* Ecclesiastes Latinè ex Hebræo, in 4°. Bremæ.
Canticum Canticor. German. in 4°. Norimbergæ *L.* 7.
† Oseæ capita, quatuor Gr. Lat. in fol. Parisiis *O.* 1.
† Nov. Testam. Græcum, in 16. Basileæ *C.* 1.

M. DC. XXXVII.

† Biblia Latina, in 8°. Lugduni *A.* 1.
† Biblia Gallica Genevensia, in 4°. Genevæ *V.* 1.
* Biblia Germanica Lutheri, in 8°. Norimb. *O.* 5.
† Biblia Belgica, in folio, Leidæ *R.* 1. Hagæ *T.* 1.
* Eadem, in 8°. Amstelod. *L.* 6. in 12. Leidæ *H.* 7.
* Biblia Anglica, in 4°. Londini *T.* 4. *V.* 8. Cantabr. *H.* 1.
† Biblia Anglica, in 12. Edimburgi *R.* 1.
† Biblia Islandica, 2. vol. in folio, Holæ *M.* 1.
† Liber Job Græcè, in fol. Londini *R.* 1.
† Job Latinè ex Hebræo, in folio, Parisiis *O.* 6.
* † Psalterium Hebraicum, in 12. Leidæ *G.* 1.
* Malachias Hebraicè, in 4°. Rostochii.
* Nov. Testam. Belgicum, in 8°. Leidæ *I.* 8.

M. DC. XXXVIII.

† Biblia Latina, in 8°. & in 24. Coloniæ Agrippinæ *O.* 1. *R.* 2.
† Biblia Latina, in 8°. Lugduni *O.* 3.
† Biblia Gallica Genevensia, in fol. Genevæ *S.* 1.
Biblia German. Lutheri, in 12. Amstelodami *E.* 1.
† Biblia Helvetica, in folio, Tiguri *R.* 1.
* Biblia Anglica, in folio & in 4°. Cantabrigiæ *H.* 1. *P.* 8.
† Eadem, in 8°. in 12. & in 24. Londini *N.* 1.
* Biblia Wallica, in 8°. Londini *O.* 6.
† Fragmenta Bibl. Anglo-Saxon. in 4°. Ibidem *R.* 1.
† Job, Psalterium, Prov. Gall. in 4°. Genevæ *R.* 1.
† Psalterium Gallicum, in 16. Parisiis *B.* 22.
† Nov. Testam. Græcum, in 16. Amstelod. *S.* 2.
* † Nov. Testam. Barbaro-Græcum, in 4°. Genevæ *R.* 1. *O.* 1.
Nov. Testam. Lat. Piscatoris, in folio, Herbornæ.
* Evang. Matth. & Marci Malaicè, in 4°. Amstelod. *M.* 15.

M. DC. XXXIX.

† Biblia Hebraica, in 4°. Venetiis *R.* 1.
† Biblia Hebraica *bis* in 8°. Amstelod. *F.* 1.
† Biblia Latina Junii, in 8°. Amstelod. *O.* 2.
† Biblia Lat. Th. de Vio, 5. vol. in fol. Lugduni.
† Biblia Gallica Lovaniensia, in folio, Parisiis *C.* 2.
* † Biblia Belgica, in folio, Leidæ *K.* 1. in 8°. Amstel. *A.* 1.
† Biblia Anglica, *bis* in folio, Londini *R.* 1.
* † Genesis capita 2. Persicè, 4°. Leidæ *R.* 1.
† Nov. Testam. Gr. in 8°. in 24. Amstel. *O.* 1. *L.* 1.
† Nov. Test. Lat. in 24. Coloniæ Agrippinæ.
† Nov. Test. Bezæ, in 24. Amstelodami *R.* 2.

† Nov. Test. Gallicum Lovan. in 16. Parisiis *I*. 1. A

M. DC. XL.

† Biblia Gallica Lovaniens. in 4°. Parisiis *A*. 2. *I*. 3.
* Biblia German. Lutheri, in 4°. Luneburgi *G*. 5.
* Biblia Belgica, in 8°. Leidæ *M*. 11.
* † Biblia Anglica, in fol. in 4°. & in 8°. Londini *P*. 8. *R*. 1. *C*. 1.
* Biblia Anglica, in fol. Amstelodami *G*. 5.
† Pentat. Hebr. Chald. in 4°. Amstelodami *R*. 1. B
* Pentateuchus Hebraicus, in 12. Venetiis *B*. 13.
† Psalterium Latino-Saxonicum, in 4°. Londini *R*. 1. *O*. 1.
† Psal. VII. Pœnit. Suecicè, in 8°. Holmiæ *L*. 10.
† Nov. Test. Rhæticum, Gritti, in 8°. Basileæ *T*. 4. *R*. 1.
* Nov. Test. Belgicum, in 8°. Amstelod. & 12. Leidæ *H*. 4.
* Evang. Domin. Illyricè, in 4°. Romæ. *Sotuel*. C

M. DC. XLI.

* Biblia Græca Latina, in folio, Parisiis.
† Biblia Gallica Lovaniensia, in fol. Parisiis *C*. 3.
† Biblia Italica Diodati, in folio, Genevæ *R*. 1.
* Biblia Germ. Vinariensia, in fol. Noribergæ *G*. 5.
* Biblia Germ. Lutheri, 2. vol. in folio, Luneburgi *G*. 5.
† Biblia Belgica, in fol. Leidæ *O*. 1.
† * Biblia Anglica, in fol. in 4°. in 8°. & in 12. Lond. *B*. 3. 1. *C*. 1. *O*. 2. *S*. 17.
† Prophetæ posteriores Hebr. in folio, Amstelod. *O*. 1. D
Psalterium Germ. Opitii, in 12. Luneburgi *V*. 8.
† Nov. Test. Gr. in 8°. Leidæ, Elzeviriorum *O*. 1.
† Nov. Test. Gall. Lovan. in 16. Rothomagi *A*. 1.
Nov. Testam. Belgicum, in 8°. Leidæ *L*. 6.
† Epist. ad Rom. Gr. Lat. Gall. in 8°. Gallonii *O*. 1. E

M. DC. XLII.

† Biblia Latina, 8. vol. in folio, Parisiis *R*. 1. *O*. 1.
* Biblia Gallica Genevensia, in 4°. Genevæ *I*. 5.
* Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Luneburgi *B*. 6.
* Biblia Belgica, in fol. Amstelod. *G*. 5. Leidæ *B*. 4.
Biblia Anglica in 12. in 24. Londini *L*. 6.
* Biblia Anglica, in 8°. Edimburgi *S*. 11.

† Biblia Finnica, in folio, Holmiæ *R*. 1. *O*. 1.
† Psalterium Hebr. Gr. Lat. in fol. Parisiis *R*. 1.
† Psalmi VII. Pœnit. Arab. 8°. Romæ.
† Psalmi Armenicè, in 8°. Venetiis.
† Nov. Test. Gr. in fol. Parisiis è Typogr. Regia *R*. 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in fol. Cantabrigiæ *R*. 1.
* Nov. Testam. Helveticum, in 12. Tiguri *C*. 9.
* Novum Testam. Belgicum, in 24. Leidæ.
* Idem, in 8°. Amstelod. *L*. 6. Middelburgi *I*. 8.

M. DC. XLIII.

† Biblia Magna, 5. vol. in folio, Parisiis *R*. 1. *O*. 1.
† Biblia Gallica Corbin, 8. vol. in 16. Parisiis *L*. 1.
† Biblia Germ. Vinariensia, in fol. Noribergæ *S*. 1.
* Biblia Belgica, in fol. Amstelodami *K*. 1. *P*. 8.
* Biblia Anglica, in 8°. Londini *S*. 16.
* Psalterium Græcum, in 4°. Venetiis *C*. 16.
Psalterium Hexaglotton, in fol. Rostochii.
* Psalterium Danicum, in 8°. & in 12. Hafniæ.
† Novum Testamentum Gr. Lat. Bezæ, in 8°. Amstelod.
Nov. Test. Gall. Genev. in 18. Charentonii *E*. 1.
† Nov. Test. Gall. Genev. in 12. Sedani *I*. 1.

M. DC. XLIV.

† Biblia Gallica Diodati, in fol. Genevæ *R*. 1. *O*. 4.
* Biblia German. Lutheri, in 8°. Leidæ *S*. 17.
* Biblia Germanica Lutheri, in fol. Basileæ *S*. 5. *P*. 8.
* Biblia Belgica, in 4°. Amstelod. *L*. 6.
† Biblia Islandica, in folio, Holæ *R*. 1.
† Job Lat. ex Hebr. in folio, Franekeræ *O*. 1.
* Psalterium Hebraicum, in 32. Amstelodami *S*. 17.
* Psalterium Gall. de Marolles, in 8°. Parisiis *R*. 1.
† * Novum Testam. Lat. in 8°. in 24. Parisiis *O*. 1. *S*. 13.
* Nov. Testam. Belgicum, in 8°. Goudæ, Roterod. *L*. 6.
† Nov. Testam. Danicum, in 8°. Hafniæ *M*. 1.

M. DC. XLV.

† Biblia Heptaglotta, 10. vol. in folio, Parisiis *R*. 1. *O*. 1.

† Biblia Latina Gallica Genev. in 4°. Genevæ *P.* 2.
* Biblia Belgica, in fol. Leidæ, Dordraci *B.* 6.
† Biblia Anglica, in 8°. Londini *B.* 2. Amstelod. *O.* 6.
† Pentateuchus Hispan. in 8°. Amstelodami *O.* 1.
* Nov. Testam. Gr. Boecleri, in 12. Argentorati *M.* 10.
Novum Testam. Latinum, 8°. Parisiis.
† Nov. Testam. Gall. Genev. in 8°. Quevillii *M.* 4.

M. DC. XLVI.

† Biblia Latina Piscatoris, 3. vol. in folio, Herbornæ *C.* 1.
† Biblia Gall. Lovan. in folio, Parif. in 4°. Lugduni *O.* 3.
* Biblia Germanica Lutheri, in 8°. Luneburgi *G.* 5.
Biblia Belgica, in folio, Amstelod. *L.* 6.
† Biblia Suecica, in fol. Holmiæ *T.* 1. *P.* 8.
† Pentat. Hebraicus *bis*, in 16. Amstelod. *R.* 2. *N.* 1.
* Pent. Hebr. & Chald. 8°. Pragæ *W.* 9.
† Psalterium Hebræo-Lat. in 18. Franekeræ *R.* 2.
* Psalt. Hebraicum, in 4°. Pragæ *V.* 15.
† Psalterium Gallicum, 8°. Parif. *L.* 1.
† * Nov. Testam. Lat. in 24. Coloniæ *N.* 1. Amstelod. *E.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Veron. in 16. Parisiis *O.* 1.
† Novum Testam. Gall. Genev. in 24. Leidæ *T.* 2.
Nov. Testam. Gall. Genev. in 8°. Amstelodami.
† Nov. Testam German. Lutheri, in 12. Leidæ *B.* 23. *B.* 1.
† Nov. Testam. Belgicum, in fol. Antuerpiæ *V.* 1.
Nov. Test. Belgicum, in 12. Leidæ *I.* 8.
† Nov. Testam. Hungaricum, in 12. Amstelod. *R.* 1.
Nov. Testam. Indicum, in 12. Londini *R.* 1.
* Evang. Lucæ & Joan. Malaicè, in 4°. Amstelod. *M.* 15.

M. DC. XLVII.

† Biblia Latina, in 8°. Parisiis *O.* 2. Lugduni *A.* 1.
† Eadem, 8°. & in 24. Coloniæ Agrippinæ *R.* 2. *O.* 3.
† Biblia Gallica Lovaniensia, in 8°. Rothomagi *F.* 1.
† Biblia Belgica, in folio, Leidæ *T.* 6. Goudæ *P.* 8.
* Biblia Anglica, in 8°. Cantabrigiæ *O.* 6.
* Biblia Danica, in folio, in 4°. & in 8°. Hafniæ *M.* 10. *L.* 3.
† Job; Proverbia, &c. Gallicè, in 8°. Parisiis *O.* 3.
† Ecclesiastes Lat. ex Hebr. in 4°. Parisiis *N.* 1.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in 8°. Amstelod. *O.* 1.
† Nov. Testam. Lat. Gall. in 8°. Parisiis *I.* 4.
† Nov. Testam. Gall. Veron. in 4°. Parisiis *O.* 1.
† Novum Testam. Gall. Genev. in 12. Charentonii *P.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Belgic. in 8°. Roterodami *P.* 2.
Nov. Testam. German. Lutheri, in 8°. Norimb. *E.* 1.

M. DC. XLVIII.

† Biblia Lat. in folio, Parisiis *S.* 1. in 8°. Venetiis *T.* 1.
† Biblia Latina Junii, in 8°. Amstelodami *S.* 2.
† Biblia Latina Gallica Lovan. in folio, Rothomagi *O.* 3.
Biblia Germanica Lutheri, in 24. Argentor. *E.* 1.
† Biblia Anglica, in 16. Cantabrigiæ *N.* 1.
* Eadem, in 4°. in 12. Londini *A.* 6. *S.* 5.
† Psalterium Hebr. Lat. in 12. Basileæ *G.* 1.
* Psalmi VII. Pœnit. Gallicè, in 8°. Parisiis.
† Psalterium Slavicè, in 8°. Romæ *O.* 1.
* Psalter. Prov. &c. Lapponicè, in 8°. Holmiæ *T.* 1.
* Nov. Testam. Gr. in 8°. Londini *F.* 9. Amstelod. *F.* 8.
† Nov. Testam. Latinum, in 8°. Parisiis *O.* 1.
* Nov. Testam. Rhæticum Gabrielis, in 8°. Basil. *T.* 4.
* Nov Test. Walachicum, in folio, Belgradii *W.* 8.
* Nov. Testamentum Belgicum, in 12. Ultraj. *B.* 4.
* Nov. Testam. Finnicum, in 4°. Holmiæ *S.* 10.

M. DC. XLIX.

Biblia Hebraica, in 4°. Venetiis, Caleoni *R.* 1.
† Biblia Germ. Vinariensia, in fol. Norimb. *M.* 10.
Biblia German. Lutheri, in 8°. & in 12. Amstelod. *E.* 1.
* Biblia Belgica, in fol. Hagæ Comitis.
† Biblia Anglica, in 4°. Londini *C.* 1.
† Pentateuchus Lat. ex Chald. in 4°. Londini *T.* 1.
* Esther Germanicè, 4°. Amstelod. *S.* 15.
† Psalt. Gall. de Marolles, in 12. Parif.
† Nov. Test. Lat. 2. vol. 12. Parif. *R.* 1.
† Nov. Test. Gall. de Marolles, in 8°. Ibid. *R.* 11.
† Nov. Test. Gallico-Belgicum, in 8°. Amstelod. *S.* 23. *R.* 1.

Novum

Novum Teſtamentum German. in 8°. Francofurti *I.* 8.

M. DC. L.

† Biblia Latina, in 4°. Antuerpiæ *O.* 1.
† Biblia Lat. Malvendæ, 5. vol. in folio, Lugd. *D.* 1.
* Biblia Germ. Lutheri, in folio, Luneburgi *G.* 5.
* Biblia Suecica, in 4°. Stregnisiæ *B.* 15.
† Pſalterium Hebræum, 12. Leidæ *O.* 5.
† Pſalterium Latinum ex Hebr. in fol. Pariſiis *O.* 1.
Pſalterium Hungaricum, in 12. Amſtelodami *E.* 1.
† Cantica Novi Teſtam. Syr. Lat. in 8°. Erfurti *L.* 6.
† Novum Teſtam. Gall. Lovan. in 16. Trecis *M.* 5.
* Nov. Teſtam. Belgicum, in 24. Roterod. *F.* 1. Amſtel. *B.* 23.

M. DC. LI.

* Biblia Latina Junii, in 8°. Amſtel. *O.* 6.
* Biblia Germ. Lutheri, 8°. Norib. *E.* 1. *I.* 8.
† Biblia Anglica, in 8°. Londini *R.* 2.
† Job Latine Codurci, 4°. Pariſiis *O.* 1.
* Pſalterium Gall. Joan. Adam, in 12. Ibid. *Sotuel.*
* Pſalt. Anglicum, in 8°. Londini *B.* 3.
* Nov. Teſtam. Lat. Bezæ, in 8°. Londini *B.* 3.
Nov. Teſt. Lat. in 12. Pariſiis *F.* 1. *A.* 1.
* Nov. Teſtam. Lat. Bezæ, in 24. Amſtelodami *E.* 1.
† Nov. Teſt. Gall. Lovan. in 16. Lugduni *L.* 1.
† Nov. Teſt. Belg. in 12. Amſtel. *R.* 1.
* Evangelia, Malaicè, in 4°. Amſtelod. *B.* 3.

M. DC. LII.

† Biblia Lat. 10. vol. in 12. Pariſiis, Vitré *T.* 1.
† Biblia Gallica Genév. 12. Charentonii *O.* 1.
* Biblia German. Piſcatoris, in 4°. Hebornæ *I.* 8.
Biblia Anglica, in 12. Londini.
* Pentateuchus Hebr. Lat. in 8°. Upſaliæ *S.* 10.
† X X. Verſus cap. 14. Danielis Chal. in fol. Pariſ. *O.* 1.
* Nov. Teſt. Gall. Genev. in 8°. Quevillii *E.* 1.
* Evangelium Matthæi Perſicè, in fol. Londini *B.* 3.
Epiſt. I. Joannis Syriacè & Lat. in 4°. Wittebergæ *T.* 10.

M. DC. LIII.

† Biblia Græca, in 4°. Londini *R.* 1.
Bibl. Lat. 4°. Pariſ. è Typog. Regia *R.* 1.
* Biblia Germanica Lutheri, in 8°. Luneburgi *G.* 5.
* Biblia Germanica Lutheri, in 8°. Bremæ *S.* 13.
† Biblia Anglica, in 18. Londini *B.* 2. *O.* 5.
* Pſalterium Hebraicum, in 4°. Amſtelodami *S.* 15.
* Nov. Teſtam. Græcum, in 4°. & in 12. Londini *B* 21.
† Nov. Teſt. Gall. de Marolles, in 12. Pariſiis *A.* 1.
† Nov. Teſt. Gall. Genev. in 8°. & in 24. Genevæ *G.* 1.

M. DC. LIV.

† Biblia Gallica Lovanienſia, in folio, Rothomagi.
† Biblia German. Lutheri, in 16. Luneburgi *O.* 1.
* Biblia Belgica, in fol. Amſtelod. *O.* 5.
* Biblia Anglica, in 12. Londini *G.* 5.
* Biblia Wallica, in 8°. Londini *F* 4.
* Biblia Hungarica, fol. Varadini *O.* 6.
† Nov. Teſtam. Græcum, in 12. Roterodami *O.* 1.
† Nov. Teſtam. Belgicum, in 24. Amſtelod. *F.* 1.
† Epiſt. Jacobi Triglotta, in 4°. Leidæ *B.* 3. *N.* 1.

M. DC. LV.

† Biblia Anglica, in 12. Londini *L.* 1.
† Biblia Suecica, in fol. Holmiæ *R.* 1.
† Liber Eſther Græcè, 4°. Londini *R.* 1.
† Idem Latinè ex Chaldæo, in 4°. Ibidem *O.* 1.
† Pſalterium Decaplum, in folio, Londini *R.* 1. *O.* 1.
† Pſalt. Lat. Gall. in 8°. Pariſiis.
† Libri Sapientiales, Gall. in 12. Pariſiis *O.* 3.
† Danielis laciniæ Græcè, in 4°. Londini *R.* 1.
* Nov. Teſtam. Gr. Lat. in 12. Hamburgi *H.* 3. *E.* 1.
† Nov. Teſtam. Lat. Gall. in 8°. Pariſiis *O:* 1.
† Nov. Teſtam. Gall. Genev. in 12. Charentonii *C.* 1.
Nov. Teſtam. German. in 12. Heidelbergæ *I.* 8.

M. DC. LVI.

† Biblia Lat. in 16. Pariſiis *T.* 1. in 8°. Lugduni *M.* 2.
† Biblia Latina Junii, 8°. Londini *O.* 1.
† Biblia Germanica Lutheri, in fol. Luneburgi *C.* 1.
* Biblia Belgica, in 8°. & in folio, Amſtelodami *C.* 10. *E.* 1.
† Canticum Canticor. Triglotton, in 4°. Leidæ *N.* 1.
† Idem Gallicè des Marets, in folio Pariſiis.
* Idem Germanicè, in 8°. Francofurti.
† Jonas Triglottus, 8°. Trajecti *R.* 1. *O.* 1.

† Nov. Testam. Græcum, in 16. Amste-lod. *N.* 1.
† Nov. Testam. Lat. in 16. Parisiis Martin. *O.* 1.
† Nov. Testam Latinum, in 4°. Francofurti *R.* 1.
* Novum Testam. Helveticum, in 8°. Tiguri *O.* 6.

M. DC. LVII.

† Biblia Heptaglotta, 6. vol. in folio, Londini *R.* 1.
† Biblia Hebraica Latina, in folio, Lipsiæ *R.* 1.
† Biblia Gallica, in folio, Genevæ *G.* 2.
* Biblia Rhætica, in folio, Schuol *V.* 4.
† Biblia Belgica in fol. Antuerp. *L.* 1.
* Biblia Suecica, in 4°. Holmiæ *D.* 15.
† Biblia Anglica, in fol. Londini *N.* 2.
† Job, Proverbia, &c. Gall. in 8°. Parisiis *O.* 1.
† Psalterium Lat. in 16 Parisiis Martin. *N.* 1.
† Joel Triglottus, in 8°. Trajecti *R.* 1.
* Nov. Testam. Græco-Latinum, in fol. Lipsiæ *L.* 9.
† Nov. Testam. Lat. in 12. Parisiis Martin *N.* 1.
† Nov Testam. Gall. Lovan in 24. Parisiis *O.* 1.
† Nov. Testam Gall. in 8°. Genevæ *N.* 5. *S.* 5
† IV. Evangelia Persicè Lat. in fol. Londini *R.* 1. *N.* 1.

M. DC. LVIII.

† Biblia Latina, in 8°. Lugduni *A.* 1.
† Biblia Latina Piscatoris, in fol. Herbornæ *R.* 2.
† Biblia Anglica, in 8°. Londini *R.* 2.
* Biblia Bohemica, in 8°. Amstelodami *W.* 8.
† Genesis Gallicè des Marets, in folio, Parisiis *O.* 1.
Psalterium Gallicum Diodati, in 12. Salmurii *I.* 10.
* Psalterium German. Gualteri, in 8°. Tiguri *O.* 6.
† Psalterium Ruthenicum, in 4°. Venetiis *M.* 1.
* Canticum Canticorum Germanicè, in 4°. Giessæ
† Nov. Testam. Gr. Lat. in folio, Norimbergæ *R.* 1
† Nov. Testam. Gr. Curcellæi, in 12. Amstelodami *V.* 1.
† Nov Test. Lat. Piscatoris, in folio, Herbornæ *O.* 1.
† Nov. Testam. Gallicum, in 4°. Genevæ *S.* 2
† Apocalypsis Gallicè, in folio, Parisiis *R.* 1.

M. DC. LIX.

† Biblia Latina, in 8°. Coloniæ *I.* 1.
* Biblia Germanica Lutheri, in 8°. Luneburgi *G.* 5.
* Biblia Belgica, in folio, Amstelodami *W.* 6.
† Nov. Testam. Gr. Lat. in folio, Francofurti *R.* 1.
† Nov. Testam. German. Lutheri, in 24. Amstelodami.
† Nov. Testam. Belgicum, in 12. Amstelodami *D.* 23. *R.* 1.
* Nov. Testam Lat. Anglicum, in 12. Londini *A.* 6.

M. DC. LX.

† Biblia Maxima, 19. vol. in folio, Parisiis *O.* 1.
* Biblia German. Lutheri, in 4°. Luneburgi, Witteb. *G.* 5.
* Biblia Belgica, in folio, Amstelodami *B.* 7. *K.* 1.
† Biblia Anglica, in folio, Cantabrigiæ *R.* 1.
* Biblia Anglica, in 8°. Londini *H.* 1.
† Biblia Polonica, in 8°. Amstelod. *R.* 3.
* Biblia Lithuanica, Londini.
* Pentateuchus Hebr. in 8°. Helmstadii *S.* 14.
* Genesis Æthiopicè, 4°. Leidæ *M.* 10.
† Ruth Æthiopicè, in 4°. Amstelodami *R.* 1.
† Psalterium Lat. Coccеii, in folio, Ibidem *R.* 1.
† Sophonias Æthiop. Lat. in 4°. Leidæ *N.* 1.
* Ecclesiasticus German. in 8°. Amstelodami *S.* 15.
† Nov. Testam. Græcum, in 12. Argentor. *R.* 1.
† Nov Testam. Gr. pars, in folio, Londini *O.* 1.
† Nov. Testam. Lat. Holden, in 12. Parisiis *O.* 1.
Nov. Testam. Gall. Lovan. in 12. Parisiis.
† Nov Testam Gall. de Marolles, in 12. Ibid. *C.* 1.
* Nov. Testam. German. in 4°. Amstelodami *G.* 5.
* Nov. Testam, Germ. Felbingeri, in 8°. Ibidem *B.* 6.
† Nov. Testam. Belgicum, in 8°. Amstelodami *R.* 1.
* Evangelium Hebraicum, in 4°. Norimbergæ *S.* 15.

M. DC. LXI.

† Biblia Hebr. Athiæ, in 8°. Amstelodami *R* 2; *T.* 1.
† Biblia Gallica Corbin, 8. vol. in 16. Parisiis *D.* 1.
† Biblia Hispan. Judæorum, in 8°. Amstelod. *T.* 1.
* Biblia Germanica Lutheri, 2. vol. in 18. Luneburgi *G.* 1.

* Biblia German. Lutheri, in 8°. Wittebergæ *B. 6.*
* Biblia Belgica, in folio, Amstelod. *L.* 3.
Biblia Angl. in 4°. Londini, in 8°. Cantabrigiæ *H.* 1.
* Psalterium Armenum, Amstelod. *R.* 3.
* Proverbia Gall. du Puget. in 4°. Parisiis.
* Ecclesiasticus Germ. Judæor. 8°. Amstelod. *V.* 15.
† Joel, Jonas, &c. Æthiop. Lat in 4°. Leidæ *N.* 1.
* Jonas Lat. Happellii, in 8°. Basileæ.
† Nov. Testam. Hebræum, in 8°. Londini *D.* 1.
† Novum Testam. Gall. Lovan. in 16. Parisiis *I.* 1.
* Novum Testam. Germ. in 12. Basileæ *O.* 6.
† Nov. Testam. Belgicum, in 12. Amstelod. *B.* 6.
* Nov. Testam. Virginianum, 4°. Cantabrigiæ *R.* 1.
* Evang. Matth. & Joan. Formosana, in 4°. Amstelod. *Lips. B. Senat.*

M. DC. LXII.

† Biblia Hebraica Nisselii, in 8°. Leidæ *R.* 1.
† Biblia Latina, in folio, Parisiis, Vitré *R.* 1.
† Biblia Gallica Lovaniensia, in folio, Lugduni *O.* 2.
* Biblia Germanica, in folio, Moguntiæ *G.* 5.
* Biblia Germ. Lutheri, in 4°. Norimb. in folio, Basileæ *O.* 6.
* Biblia German. Vinariensia, in folio, Norimbergæ *M.* 8.
* Biblia Belgica, in fol. Amstelod. *V.* 4.
*† Biblia Angl. in 8°. Amstelod. *E.* 12. in 12. Leidæ *O.* 3.
* Genesis Malaicè, Hagæ Comitis *M.* 19.
† Psalterium Hebr. Latinum, in 12. Basileæ *O.* 1.
* Psalterium Triglotton, in 4°. Leidæ. *Bibl. Lib. Golii.*
Nov. Testam. Græcum, in 18. Amstel.
Nov. Testam. Latinum, in 12. Parisiis.
† Nov. Testam. Gall. Lovan. in 24. Parisiis *L.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Genev. in 12. Charentonii *P.* 2.
† Nov. Testam. Belgicum, in 4°. & in 8°. Amstelod. *I.* 8. *H.* 7.
† IV. Evangelia Gr. Lat. in 4°. Amstelod. *O.* 1.
Oratio Dominica XL. linguis, Rigæ.

M. DC. LXIII.

† Biblia Latina, in 8°. Lugduni *S.* 2.
* Biblia Germanica Lutheri, in fol. Luneburgi *M.* 8.
* Biblia Belgica, in fol. Leidæ *B.* 4. *G.* 5.
Biblia Anglica, in 4°. Londini *H.* 1.
* Biblia Moscovitica, fol. Moscuæ *B.* 6.
† Biblia Virginiana, in 4°. Cantabrigiæ *R.* 1.
* Pentateuchus Hebr. in 12. Hamburgi *W.* 8
* Pentateuchus Gall. Genev. in folio, Groningæ *T.* 10.
* Esther Germ. Judæorum, in 4°. Amstelod. *S.* 15.
† Job Chaldaicè, Gr. Lat. in 4°. Franekeræ *R.* 1.
* Psalterium Latinum, Romæ *C.* 17.
† Nov. Testam. Syriac Gutbirii, in 8°. Hamburgi *R.* 1.
* Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in 8°. Tiguri *E.* 1.

M. DC. LXIV.

† Biblia Latina, in 8°. Parisiis *S.* 2.
† Biblia Lat. Osiandri, 8° Stutgardiæ.
† Biblia German. Lutheri, in folio, Luneburgi *M.* 4.
* Eadem, 4°. Wittebergæ, Slesvici *G.* 5.
† Biblia Belgica, in folio & in 8°. Amstelodami *O.* 1. *O.* 6.
† Psalterium Gallicum de Saci, in 12. Parisiis *S.* 2.
† Nov. Testam. Latinum, in 16. Lugduni *S.* 2.
* Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 8°. Haganoæ *C.* 9.

M. DC. LXV.

† Biblia Græca, 3. vol. in 12. Cantabrigiæ *T.* 1.
† Biblia Latina, 3. vol. in 12. Parif. *C.* 1.
† Biblia Gallica, in 4°. Genevæ *C.* 7. *S.* 4.
† Biblia Gall. Genevensia, in 12. Leidæ.
† Biblia German. Lutheri, in fol. Witteb. Basileæ *B.* 23. *S.* 2.
* Pentateuchus Hebraicus, in 8°. Amstelod. *S.* 15.
Genesis Lat. ex Hebræo, in 8°. Upsaliæ.
* Job German. Olearii, 4°. Lipsiæ *L.* 7.
† Psalterium Gallicum, in 12. Parisiis, *bis O.* 1.
* Canticum Canticorum Lat. Coccei, in 4°. Leidæ.
* Cantica Bibl. Danicè, in 8°. *sine loco B.* 6.
† Nov. Testam. Græcum, in 12. Cantabrig. *R.* 1.
* Nov. Testam. Italicum Diodati, in 8°. Harlemii *S.* 13.
† Nov. Testam. Belgic. in 16. Amstelodami *O.* 1.
† Evang. Gothica & Saxon. in 4°. Dordrechti *R.* 1.

M. DC. LXVI.

† Biblia Armena, in 4°. Amstelod. *R.* 1.
† Biblia Latina, in 4°. Parisiis, Vitré *R.* 1.

† Biblia Latina, 8. vol. in 12. Coloniæ.
* Biblia German. in 4°. Moguntiæ *L.* 7.
Biblia German. Piscatoris, in 4°. Hbornæ *E.* 1.
* Biblia Anglica, in 4°. Cantabrig. *H.* 1.
* Prophetæ & Chetuvim Germ. in fol. Lublini *S.* 15.
* Libri 8. priores German. Sauberti, in 4°. Helmstad. 1666.
† Psalterium Hebræum, in 12. Amstelodami *O.* 1.
† Psalterium Hebræo-Latinum, in 12. Ibidem *R* 2.
* Psalterium Hebræo-Belgicum, in 12. Ibidem.
* Psalterium Armenum, in 4°. Amstelodami *B.* 6.
† Psalter. Lat. ex Hebr. Janvier, in 4°. Parisiis *O* 1.
† Psalter. Gallicum de Marolles, in 12. Parisiis *O.* 1.
† Psalterium Gallicum de Saci, in 12. Parisiis *R.* 1.
* Ecclesiasticus Græcè, in 4°. Halæ.
Novum Testament. Gall. Lovan. in 24. Parisiis.
† Nov. Testam. Gall. Amelotte, in 8°. Parisiis *O.* 1.
† Nov. Testam. Gall. in 4°. Genevæ *V.* 1. in 12. Niorti.
† Nov. Testam. Turcicum, in 4°. Oxonii *R.* 1. *O.* 1.
† Epistolæ Novi Testam. Gall. in 12. Amstelod. *O.* 1.

M. DC. LXVII.

† Biblia Hebraica Athiæ, in 8°. Amstelodami *O.* 1.
† Biblia Latina de Escobar, in folio, Lugduni *O.* 1.
† Biblia Gallica Lovaniensia, in fol. Parisiis *F.* 1.
† Biblia Gallica Lovaniensia, in 4°. Rothomagi *M.* 16.
* Biblia Germanica Lutheri, in folio, Basileæ *S.* 13.
* Biblia Helvetica, in folio & in 4°. Tiguri *T.* 4.
† Nov. Testam. Montense, *quater*, in 12. Montibus, Lugduni *S.* 2.
† Epist. Apost. Gallicè Diodati, in 12. Amstelod. *O.* 1.

M. DC. LXVIII.

† Biblia German. in fol. Francof. *B.* 4.
† Biblia Anglica, 4°. Cantabr. *H.* 1. *C.* 25.
* Biblia Anglica, in folio, in 12. & in 24. Londini *E.* 1.
† Nov. Testam. Armenum, in 8°. Amstelod. *R.* 1. *O.* 1.
† Nov. Testam. Montense, in 4°. in 12. in 16. & in 24. Montibus *S.* 2.
† Nov. Testam. Gall. Amelotte, 2. vol. in 12. Parisiis *O.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Godeau, 2. vol. in 8°. Ibidem *O.* 1.
† Novum Testam. Gall. Genev. in 16. Charentonii *P.* 2.
* Nov. Testam. Malaicum, in 4°. Amstelod. *M.* 15.
† IV. Evangelia Hebr. in folio, Romæ *R.* 1.

M. DC. LXIX.

† Biblia Latina, in folio & in 4°. Lugduni *A.* 1. *M.* 7.
† Biblia Gall. Genevensia, 2. vol. in fol. Amstelod. *R.* 1.
B * Biblia Anglica, in 4°. Cantabrig. *K.* 2.
* Biblia Anglica, in 8°. & in 12. Londini *K.* 2.
* Nov. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in 4°. Giessæ *H.* 3.
Nov. Testam. Montense, in 12. Lugduni *W.* 2.
† Nov. Testam. Genev. in 12. Charentonii *O.* 1.
Nov. Test. Genevense, in 8°. Leidæ *E.* 1.
Nov. Test. Germ. Lutheri, in 12. Amstelod. *E.* 1.
C † Nov. Test. Belgicum, in 12. Sylvæ Ducis.
* Epistolæ & Evangelia Lapponicè, in 8°. Holmiæ.

M. DC. LXX.

* Biblia Hebraica, in 4°. Cracoviæ *W.* 9.
* Biblia Armena, in folio, Amstelodami *L.* 3.
† Biblia Latina, 5. vol. in 24. Coloniæ *A.* 1.
† Biblia Gallica Genevensia, in 8°. Amstelod. *A.* 1.
D Biblia Germanica Ulembergii, in folio, Coloniæ *L.* 7.
* Biblia German. Vinariensia, in fol. Normb. *G.* 5.
* Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Luneburgi *M.* 8.
* Biblia Germanica Athiæ, in folio, Amstelod. *K.* 3.
† Biblia Danica, in 8°. Hafniæ *V.* 1.
† Biblia Anglica, 4°. Cantabrig. *C.* 25.
* † Pentateuchus Hebr. *bis* in 12. Amstelodami *T.* 9. Pragæ *V.* 15.
* Psalmi 113. versus III. Polygl. 4°. Witteb.
E Nov. Test. Latinum, in 24. Amstelod. *W.* 2.
† Nov. Test. Montense, in 8°. Montibus *O.* 1.
* Nov. Test. Helveticum, in 12. Tiguri *O.* 6.
* Evang. Matth. & Marci, Sorab. in 8°. Budissinæ *F.* 5.
* Evang. Joan. Lat. ex Græco, in 4°. Leidæ.

M. DC. LXXI.

† Biblia Arabica Latina, 3. vol. in folio, Romæ *R*. 1.
† Biblia Gallica de Marolles, in fol. Parisiis *R*. 1.
† Biblia Germanica Lutheri, in fol. *sine loco G*. 4. Ulmæ *O*. 6.
† Pentateuchus Hebraicus, in 8°. Venetiis *O*. 1.
* Pentateuchus Hebr. Chald. 4°. Amstelod. *S*. 5.
† Psalterium Hebr. Jac. Judæ, in 8°. Amstelod. *B*. 3.
† Psalterium Gallic. de Saci, in 12. Parisiis *A*. 4.
* Nov. Testam. Gr. Lat. Bezæ, in 8°. Tiguri *C*. 9.
* Nov. Testam. Gallicum Daillé, in 12. Parisiis.
† Nov. Test. Anglicum, in 8°. Londini *B*. 2.
† IV. Evang. Goth. Island. Lat. in 4°. Holmiæ *R*. 1.

M. DC. LXXII.

* Biblia Germ. Lutheri, in fol. Luneb. Francof. *G*. 5.
* Biblia Anglica, in fol. Londini *H*. 1.
* Biblia Suecica, in 4°. Holmiæ *B*. 15.
† Psalterium Armenum, in 24. Amstelodami *O*. 1.
* Psalmi Cambricè in 8°. Londini.
* Proverbia Gallica de Saci, in 12. Bruxellis *L*. 7.
† Nov. Testam. Græcum, in 12. Lond. *F*. 7.
† Nov. Testam. Gall. Godeau, in 12. Parisiis *O*. 1.
† Nov. Test. Gall. Genev. in 12. Charentonii.
* Nov. Test. Cambricum, in 8°. Londini.
† IV. Evangelia Gallicè, in 12. Parisiis *O*. 1.
† Passio J.C. Syriacè, in 16. Paris. *O*. 1.
* Pericopæ Evang. Carniolanæ, in 8°. Græcii.
† Epistolæ S. Joannis Arabicè, in 16. Parisiis *R*. 1.

M. DC. LXXIII.

* Biblia Latina Junii, in 8°. Tiguri *O*. 6.
† Biblia German. Lutheri, in 12. Amstelodami *O*. 1.
* Biblia Belgica, fol. Hagæ Comitis *B*. 3.
* Biblia Anglica, in 4°. & in 8°. Cantabrigiæ *H*. 1. *C*. 25.
* Biblia Anglica, in 12. Londini *W*. 2.
† Psalt. Prov. Lat. Coccei, in folio, Amstelod. *R*. 1.
† Psalterium Armenum, in 8°. Massiliæ *O*. 1.
† Psalterium Gall. de Saci, in 12. Parisiis *A*. 1.

A † Prophetæ omnes Lat. ex Hebr. in fol. Leidæ *O*. 1.
* Abdias Tetraglottus, in 4°. Bremæ.
† Nov. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in 4°. Francof. *B. Soubiziana*.
† Psalterium Testamentum Gr. Lat. 2. vol. in 12. Lugduni.
† Novum Testam. Gr. Lat. Gall. in 8°. Montibus *O*. 1.
Nov. Testam. Gall. Amelotte, in 12. Parisiis.
† Nov. Testam. Montense, in 12. Montibus *S*. 2.
B † Evang. Joannis & Epist. Nov. Testam. in fol. Amstelod. *R*. 1.

M. DC. LXXIV.

† Biblia Latina, in 8°. Lugduni *A*. 2.
* Biblia Germanica Judæorum, in 4°. Pragæ *S*. 15.
* Biblia Suecica, in 8°. Holmiæ *B*. 15.
* Biblia Anglica, in folio, Cantabrigiæ *S*. 9.
* Psalt. Germ. Lutheri, in 12. Basileæ.
* Daniel Germ. Pragæ *S*. 15.
* Nov. Testam. Gr. in 12. Londini *lit*, C *H*. 1. *A*. 6.
* Nov. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in 12. Francofurti *C*. 9.
† Nov. Testam. Latinum, in 16. Parisiis *A*. 1.
† Nov. Testam. Latinum, 2. vol. in 8°. Lovanii.
† Nov. Testam. Montense, 2. vol. in 24. Montibus *S*. 2.
† Nov. Testam. Genev. in 4°. Charentonii *O*. 1.
* Nov. Testam. Helveticum, in 12. Tiguri *O*. 6.
D † Pauli Epist. Gr. Lat. in 12. Lugduni.

M. DC. LXXV.

† Bibl. Gal. Genev. 4°. Charentonii *A*. 1.
Biblia Gallica Genevensia, in 12. Leidæ.
† Biblia Belgica, in 8°. Dordraci *R*. 1.
* Biblia Anglica, in 4°. Oxonii *H*. 1.
* Psalt. Hebr. Lat. in 12. Basileæ *W*. 2.
† Nov. Testam. Græcum, in 8°. Oxonii *O*. 1.
† Idem Curcellæi, 8°. Amstelod. *O*. 1.
† Idem, in 12. Ultrajecti *S* 17.
† Nov. Testam. Montense, 2. vol. in 8°. Parisiis *O*. 1.
E † Idem Lat. Gall. in 12. Lugduni *S*. 2.
† Idem Gall. in 8°. Bruxellis.
† Idem Gall. 2. vol. in 24. Gratianopoli *O*. 1.
† Nov. Testam. Gall. Genevense, in 8°. Niorti *L*. 1.

M. DC. LXXVI.

* Biblia Latina, in 8°. Lugduni *I*. 6.
† Biblia Anglica, in 8°. Londini *B*. 2. in 4°. Cantabr. *O*. 6.
* Pentat. Hebr. in 12. Pragæ.

† Psalterium Latinum, in 12. Parisiis *O.* 1. A
† Oseas Hebr. Lat. in 4°. Groningæ *O.* 1.
† Nov. Testam. Montense, 2. vol. in 8°. Parisiis.
† Idem Lat. Gall. in 12. Montibus *S.* 2.
* Nov. Testam. Helveticum, in 12. Tiguri *O.* 6.
* Oratio Domin. Sinica, in 12. Berolini *Lipſ. B. Senat.*
* Epist. ad Hebræos Ebr. 4°. Lipsiæ *C.* 9.

M. DC. LXXVII.

† Biblia Hebr. Clodii, in 8°. Francof. ad M. *D.* 1.
* Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Luneburgi *G.* 5.
* Biblia Belgica, in 4°. & in 8°. Amstelod. *B.* 4. in 8. Dordraci *O.* 6.
* Biblia Anglica, in 4°. Londini *F.* 8. Edimb. *S.* 5.
* Biblia Wallica, in 8°. Londini *W.* 8.
† Psalterium Armenum, in 24. Amstelodami *O.* 1.
* Nov. Testam. Græcum, in 12. Tiguri *T.* 4.
Nov. Testam. Latinum, in 24. Amstelod. *W.* 2.
* Nov. Testam. Gall. Amelotte, in 12. Parisiis *F* 4. C
* Nov. Testam. Gall. Montense, in 4°. & in 12. Montibus *S.* 4.
† Nov. Test. Gall. Genev. in 18. Amstelodami *P.* 2.
Novum Testam. Gall. German. in 8°. Francofurti.
* Nov. Testam. Belgicum, in 8°. Amstelod. *S.* 17.
* Nov. Testam. Anglicum, in 8°. Londini *S.* 14.
* Nov. Testam. Croaticum, 2. vol. in 8°. Tubingæ.
† Evangelia 4. Malaicè, in 4°. Oxonii *R.* 1.
* Epist. S. Joh. Syr. in 4°. Cizæ *B.* 23.

M. DC. LXXVIII.

* Biblia Hebraica, Venetiis *W.* 9.
† Bibliorum Gallicorum specimina, in 4°. Parisiis.
† Biblia Gallica Genevensia, in folio, Genevæ *N.* 5.
† Biblia Gall. Genevensia, in 12. Amstelodami *C.* 2.
* Biblia Germanica Lutheri, in fol. Lipsiæ *O.* 6. E
* Biblia Germanica Lutheri, in fol. Basileæ *O.* 6.
Biblia Belgica, in 12. Groningæ *W.* 2.
Biblia Anglica, Cantabrigiæ.
† Psalterium Gr. Lat. in 12. Oxonii *R.* 1.
† Psalmi 7. Pœnitent. Syr. Latin. in 4°. Lipsiæ *O.* 1.
† Canticum Cant. Lat. Schudr, in 4°. Lipsiæ *R.* 1.

* Abdias Hebr. Chald. in 12. Jenæ *C.* 9.
† Nov. Testam. Græcum, in 24. Amstelodami.
† Nov. Testam. Gall. Lovan. in 24. Parisiis.
Nov. Testamentum Gall. Amelotte, in 24. Ibidem.

M. DC. LXXIX.

* Biblia Rhætica, in folio, Schvolæ *T.* 4.
* Biblia Germanica Lutheri, in 8°. Genevæ *O.* 6.
† * Eadem, in folio, Luneburgi. Marpurgi *W.* 2.
B * Eadem, in 4°. Altemburgi, in 8°. Francofurti *S.* 13.
* Biblia Germanica Judæorum, in fol. in 4°. Amstelod. *S.* 14. *S.* 15.
† Psalterium Gallicum de Saci, in 12. Parisiis *O.* 3.
† Nov. Testam. Lat. in 12. Lovan. *N.* 1. in 24. Coloniæ *A.* 1.
* Nov. Testam. Lat. Bezæ, in 8°. Oxonii *F.* 2.
† Nov. Testam. Montense, in 16. Montibus *S.* 2.
* Nov. Testam. Anglicum, in 8°. Oxonii *B.* 23.
† IV. Evangelia Gallicè, in 12. Parisiis *O.* 1.

M. DC. LXXX.

† Biblia Latina, in 4°. Lugduni *W.* 1.
† Biblia Latina, 6. vol in 12. Lugduni *A.* 1.
† Biblia Latina Junii, in 12. Londini.
Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Rudolstadii.
* Biblia Anglica, in folio, Londini *H.* 1.
* Pentat. Hebr. & Chald. in 4°. Amstelodami.
D * Psalterium Hebr. Lat. in 12. Trajecti *F.* 7.
† Psalterium Gallicum de Saci, in 8°. Parisiis.
† Abdias Armen. Lat. in 4°. Lipsiæ *R.* 1.
† Nov. Testam. Lat. in 12. Lugduni *O.* 1.
† Nov. Testam. Gallicum, in 8°. Genevæ *O.* 1.
Nov. Testam. German. Lutheri, in 8°. Wittebergæ.
* Nov. Test. Belgicum, in 8°. Embricæ.
* Nov. Testam. Belgicum Harsoeker, in 12. Amstelod. *G.* 5.
Nov. Testam. Belgicum, in 4°. Amstelod. *S.* 18.
* Oratio Dominica ferè C. linguis, in 4°. Berolini.

M. DC. LXXXI.

† Biblia Latina, 3. vol. in folio, Gratianopoli *B.* 1.
† Biblia Gallica Lovaniensia, in 4°. Rothomagi *L.* 1.
* Biblia Germ. Lutheri, 8°. Bremæ *S.* 13.

* Nov. Teſtam. Lat. Caſtalionis, in 8°. A Amſtelod. C. 9.
† Nov. Teſtam. Lat. Gall. 2. vol. in 12. Montibus O. 1.
† Nov. Teſtam. Gall. Amelotte, 2. vol. in 12. Pariſiis.
† Nov. Teſtam. Gall. Montenſe, in 12. Lugduni.
* Nov. Teſtam. Luſitanicum, in 4°. Amſtelod. F. 10.
† Nov. Teſtam. Hibernicum, in 4°. Londini O. 1.

M. DC. LXXXII.

† Biblia Latina, in 8°. Coloniæ R. 2.
* Biblia Germ. Lutheri, in folio, Witteb. C. 8 in 8°. Luneb. B
* Eadem, in 8°. Bremæ C. 9. fol. Baſileæ.
*† Biblia Anglica, in folio, in 4°. & in 8°. Oxonii H. 1. G. 4.
† Vet. & Nov. Teſtam. excerpta Syr. Lat. in 4°. Cizæ R. 1.
† Pentateuchi Samarit. excerpta, in 4°. Cizæ R. 1.
† Pſalmi Hebr. in 12. Amſtelod. V. 15.
* Pſalt. Helveticum, in 12. Tiguri B. 13.
* Eccleſiaſticus Græcè, in 8. Lipſiæ F. 7. C
* Nov. Teſtam. Caſtalionis, in 12. Londini H. 7.
* Nov. Teſtam Montenſe, in 4°. Pariſiis O. 1.
* Nov. Teſtam. Germanicè Lutheri, in 8°. Wittebergæ C. 9.
† Excerpta Nov. Teſtam. Syriaci, in 4°. Cizæ O. 1.

M. DC. LXXXIII.

† Biblia Græca, in 8° Amſtelod. S. 2.
† Biblia Gallica Lovanienſia, in folio, Pariſiis H. 1.
* Biblia German. Lutheri, in 4°. Jenæ D in 8°. Norimb.
* Biblia Helvetica, in 8°. Tiguri O. 6.
† Biblia Belgica, in 8°. Amſtelod. O. 6.
† * Biblia Anglica, in folio & in 8°. Londini H. 1.
* Biblia Anglica, in 4°. Cantabrig. H. 1.
† * Pentateuchus Hebraicus, in 24. Amſtelod. B. 22.
* Libri Chronic. Chald. Lat. in 4°. Auguſtæ R. 1.
† Pſalterium Hebraico-Belgicum, in 12. Trajecti.
† Pſalterium Latinum Joſ. Cari, in 8°. E Romæ O. 1.
† Canticum Cant. Hebr. & Chald. in 8°. Amſtelod W. 9.
* Jonas Hebr. Chald. in 8°. Lipſiæ S. 14.
* Nov. Teſtam. Germanicum, in 8. Luneb. C. 9.

M. DC. LXXXIV.

† Biblia Latina, in fol. Lugduni O. 1.
† Biblia Germanica Ulembergii, in 8°. Coloniæ L. 1.
* Biblia Germ. Lutheri, in fol. Schleuſingæ M. 8.
† Eadem, 3. vol. in 8°. Norimb. R. 2.
* Biblia German. Piſcatoris, in folio, Francof. O. 6. Bernæ B. 21.
* Eadem, 3. vol. 8°. Norib. in 8°. Duiſburgi S. 13.
* Biblia Belgica, in 4°. Amſtelod. B. 7.
* Biblia Suecica, in 8°. Holmiæ B. 15.
* Biblia Anglica, in folio, Oxonii H. 1. in 12. Londini.
* Pentat. Hebraicus, 4. Soliſbaci V. 15.
* Pſalt. Gallicum de Saci, in 8° Pariſ.
* Pſalterium Belgicum Amſtelod. W. 7.
* Nov. Teſt. Syriac in 8°. Soliſbaci V. 15.
† Nov. Teſt. Lat. Gall. 2. vol. in 12. Montibus R. 1.
† N. Teſt. Gall. Genev. 12. Amſtel. C. 7.
† Nov. Teſtam. Gall. Angl. Belg in 8°. Ibidem.
* Nov. Teſt. Helveticum, Baſileæ O. 6.
† Evang. quatuor Goth. & Saxon. in 4°. Amſtelod. O. 1.

M. DC. LXXXV.

* Biblia Gall. Genevenſia, in 4°. Genevæ B. 7.
† Vet. Teſtam. Hibernicè, in 4°. Londini R. 1.
Biblia Finnonica, in 4°. Aboæ.
† Biblia Virginiana, in 4°. D. 1.
† Pſalterium Hebraicum, in 12. Cantabrigiæ N. 1.
† Pſalterium Græcum, 4°. Romæ R. 1.
† Pſalterium German. Reiſneri, in 8°. Veſaliæ O. 6.
† Threni Hebraicè, in 12. Cantabrigiæ N. 1.
† Capita Danielis Hebr. in 4°. Leidæ O. 1.
* Nov. Teſt. Anglicum, in 4°. Londini W. 8.
* Nov. Teſt. Lithuanicum, in 4°. Rigæ G. 5.

M. DC. LXXXVI.

† Biblia Latina, in 8°. Lugduni
* Biblia German. in fol. & in 4°. Francofurti W. 2. fol. Luneb. F. 7.
* Biblia German. Lutheri, in 12. Amſtelodami O. 6.
* Biblia Hungarica, in 8°. Herbornæ F. 10. Amſtel. O. 6.
† Prophetæ priores Hebr. in fol. Lipſiæ R. 1.
† Pſalt. Gallicum, in 12. Pariſiis R. 1.
† Pſalterium Gallicum Macé, in 8°. Pariſiis R. 1.
† Pſalterium Gallicum Cocquelin in 8°. & in 12. Ibid. R. 1.
* Nov. Teſt. Lat. Bezæ, in 4°. & in 24. Cantabrigiæ W. 8.
† Novum Teſtam. Gallicum Amelotte, in 12. Pariſiis O. 4.

† Nov. Test. Germanicum, in 12. Amstelod. *N.* 1.

M. DC. LXXXVII.

* Biblia Græca, in folio, Venetiis *A.* 11.
* Biblia Gallica Genevensia, in 4°. Amstelod. *B.* 4.
* Biblia Germ. Judæorum, in fol. Amstelod. *B.* 6.
* Biblia Anglica, in 12. Londini *S.* 13.
† Genesis Lat. Gall. 4. vol. in 12. Parisiis *R.* 1.
† Psalterium Gall. de Choisi, in 4°. Parisiis *C.* 1.
† Canticum Cant. Gall. Guyon, in 8°. Lugduni *O.* 1.
* Nov. Testam. Lat. Bezæ, in 8°. Londini *S.* 14.
* Nov. Testam. Gall. Lovaniense, in 4°. & in 8°. Burdigalæ.
* Nov. Testam. Gall. Amelotte, in 16. Rothom.
† Nov. Testam. Gall. 3. vol. in 12. Parisiis *R.* 1.
† Nov. Test. Germ. Ulembergii in 12. Solisbaci *B.* 23.

M. DC. LXXXVIII.

Biblia Gall. Genev. in folio, Genev. *O.* 6.
* Biblia Germ. Lutheri, in fol. Ulmis.
* Biblia Belgica, in 8°. *absque loco.*
* Biblia Suecica *bis* in 8°. Amstel. Holmiæ *B.* 15.
* Biblia Anglica, 4. vol. in folio, Londini *A.* 11.
Pent. & 5. Meghilloth in 16. Amstelod, *O.* 6.
† Psalterium Hebr. Lat. in 12. Ultrajecti *R.* 2.
* Psalterium Hebr. Angl. in 12. Amstelodami *W.* 2.
† Nov. Testam. Græcum, in 18. Amstelodami.
† Nov. Testam. Gall. Amelotte, in 4°. & in 24. Parisiis *O.* 1.
* Nov. Test. Gall. Montense in 12. Montibus *S.* 13.
* Nov. Test. Helveticum, in 12. Tiguri *O.* 6.

M. DC. LXXXIX.

* Biblia Anglica, in 4°. Londini *H.* 1.
† Biblia Anglica, in fol. Londini *M.* 1.
* Biblia Wallica, in 8°. Londini *F.* 10.
* Biblia Esthonica, in 4°. Rigæ *B.* 6.
* Biblia Indica, in 8°. Londini.
* Job Hebr. Lat. in 8°. Tiguri *A.* 11.
† Psalterium Gallicum ex Hebr. in 8°. Trevoltii *O.* 1.
† Canticum Cant. Gall. Aurat, in 8°. Lugduni *R.* 1.
† Nov. Testamentum Gall. Lovan. in 12. Parisiis *R.* 1.
† Nov. Testam. Montense, 4. vol. in 8°. Parisiis *R.* 1.

† Apocalypsis Gall. Bossuet, in 8°. Parisiis *R.* 1.

M. DC. XC.

† Biblia Gallica Lovan. 5. vol. in 12. Parisiis *R.* 1.
* Biblia Germ. Lutheri, in 8°. Norimb. Hamburgi *W.* 2. *A.* 6.
* Eadem, in 8°, Stadæ M. in 8°. & in 4°. Cassellis *D.* 6.
* Biblia Belgica, in fol. Antuerpiæ.
† Biblia Danica, 4. vol. in 8°. Hafniæ *B.* 7.
* Biblia Anglica, in 8°. Londini *O.* 6.
† Biblia Hibernica, in 8°. Londini *O.* 1.
† Biblia Wallica, in folio, Oxonii *W.* 8.
† Psalmi X. Hebr. Lat. in fol. Amstelodami *R.* 2.
† Canticum Canticorum Gallicè, in 8°. Parisiis *O.* 1.
† Nov. Testam. Genev. in 12. Amstelodami *B.* 22.
* Nov. Testam. Germ. in 12. Luneburgi *C.* 9.
* Nov. Testam. Helveticum, in 12. Tiguri *O.* 6.
* Nov. Testam. Belgicum, in 8°. Embricæ *F.* 11.

M. DC. XCI

† Biblia Latina, in 4°. Parisiis *A.* 1. in 8°. Lugduni *S.* 1.
* Biblia Gall. Genevensia, in 4°. Genev.
* Biblia Germanica Ulembergii, in folio, Coloniæ *V.* 6.
* Biblia German. Lutheri, in 4°. Schlusingæ.
Biblia German. Vinariensia, in fol. Norimb. *D.* 6.
* Biblia Helvetica, in fol. Tiguri *O.* 6.
* Libri Græci, in 8°. Lipsiæ *C.* 9.
* Psalt. Hebr. Lat. in 12. Basileæ *F.* 7.
† Psalterium Latinum Bossuet, in 8°. Lugduni *R.* 1.
† Psalterium Latinum du Pin, in 8°. Parisiis *R.* 1.
† Psalterium Gallicum ejusdem, in 12. Ibidem *R.* 1.
* Libri Græci, in 8°. Lipsiæ.
† Ecclesiastes Hebr. Lat. in 4°. Argentorati *R.* 1.
* Nov. Testam. Græcum, in 12. Lipsiæ *C.* 9.
Nov. Testam. Gallicum, in 8°. Genevæ *W.* 2.
* Nov. Testam. Germanicum, in 12. Lipsiæ *C.* 9.
Novum Testam. German. in 12. Luneburgi *D.* 6.

M. DC. XCII.

† Biblia Hebr. Jo. H. Maii, in 8°. Francofurti *D.* 1.
* Biblia German. Ulembergii, in folio & in 8°. Colon. *D.* 6. *C.* 9.

* Biblia German. Lutheri, in 8°. & in 24. Luneburgi.
† Eadem, in folio, Lipsiæ, Marpurgi.
* Biblia Belgica, in 8°. Dordraci O. 6.
* Jonas Trilinguis, in 8°. Trajecti ad Rh. W. 9.
* Nov. Testam. Græcum, in 8°. Francofurti F. 7.
† Nov. Testam. Gall. Amelotte, in 24. Parisiis.
† Nov. Testam. Gall. Quesnel, 4. vol. in 8°. Parisiis.

M. DC. XCIII.

* Biblia Latina, in fol. Bambergæ B. 6.
* Biblia Gallica, in folio, Genevæ W. 2.
* Biblia German. in folio, Norib. D. 6. Francof. F. 7.
* Pentat. Hebr. & Chald. in 4°. Dyrenfurti V. 15.
* Pentat. Hebr. in 24. Pragæ. V. 15.
† Libri Sapientiales, Lat. in 8°. Lugduni R. 1.
Nov. Testam. Gr. Lat. in 4°. & in 12. Francofurti D. 6.
Nov. Testam. Gr. Germ. in 12. Luneburgi D. 6.
† Nov. Testam. Gall. Quesnel, 4. vol. in 8°. Parisiis O. 1.
Evang. Matthæi Gr. Belg. in 4°. Amstelod. O. 6.
* Epist. ad Rom. Galat. Sorab. in 8°. Budiss. F. 5.
† Apocalypsis Syr. Lat. Amstelod. R. 1.

M. DC. XCIV.

† Biblia Hebr. Eisenmegeri, in 12. Francof. G. 2. F. 7.
* Biblia Germanica Lutheri, in fol: Marpurgi M. 8.
* Eadem, in folio, Schleusingæ, Lipsiæ M. 8.
* Biblia Anglica, in 12. Londini.
* Pentat. Hebr. in 8°. Dyrenfurti V. 15.
* Libri Græci Vet. Testam. Gr. Lat. in 8°. Francof. F. 10.
* Nov. Testam. Syriacum, in 8°. Hamburgi F. 7.
* Nov. Testam. Montense, 2. vol. in 12. Montibus.
† Nov. Testam. Lat. cum consid. Quesnelii, 8. vol. in 16 Lovanii.
* Novum Testam. Germanicum, in 12. Lipsiæ C. 9.

M. DC. XCV.

* Biblia German. Lutheri, in 4°. Schleusingæ.
* Biblia Anglica, in 12. Londini M. 8.
* Pentat. Hispan. Serrani, in 4°. Amstel.
* Genesis capita 4. Hebr. Lat. 8°. Francof. A. 11.
* Psalterium Hebraicum, in 4°. Amstelod S. 15.
† Nov. Testam. Latinum, in 12. Parisiis.
† Nov. Testam. Lat. Huré, 2. vol. in 12. Rothomagi R. 1.
* Nov. Testam. Lat. Castalionis, in 8°. Francof. F. 7. D. 6.
Nov. Testam. Belgicum, in 12. Amstelodami S. 18.
† Evangelium Matthæi Latinum, in 12. Parisiis R. 1.
† Evangelia IV. Venedicè, in 8°. Budissinæ R. 1.

M. DC. XCVI.

Biblia Lat. ex Græco, in 12. Amstelodami D. 6.
† Biblia Lat. Seb. Schmidii, in 4°. Argentor. R. 1.
† Biblia Gall. de Saci, 25. vol. in 8°. Parisiis R. 1.
† Eadem, 25. vol. in 8°. Lugduni, 32. vol. in 12. Amstelod.
* Biblia Germanica Lutheri, Franc. & Lips. in 8°. Witteb.
* Biblia Belgica, in 8° Dordraci O. 6.
† Pentateuchus Lat. J. Clerici, in folio, Amstelod. O. 1.
* Genesis capita 4. Æthiop. Lat. in 4°. Francof. B. 6.
† Novum Testam. Latinum, in 16. Bruxellis R. 1.
* Nov. Test. Lat. Castalionis, in 12. Londini W. 2.
Nov. Test. Gallicum Amelotte, in 12. Parisiis.
† Nov. Testam. Gall. Quesnel, 4. vol. in 8°. Ibid. O. 1.
† Nov. Test. Gall. Genev. in 4°. Ultrajecti A. 11. R. 1.
* Novum Testam. Germanicum, in 8°. Lipsiæ C. 9.
Nov. Testamentum Germ. in 12. Amstelodami W. 2.

M. DC. XCVII.

† Biblia Græca, 2. vol. in 8°. Lipsiæ Goslariæ F. 7.
† Biblia Latina, 6. vol. in 24. Parisiis, Leonard.
† Biblia Lat. Castalionis, in fol. Francofurti R. 1.
Biblia Germ. Lutheri, in 8°. Wittebergæ D. 6.
* Eadem, in fol. Francofurti & Lipsiæ B. 6.
* Biblia Germ. Vinariensia, in fol. Norimbergæ M. 8.
* Pent. Hebr. & Chald. in 4°. Durenfurti V. 15.
† Psalterium Lat. Jos. Cari, in 4°. Romæ A. 11.
Nov. Testam. Græcum, in 8°. Francofurti in 24. Lipsiæ D. 6.
† Nov. Test. Latinum, in 24. Lovanii.
† Nov. Testam. Lat. Gall. 2. vol. in 12. Montibus R. 1.

† Nov. Testam. Gall. Montense cum fig. 2. vol. in 12 Ib. *O.* 1. A

* Nov. Test. Gall. & German. in 8°. Francofurti.

* Nov. Test Belgicum, in 12. Embricæ.

Nov Testam. Belgicum, in 12. Amstelodami *S.* 18.

M. DC. XCVIII.

* Biblia German. Lutheri, in 8°. Stadæ, in fol. & in 4° Francofurti.

† Psalmi X. Hebr. Lat. in fol. Amstelodami *R.* 1.

† Novum Testam. Armenum, in 8°. Amstelod. *R.* 1.

Nov. Test. Polyglotton, in fol. Londini.

† Nov. Test. Gr. in 12. Amst. *R.* 1. *C.* 9.

† Nov. Test. Gr. Lat. in 12. Amstel. *R.* 2.

* Nov. Test Gr. Belgicum, in 12. Ibid.

† Nov. Test. Lat. in fol. Ibid. *O.* 1. in 12. Bruxellis.

† Nov. Test. Lat. Bezæ, in 24. Londini.

† Nov. Test. Lat. Clerici, 2. vol. in fol. Amstelod. *O.* 1.

* Nov. Testam. German. in 12. Amstel. Slesvici *S.* 13. *D.* 6. C

† IV. Evangelia Moscoviticè, in folio, Moscuæ.

M. DC. XCIX.

† Biblia Hebr. Jablonski, in 4°. Berolini *D.* 6.

* Biblia Lat. Castalionis, in fol. Londini.

Biblia Gallica Genevensia, in 12. Amstelodami.

Biblia German. Lutheri, in 8°. Lipsiæ.

* Biblia Danica, in 8°. Hafniæ *N.* 6.

* Biblia Anglica, in 4°. & in 16. Londini *W.* 8.

† Heptateuchus Anglo-Saxon. in 4°. Oxoniæ *R.* 1. D

† Canticom Canticor. Gallicè, Guyon, in 12 Coloniæ *O.* 1.

† Novum Testamentum Græcum, in 12. Amstelodami.

† Novum Testam. Gallicum Montense, in 12. Montibus.

† Nov. Testam. Gall. Quesnel, 4. vol. in 8°. Parisiis.

Nov. Testam. Germ. Lutheri, 8°. Stutgardiæ *D.* 6.

Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 12. Lipsiæ *D.* 6.

* Nov. Testam. Helveticum, in 12. Tiguri *O.* 6.

M. DCC.

† Biblia Hebr. David Nunnes Torres, in 12. Amstelod. *P.* 7.

† Eadem cum comm. 4. vol. in 12. Ibid. *P.* 7.

* Biblia Arabica, in folio.

† Biblia Gallica de Saci, 3. vol. in 4°. Bruxellis *R.* 1.

* Biblia Germ. Lutheri, 4°. Witteb *D.* 6.

* Eadem, in 4°. Francofurti, in folio, & in 4°. Norimbergæ.

* Biblia Belgica in folio, Dordraci *O.* 6.

† Pentat. Hebr. Chald. in 12. Amstelod. *P.* 7.

† Pentateuchus Hebraicus, in 12. Amstelod. *P.* 7.

Genesis capita 5. Arab. Lat. in 4°. Francof. *D.* 6.

* Esther Græcè, in 4°. Lipsiæ.

† Psalterium Gall. Loriot, 3. vol. in 12. Parisiis *R.* 1.

B † Psalterium Anglicum, in 12. Parisiis.

* Canticum Cant. Anglicè, 8°. Londini.

Nov. Testam. Gr. Lat. Erasmi, in 8°. Francofurti *F.* 7.

† Nov. Testam Gallicum Montense, in 12. Bruxellis *R.* 1.

* Nov. Testam. German. Rabbin. in 4°. Francofurti *F.* 9.

† Oratio Dominica C. linguis, in 4°. Oxonii *R.* 1.

* Epistolæ ad Titum & Philemonem, Syr. & Lat. in 4°. Argentor. *W.* 9.

M. DCC. I.

† Biblia Lat. Gall. de Saci, 4. vol. in folio, Leodii *R.* 1.

† Biblia Gallica de Saci, 2. vol. in 4°. Parisiis *R.* 1.

† Eadem, 8. vol. in 12 Bruxellis.

† Eadem, 9. vol. in 12. Antuerpiæ.

Biblia Germ. Ulembergii, in folio, Bambergæ *D.* 6. *F.* 7.

* Biblia Germ. Lutheri, in folio, Francof. Lipsiæ *F.* 7.

† Biblia Anglica, 2. vol. in folio, Londini *W.* 8.

† Pentateuchus Hebr. *bis* in 12. Amstelod. *P.* 7. *W* 9.

Genesis Latin. ex Hebr. in 4°. Giessæ *D.* 6.

† Psalterium Æthiopicum, in 4°. Francof. *R.* 1.

† Psalterium Æthiop. Lat. in 4°. Francof. *R.* 1.

* Psalterium German. Ulembergii, in 8°. Coloniæ *F.* 7.

† Psalterium Anglicum, in 8°. Londini.

† Libri Sapientiales Gallicè, in 8°. Parisiis *R.* 1.

E † Canticum Cantic. Æthiop. 4°. Francof. *R.* 1.

Daniel Lat. ex Hebr. in 4°. Giessæ *D.* 6.

* Nov. Testam. Græcum, in 24. Amstelod. *D.* 6. *F.* 7.

* Nov. Testam. Gr. in 8°. & in 12. Londini *D.* 6. *F.* 7.

* Nov. Testam. Gall. Genevense, in 8°. Genevæ.

† Nov. Testam. Belgicum, 2. vol. in 12. Antuerpiæ.

* Nov. Testam. Lithuanicum, in 4°. Regiomonte *L.* 8. A

M. DCC. II.

* Biblia Hebraica, in 12. Amstelodami *F.* 7.
† Biblia Lat. Gall. de Saci, 3. vol. in folio, Leodii *O.* 1.
† Eadem, 16. vol. in 12. Parisiis *R.* 1.
† Biblia Gallica Genev. in folio, Amstelodami *R.* 1.
* Biblia German. Dietembergeri, in folio, Coloniæ *F.* 11.
* Biblia Germ. Ulembergii, in 8°. Bambergæ. B
* Biblia German. in 12. Halæ, 8°. Wittebergæ, 6. in folio, Stadæ.
* Pentat. Hebr. Germ. in 4°. Amstelodami *O.* 15.
† Genesis capita 4. Heptagl. in 4°. Francof. *R.* 1.
† Psalterium Gallicum Lallemant, in 12. Parisiis *R.* 1.
† Novum Testam. Græcum, in 8°. & in 24. Lipsiæ *R.* 1.
* Nov. Testam. Græco-Germ. Lutheri, in 12. Luneb. *F.* 10.
* Nov. Testam. Gall. Amelotte, in 24. Parisiis. C
† Nov. Test. Gall. Quesnel, 4. vol. in 12. Leodii.
† Nov. Test. Gall. Simon, 4. vol. in 8°. Trevoltii *R.* 1.
† Nov. Testam. Italicum, in 12. Lipsiæ *O.* 1.
† Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 8°. Luneburgi *F.* 10.
† Nov. Testam. Belgicum, 2. vol. in 12. Antuerpiæ.
* Nov. Testam. Russicum, in 8°. Moscuæ *L.* 8. D

M. DCC. III.

* Biblia Latina Junii, in 8°. Tiguri, Basileæ *O.* 6. *F.* 7.
† Biblia Gallica de Saci, 8. vol. in 16. Montibus.
* Biblia German. Vinariensia, in folio, Norimb. *F.* 7.
† Biblia Suecica, in folio, Holmiæ. *Bibliotb. Bignonianæ.*
* Specimen versionis Angl. in 8°. Londini *A.* 11.
* Pentat. Hebr. & Chald. in 4°. Amstelod. *W.* 9. E
† Psalterium Hebraicum, in 16. Amstelod. *P.* 7.
† Psalt. Lat. Gall. Vignier, in 12. Parisiis *O.* 1.
* Oseas Hebr. & Lat. in 4°. Helmstadii.
* Nov. Test. Gr. Jo. Gregorii, in folio, Londini *R.* 1.
† Nov. Test. Gr. Pritii, in 12. & in 24. Lipsiæ.
* Nov. Testam. Barbaro-Græcum, in 12. Londini *B.* 6.
† Nov. Test. Latinum, in 24. Parisiis, *bis R.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Amelotte, in 12. Parisiis *R.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Simon, 4. vol. in 8°. Rothomagi *O.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Bouhours, 2. vol. in 12. Parisiis *R.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Huré, in 12. & in 24. Parisiis *R.* 1.
† Nov. Testam. Gall. Joan. le Clerc, 2. vol. in 4°. Amstelod. *O.* 1.
† Nov. Testam. Germ. Lutheri, in 8°. Bremæ.
* Nov. Testam. German. Trilleri, in 8°. Amstelodami.
* Nov. Testam. German. Reizii, in 8°. Offembaci.
* Evang. & Epist. Letticè, Rigæ *N.* 6.
* Oratio Dominica linguis C. in 4°. Berolini.

M. DCC. IV.

† Biblia Gallica de Saci, in folio, Leodii (*Rothomagi.*)
Biblia Germanica Ulembergii, in 8°. Coloniæ.
* Biblia Germanica Lutheri, in fol. Raceburgi, Francof. *D.* 6. *N.* 6.
* Eadem, in 8°. Lipsiæ *O.* 6. Stutgardiæ *F.* 7.
* Biblia Germ. R. Hhaiim, in 4°. Dyrenfurti *V.* 15.
† Biblia Anglica, in 8° Londini *O.* 6.
* Biblia Hungarica, Gasp. Caroli, in 4°. Cassellis.
* Pentat. Hebraicus, in 4°. Dyrenfurti *V.* 15.
* Ecclesiastes Lat. Schmidii, in 4°. Argentorati.
† Nov. Testam. Græcum, in 24. Parisiis *R.* 1.
† Nov. Testam. Lat. in 24. Bruxellis.
† Nov. Testam. Gallic. Quesnel, in 16. Parisiis.
† Nov. Testam. Gall. Bouhours, 2. vol. in 16. Ibid. *P.* 3.
* Nov. Testam. German. Lutheri, in 8°. Stutgardiæ.
* † Epist. 4. Canon. Lat. ex Syr. in folio, Paris. *R.* 2.

M. DCC. V.

† Biblia Hebr. 2. vol. in 8°. Amstelod. *R.* 1. *O.* 1. in 12. Ibid. *L.* 9.
* Biblia Hebræa, in 4°. Halæ Magdeburgicæ *O.* 6.
† Biblia Lat. 7. vol. in 16. Parisiis *R.* 1.
* Biblia Latina, in 8°. Viennæ Austriæ.
Biblia Gallica Genev. 4°. Genevæ *O* 6.
* Biblia Germanica Ulembergii, in 8°. Coloniæ *D.* 6.

* Biblia Germ. Lutheri, in folio, Luneburgi, in 4°. & in 8°. Lipsiæ *A.* 11.
* Biblia Anglica, in 12. Londini *W.* 8.
* Pentateuchus Hebr. cum 3. Targum, in 4°. Berolini *A.* 11.
* Pentat. Samaritani excerpta, in 4°. Cizæ *A.* 1.
* Psalt. Hebr. & Germ. in 8°. Dyrenfurti *V.* 15.

† Psalt. Lat. Gall. in 8°. Parisiis *R.* 1.

* Ecclesiastes Germanicè, in 8°. Halæ. in 4°. Pragæ *V.* 15.
* Sapientia Salomonis German. in 8°. Halæ *F.* 7.

Prophetæ & Chetuvim Germ. in folio, Lublini *V.* 15.

† Nov. Test. Lat. Erasmi, in fol. Leidæ *R.* 1.

Novum Testamentum Gr. German. in 8. Giessæ.

† Novum Testam. Gall. Quesnel, in 8°. in 12. Parisiis.

* Nov. Test. Gall. Genev. in 8°. Londini.

† Nov. Test. German. Lutheri, in 8°. Giessæ.

* Nov. Testam. Helveticum, in 8°. Tiguri *O.* 6.
* Nov. Test. Belgicum, in 8°. Embricæ *T.* 11.

M. DCC. VI.

* Biblia Hebraica, in 4°. Francofurti.

† Biblia Latina du Hamel, in folio, Parisiis *R.* 1.

Biblia Germ. Lutheri, in 12. Norimb. Lipsiæ, Witteb.

* Biblia Germ. Vinariensia, in fol. Norimbergæ.
* Biblia Belgica, in 8°. Amstel. *O.* 6.
* Biblia Anglica, in 12. Londini *W.* 8.
* Pentateuch. Hebr. in 4°. Dyrenfurti *V.* 15.
* Idem Hebr. & Chald. in 4°. Ibidem. *V.* 15.
* Psalterium Arabicum, in 4°. Alepi.
* † Psalterium Gallicum Macé, in 12. Parisiis *R.* 1.

† Psalterium Gallicum le Noble, in 8°. Parisiis *R.* 1.

* Ecclesiasticus Germ. Arnold, in 8°. Halæ *L.* 10.
* Joël Hebraicè, in 8°. Helmstadii.

† Jonas Æphiopico-Latinus, in 4°. Francofurti.

† Nov. Test. Gr. Lat. Erasmi., in folio. Leidæ.

† Nov. Testam. Gall. Montense, in 12. Leodii *P.* 3.

† Nov. Testam. Gallicum Huré, in 12. & in 24. Parisiis.

* Nov. Test. Gall. Genev. in 8°. Londini.

A * Nov. Test. Germ. Reizii, in 8°. Offenbaci *F.* 10.

† Nov. Test. Veteri lingua Anglica, in 8°. Londini *R.* 1.

IV. Evangelia Arabicè, in fol. Alepi.

M. DCC. VII.

* Biblia Hebraica Latina Ariæ, in fol. Francofurti *F.* 1.
* Biblia Hebraica, in 4°. Venetiis *R.* 1.
* Biblia Gr. Grabii, in folio & in 8°. Oxonii 1707.

† Biblia Latina, in 4°. Rothomagi.

B † Biblia Gall. Lovaniensia, in 4°. Rothomagi.

† Biblia Gallica de Saci, in 8°. in fol. & in 16. Parisiis.

* Biblia Gallica Genevensia, in fol. Amstelodami.
* Biblia Germanica Lutheri, in 4°. Lipsiæ.
* Biblia Germ. Lutheri, in fol. & in 8°. Luneburgi, in 4°. Francof.
* Biblia Helvetica, in 12. Tiguri *O.* 6.
* Geneseos capita IV. Æthiop. in 4°. Francof.
* Psalt. Hebr. in 12. Dyrenfurti. *V.* 15.

C Psalmi Hebr. & German. in 12. Francofurti *W.* 9.

* Tobias Hebraicè Venetiis *V.* 15.

† Nov. Test Gr. Millii, in folio, Londini *O.* 1.

* Nov. Testam. Gall. de Saci, in 24. Parisiis.

† Nov. Testam. Gall. Amelotte, in 16. Parisiis *P.* 3

† Nav. Testam. Gall. Genevense, in 8°. Bernæ *D.* 6.

* Nov. Testam. German. Lutheri, in 8°.

D Bremæ, in 12. Francof.

* Nov. Test. Belgicum, in 12. Embricæ *T.* 11.
* Nov. Testam. Polonicum, 12. Dresdæ.

N. DCC. VIII.

Biblia Lat. ex Hebr. Schmidii, in 4°. Argent. *A.* 11.

* Biblia Gallica Genevensia, in folio, Amstelodami.
* Biblia German. Lutheri, in folio, Norimb. Lipsiæ, Hamburgi.
* Eadem, in 4°. Argentor. in 8°. Stetini,

E Halæ.

* Pentat. Hebr. & Chald. Francof. ad Oderam.

† Libri Historici Vet. Test. Lat. in fol. Amstelod. *R.* 1.

* Job Germanicè Korthumi, 4°. Lipsiæ.

† Psalterium Hebr. in 16. Amstelod.

† Psalterium Gallicum Lallemant, in 12. Parisiis.

† Nov. Test. Syriacum Caroli Schaaf, in 4°. Leidæ *R.* 1.

* Nov. Testam. Græcum, in 12. Tiguri.

* Nov. Test. Gr. Lat. Bezæ, in 12. Ibid. A
* Nov. Testam. Gallicum Bouhours, in 12. Parif.
* Nov. Testam. Polonicum, in 12. Bregæ Silesiorum *V.* 15.

M. DCC. IX.

† Biblia Hebraica Opitii, in 4°. Kiloni *O.* 1.
† Biblia Græca Lamberti Bos, in 4°. Amstel. *O.* 1.
* Biblia German. Lutheri, in 8°. Sondershusæ *B.* 23.
† Psalt. Lat. Gall. de Carrieres, 2. vol. in 12. Remis *O.* 1.
* Nov. Testam. Græcum, in 12. & in 24. Lipsiæ *T.* 11.
* Nov. Testam. Belgicum, in 12. Embricæ *T.* 11.

M. DCC. X.

* Biblia Germ. Lutheri, 8°. Lipsiæ, Stadæ.
* Biblia Moscovitica, in 4°. Amstelod.
* Pentat. Hebræus, in 8°. & in 24. Dyrenfurti *V.* 15.
* Pentat. Hebr. & Chald. in 24. Berolini *V.* 15.
* Pentat. Latinus Jo. Clerici, in folio, Amstelod.
* Libellus Ruth Hebr. & Lat. in 8°. Trajecti ad Rh.
* Psalmi VII. Pœnit. Gall. in 12. Parisiis *T.* 11.
* Novum Testam. Græcum, in 12. Gothæ *T.* 11.
* Nov. Testam. Barbaro-Græcum, in 12. Halæ Sax. *A.* 11.
† Nov. Testam. Gall. Amelotte, in 12. & in 24. Lugduni.
* Nov. Testam. Gall. Montense, in 8°. Francof. *T.* 11.
† Nov. Testam. Gall. de Carrieres, 4. vol. in 12. Remis *O.* 1.
* Nov. Testam. German. Lutheri, in 8°. Javoriæ *V.* 15.

M. DCC. XI.

* Biblia Hebr. Jo. Hern. Maii, in 8°. Jenæ.
* Biblia Hebr. sine punctis, in 16. Jenæ.
* Pentat. Hebr. & Chald. in 4°. Dyrenfurti *V.* 15.
† Nov. Testam. Græcum, in 12. Amstelod. *R.* 3.
* Nov. Testam. German. Lutheri, in 8°. Bremæ. E.

M. DCC. XII.

* Biblia quadrilinguia Reineccii, in folio, Lipsiæ *T.* 11.
† Biblia Gallica Calmet, 7. vol. in 4°. Parif. *R.* 1. *O.* 1.
† Job Gallicè de Carrieres, in 12. Remis *O.* 1.
† Libri Sapientiales Gall. ejusdem 2. vol. in 12. Ibid. *O.* 1.

* Evang. Matthæi Octolingue, Moscuæ *T.* 11.
† Biblia Græca Reineccii, in 4°. Lipsiæ *T.* 11.
* Nov. Testam. Italicum, 2. vol in 8°. Christian Erangæ *A.* 11.

M. DCC. XIII.

* Biblia quadrilinguia Reineccii, 2. vol. in folio, Lipsiæ *T.* 11.

M. DCC. XIV.

* Genesis Hebraicè, in 4°. Hamburgi *W.* 9.

M. DCC. XV.

B * Biblia Danica, in 8°. Hafniæ.
* Biblia Suecica, in 8°. Holmiæ *W.* 8.
* Targum in Chronica Wilkins, in 4°. Amstelod. *W.* 8.
* Nov. Testam. Malabaricum, 2. vol. in 4°. in Tranquebar.
† Nov. Testam. Græcum, 2. vol. in 12. Parisiis.
* Nov. Testam. Græcum, in 12. Londini.
* Oratio Domin. Polyglotta, 4°. Amstel.
* Acta Apost. Græcè, in 8°. Oxonii *W.* 8.

M. DCC. XVI.

* Biblia Hebraica, 4°. Francofurti *O.* 6.
C † Biblia Gallica, Aug. Calmet, 23. vol. in 4°. Parisiis *O.* 1.
† Nov. Test. Copticum Wilkins, in 4°. Oxonii *O.* 1.
* Nov Test. & Libri Apocryphi Græcè, in 8°. Gothæ.
† Novum Testam. Latinum, 2. vol. in 16. Antuerpiæ.

M. DCC. XVII.

† Biblia Gallica de Saci, 4. vol. in folio, Parisiis *O.* 1.
† Biblia Gall. Lud. de Carrieres, 22. vol. in 12. Parisiis *O.* 1.
D † Biblia Danica, in 8°. Hafniæ.
† Psalmorum nova versio Gallica, in 12. Parisiis.
† Nov. Test. Belgicum, in 12. Antuerp.

M. DCC. XVIII.

† Biblia Danica, in 8°. Hafniæ.
* Biblia Wallica, in 8°. Londini.
* † Biblia Germ Lutheri, 12. Halæ Sax.
* Biblia Rhætica nova, in folio, Coiræ.
† Nov. Testam. Gallicum Lenfant, 2. vol. in 4°. Amstelod.
† Novum Testam. Belgicum, 2. vol. in 12. Ultrajecti.

M. DCC. XIX.

* Pentat. & Psalmi Lusitanicè, Tranquebariæ.
† Nov. Testam. Gallicum de Saci, in 12. Parisiis.
† Novi Testamenti versio nova Gallica, in 12. Parisiis *O.* 1.

M. DCC. XXI.

† Biblia Lat. ex duplici versione, 2. vol. in folio, Parisiis.

* Nov. Test. Gr. Lat. Bentlei, 2. vol. in folio, Londini 528.

Parisiana Bibliotheca maximâ sacrorum Bibliorum copiâ ditissima hæ sunt: Bibliotheca Colbertina, Collegii Ludovici Magni, Dominicana invicto S. Honorati, Mazarinea, Oratoriana, San-Genovefaana, Sorbonica, Soubiziana, Telleriana, Victorina, quibus omnibus præstat Regia. In aliis Europæ partibus istboc librorum genere commendantur Bibliotheca Bodleiana, Berolinensis sive Brandeburgica, Guelferbytana, &c. sed has omnes superavit Bibliotheca Adriani Paw. Hollandiæ Pensionarii, in cujus Catalogo anno 1654. editio integrorum Bibliorum diversæ editiones ad minimum trecenta numerantur.



DELECTUS

PRÆCIPUARUM

SACRÆ SCRIPTURÆ

EDITIONUM

Octo & quadraginta linguis exaratarum.

§.

Biblia *Æthiopica*. Geneseos capita 4. Æthiop. Lat. Petræi, in 4°. Leidæ 1660. Francofurti 1696 1670.

Ruth. Æthiop. Lat. Nissclii, in 4°. Leidæ 1660.

Psalmi & Canticum Canticor. Æthiop. Potken, in 4°. Romæ 1513.

Iidem Æthiop. Lat. Ludolfi, in 4°. Francofurti 1701.

Joel, Jonas, Sophonias, Malachias, Æthiop. Lat. Petræi, in 4°. Leidæ 1660-61.

Nov. Testam. Æthiopicè, in 4°. Romæ 1548-49.

Idem Æthiop. & Lat. V. *Biblia Polyglotta* 1657.

§.

Biblia *Anglica* Catholicorum, 2. vol. in 4°. Duaci 1610.

Psalmi, in 12. (Parisiis) 1700.

Nov. Test. in 4°. Rhemis 1582. in folio, Londini 1602.

Idem veteri lingua Anglica, in 8°. Londini 1706.

Biblia Anglica Coverdalii, in fol. Londini 1535.

Biblia Anglica Thomæ Matthæi, in fol. Ibid. 1537.

Biblia Anglica Rich. Taverneri, in fol. Ibid. 1539.

Biblia Anglica Tonstalli & Heathi, in fol. Ibid 1549.

A Biblia Anglica Genevensia, in fol. Genevæ 1562. Londini 1657.

Biblia Anglica Episcopalia, in fol. Londini 1612. Cantabrigiæ 1660.

Pentateuhc. &c. Angl. Ainwort, in fol. Londini 1634.

Psalmi ex versione Cidder, in 8°. Londini 1701.

§.

Biblia *Anglo-Saxonica*. Heptateuchus & liber Job ex versione Ælfrici, in 4°. Oxoniæ 1699.

Fragmenta ex V. & N. Testamento, in 4°. Londini 1637.

B Psalt. Lat. Saxon. Spelmanni, in 4°. Londini 1640.

Evangelia quatuor, Saxonicè & Anglicè, in 4°. Ibid. 1571.

Evangelia, quatuor Anglo-Saxon. in 4°. Dordrechti 1665.

§.

Biblia *Arab*. V. *Biblia Polyglotta*, 1645. 1657.

Biblia Arabica & Latina, 3. vol. in fol. Romæ 1671.

Pentateuchus, studio Th. Erpenii, in 4°. Leidæ 1622.

C Psalmi Arab. Lat. Vict. Scialac, in 4°. Romæ 1614.

Nov. Testam. studio Th. Erpenii, in 4°. Leidæ 1616.

IV. Evangelia Arab. Lat. in fol. Romæ 1591.

Epistolæ ad Galatas Arab. Lat. Spey, in 4°. Heidelb. 1583.

Epist. ad Titum Arab. Lat. Antonidæ. in 4°. Leidæ 1612.

Epist. 3. S. Joan. Lat. Arab. Bedwelli, in 4°. Ibid. 1612.

D Epist. S. Judæ Arab. Lat. Kirstenii, in fol. Breslæ 1611.

§.

Biblia *Armena*, studio Oscan, in 4°. Amstelod. 1666.

† Obadias Armen. Lat. Acoluthi, in 4°. Lipsiæ 1680.

Novum Testamentum, in 8°. Ibidem 1668. 1698.

§.

Biblia *Belgica*, in fol. Colon. 1475. Antuerp. 1540.

E Eadem revisa à Nic. de Wingh, in fol. Lovanii 1548.

Eadem juxta editionem Latinam Clementinam, folio, Antuerpiæ 1599. 1657.

Nov. Testamentum ex versione Corn. Hendrickz, in 8°. Delphis 1524.

Idem ex versione Gallica Montensi, in 12. Embricæ 1697.

Biblia Belg. Calvin. in 4°. Emdæ 1656. in fol. Ibid. 1665.

Eadem, in fol. Amstel. 1614. Nova, in fol. Leidæ 1687.
Novum Testamentum ex versione Vitenhouen, in 8°. Delphis 1589.
Idem, Christiani Hartsoeker, in 12. Amstel. 1680.

§.

Biblia *Berriensia*. Novum Testamentum lingua Berriensi *vulgo* des Basques, Joannis de Liccarague, in 8°. Rupellæ 1571.

§.

Biblia *Bohemica* Thaboritarum, Venetiis 1506.
Biblia Bohemica, in fol. Pragæ 1549. 1561.
Biblia Bohemica Lutheranorum, 6. vol. in 4°. Kralitz 1593.
Novum Testamentum Bohemicè, in 4°. *absque loco* 1601.

§.

Biblia *Chaldaica* V. *B. Polygl.* 1517. 1572. 1645. 1657.
Targum in Chronica, Beckii, 2. vol. in 4°. Augustæ 1683. Amstelod. 1715.

§.

Novum Testamentum Copticum Wilkins. in 4°. Oxonii 1716.

§.

Biblia *Croatica*. Psalmi Truberi, in 4°. Tubingæ 1566.
Nov. Testamentum ex ejusdem versione, in 4°. Ibidem 1553.

§.

Biblia *Danica* Petri Palladii, in folio, Hafniæ 1550.
Eadem recusa à Theologis Hafniensibus, in fol. Ibidem 1589.
Eadem ex versione J. P. Resenii, in fol. Ibid. 1647.
Pentat. ex versione Jo. Tausani, in 8°. Magdeb. 1537.
Judices ex versione Tidemanni, in 8°. *absque loco* 1532.
Psami ex versione Fr. Vormundi, in 8°. Rostochii 1528.
Psalmi ex versione Chr. Petri, in 8°. Antuerp. 1528.
Ecclesiasticus ex versione Tausani, in 8°. Magd. 1541.
Nov. Testamentum ex versione J. Michaelis, in 8°. Antuerp. 1529.
Idem ex versione Christ. Petri, in 8°. Ibidem 1531.

§.

Biblia *Finnica* Æschilli Petræi, in fol. Holmiæ 1642.
Eadem ex versione Henr. Florini, in 4°. Aboæ 1685.
Nov. Testament. & Psalmi Mich. Agricolæ, in 4°. Holmiæ 1648.

§.

† Biblia *Formosana* Evangelia Matthæi & Joannis, lingua Formosana, cum versione Belgica, in 4. Amstelod. 1661.

§.

Biblia *Gallica* Guiarti des Moulins, 2. vol. in fol Parisiis (1487.)
Eadem, in fol. *ex seq. castionibus alterum exemplar.*
Biblia *Jacobi Fabri Stapul.* in folio, Antuerpiæ 1530. 1534.
Biblia Lovaniensia, in fol. Lovanii 1550. Antuerp. 1578.
Biblia Lovaniensia, in fol. Parisiis 1608. 1621.
Biblia Renati Benoist, in folio, Parisiis 1566.
Biblia Jacobi Corbin, 8. vol. in 16. Parisiis 1643.
Biblia Mich. de Marolles, in folio, Parisiis 1671.
Biblia Lud. Isaaci de Saci, 25. vol. in 8°. Parisiis 1696.
Eadem, 3. vol. in 4°. Bruxellæ 1700. 2. vol. in 4°. Parisiis 1701.
Eadem, 3. vol. in folio, Leodii 1702.
Biblia Gallica Calmet, 17. vol. in 4°. Parisiis 1712-15.
Psalmi Jacobi Fabri Stapulensis, in 8°. Parisiis 1525.
Psalmi Gabrielis du Puisherbaut, in 8°. Ibidem 1555.
Psalmi Regin. de Beaune, in 8°. Ibid. 1587.
Psalmi Rodolphi le Maitre, in 12. Ibid. 1629.
Psalmi Michaelis de Marolles, in 8°. Ibidem 1644.
Psalmi ex duplici versione, in 12. Ibidem 1671.
Psalmi Francisci Macé, 8°. Ibidem 1686.
Psalmi Nicolai Cocquelin, in 8°. Ibid. 1686.
Psalmi Timoleontis de Choisy, in 4°. Ibidem 1687.
Psalmi Ludovici du Pin, in 12. Ibidem 1691.
Psalmi Jacobi de Melicques, in 8°. Ibidem 1705.
Psalmi Eustachii le Noble, in 8°. Ibidem 1706.
Psalmi Philippi Lallemant, in 12. Ibidem 1708.
Psalmi Ludov. de Carrieres, in 12. Ibidem 1709.
Novum Testam. Guiarti Desmoulins, in folio, Lugduni (1477.)
Nov. Testam Jacobi Fabri Stapulensis, 2. vol. in 8°. Parisiis 1523. in folio, Neocomi 1534.
Nov. Testam. Mich. de Marolles, in 8°. Parisiis 1649. 1655.
Nov. Testam. Dion. Amelotte, in 8°. Parisiis 1666. in 12. 1677.

Nov. Testam. Montense, 2. vol. in 12. Montibus 1667.

Idem absque notis, in 12. Ibid. 1667. in 4°. Ibid. 1668.

Idem Latin. Gall. 2. vol. in 12. Ibidem 1684. cum figuris 1697.

Nov. Testam. Antonii Godeau, 2. vol. in 8°. Parisiis 1668. in 12. Ibid. 1672.

Nov. Testam. Pasch. Quesnel, 4. vol. in 8°. Ibid. 1692. 1699

Nov. Testam. Rich. Simon, 4. vol. in 8°. Trevoltii 1703.

Nov. Testam. Dom. Bouhours, 2. vol. in 12. Paris. 1703. 1704.

Nov. Testam. Caroli Huré, 4. vol. in 12. Parisiis 1705.

Nov. Testam. Lud. de Carrieres, 4. vol. in 12. Remis 1712.

Biblia Genevensia Olivetani, in folio, Neocomi 1535.

Eadem revisa, in 4°. Genevæ 1540. Lugduni 1545.

Eadem revisa, in 4°. Typis Joan. Crispini 1551. in folio, Lugd. 1554. in 4°. Genevæ 1558. in folio, Typis Rob. Stephani 1560. in folio, Typis Henr. Stephani 1565. in folio, Genevæ 1588. 2. vol. in folio, Amstelodami 1669. 1707.

Biblia Sebastiani Castalionis, in folio, Basileæ 1555. Lipsiæ 1697.

Biblia Joannis Diodati, in folio, Genevæ 1644.

Psalmi Ludovici Budé, in 8°. Genevæ 1551.

Novum Testamentum Olivetani, in 12. *absque loco* 1539.

Nov. Testam. Stephani Dolet, in 12. Lugduni 1544.

Nov. Testam. Lat. Gall. in 8°. Basileæ, Badii 1555.

Nov. Test. Genev. in 12. Genev. 1560. in 4°. Trajecti 1696.

Nov. Testam. Joan. Clerici, 2. vol. in 4°. Amstelod. 1703.

Nov. Testam. Dav. Lenfant, 2. vol. in 4°. Ibidem 1718.

§.

Biblia *Germanica*, in folio, Nórimb. 1477. *vel alia editio.*

Biblia Joan. Dietembergeri, in fol. Moguntiæ 1534.

Biblia Joannis Eckii, in folio, *absque anno* 1537. Ingolstadii 1602.

Biblia Casparis Ulembergii, in folio, Coloniæ 16.0.

Eadem revisa à Theologis Moguntinis, in folio, Moguntiæ 1662.

Novum Testamentum Emseri, in folio, Dresdæ 1527. in 8°. Lipsiæ 1528.

Bibl. Martini Lutheri, in folio, Witteb. 1534-35. 1542. 1545.

A Eadem, 2. vol. in 4°. Ibid. 1546. in fol. Tubingæ 1591.

Eadem, à Paulo Ebero recensita, in 4°. Witteb. 1565.

Eadem, cum expositione Osiandri, in folio, Stutgardiæ 1610.

Eadem Vinariensis dicta, in folio, Norimb. 1641.

† Eadem ex recensione Geieri, 4. vol. in 4°. Luneburgi 1670.

Eadem cum notis Calovii, in fol. Wittebergæ 1682.

B Eadem, ex recensione Prethenii, in fol. Schleusingæ 1684.

† Eadem ex recensione Jo. Diecmanni, in 8°. Stadæ 1690.

† Job Ren. Andr. Kortumii, in 4°. Lipsiæ 1708.

Psalmi Adami Reusneri, in 8°. Francofurti 1568.

Psalmi Martini Opitii, 12. Luneburgi 1641.

† Ecclesiastes Christ. Seebachii, in 8°. Halæ 1705.

Canticum Christ. Welbameri, in 4°. Norib. 1636.

C Idem, Ernesti Mulleri, in 8°. Francofurti 1556.

† Esaias R. A. Kortumii, in 4°. Lipsiæ 1709.

Sapientia & Ecclesf. Got. Arnoldi, in 8°. Halæ 1705.

Nov. Testamentum Joan. Adami Loniceri, in 8°. Francof. 1590.

Nov. Test Casp. Triller, in 8°. Amstelod. 1703.

† Nov. Test. ex recens. Jo. R. Hedingeri in 8°. Bremæ 1709.

D IV. Evangelia, &c. Eliæ Schadæi, in 8°. Argent. 1592.

Biblia Lutheri ad usum Calvin. in fol. Neostadii 1579.

Eadem, in 4°. Ibidem 1588. in 8°. Herbornæ 1595.

Eadem, in fol. Casellis 1601. Heidelb. 1617. Basil. 1665.

Biblia Joan. Piscatoris, 4. vol. in 4°. Herbornæ 1603.

Biblia ex recensione Calvinist. in folio, Francof. 1668.

E Pentateuchus Mich. Adam, in 4°. Constantiæ 1544.

Psalmi Rodolphi Gualteri, in 8°. Tiguri 1595.

Nov. Testamentum Jo. Jac. Breitengeri, in 4°. Ibidem 1629.

Idem Joan. Henr. Reizii, in 8°. Offenbaci 1703.

Biblia Ludovici Hetzeri, in fol. Wormatiæ 1529.

Nov. Testamentum Joan. Crellii, in 8°. Racoviæ 1630.

Idem

Idem Joannis Felbengeri, in 8°. Amſtelodami 1660.

Biblia R. Hhaiim, F. Nathan, in 4°. Pragæ 1674.

Biblia Jekutiel F. Iſaac, in 4°. Amſtelodami 1677.

Biblia Joſephi filii Alexandri, in folio, Ibid. 1679.

IV. Capita Geneſ. Judæor. in 4°. Conſtantiæ 1543.

Novum Teſtamentum Judæo-Germanicum Mulleri, in 4°. Francof. 1700.

§.

Biblia *Gothica*. IV. Evangelia. V. Eadem Anglo-Saxonica.

§.

Biblia *Græca*, in fol. Venetiis 1518. Baſileæ 1545. Romæ 1587.

Eadem, Francofurti 1597. Pariſiis 1628. in 4°. Londini 1653. † Lipſiæ 1697. in fol. Oxonii 1707. in 4°. Amſtel. 1709.

Pſalmi, in folio, Mediolani 1481. in 4°. Venetiis 1486.

Aldi *abſque anno*, in 8°. Oxoniæ 1678. in 4°. Romæ 1685.

Nov. Teſt. Gr. Lat. Eraſmi, in fol. Baſileæ 1516. 1519. 1522. 1527. 1535. 1570. 1659. in 4°. Tubingæ 1618.

Nov. Teſtam. Gr. in 4°. Haganoæ 1521. in 8°. Pariſiis 1534.

Nov. Teſt. Gr. R. Stephani 1546. 1549. 1550. 1551. 1568.

Nov. Teſtam. Græcum, in 12. Genevæ, Criſpini 1553.

Nov. Teſt. Gr. Lat. Bezæ, 1563. 1565. 1580. 1582. 1589. 1598

Nov. Teſtam. Gr. Lat. Bezæ, in folio. Cantabrigiæ 1642.

Nov. Teſtam. Gr. in 8°. Antuerpiæ, Plantini 1572.

Idem, in 16. Typis Henrici Stephani 1576. 1587.

Idem, in 4°. Genevæ 1619. Wittebergæ 1622.

Idem, in 16. Leidæ, Elzevirii 1624. 1633. 1648.

Idem in 24. Amſtelod. Blaeu 1633. in 8°. Londini 1633.

Idem, in fol. Pariſiis 1642. in 12. Argentorati 1645.

Nov. Teſtam. Gr. Lat. Eraſmi Schmidii, in folio, Norib. 1658.

Nov. Teſtam. Gr. in 8°. Oxonii 1675. in folio, Londini 1703.

Idem, ſtudio Joannis Millii, in folio, Oxonii 1707.

† Idem, ex recenſione Kuſteri, in folio, Amſtelod. 1709.

Nov. Teſtam. Græcum, in 12. Amſtelod. 1711.

Evang. Matthæi Gr. Belgicè, in 4°. Amſtelod. 1693.

A Epiſtolæ D. Pauli Gr. Lat. in 8°. Venetiis 1533.

§.

Biblia *Barbaro-Græca*, liber Job. V. Idem Hebraicè 1576.

Novum Teſtamentum, in 4°. Genevæ 1638. in 12. Londini 1703. Halæ 1710.

§.

Biblia *Hebraica*, in fol. Soncini 1488. Piſauri 1494.

Biblia Rabbinica, in fol. Venetiis 1518. 1526. 1549 Baſileæ 1619.

Biblia Hebraica, 4°. Venetiis Bombergi

B 1518. 1521. 1528. 1533 1544.

Biblia Hebr. Lat. Munſteri, in fol. Baſileæ 1535. 1546

Biblia Hebr. R. Stephani, 4°. Pariſ. 1544. 16. 1546.

Biblia Hebr. Plantini, in 4°. in 8°. & in 16. Antuerpiæ 1566.

Biblia Hebr. Lat. Ariæ Montani, in fol. Ibidem 1584.

Biblia Ebræa Eliæ Hutteri, in fol. Hamburgi 1587.

Biblia Hebr. ſtudio Judæor. in 4°. in 8°. & in 16. Francof 1595.

C Biblia Hebr, cum notis Hiſpanicis, in 4°. 1631.

Biblia Hebraica Manaſſeh ben Iſraël, in 4°. Amſtelodami 1635.

Biblia Hebr. R. Jacob Lumbroſo, in 4°. Venetiis 1639.

Biblia Hebraica R. Joſeph Athias, in 8°. Amſtelodami 1661. 1667.

† Biblia Hebr. ex recenſione Jablonski, in 4°. Berolini 1699. B. Hebr. ex recenſione E. van der Hooght, 2. vol. in 4°. Amſtelodami 1705. Opitii in 4°. Kilonii 1709.

D Pentat. Hebr. Chald. in 4°. 1490. in folio, Ulyſſip. 1497.

Pentat. & 5. Meghilloth, in 4°. Conſtantinopoli.

Idem Hebraicè Lat. 4°. Venetiis 1551.

Iidem cum triplici Targum, in 8°. 1591. 1614. in 4°. 1640.

Pentateuchus Hebraicus cum duplici Targum, in folio, Amſtelodami 1671.

Geneſis Hebr. Lat. Joannis Elai Terſeri, 8°. Upſaliæ 1652.

Prophetæ priores Hebraicè, Kimhi, in folio, Soncini 1486.

E Pſalmi Hebr. Lat. Jo. Coccecii, in 16. Franek. 1646.

Pſalmi 24. Hebr. Lat. Guidacerii, in 8°. Pariſiis 1541.

Cantic. Cant. Hebr. Lat. ejuſdem, in 4°. Ibid. 1531.

Ruth & Threni Hebr. Lat. Juſtiniani, in 4°. Ibid. 1520.

Eccleſiaſtes Hebr. Ital. de Pomis, in 8°. Venet. 1571.

Job Hebraicè & Barbaro-Græcè, in 4°. Constantinopoli 1576.

Job Hebr. Lat. Jo. H. Hottingeri, in 8°. Tiguri 1689.

Liber Tobiæ Hebraicè, in 4°. Constantinopoli 1517.

Idem Hebr. Lat. in 4°. Isnæ 1542. Basileæ 1542.

Nov. Testam. Hebr. Eliæ Hutteri, in 12. Londini 1661.

IV. Evang. Hebr Hotaris, in 4°. Nodenburgi 1660.

Eadem Hebr. Lat. Joan. B. Jonæ, in folio, Romæ 1668.

S. Matthæus Hebr. Lat. Munsteri, in folio, Basileæ 1537.

Idem Hebr. Lat. Joan. Merceri, in 8°. Parisiis 1555.

Epistola ad Hebræos Hebr. Lat. in 4°. Compluti 1526. in 8°. Basileæ 1582.

Eadem Hebr. Friderici Alberti Christiani, in 4°. Lipsiæ 1676.

§.

Biblia *Helvetica*, in folio, Tiguri 1529. 1531. 1545. in 4°. Ibidem 1552.

Eadem, in folio, Ibid. 1580. 1596. Nova, in folio, Ibid. 1667.

§.

Biblia *Hibernica* ex versione King, in 4°. Londini 1685.

Eadem, charactere Latino, in 8°. Londini 1685.

Novum Testam. Guill. Danielis, in 4°. Dublini 1602.

Idem litteris Anglo-Saxonicis, in 4°. Londini 1681.

§.

Biblia *Hispanica* Cassiodori de Reyna, in 4°. 1569. in folio, Amstelodami 1602. Judæorum, in fol Ferrariæ 1553.

Pentat. Manasseh ben Israel. in 8°. Amstelod. 1645.

Idem R. Joseph Franci Serrani, in 4°. Ibidem 1695.

Psalmi, in 4°. *vetustissima editio*, in 8°. Lugduni 1550. in 8°. Venetiis 1557. Judæorum, in 12. Amstelod. 1628.

Epistolæ & Evangelia de Montesino 1512. Bercinone 1601.

Nov. Testam. Francisci Enzinas, in 8°. Antuerpiæ 1542.

Nov. Testam. Joannis Perez, in 12. Venetiis 1656.

§.

Biblia *Hungarica* Georgii Kaldi, in folio, Viennæ 1626.

Eadem Casparis Caroli, in 4°. Hanoviæ 1608. in folio, Francofurti 1608. in folio Varadini 1654.

Nov. Testam. ejusdem, in 12. Amstelodami 1646.

§.

Biblia *Illyrica* Evangelia Cassii, in 4°. Romæ 1640.

§.

Biblia *Indica* Joan. Eliot, in 4°. Cantabrigiæ 1663.

Nov. Testam. lingua Indica, in 12. Londini 1646.

§.

Biblia *Islandica* Gutbr. Thorlaci, in folio, Holmiæ 1584.

Eadem recognita, 2. vol. in folio, Holæ Island. 1637.

§.

Biblia *Italica* Nic. de Malermi, in folio, Venetiis 1471.

Eadem, in folio, Venetiis 1477. *vel alia editio*.

Biblia Antonii Brucioli, in folio, Venetiis 1532. 1541.

Biblia Santis Marmochini, in folio, Venetiis 1538. 1546.

Liber Geneseos Petri Aretini, in 8°. Ibidem 1538.

Psalmi Silvii Phileti, in 4°. Ibid. 1524.

Psalmi Pelegrini Heri, in 4°. Ibidem 1573.

Psalmi Italicè, in 8°. Parisiis 1616.

Nov. Testam. Zach. Florentini, in 8°. Venetiis 1542.

Biblia ex versione Brucioli revisa, in 4°. Genevæ 1562.

Biblia Joannis Diodati, in 4°. Genevæ 1607. in folio, 1641

Nov. Testam Maximi Theophili, in 16. Lugduni 1551.

Idem in 8°. ex Officina Fabii Tudeschi 1560.

Proverbia à Judæis translata, in 4°. Venetiis.

Ecclesiastes Davidis de Pomis, in 8°. Ibidem 1578.

§.

Biblia *Lapponica*, sc. Psalterium, Proverbia, Ecclesiastes, Siracides, &c. Tornæi, in 8°. Holmiæ 1648. Pericopæ Evang. in 8°. Ibid. 1664.

§.

Biblia *Latina*, in fol. Moguntiæ 1462. Romæ 1471.

Eadem, in folio, *absque loco* 1473. in 4°. Placentiæ 1475.

Eadem, in folio, Norimbergæ 1475. Parisiis 1576.

Eadem, in folio, Venetiis 1476. in folio, Neapoli 1476.

Eadem, in folio, Basileæ 1477. in folio, Lugduni 1479.

Eadem, in folio, Coloniæ 1479. in folio, Ulmis 1481.

Eadem, in folio *absque loco*, 1481. in folio, Antuerpiæ 1487.

Biblia cum postillis Lirani, in fol. Coloniæ 1480. Argentorati 1492.

Biblia cum glossa ordinaria, in folio,

Noribergæ 1493. Pariſiis 1589. Antuerpiæ 1634.

Biblia emendata per Auguſtinum de Monte Ulmi, in 8°. Venetiis 1497.

Biblia emendata per Albertum Caſtellanum, in folio, Lugduni 1506.

Biblia reviſa per Joanoem de Gradibus, in folio, Ibidem 1521.

Biblia Rob. Stephani, in folio, Pariſiis 1528. 1532. 1540.

Biblia ejuſdem, in 8°. Pariſiis 1545. 3. vol. in folio, (*Geneva*) 1557.

Biblia cum ſcholiis Joannis Benedicti, in folio, Pariſiis 1541. 1573.

Biblia cum ſcholiis Iſidori Clarii, in fol. Venetiis 1542. 1557.

Biblia ex emendatione Joannis Hentenii, in folio Lovanii 1547.

Biblia in fol. Lugd. Gryphii 1550. in fol. Francof. 1566.

Biblia recognita à Theol. Pariſ. in fol. Pariſiis 1573.

Biblia emendata à Theol. Lovan. in fol. Antuerp. 1583.

Biblia Lat. ex duplici verſione, in folio, Salmanticæ 1584.

Biblia ex emendatione Sixti V. in folio. Romæ 1590.

Biblia ex recognitione Clementis VIII. in fol. Romæ 1592.

Eadem, in fol. Antuerpiæ 1603. in 12. Coloniæ 1630.

Biblia Lat. Gall. Lovanienſia, in fol. Pariſiis 1615.

Biblia variarum tranſlationum, in folio, Venetiis 1609. Antuerpiæ 1616.

Biblia cum notis Petri Lanſſelii, in fol. Antuerpiæ 1624.

Biblia cum notis Joan. Haræi, in folio. Antuerpiæ 1630.

Biblia cum notis Steph. Menochii, in folio, Coloniæ 1630. Pariſiis, 1719.

Biblia cum notis Jacobi Tirini, in fol. Antuerpiæ 1632.

Biblia cum notis Jacobi Gordoni, in fol. Pariſiis 1623.

Biblia in fol. Pariſiis, è Typographia Regia 1642. in 4°. Ibidem 1653.

Biblia Magna Joan. de la Haye, in fol. Pariſiis 1643.

Biblia Richeliana, in 16. Pariſiis, Martin 1656.

Biblia Maxima Jo. de la Haye, in fol. Pariſiis 1660.

Biblia cum chronologia, in fol. Pariſiis, Vitré 1662.

Biblia cum notis Jo. du Hamel, in fol. Pariſiis 1706.

Pſalter. quintuplex Fabri, in fol. Pariſ. 1509. 1515.

Pſalterium ex duplici verſione, in 8°. Oliva Roberti Stephani 1556.

Pſalt. Lat. Ambroſianum, in folio, Mediolani 1557.

Pſalter. emendatum à Lindano, in 8°. Coloniæ 1576.

Pſalterium Romanum Joſ. Cari, Romæ 1663. 1683.

Pſalterium ex duplici verſione, in 8°. Pariſiis 1691.

Nov. Teſt. Lat. in 16. Pariſiis, Simonis Colinæi 152..

Idem, Pariſiis, Roberti Stephani 1541. 1543. 1545.

Idem cum ſcholiis Iſid. Clarii, in 8°. Venetiis 1541.

Idem cum ſcholiis Jo. Benedicti, in 8°. Pariſiis 1543.

Idem, 2. vol. 12. Pariſiis, è Typogr. Regia 1649.

Biblia Latina ex recenſione Oſiandri, in fol. Norimbergæ 1524.

Biblia Lat. Vulgata reviſa, in 8°. *abſque loco* 1535.

Eadem emendata à Pellicano, in folio, Tiguri 1538.

Eadem, in 8°. Lugduni Tornæſii 1554. in folio, Ibidem 1556.

Eadem, verſibus diſtincta, in 8°. Typis Stephani 1555.

Eadem, in 8°. Lugduni, Antonii Vincentii 1555.

Biblia Lucæ Oſiandri, in folio, Tubingæ 1592. 1600. 1635.

Pentateuchus, &c. ex recenſione Lutheri, in folio, Wittebergæ 1529.

Idem ex recognitione Strigelii, in 8°. Lipſiæ 1566.

Pſalmi ex reviſione Lutheri, in 8°. Wittebergæ 1529.

Pſalmi IV. tranſlationum, in 8°. Argentorati 1545.

Pſalmorum Decapla Joannis Viccars, in folio, Londini 1655.

Novum Teſtamentum Henrici Hammondi, in folio, Amſtelod. 1698.

Nov. Teſtam. & Pſalmi Tachygraphicè, in 32. Londini.

Biblia ex Hebræo Pagnini, in 4°. Lugduni 1528. in folio, 1542.

Biblia Latina Tigurina, in folio, Tiguri 1543.

Biblia Sebaſt. Caſtalionis, in folio, Baſileæ 1551. 1573.

Biblia Tremellio-Juniana, in folio, Francofurti 1579. Londini, 1593. Francofurti 1596. Genevæ 1617. Hanoviæ 1624.

Biblia Joannis Piſcatoris, in folio, Herbornæ 1645-58.

Biblia Thomæ Malvendæ, in fol. Lugduni 1650.

Biblia Sebaſtiani Schmidii, in 4°. Argentorati 1696.

Biblia Thomæ de Vio Cajetani, in fo. A lio, Lugduni 1639.

Pentateuchus, &c. Joannis Clerici, in folio, Amstelodami 1696. 1708.

Quidam Libri Veteris Testamenti ex diversorum interpretatione. V. *Supra cap. 4. p. 718. & seq. Ex singulo Interprete seligenda est saltem prima editio.*

Job ex variis 7. Interpretibus, V. *ibidem pag. 299.*

Psalmi ex 25. Interpretibus, V. *ibidem pag. 99. 300. 301.*

Biblia Latina ex Chaldæo. Targum Onkelosi, ex versione Pauli Fagii, in fo- B lio, Argentor. 1546.

Targum Hierosolymitanum Francisci Taylor, in 4°. Londini 1649.

Targum XII. Prophetarum Joannis Merceri, in 4°. Parisiis 1559.

Targum libri Job, Victorii Scialac, in 8°. Romæ 1618.

Plurimæ Versiones Latinæ ex linguis Orientalibus sub his linguis recensentur.

Biblia Latina ex Syro. Evangelium secundùm Joannem, ex versione Mar- C tini Chemnitii, in 4°. Ipsiæ 1573.

Epistola ad Romanos Christophori Crinesii, in 4°. Wittebergæ 1612.

Epistola ad Hebræos Matthæi Galeni, in 8°. Duaci 1578.

Biblia Latina ex Arabico. Evangelium S Joannis ex versione Pauli Tarnovii, in 4°. Rostochii 1619.

Acta & Epistolæ Apostolorum Francisci Junii, in 8°. Francofurti 1596.

Biblia Latina ex Græco, curâ Cratandri, in 4° Basileæ 1516.

Genesis Joannis Oecolampadii, in 8°. D Basileæ 1523.

Psalmi Ottomari Luscinii, in 8°. Augustæ 1524.

Psalmi Joannis Loniceri, in 8°. Francofurti 1560.

Quidam Libri ex Græco, V. *supra cap. 4. pag. 310.*

Novum Testament. ex recensione Deloeni, in 4°. Londini 1540.

Novum Testamentum Pagnini, Thomæ de Vio, Castalionis, Schmidii. V. E *Biblia Latina ex Hebræo.*

Novum Testamentum Erasmi, Bezæ, Piscatoris. V. *Idem Græcè.*

§.

Biblia *Lettica* Joannis Fischeri, in 4°. Rigæ 1689.

§.

Biblia *Lithuanica* Chylinski, Londini 1660.

§.

Biblia *Lusitana*, Psalmi quidam, in 16. Parisiis 1563.

† Nov. Testam. Barthol. Heynen & Jo. de Vooght, in 4°. Amstelod. 1681.

§.

Nov. Testam. Malabaricè, in 4°. Tranquebar 1715.

§.

Biblia *Malaica*, Genesis Browverii Amstelod. 1662.

Nov. Testam. ex ejusdem versione. Ibidem 1668.

Matthæus & Marcus Alb. Ruyl, in 4°. Ibidem 1638.

Lucas & Joannes Joannis van Hasel, in 4°. Ibid. 1646.

IV. Evangelia & Actus Heurnii, in 4°. Oxonii 1677.

§.

Biblia *Persica*. Pentat. V. *Idem Polygl.* 1546.

Idem & IV. Evangelia. V. *Biblia Polyglotta* 1656.

IV. Evangelia Wheloci, in fol. Londini 1657.

§.

Biblia *Polonica* Jacobi Wuieki, in fol. Cracoviæ 1599.

Eadem Hieronymi Leopolitani, in 8°. Hanoviæ 1608.

Biblia Bolonica Lutheran. in 8°. 1596. Gedani 1632.

Biblia Polonica Socinian. in folio, Brestiæ 1563.

Eadem à Budnæo examinata, in 4°. Zaslavii 1572.

Nov. Testamentum Polonicè, in folio, Thorunii 1585.

Nov. Testam. Valentini Smaltii, in 12. Racoviæ 1620.

§.

Biblia *Polyglotta* Complutensia 1517. Antuerpiæ 1572. Bertrami 1586. Woldeřiana 1596. Hutteriana 1599. Parisiensia 1645. Londinensia 1657. Reineccianaˈ1713.

Pentat. Tetraglottus, in fol. Constantinopoli 1546.

Alter Tetraglottus, in fol. Ibidem 1547.

Octaplus Psalterii, Justiniani, in folio, Genevæ 1516.

Psalmi Tetraglotti Potken, in fol. Coloniæ 1518.

Psalterium sextuplex, in 8°. Lugduni, Gryphii 1530.

Psalterium quintuplex Joannis Draconitidis, in fol. Witteberga 1569.

Psalt. sextuplex Gerschovii, in fol. Rostochii 1643.

Psalmi X. Tetraglott. Meibomii, in fol. Amstelod. 1698.

Nov. Testam. Triglotton Tremellii in fol. *Genevæ* 1569.

Idem XII. linguis Hutteri, in fol. Norimbergæ 1599.

Idem Tetraglotton Hutteri, in 4°. Norimbergæ 1605.

Nov. Testam. Gr. Lat. Gall. Bezæ, in 8°. Genevæ 1628.

Nov. Testam. Gr. Lat Gall. in 8°. Montibus 1673.

Nov. Testam. Gall. Angl. Belgicè, in 8°. Amstelod. 1684.

IV. Evangelia Gothicè, Islandicè, &c. in 4°. Holmiæ 1671.

Oratio Dominica plus C. Linguis, in 4°. Londini 1700.

§.

Biblia *Pomeranica*, in 4°. Bardi 1588.

§.

Biblia *Rhætica* Jac. Ant. Vulpii, in fol. Schuolæ 1657.

Alia Rhætica, in fol. Coiræ 1719.

Psalmi ex versione Chiampel, in 8°. Basileæ 1606.

Ecclesiast. Lucii Papæ, 12. Tiguri 1628.

Nov. Test. Jacobi Biffrun, in 8°. 1560. Pesclavii 1607.

Nov. Testam. Joannis Gritti, in 8°. Basileæ 1640.

Nov. Test. Lucii Gabrielis, in 8°. Ibidem 1648.

§.

Biblia *Ruthenica*, in folio, Ostrovii 1581.

Biblia Russica, in fol. Moscuæ 1663. in 4°. Amstelod. 1710.

Psalterium Ruthenicum, in 4°. Venetiis 1658.

Novum Testamentum, in fol. *absque loco & anno.*

Idem denuo translatum, in 8°. Vilnæ 1623.

Idem, in fol. Moscuæ 1698.

Idem ex nova versione 8°. Moscuæ 1702.

§.

Biblia *Samaratina* Pentat. V. *B. Polygl.* 1645. 1657.

§.

Biblia *Saxonica ante Lutherum*, in fol. Lubecæ 1493.

Biblia Saxonica Joannis Bugenhagii, in fol. Ibidem 1513.

Eadem revisa à Voldero, in fol. Hamburgi 1596.

§.

† Biblia *Sinica*, Oratio Dominica Andr. Mulleri in 4°. Berolini 1676.

§.

Biblia *Slavica*. Psalt. in 4°. Romæ 1621.

Idem recognitum, in 8°. Ibidem 1648.

§.

Biblia *Sueica* FF. Nericiorum, in folio, Holmiæ 1541.

A Eadem revisa à Joanne Rudbeckio, in folio, Ibidem 1618.

Eadem cum præf. Benzelii, Ibid. fol. 1703.

Psalmi Jacobi Ulphonis, in 4°. 1510.

Psalmi Petri Michaelis, in 8°. Rostochii 1574.

Psalmi Petri Joannis Gothi, in 8°. Ibidem 1597.

Novum Testamentum Amundi Laurentii, in 4°. Holmiæ 1550.

§.

Biblia *Syriaca* V. *Biblia Polygl.* 1645. 1657.

B Psalmi Syriacè & Arabicè, in folio in Libano 1610.

Psalmi Syr. Latin. Th. Erpenii, in 4°. Leidæ 1625.

Psalmi Syr. Lat. Sionitæ, 4°. Paris. 1625.

Nov. Testam. cura Widmanstadii, in 4°. Viennæ 1555.

Nov. Testamentum cura Trostii, in 4°. Cothenis 1621.

Novum Testamentum studio Gutbirii, in 8°. Hamburgi 1663.

C † Nov. Testam. studio Leusdenii & Car. Schaaf, in 4°. Leidæ 1708.

Epistolæ IV. Syriacè Pocockii, in 4°. Leidæ 1630.

Apocalypsis Syriacè Ludovici de Dieu, in 4°. Ibidem 1627.

§.

Biblia *Turcica*. Novum Testamentum G. Seaman, in 4°. Oxoniæ 1666.

§.

Biblia *Venedica* G. Dalmatini, in folio, Witteb. 1584.

Matthæus & Marcus Tremellii, Budissinæ 1670.

D Epist. ad Rom. & ad Galatas, in 8°. Ibidem 1693.

Nov. Testamentum *Walachicum*, in fol. Belgradii 1648.

§.

Biblia *Virginiana*. V. *Biblia Indica.*

§.

Biblia *Wallica* Guillelmi Morgan, in folio, Londini 1620.

Psalt. Wallicum, in 4°. Londini 1588.

Nov. Testamentum Richardi Davies, in 4°. Londini 1567.

E

SERIES CHRONOLOGICA PRIMARUM TOTIUS SACRI CODICIS EDITIONUM IN QUALIBET LINGUA.

Biblia Latina 1462

Biblia Italica 1471

Biblia Belgica 1475

Biblia Germanica	1477
Biblia Gallica	1487
Biblia Hebraica	1488
Biblia Bohemica	1506
Biblia Valentina	1515
Biblia Græca	1517
Biblia Chaldaica	1518
Biblia Anglica	1535
Biblia Suecica	1542
Biblia Danica	1550
Biblia Hispanica	1553
Biblia Polonica	1563
Biblia Rhuthenica	1581
Biblia Islandica	1584
Biblia Venedica	1584
Biblia Wallica	1588
Biblia Pomerana	1588
Biblia Hungarica	1608
Biblia Finnonica	1642
Biblia Syriaca	1645
Biblia Aeabica	1645
Biblia Rhætica	1657
Biblia Lithuana	1660
Biblia Vieginiana	1665
Biblia Armenica	1666
Biblia Hibeenica	1685
Biblia Lettica	1685

INDEX

CODICUM BIBLICORUM

Tam Calamo quàm Typis exscriptorum, in hoc Syllabo contentorum.

Polyglotti. LL. Mss. 10. *Libri editi:* Biblia, 8. Partes Vet. Testam. 22. Psalteeia 16. Nov. Testam. 15. Partes Nov. Testam. 15. Summa, 76.

Hebraici Mss. Biblia 61. Pentat. 35. Partes, 36.

Nov. Testam. 4. Partes Nov. Testam. 6. Summa, 142.

Libri editi. Biblia, 97. Pentat. 75. Psalt. 8. Aliæ Partes, 90.

N. Test. Partes, 16. Summa, 376.

Hebræo-Samaritani Mss. 16.

Chaldaici Mss. 5.

Paetes editæ, 21. Summa, 26.

Syriaci Mss. Biblia, 10. Psalt. 15. Partes Vet. Test. 8.

Nov. Test. 5. Partes N. Test. 27. Summa Mss. 55.

Libri editi. Partes Vetee. Test. 7.

Partes Nov. Test. 28. Summa, 35.

Samaritani Mss. 1. Partes editæ, 1.

Arabici Mss. Biblia, 5. Pentateuch. 30. Psalt. 34.

Partes V. Test. 16. N. Test. 4. Evangelia, 30. Partes N. T. 14. Summa, 133.

Libri editi. Biblia, 2. Paetes Veteris Test. 7.

A Partes N. Test. 14. Summa, 23.

Æthiopici Mss. Partes Vet. Testam. 8. Psalt. 16. Paetes N. T. 13. summa, 37.

Libri editi. Partes Veteris & Novi Test. 16.

Persici Mss. Paetes V. Test. 17. Psalt. 7. Paetes N. Test. 12. Summa, 36.

Libri editi. 3.

Turcici Mss. Biblia, 3. Pentat. 1. Psalt. 1. Evang. 1. Summa, 6.

Libri editi, N. Test. 1.

Armeni Mss. Biblia, 1. Psalt. 5. Evangelia, 3. Acta Apost &c. 1 Summa, 10.

B *Libri editi.* Biblia, 2 Psalt. 8. Abdias, 1. Nov. Test. 2. Summa, 13.

Iberici Mss Evangelia, 2.

Coptici Mss. Pentat. 5. Psalt. 10. Partes Vet. Test. 4. Nov. Test. 2. Evang. 15. Partes Nov. Test. 17 Summa, 53.

Libri editi Nov. Test. 1.

Malaici editi. Genesis, 1. Nov. Test. 1. Evang. 4. Summa, 6.

Malabarici editi. Nov. Test. 1.

Finnici Mss. 2. *Partes editæ*, 3.

Formosani editi. Evangelia, 1.

C *Græci Mss.* Biblia, 18. Octateuchus, 22. Partes Vet. Test. 70. Psale. 82 Nov. Test. 42. Evangelia, 172. Partes Nov. Test. 100. Summa, 506

Libri editi. Biblia, 15. Psalt. 31. Partes Vet. Test. 30. Nov. Test. 230. Partes N. Test. 10. Summa, 316.

Barbaro-Græci editi. Job, 1. Nov. Test. 3. Summa, 4.

Latini Itaici Mss. Nov. Test. 3. *editi.* Vet. Test. 1. Paetes, 1. Nov. Test. 3. Summa, 8.

Latini Mss. Biblia, 85. Partes Vet. Test. 8. Psalt. 18. Nov. Test. 9. Evangelia, 58. Partes Nov. Test. 9. Summa, 187.

D *Libri editi.* Biblia vulgata 387. Partes Vet. Test. 8. Psalt. 37. Nov. Test. 92. Partes N. Test. 15. Summa 536. Biblia Lat. à Peotest. edita, 96. Partes Vet. Test. 22. Nov. Test. 12. Partes, 1. Summa paetium, 35.

Latini ex LL. Orientalibus Mss. 14.

Libri editi. Biblia, 55. Psalt. 76. Paetes Vet. Testam. 80. Partes Nov. Test. 5. Summa 161. *Latini ex Græco editi.* Biblia, 2. Partes Vet. Test. 12. Nov. Test. 82. Partes N. Test. 9. Summa, 103.

E *Latini ex German. editi.* Partes Vet. Test. 4. Nov. Test. 1. Summa, 5. Biblia, 426. Partes, 402. Summa. 828.

Gallici Mss. Biblia, 25. Partes Bibl. 25. Summa, 50.

Libri editi. Biblia Cathol. 84. Psalt. 46. Paetes Vet. Testamenti 15. Nov. Test. 139. Paetes Nov. Testam. 6. Summa Partium 193. *Biblia Calvinist.* 123 Paetes Vet. Test. 22. N. Test. 110. Sum-

ma partium, 132. Biblia omnia, 207. Partes omnes 325. A

Italici Mss. 9. Biblia Cathol. 36. Partes Vet. Test. 21. Nov. Test. 10. Partes Nov. Test 3. Summa partium, 34. Biblia Calvin. 2. Partes Vet. Test. 3. N. Test. 10. Summa partium, 13. Biblia Judæorum, Partes Vet. Test. 2. Biblia omnia, 38. Partes omnes, 49.

Castellani Mss. 2. Partes Cathol. 14. Biblia Calvin. 2. Partes Bibliorum, 9. Biblia Judæorum, Partes, 4. Biblia omnia 2. Partes omnes, 27.

Lusitani editi. Partes, 3. B

Provinciales Mss. 6.

Catalani Mss. 4.

Valentini editi Biblia, 1.

Rhætici editi. Biblia, 2. Partes Vet. T. 2. Nov. Test 4. Summa partium, 6.

Valachi editi. Nov. Test. 1.

Gothici Mss. 3. *Libri editi.* 2.

Teutonici Mss. Biblia, 5. Psalt. 9. Partes Nov. Test. 5. Summa Mss. 19.

Libri editi. Biblia Cathol 46. Psalt. 7. Partes Vet. Test. 2. N. T. 17. Partes N. Test. 2. Summa Partium 28. Biblia Lutheri, 213. Partes Vet. Test 45. N. Test. 73. Partes Nov. Test. 5. Summa partium, 138. Biblia Calvinist. 46. Partes Vet. Test 7. N. Test. 32. Summa partium, 39. Biblia Socinian. 2. Partes Vet. Test. 2. Nov. Test. 2 Summa partium, 4. Biblia Judæorum 5. Partes Vet. Test 23. Nov. Test. 3. Summa partium, 26. Biblia omnia 312. Partes omnes, 215. C

Saxonici editi. Biblia Carbol. 3. Partes Vet. Test. 1 Biblia Luther. 20. Partes Vet. Test. 5. Nov. Test. 9. Summa partium, 14. D

Pomerani editi. Nov. Test. 1.

Belgici Mss. 5 Biblia Cathol. 24. Psalt. 3. N. T. 30. Summa partium, 33. Biblia Calvin. 78. Psalt. 1. N. Test. 131. Summa, 132. Biblia omnia, 102. Partes omnes 165.

Danici editi. Biblia, 7. Partes Vet. T. 11. N. Test. 9. Summa partium, 20.

Suecici editi. Biblia, 16. Psalt. 6. N. T. 5. Summa partium, 11.

Anglo-Saxonici Mss. 28. Partes editæ, 4.

Anglici Mss. Biblia, 15. Vet. Test. 7. Partes Vet. Test. 8. Psalt 13. N. Test. 29. Partes N. Test. 4. Summa Mss. 76. E

Libri editi. Biblia Cathol. 2. Psalt. 1. Nov. Test. 5. Summa partium, 6. Biblia Anglican. 136. Partes Vet. Test. 14. N. Test. 26. Summa partium, 40. Biblia omnia 138. Partes omnes, 80.

Stotici Mss. Psalterium, 1.

Slavici. Biblia Cathol. 10. Partes Bibl. 8. Bibl. Protest. 16. Partes Bibl. 34. Biblia omnia, 26. Partes omnes, 42.

Islandici editi. Biblia, 2. N. Test. 2.

Wallici editi. Biblia, 6. Partes Bibl. 2.

Hibernici Mss. 4.

Libri editi. Biblia 2. N. Test. 2.

Cantabrici editi. N. Test. 1.

Lithuanici editi. Biblia, 1.

Lettici editi. Biblia, 1.

Finnonici editi. Biblia, 2. N. Test. 1.

Lappici editi. Partes N. Test. 3.

Hungarici editi. Biblia, 5. Partes Bibl. 3.

Virginiani editi. Biblia, 3. N. Test. 1.

Ex superiori enumeratione constat 1286. Codices Mss. Biblia verò edita integra 1400. Partes denique Bibliorum Typis exaratas 1850. in hocce Syllabo referri.

SYSTEMA

LINGUARUM ET DIALECTORUM

IN QUAS CONVERSA EST

S. SCRIPTURA.

LINGUÆ ORIENTALES.
LINGUÆ EUROPEÆ.
LINGUÆ AMERICANÆ.

ORIENTALES.

A. Hebraica & congeneres dialecti.
1. Hebraica.
2. Chaldaica.
3. Syriaca.
4 Samaritana.
5. Arabica.
6. Æthiopica.

B. Persica.

C. Turcica.
D. Armena.
E. Georgiana.
F. Coptica.
G. Malaica.
H. Malabarica.
I. Sinica.
† K. Formosana.

EUROPEÆ.

A. 1. Græca vetus.
2. Barbaro-Græca.

B. Latina ejusque propagines.
1. Latina.
2. Gallica.
3. Italica.
4. Hispanica.
5. Romanenses.
a. Pedemontana.
b. Provincialis.
c. Catalana.
d. Rhætica.
e. Valachica.

C. Gotbica seu prisca Teutonica ejusque sorores.
1. Gothica.
2. Teutonica.
3. Saxonica.
4. Helvetica.
5. Belgica.
6. Danica.
7. Suecica.
8. Saxonica vetus.
9. Anglica.

D. Slavica & consonantia idiomata.
1. Slavica.
2. Bobemica.
3. Polonica.
4. Ruthenica.
5. Croatica.
6. Venedica.

INDEX
VERSIONUM BIBLICARUM
ALPHABETICUS.

Juxta Linguas in quas tota S. Scriptura, vel aliqua ejus pars conversa est: Versiones sublestæ aut dubiæ fidei asterisco notantur.

toris; Amandi Polani; Jo. Henr. Reizii; † Christ. Seebachii; Jo. Sauberti; Caspar. Trilleri; Gaspar. Ulembergii; Christ. Wellhameri. A

Germanica Judæorum, Mich. Adam; Rud. Bernardi; Ludov. Hetzeri; R. Hhaiim F. Nathan; R. Jacob F. Bounam; Jekutiel F. Isaac; Josephi Athiæ; Jozel F. Alcesnadar; Andr. Mulleri; R. Salomonis F. Jacob Kets.; Eliæ Schadæi.

Gothica Ulphilæ.

Græca * ante Alexandrum M. * alia sub Philadelpho ex Chaldæo; * alia sub Ptolomæo Lago; * alia a xxx. alia a v. hominibus facta; * alia sub Herode magno; * alia ex Pentateucho Samaritano; * Apollinarii; Aquilæ; Hug Broughtoni; Editio v. vi. vii. * Eusebii Cæsariensis; * Hesychii; * S. Jacobi; * Luciani Martyris; Georgii Mayr; * Origenis; Patrophili; Sophronii; Symmachi; * Theodori Anthiocheni; Theodotionis. B

Græca vulgaris & Barbara, Judæorum Constantinopolitanorum; Maximi Calliupolitani; R. Mosis F. Eliæ Pohian. C

Hebraica, Anonymorum; Dominici Hierosolymitani; Eliæ Hutteri; Sim. Jatumæi; Joan. Bapt. Jonæ; Jo. Kemper; Jo. Leusden; R. Levi ben Gerson: Georgii Mayr; R. Schem Tohh Sciprut.

Helvetica, versio vetus anni 1529 nova anni 1667. Rod. Gualteri; Leonis Judæ.

Hibernica, Anonymi; Guill. Dornwillii; Jo. Kernei; King.

Hispana, Anonymorum, * alia sub Alphonso Rege Castellæ; * alia sub Joanne II. Rege Legionensi; * Alphonsi V. Aragoniæ Regis; * R. Davidis Kimhhi; Joan. Ensinas; R. Joseph Franci Serrani; Judæorum Constantinopolitanorum & Ferrariensium; Ludovici Legionensis; Manasseh ben Israel; de Montesino; Jo. Perez; Alph. Ramon; Cass. de Reyna. D

Hungarica, Casp. Caroli: Georgii Kaldi: Steph. Szanti.

Illyrica Barth. Cassii.

Indica Joannis Eliot. E

Islandic: Guthrandi Thorlaci.

Italica Anonymi, * alia jussu Sixti V. Petri Aretini: Petri Arriegheti: Augustini Augustini: Antonii Brucioli: R. Davidis de Pomis: Joan. Diodati: Pelegrini Heri: Santis Marmochini: Paschalis: Francisci Perotti: Silvii Philetti: Joannis Francisci del Pozzo: Maximi Theophili: * Jac. de Voragine: Zachariæ Florentini.

Lapponica Joannis Tornæi: Olai Stephan Graanii.

Latina ex Hebræo, Rod. Agricolæ: Alphonsi de Zamora: Ben. Ariæ Montani: Julii Bartoloccii; Guill Badvelli: Theod. Bibliandri: Jac. Bolducii: Mart. Buceri: Jo. Bugenhagii: Seb. Castalionis: * Isid. Clarii: Jo. Clerici: Jo. Cocceii: Ant Corani: Jo. Draconitidis: Joan. Drusii: Adami Eston: Pauli Fagii: * Pauli Fagii: Felicis Pratensis: Fr. Forerii: Wolfg. Franzii: Jo. Frisii: Agath. Guidacerii, Hadriani Cardinalis: Vig. Happelii: Conr. Heresbachii: S. Hieronymi, Jo. Henr. Hottingeri filii: Laur. Humphredi: Steph. Isaaci: Leonis Judæ: Franc. Junii: August. Justiniani: Rod. Magistri: Georgii Majoris: Th. Malvendæ: Jannotii Manetti: Marci Meibomii: Phil. Melanchthonis: Joan. Merceri: Henr. Molleri: Sebast. Munsteri; Jo. Oecolampadii: * Joannis Oecolampadii: Hieron. Oleastri: Santis Pagnini: Conr. Pellicani: Joan. Piscatoris: Andr. Plati: Christ. Ravii: Joann. Reuchlini: Joan. Sartorii: Seb. Schmidii: Joan. Jac. Schudt: Pauli à Schutten: Rob. Shirwode: * Rob. Shirwode Jo. Elai Terseri: Imman. Tremellii: * Franc. Vatabli: Th. de Vio Cajetani: Jodoci Willichii: Ulrici Zwinglii.

Latina ex Chaldæo, Alphonsi de Zamora; And. de Leon; Ben. Ariæ Montani; Bern. Baldi; Julii Bartoloccii: Frederici Beckii; Ant. Cevalerii; Adriani Chilion: Sam. Clerici; Petri Costi; Pauli Fagii; Gilh. Genehrardi; S. Hieronymi; Joan. Merceri; Conr. Pellicani; Arn. Pontaci; Joannis Quinquarborei; Erasmi Oswaldi Schreckenfuschii; Francisci Taylor; Jo. Terentii; Imman. Tremellii.

Latina ex Syro, Andreæ de Leon; Edm. Castelli; Christoph. Cellarii; Ludov. de Dieu; Abrahami Ecchellensis; Thomæ Erpenii; Balthazaris Etzelii; Guid. Fabricii; Eduardi Pocockii; Sergii Risii; Gabr. Sionitæ; Imm. Tremellii.

Latina ex Samaritano, Christoph. Cellarii; Jo. Morini.

Latina ex Æthiopico, Christoph. Burcklini; Edm. Castelli; Dudleii Loftusii; Jo. H. Michaelis; Jo. Georgii Nisselii, Th. Petræi.

Latina ex Arabico, Jo. Antonidæ; Guill. Bedwelli; Abr. Ecchellensis; Th. Erpenii; Fr. Junii; Petri Kirstenii; Sergii Risii; Vict. Scialac; Gabr. Sionitæ; Rutgeri Spey.

Latina ex Persico, Sam. Clerici; Antonii Deusingii; Thomæ Hyde; Abr. Wheloci

INDEX
ALPHABETICUS
AUCTORUM,

Qui sacrarum Litterarum versionem
D aliquam, potiores illarum Editiones, Harmoniam Evangelicam, Concordantias Bibliorum & Variantium Lectionum Collectiones in lucem emiserunt.

In quo uniuscujusque nomen, cognomen, patria, Religionis cultus, munia, dignitas primaria indicantur: quos labores in S. Scripturam susceperint, quo vixerint anno, aut quo fuerint fato functi, annotatur.

Ecdes

Eeee





